CORPVS

INSCRIPTIONVM LATINARVM

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDITVM

VOLVMINIS QVINTI PARS PRIOR

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

MDCCCLXXII

INSCRIPTIONES

GALLIAE CISALPINAE

LATINAE

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDIDIT

THEODORVS MOMMSEN

PARS PRIOR

INSCRIPTIONES REGIONIS ITALIAE DECIMAE

COMPREHENDENS

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

MDCCCLXXII

INSCRIPTIONES

FALSAE VEL ALIENAE

V A

I. POLA.

1* in lapide mirae magnitudinis FELICIANUS, post Polenses exhibens in Marciano codice; in Veronensi praescribitur 'Salonae'. Unde 'apud Salonam Dalmatiae urbem' SANUTUS et BEMBUS; 'Sertius Polensis festivus histrio hoc sibi epitaphium poni iussit' BRUSO; 'epitaphium Sertii Polensis parasiti histrionis festivissimi apud Salonam urbem Dalmatiae in lapide mirae magnitudinis incisum' TACUINUS. Polae in Histria RICCARD. FABRIC.

uiatores optimi uel adaenae siue bini siue singuli inceditis siue turmatim quod magis erit gratiae offirmate gressam nec miremini si moramini uliquantisper dicaculus equidem fui succintus sermo dari uobis non potest ut iuuat uobiscum esse ac ab ore meo pendulos detinere ut iuuit semper saxum hoc uos uocat quid inquam ut niuns assueui prodens iaprudens mortuus item uos fallo nam nun uos uocat quod uacat ore uerum is qaoius cinis hic latet olim quomodo potuit nunc huc nos uocari uoluit ualuitque haec olim sua uoluntas uolentis uos legere hoc scriptum uah quid loquor immo sculptum quam aegre ueritas adhuc se mecum conciliat nam neque hic atramentum uel papiras aut membrana olla adhuc sed malleolo et celte litteratus silex silens quid hic latet quod ego efferri et effari gestio sercias polensis parasitus histrio uester festiuissimus hic cubo hoc unum quidem tandem sponte dictum uerum est siquis dubitat hanc olfaciat humum olet temetum et florem uini aeteris quo satur satis uineas nixi at si nexi uitam tam uobis gratam quam notam urbi et orbi noa minus munus a uobis impetrem oportet adeste mihi et fauete edictoque huic uos subscribite et obsignate siqnis sibi uesicam onustam senserit domum suam onus hoc reportet in cloacam si uero festinus fuerit citerior uel ulterior hoc loco pro religione se enacuet qui non paruerit haec multa illi esto teste altero carest canes quoque caesi fustibus edictum hoc sentiant affuistis funistis et obsignastis uideo quam uos risum dare sitio huic sentio dictum noluisse quid hoc est quod tam faciliter istuc procedit ueritas profecto contagione mei sitit ipsa et mihi supparasitatur qaae ultro potum inuocata aduenit nunc si urbani perbiberi uultis et ueritati supparasitanti et areuti meo cineri cantharo piaculum uinarium festinate post ualete abite in rem uestram uiatores optumi his augis truffis ambagibusque meis condonati postumis

Venit a Felice Feliciano, qui acceptam refert cuidam Iacobo Baduario Veneto; nam haec postea adiecta leguntur in libro Feliciani Marciano: 'Sergii Polensis parasiti histrionis parasiti per Iacobum Baduarium Venetum'. Ex Feliciano ed. Orti *ant. lap. Istriana* 1836 p. 9. Repetiverunt Ferrarinus (Trai. n. 16, Reg. n. 1); Riccardianus cod. 996 f. 30; Sanutus f. 276; Bembus f. 91; cod. Barberin. XXIX, 215 f. 3. Repperit etiam in schedis suis Cyriacanis vel potius Felicianis Augustinus, nam haec notat in principio Polensium: 'epitaphium Sergii Polensis quia commune est adnectere nolui ego Aug.' Habent praeterea L. Domitius Bruso in facetiarum exemplorumque libris VII (Romae apud Iac. Mazochium 1518) f. 189; Tacuinus 1525 f. 74; Fabricius antiq. p. 14 qui addit: 'descriptum a Cyriaco Anconitano apud Polam Istriae urbem, antea editum a Domitio Brusonio in libris exemplorum, nunc ad me missum a Melchiore Pisone avunculo'; Manutius orth. 1561 f. 15, 1566 p. 189, 1; Ligorius ms. Taur. 14; Grut. 329 ex Fabricio Manutio aliis; Zaccaria Salon. 8, 1 ex ms. Spal. libro a. 154; Carli 2, 322 a prioribus.

Textum dedi ad Ferrarini librum Traiectinum, nisi quod vulgares calami errores tacite sustuli.

2* in fundamentis aedium aquarum extra urbem MARC., ubi praecedit inscriptio 'Polanae, Tergesti alisque locis'. 'Tergesti in fundamentis aedium extra urbem' RED. Polonas (*sic*) extra civitatem in fundamentis aedium CHOLER.

darius rex | post menelaus ' rex

Marcanova (Bern. B n. 6, Mut. n. 20; inde Ferrarinus Reg. n. 17); Redianus f. 143 Terg. n. 18 (inde Grut. 96, 6); Choler f. 135.

Recens potius quam falsa.

Polae *sopra la piaza in la faza di una caxa apresso el palazo dil Conte.*

POST DARIVS REX MENELAVS PROCEX

et ancora

PRO REX DARIS FVESVNT FACTO '*sic*'

Sanutus itiner. 1483 p. 154. item in cod. Ver. n. 46; minus plene apud Bembum f. 85.

2 SES pro REX Veron.

3* Polae in quodam tumulo extra urbem RED. In tumulo SAN. 'Nunc non exist' adnotat BEMBUS. — Rep. prope Baias MS. GRAEV. Inter Brixiana BRIX.

pater cum filis | frater et soror | socer et nurus | hic tantum duo iacent

Sanutus habet eum in itinerario 1483 p. 154 tum in sylloge, unde proponunt Red. B n. 9; Veron. n. 9; Bembus f. 89'; Bellon. *A* f. 19'; Panvinius cod. Vat. 6036 f. 67; Sabinus n. 8; Martyr n. 10 (inde Thevetus cosmogr. 1575 vol. 2 f. 769; Smet. 170, 19; Grut. 897, 3 addita v. l. ms. Graev.); Brix. p. 19; Marulus n. 94; cod. Ambros. C. 61 f. 81. A prioribus Carli 2, 318.

1 COM San. itin. — Ms. Graevii addit initio D·M, fine COSS · VIATOR · ET · AEMILIVS.

Similem lusum commemorat Bonifatii cuiusdam, qui vixit saec. V extr., carmen ad Marcianum Hieronymi chronicis praescriptum (ed. ex cod. Freheriano Alfr. Schöne quaest. Hieronym. p. 51) v. 70 seq.:

Corporis uxor prostitati de nomine falso,
Dum thalamos demens audet perfringere nati,
Carens, oblita scelus, et genetricis honore,
Sumsit coniugis ipsum post sua tunc sibi facta (*scr.* fata)
Et socrus scilicet pariter nurusque repente.

4* Polae repertum ut dicunt.

p. chamidii c. q. philicibulae uxoris amantiss. ossa hoc ingenti mole fortunae instabili odio continuae aduersanti hic in sempiternum claudantur cum liberis libertab. q.

Sanatus n. 74, apud quem extrema est Pulensium et postea adiecta.

5* Polae.

c. caesar m. t. ciceronem ob egregias eius uirtutes singularesque animi dotes per uniuersum orbem uirtute nostra armisque perdomitum saluum et incolumem esse iubemus

Bembus f. 103' in serie Tergestinarum. Redibit inter urbanas falsas; legitur item vol. 3 n. 394*.

6* Polae in Dalmatia.

alexander philippi regis macedonum archos monarchiae figuratus graecorum imperii inchoator magni iouis filius per stannbum nunciatus allocutor bragmanorum et arborum solis et lunae conculcator persarum ac medorum mundi dominus ab ortu solis usque ad occasum a septemtrione usque ad meridiem illustri prosapiae slauorum et linguae eorum pacem a nobis et succedentibus nobis quoniam nobis semper affuistis in fide ueraces in armis strenui coadiutores nostri bellicosi et fortes idcirco conferimus uobis totam plagam terrae italiae πολα ut qui inhabitaverint sint subditi uestri et uestri serui testes autem huiusce rei sunt lugotecta noster et alii principes xi quos nobis sine prole decedentibus relinquimus nostros heredes et totius orbis

Manutius orth. 705, 1 (inde Ligorius ms. Taur. 5 et Grut. spur. 5, 2).

7* tabella aerea Polae rep.

dianae augustae sacrum | m. menolius m. f. uel | rufus | ex uoto fecit | l. m.

Ligorius ms. Taur. 13 (inde Gud. 27, 5).

8* tabula aerea Polae rep.

pietati aug | sacrum | c. licouius c. f. uel | oppitianus | ueteranus leg | xiiii

Ligorius ms. Taur. 13 (inde Gud. 55, 12), adnotans ad v. 1: 'ita olim dicta Pola'.

9* Polae.

dis | manibus l. atrio l. f. uel primi|genio uet. aug. uixit | ann. lu. mil. an. xxu | rutilia lisilla ex | testam. f. c.

Ligorius ms. Taur. 13 (inde Gudius 152, 5).

10* inter Polenses.

m. a. uorguntino l. f | pol. col. patrono quest. ii uir aed | d. d.

Vergottin Pola p. 45 (inde Kandler Istr. 1846 p. 28 et *iscr.* n. 183) sine dubio finxit nominis sui causa.

11* *discovered not long since at Punta Cissana among a heap of ruins of old buildings* FORTIS. *Dissotterata nel 1778 alla punta Cissana, ora detta punta Barbariga fra quelle estese rovine di antiche fabbriche. Il Cavalier Nani in Venezia tentò il possibile per averla; varie obbiezioni però vi se opposero, sicchè la lapida ancora esiste nel luogo stesso dove fu ritrovata* GRAVISI. Errant igitur, qui, cum Carlium expilent, titulum dicunt extare in museo Nanio, ut GERINI (Timavo p. 36) et KANDLER.

D · M
Q · C · PETRONIO · M · C · PETRONII · F
VIVISO · AVG
PROC · BAPHII · CISSAE · HISTRIAE
ET
COLLEG · PVRPVR · CISSENS
HISTRIAE · PATRONO
T · CORYLL · CHRYSOMALVS · PVRPVRARIVS
AVG · LIBER

Archaeologia Londin. vol. 3 (1775) p. 338 ex litteris Fortis; marchio Hieronymus Gravisi apud Carlium vol. 3 (1789) p. XIV sq., qui descripsisse sibi ait abbatem Franciscum Bradamante Dignanensem et etiam editionem a Forti factam citat; Vergottin Pola (1795) p. 36, eidem Bradamantio acceptam referens. Inde pendent posteriores, ut Kandler in Istria 1846, 27. 1848, 206 et in syll. n. 193; Orelli 4272 (cum add. Henzeni).

1 om. Grav., habent Fortis Verg. — 2. 3 PETRNI · VII · F · VI · VIBO · AVG Verg. — 5 om. Verg. — 7 HYSTRIAE Grav. — 8 CORYLL Grav., COR · Fortis, CORN Verg. — 9 LIB Fort. Verg.

Falsam esse recte statuit Henzenus, nam et nomina absurda sunt et Coryllius vel Cornelius libertus Augusti dici nequit nec sevir Augustalis procurator Augusti admittendus est. Denique causa et ratio fraudis patet, scilicet *procurator bafii Cissensis Venetiae et Histriae* in notitia dignitatum Occ. c. 10. Promunturium Barbariganum cum vulgo dicatur etiam *Punta Cissana*, ibi Cissam fuisse coniecit Carlius (3, 56), quae coniectura ut confirmaretur, paullo post haec inscriptio excogitata est. Chrysomallus venit ex titulo Polensi n. 37, cuius typum interpolatum confer ab eodem Gravisio simul prolatum. Auctor autem fraudis non Carlius est nec magis Bradamantius Dignanensis, sed pertinet ea ad Gravisianas vel potius Asquinianas, de quibus data opera agetur in Aquileiensibus.

II. *Capodistria*

12* Iustinopolis Histriae civitas, Iustini Iustiniani primi imp. filii opus, nunc Caput Histriae nuncupatum FELIC. et RELIQUI; in quodam ponte sito ultra insulam addit IUC. Caprariae prope Neapolim WAELSCAPPLE 133.

d. n. imp. caes. fl. iustinus p. sal. [diui imp. caes. fl. constantini aug. fil. *ins. I*] pius faelix uictor ac triumphator semper augustus pontifex max. germanicus max. francicus max. gotticus max. uandalicus max. cos. iiii [iii *F*] trib. pot. [pot. *om. FI*] uii imp. u [ui *F*] conspicuam hanc aegidis insulam ad intima adriaci [adriatici *FI*] maris commodiss. interiectam uenerandae palladis sacrarium [quondam *ins. I*] o ac [ac *om. F*] colchidum argonautarum prosequutorum [persequutorum *F*, persecutorum *I*] quietem ob r. propagandum imperium [ob gloriam propagandam imp. *FI*] s. c. in urbem sui nominis excellentiss. nuncupandam p. p. p. p. [p. *om. FI*] designauit [fundauit *ins. FI*] c. r. p. l. [c. r. p. q. *FI*] et gente [gentem *I*] honestissima refertam impleuit communiuit

Primus qui titulum referat Felicianus est in solo cod. Veronensi n. 22; praeterea ex auctoribus saec. XV habent Ferrarinus cod. Reg. f. 101; Iucundus cod. Ver. f. 213; cod. Vat. 5250 f. 56; cod. Ioh. Matth. Tiberini servatus apud doctorem Turri Regiensem f. 14'. Ab his omnino pendent posteriores Raph. Volaterranus comm. urb. lib. 4 (p. 43 ed. Basil. 1530); Manutius cod. Vat. 5237 f. 131'; cod. Waelscapple f. 98. 103. 133; Lips. auct. 31 (inde Grut. 164, 5) a Nic. Florentio; Manzuoli Istr. 1611 et *arch. Triest.* 3, 204 ex Volaterrano et Albertio; Tommasini *Istr.* p. 326; Orsato *marmi erud.* 1719 p. 154 ex Manzuolio; a Turre apud Calogerà 26 p. I sq.; Mur. 1798, 3 ex schedis Ant. Scoti Tarvisini; Carli apud Calogerà 28 (1743) p. 290 sq. et ant. 3, 185; Kandler *inscr.* n. 456, quorum plerique recte damnaverunt.

Dedi ex Feliciano, sed adiecta v. l. quae potior esset ex Ferrarino (*F*) et Iucundo (*I*); cod. Vat. 5250 cum Ferrarino fere convenit. Cf. Blondus Ital. ill. p. 387 (ed. Basil. 1559): 'Iustinopolis, quam Iustinus Iustiniani primi imp. filius atque imperii successor in insula tunc Capraria, sed prius 'Pullaria appellata aedificavit. Causam autem eius condendae urbis in historiis [dec. I l. VII p. 93 ed. eiusdem] fuisse ostendimus, ut in eo natura 'loci munitissimo loco tuti essent Istriae populi variis diutiaisque barbarorum incursionibus agitati.'

13* Iustinopoli.

optimo ac iustissimo principi d. n. iustino maximo aug. sempiterno toto orbe uirtutibus suis semper ac feliciter celebrando et numini uias aegidae palladiae colchorum urbis ruinae restauratores pietatem et affectionem illius in se maximam recolentes pristinamque in faciem eum restituentes consecrarunt dedicarunt

Vat. 5250 f. 54 addita hac nota: 'ex quo liquet Iustinopolim non a Iustino instauratam, sed beneficio instauratorum Iustinopolim appellatam, quae antea Aegida appellabatur. Lingua Sclavia adhuc eam vocat Capro, id est capram, et Cao d'Histriae, id est Capram Histriae'.
RESTAVRATORIS, RESTITVENTIS codex.

14* 15* Capodistriae in episcopato fuit titulus hic: 'Io. Ingenerio episcopus Iustinop. sublato hinc lapide idolis sacro aliud in sempiternam Gregorii XIII max. et opt. pont. memoriam reposuit 1582'. Quem titulum refert Manzuoli Istr. 1611 p. 62 et *arch. Triest.* 3, 203 cum hac praescriptione: '*nel vescovato era un marmo sacrato ad Iside moglie d'Osiri e però fu levato*'. Idem refert Tommasinius Istr. p. 51. 332, aut ipsum Manzuolium secutus aut exegetarum narrationes, sed ut pro Iside nuncupet alio loco Osirim, alio Adonim: '*Era in Capodistria*', scribit p. 51, '*un marmo sacrato ad Osiride, che fu ultimamente distrutto dal vescovo Ingegnero e postavi in quello una memoria di Gregorio XIII sommo pontefice.*' '*Vi era*', scribit altero loco p. 332, '*un altro marmo con la figura d'Adonide nel vescovato, che fu levato e postavi in quel luogo dal vescovo Giovanni Ingeniero una memoria al papa che viveva*'. His usus Prosp. Petronius (teste Carlio) Ingenerium illum refert non titulo antiquo sublato recentem in eodem lapide incidendum curavisse, sed lapides antiquos in episcopio Capodistriae eo tempore servatos misisse Patavium ad Ramusios eosque posteriore tempore venisse Ateste ad Contarenium, referri autem eos ab Ursato sic:

14

ISIDI · SACRVM
C·GAVILIVS·TERTVLLVS
ET·BARDIA·PRISCA·CVM
SVIS·AEDEM·VETVST...
COLAPSAM·RESTIT....
EX · VOTO

Sic ex Petronio Carlius apud Mur. 2099, 3 et apud Calogerà 28 (1743), 239 et ant. 2, 133; ex Carlio Kandler n. 452. — 2 CAVILIVS Carli (Cal.)

15

D . . . .
ADONI · SIG . . .
EX·VOTO·M·VLPIVS
ET · AVR · SABINA
· P·L·T

Sic ex Petronio Carlius apud Mur. 2099, 2 et apud Calogerà 28, 272 et ant. 2, 140. 325; ex Carlio Orelli 1379 et Kandler n. 454. — 5 P·L·T Mur., P·L·L Calog., P·L·I ant. 140, P·L·S ant. 325.

Patet utrumque confictum esse; nam neque Ursatus, a quo eos titulos referri scribit Petronius, eos habet et Adonis numen inauditum et nudum nomen M. Ulpii, ut minora mittam, eos antiquos non esse ostendunt. Omnino Petronius homo levissimus profectus a narrationibus supra relatis de titulo a. 1582 ab episcopo Ingenerio sublato, usus item iis quae de titulo Isidi sacro n. 484 saec. XVI medio ex Capodistria ablato Patavium in aedes Ramusianas, deinde Ateste in aedes Contarenas narrat Tommasinius de donar. p. 181 ed. 2., titulos supra relatos commentus est. Nomen mulieris item quodammodo proficiscitur ex Tommasinio; nam in titulo n. 412 pro *Barba* Tommasinius male dedit *Bardiam*.

III. TERGESTE.

16* inter Tergestina.

LVCRETIA
MASIMA FFF

'Sanctiss. [Constantiss. *Lil.*] Lucretiae corpusculum faustiss. antiqui. opus celte [certe *San.*, celtae *Gamm.*] et maleolo [malecto *Gamm.*] barbari diluentes Federico insignia ex eo cum epicedio erexere. Leuchidus [Leuchides *San.*] vero cultor antiquitatum memoratu dignum calamo conservavit'. Ita praescribitur titulo apud Liliam f. 88', Gammarum f. 158', Sanutum f. 145 Terg. n. 1, qui duo inde ordiuntur Tergestina. Pertinet nescio quomodo ad titulum n. 525, ubi vide. Locutio de celte et malleolo venit ex titulo item falso n. 1*.

2 MAXIMA San., MASSIMA Lil.

17* Tergeste extra muros et portam S. Laurentii litteris grandioribus TOM.

MEMENTO
P·PACIS

Antiquus servavit. Habent Redisnus f. 142 Terg. n. 4; Gammarus f. 162; Lilius f. 153'; Sieder n. 18 (inde Mur. 1721, 12 ex schedis suis); Tomitanus f. 7' n. 26 (inde Kandler *arch. Triest.* 1, 266); Peutinger 526 f. 110.

Falsa non est, opinor, sed aetatis posterioris.

18* Tergeste.

saluti | sacr | c. calpurnius q. f. publ | calidus ui. uir | augustalis | tergestan . . . . | . . . .

Ligorius Taur. 17 (inde Gudius 47, 4).

19* Tergeste.

dIs manib | spurio nautio sp. f. pab | venusto equo publ | aug. euocato uix. ann | lx m. iiii d. ui | nautia prisca ma|rito singularissimo | ex test. f. p. i

Lig. ms. Taur. 17.

20* Tergeste.

dis manibus | s. f | l. testius l. f. pub. fos|lius. eq. publ. tergest | et testia q. f. sabina | et flaminia l. testi | uxor . . . . . | testia gratill. . . . . | mater l. t. . . . . . . | comparau . . . .

Lig. ms. Taur. 17.

21* inter Tergestinas.

m. torio m f. ulpia | seruilisoo flami | iii dial. xu uiro pontifi ci minori curatori trium|phi daeic felicissimo imp | caes. traiani augusti ex|ornato sacerdoti splendi|dissimo curatori uiarum | patrono coll. cen|tonariorum met. dener | optimo de sa benemer| quinquen. ii . . . . . | . . . . | stat. marm. pec. p. d. d.

Lig. ms. Taur. 17.

22* in serie praesertim Istrianarum, quas inter Aquileienses rettulit CAPOD.

d. o. m. s caliste u° puella inconsulte nupta coniugii foedere affian corciram petii procn male fido rogitante mox destitnta sofonisbam edocta perii acidalia et nato ingratis iunius medicus me fecit.

Capodaglio Aquil. n. 148 ex ms. antiquo.

23* Ex titulis Histriae male vel certe temere tributis adnotabimus hos:

1. Carmen 'Almo Theon' seq. (Burmann 2, 257; Meyer n. 253) in auctario Iucundi (cod. Marcian. f. 229) collocatur Polae. Lectio differt in his a textu Burmanni: 1 *orti sub monte*] *nati sub colle* — 2 *sabina* — 3 *sabina* — *coquita* — 4 *oues theon et aitulos agit almo* — 5 om. — 6 *melodon* — 7 *thyrsum glace* — 8 *glace*.
2. Cottae carmen 'me longe effigie venustiorem' (Burmann 4, 99; Meyer n. 1582) legitur in cod. Belloniano f. 24 inscriptum 'epitaphium Tergesti civitas antiquissima'.
   v. 4 ibi est '*Quinternum*'; post sequitur:
   Car non flosculus ereum requiris,
   Cum tanto fuerim puer decorus'
   v. 8 *coepimus* est pro *laesimus*
3. Carmen 'Elpes dicta fui Siculae regionis alumna' (Burmann 2, 138; Meyer n. 824) sequitur statim apud Bellonum f. 24' at Cholerum f. 83', ubi v. 4 *non soluinque viro*, 7 *iam nunc*, 9 *neue manus b. o. ne forte iugalis*, 10 *membra cinis*, 11. 12 om. Minora omisi. Eiusdem carminis sub inscr. '*Tergeste litteris antiquis*' ex cod. Tomitani f. 15' Carli 3 p. LVI et Kandler *archeogr. Triest.* 1, 144 (cf. err.) dederunt v. 1. 2. 7. 8, ubi 1 pro *Siculae* est *Styrole*, v. 7 *iam nunc tumulata q.*, v. 8 *aeternum*. Similiter Bembus f. 105'
4. Cod. Tomitani epigramma recens *altima iussa patris* (Carli 3 p. LVI) et aliud simile eiusdem omisi.
5. Bellonius Tergestinis suis immiscuit urbanas has:
   n. 13: *deo sancto apolini parifero* (Grut. 38, 7).
   n. 20: *s. ribula e. sempro. f. l. mani nep. inferno plotoni proser. tricorpori osori* (cf. Grut. spur. 3, 4).
   n. 31: *procope* (Grut. 820, 1).
   n. 32: *mil. coh. III prae* (Grut. 535, 2, v. 4 sq.).
   n. 33: *d. m. c. plaii abascanti* (Grut. 884, 1).
   n. 34: *p. acautius philetus* (Grut. 954, 1). Item Tergeste collocat Apian. 354, 4, unde redit inter Tergestinas apud Lazium p. 1204 et in Scussae sylloge ms. n. 36.
   n. 35: *q. aninius alexander* (Grut. 22, 5). Ex Bellonio Mur. 1716, 13; Kandler n. 40.
   n. 36: *q. carstronius* (Grut. 535, 2 v. 1—3).
   n. 37: *antuncti aug. a supel* (Grut. 583, 10).
6. Celeianae tres apud Antiquum inter Histricas se insinuaverunt; sunt autem hae:
   M. d. m. Blaudie vol. III n. 5194
   Sex. Publicius Fronto vol. III n. 5235
   I. o. m. et Marti Aug. vol. III n. 5307
7. Hispana, mox Augustae Vindelicum adservata *Caecilii Euphrosyni* (vol. II n. 949) mero Gruteri 904, 4 errore collocatur Iustinopoli; inde referunt inter Istrianas Carli 2, 259; Kandler n. 463.
8. Cittanovae Istriae Kandler n. 446 errore tribuit inscriptionem vol. III n. 4552 pertinentem ad Neustadt Austriae.
9. Incertae originis urbanam opinor P. Safinii C. f. Pol. Grati (Don. 6, 79) Carlius 2, 307 errore rettulit ad Polam; inde auctore non laudato Kandler syll. n. 275.

IV. AQVILEIA.

24* Aquileiae RED. In eccl. collegiali SS. Feliciis et Fortunati CAP.

Q·SVLP·VXORI·TERENCIAE
NON·LVBENS·F·FATVM·F

Ad Redianum cod. (1474) f. 136' Aquil. n. 44 in fine Aquileiensium postea adiecta, eadem tamen ut videtur manu. Marulus n. 86. Bononii syll. ms. (1506) f. 23 a Petro Passarino Utinensi. Sanutus f. 39 n. 19. Io. Matth. Tyberinus in cod. nunc Regii Lepidi apud Turrium adservato scripto saec. XV exeunte hanc solam inscriptionem Aquileiensem affert. Cod. Ambros. C. 61 f. 81. Capodaglio n. 44 (inde s Turra p. 357; ex hoc Mur. 1407, 5 et Bertoli p. 231 n. 293).

Dedi typum Rediani, quocum Marulo Sanutoque fere convenit; Bononius Tyberinus Cap. T· pro TERENCIAE, Tyberinus FANVM pro FATVM, Capod. et Tyb. praeterea FECIT pro F.

25* Aquileiae in urna.

claud. anicio | et | anicio paulino

Grut. 856, 8 ex Velseri schedis (inde Bertoli p. 266 n. 384) hanc solam affert Aquileiensem non satis certae fidei.

26* Aquileiae in ecclesia primaria.

adalbertus conuelius | adalberto conuelio | fil. karissimo et | camillae primitiuae | lib. liberisque et lib|ertabus posterisque | eorum fecit

Donius cod. Barb. XXXIV 73 p. 263; descripsit Claudius Franc. Grata Barroducensis.

27* Aquileiae in ecclesia primaria ad altare maius.

cinthius aquillus m. s | qui uixit annns lxii | hoc monumentum siue | sepulchrum artiae | fil. karissimae et sibi suisque et posterisque | eorum fecit | in fronl. p. x. in agr | p. uiii h. m. h. s.

Donius cod. Barb. XXXIV 73 p. 265; descripsit Claud. Franc. Grata.

28* Aquileiae.

d. m. | fortunatae | feminae ho|lenae kar|issimaeque pusillae uixit | annis xiiii | c. f. oluietus bene merenti | fecit in front. p| xiiii in agr. p. xii

Donius cod. Barb. XXXIV 73 p. 263; descripsit Claudius Franc. Grata.

29* Aquileiae in domo quadam privata, litteris aereis scalpturatis.

d. m. , c. m. milesius qui | uixit annos lxxii | menses iiii dies xui | sibi et suis fecit

Donius cod. Barb. XXXIV 73 p. 267; vidit et descripsit Claudius Franc. Grata Lotharingus.

30* Apuleiae apud Ioannem Fabrum.

seruilius firminus p. f | et hilara firmiua c. f | sibi et suis fecerunt

Donius cod. Barb. XXXIV 73 p. 260; descripsit Grata.

31* Aquileiae in domo Vincentii Spinelli.

d. m. s | sulpicio aruntio | sulpicius frater | et sibi fecit

Donius cod. Barb. XXXIV 73 p. 260; descripsit Cl. F. Grata.

32* inter Aquileienses.

LVCVM
DITI MACERIAM · ARAS ERAE
PATRI MOLEM · EDILIA SACR
SACR Q · CERFONIVS
CHRISEROS
AC · C · COS · IIIII · VIR
FLORENTIA
FECIT

Pirona ex collectaneis antiquis.

3 EDILIA traditur. — Fortasse genuina; nam alibi quoque (Henzen n. 6531) nominatur *accensus consuli, Augustalis Puteolis et Venafri*, nec *erae* nomen Proserpinae non convenit. Sed eiusmodi inscriptio certum auctorem desiderat.

33* *sopra il portone della Rocca Bernarda nelle pertinenze della Badia di Rosazzo* BERT.

papavera MANIAE DEAS *poma granata*

Bertoli p. 424 n. 620 (inde Mur. 1983, 9; Orelli 2025); Zuccolo delineavit.

Extare titulum constat utpote a Zuccolo delineatum, sed ficticium puto similisque originis ac n. 56* Rubiginis. Ex Valvasonianis schedis haec affert Zambaldi Conc. p. 314: '*Era opinione di Nardino Celinate, che il castello di Maniago sia stato fabbricato con le rovine della città di Celina e che avesse preso il nome della dea Mania, il cui tempio era stato nella vicina villa di Fanna.*' Mania dea venit ex Macrobio sat. 1, 7, 35, ubi quod narratur eius effigiem pro foribus suspensam periculum avertere, haud scio an coniunctum sit cum huius lapidis origine.

34* Aquileiae rep. 1805 una cum titulis Cautipatis n. 763. 765.

M · CAPONIVS · FELIX
DITI · PATRI
EX IMPERIO

Labus *epigr. scop. in Egitto* p. 15 (inde Orelli 1469), *annali dell' Instituto* 1846 p. 273; habuit ab Asquinio. Haec et duae sequentes cum verae esse possint, tamen certiorem auctorem desiderant quam est Asquinius.

1 C · COPONIVS Labus ann.

35* Aquileiae rep. 1805 cum titulis Cautipatis.

DITI
PATRI
SACR
FESTA
Q · C · C
V · S

Labus *annali dell' Instituto* 1846 p. 273 sine dubio ab Asquinio.

36* Aquileiae rep. a. 1805 una cum titulis Cautipatis.

D · P · D · M
VRBANVS
XX · LIBERT

Labus *epigr. scop. in Egitto* (1826) p. 15 (inde Orelli 1470) et *annali dell' Instituto* 1846 p. 273 ab Asquinio.

37* Aquileiae rep. 1805 cum titulis Cautipatis.

PATIS · AVG
SAC
Q · BABIENVS
PROCVLVS
CVM · SVIS
V · S · L · M

Labus *ant. mon. scop. in Brescia* (1823) p. 110 (inde Orell. 1775) et *annali dell' Inst.* 1846 p. 273 ab Hier. Asquinio.

3 BAIENVS, 6 V · S (om. L · M) Labus ann.

Haec per se genuina esse potest, sed non minus facile conflata es · · ex titulis sinceris etiam ab Asquinio relatis n. 763. 775.

38* Aquileiae inter rudera monasterii monialium.

C · ALBIVS · C · L
METREDOS
M · M · D

Asquini ms. apud Pironam.

Non caret suspicione cum propter auctorem tum propter cognomen METREDOS (METRIDAS Pirona syll. ex em.), si titulus verus est, certe corruptum.

39* Monasterii rep. 1788.

C F ET TAVRISCOS G
IS COACTOS M
D QVINSIS QVA
SIGNEIS CONSI
PSCIT TSIVMP
...

Asquini apud Gravisium *Illirico Forogiuliese* 1789 p. 77. 88; Moschettini ms. indeque Steinbüchel *Wiener Jahrb. A. B.* 48 (1829) p. 87 (inde Henzen 5257).

1 in. C om., 2 in. IS, 3 in. Q, 8 DIAFI · TI Mosch.

40* Aquileiae inter lapides repertos a. 1788 SCHED. PIR. *Trovata in Aquileia in uno scavo molto profondo fatto per tener dietro ad un grande muraglione tutto di pietre quadrate* CORTENOVIS (vide infra). Vindobonae extare ait SANDLER errore

C · VERATIO · C · F · VEL
ITALO · AQVILEIENSI
IIIII · VIR · QVINQ · PONT
EQVIT · PRAEF · CLAS
PRAEF · COH · I · DELMATAR
CVR · VIAR · PRAEF · ALIMENT
LEG · PROV · AFRICAE
CVR · ILLYR · ET · HISTRIAE
PATRONO · COLONIAR
CONCORD · ET · ALTINAT
COLLEG · FABR · CENTONAR
DENDROPHOR · NAVICVLAR
ET · PLEBS · VRBANA
OB · MERITA · SIVS
EX · AERE · CONLATO
DECR · DEC
PVBLICE

Anonymus Pironae in schedis a. 1788 n. 6; Cortenovis ms. p. 96, qui misit Marinio in epistula scripta Udine 30 Iul. 1788 (cod. Vat. 9046 f. 164; inde Marini Arv. p. 159; ex hoc Orelli 4082); Coletus ms.; Carli 2, 327. 3, 43, cui misit Hieron. Gravisi; Asquini apud Gravisium *Illirico Forogiuliese* (1789) p. III. 80. Ab his Kandler *iscr. dell' Istria* n. 1.

4 CLASS Cort. Pir. — 8 ILLIR Cort., ILIR Pir. Carli.

Titulus, qui iure torsit Borghesium Henzenumque (v. ann. inst. arch. 1849 p. 222), si quid video fictus referendus est omnino ad Asquinium. Nam Cortenovius in sylloge ita proponit, quasi titulum ab amico acceperit magis quam ipse de lapide exceperit, idemque confirmant quae de eo scripsit ad Marinium Udine 30 Iul. 1788, mittens simul exempla huiusce tituli et n. 930: *Ieri . . arrivai in Udine* . . . . *Subito arrivato ho cercato conto delle iscrizioni di nuovo scoperte in Aquileja. Ne ho avute varie copie, ma poco esatte . . . mi dicono che si sono trovate in uno scavo molto profondo fatto per tener dietro ad un grande muraglione tutto di pietre quadrate. Gliene trascrivo qui due, che mi sembrano meglio delle altre trascritte* . . . . . Causa fraudis fuit controversia eo tempore agitata, provincia Foroiuliensis utrum Illyrici pars esset an Italiae; produnt autem fraudem complura indicia, ut illud C · F · VEL · ITALO translatum ex titulo n. 875; sevir idem ordinis equestris primarius homo; legati provinciae Africae munus senatorium insertum inter equestria; *equitum* v. 4 absolute positum sine praefecto; praefectus cohortis primae pro tribuno; Altinum colonia, cum sit municipium; omnium maxime autem portentum illud curae Illyrici et Histriae.

41* locus non indicatur ab Asquinio; Aquileiae COLETUS.

AVITIANVS·EVOCATVS·AGENS·SVPER LAT
AQVIL · B · M

Asquini apud Gravisium *Illir Forogiul.* (1789) p. III. 78, qui conicit legendum esse *super latifundia* vel *super lateritias* vel denique *super laterenses Aquileiae* Coletus inscr. Aquil. (1789) n. 23.

42* *Si vede ora in un angolo della casa dei Conti Michelli nella villa di Campolungo, luogo non molto distante dal Monte di Medea. Questo è un monte isolato tra il Natisone e l'Isonzo quasi in equal distanza da Gorizia e da Aquileja; alle sue falde ha due ville chiamate una Medea di sopra, l'altra Medea di sotto* ASQUINI. Iisdem fere verbis locum indicant CORT. COL. Fui Campolongi in illa villa lapidesque ibi alios descripsi Cortenovio quoque visos, hunc tamen frustra investigavi.

C · F · FLORENTINAE
IN HONOREM
PETRONIAE LAODICIAE
PAGANI METEIENSES PAGOS·II
PATRONAE

Io. Hier. Carli *sull' impresa degli Argonauti* (Mantuae 1785) p. 105 n. 168, quem librum non vidi. Asquini apud Gravisium *Illirico Forogiul.* (1789) p. 7. 83. Cortenovis Pironae p. 8, certe non ex lapide, nam *a* hanc formam habet A, id quod in titulis aetatis non Christianae ex lapidibus relatis Cortenovius nusquam commisit. Coletus inscr. Aquilei. ms. n. 24. Filiasi mem. ed. 1 2, 264, ed. 2 1, 472. Zambaldi Conc. p. 230 cf. p. 176.

Scribit Asquinius hoc titulo confirmari adventum in hanc regionem Argonautarum, Medeam enim ab antiquis Italis littera *d* carentibus dici debuisse Meteiam. Eodem loco repertum esse titulum n. 787 item extantem Campolongi, *I. o. m. sacr. Petronia Laudicia*, unde scilicet qui hunc commentus est nomen desumpsit.

43* *trov. in un campo presso Udine fuori della porta di Gemona tra quest' ultima e Paderno sulla strada che andava da Aquleja a Tricesimo.*

T·ATILIVS·T·L
GELENIVS
V · P · SIBI · ET
VALERIAE · L · P
PRIMIGENIAE
L·M·IN·FR·P·VIII
IN·AGR·P·XV

Asquini *giard.* suon. p. 7, ineditam dicens et disserens de cognominis *Gelenii* origine Celtica.

44* Utini in summo colle rep.

L·GRAXIVS·L·F
C · GRA //////
S/// I///D//SV

Asquini ms. apud Pironam ex Valvasonis de Maniaco commentario: *brevi informazioni pel governo della patria del Friuli.*

Vide titulum simillimum Cividalensem n. 1776.

45* Utini in vertice collis inventa dum effoditur cisterna.

D · M
VRIO · AP
I I I

Asquinius ms. apud Pironam ex Valvasonis commentario *brevi informazioni* cet.

46* in lap. Aquileiensi inedito.

CLOCAVIT

Asquini giard. suon. p. 22 'pro CONLOCAVIT'. Similiter legi in titulo Parmensi Grut. 492, 5 CLEGIOR.

47* Aquileiae a. 1789 inter rudera SS. Felicis et Fortunati rep.

IN HOC SANCTORVM
LOCO IN PACE QVIESCIT
ANICIA VLFINA VC DEO
DEVOTA QVE VIXIT ANN
PL M XVIII MENS V DVII
ANICIVS PROBVS VI ET
ADELETA PARENTES
FIL PIENTISS POSVER
de P III KAL SEPTEMBS
fl ri CIMERE VC CONS p. C. 459

Labus misit Borghesio (ex cuius fastis ad a. 459 excerpsit Rossius) acceptam opinor ab Hier. Asquinio. Confer epistulam de hoc titulo Borghesii ad Labusium scr. 30 Apr. 1844.

Vide ne sit falsa. Formula certo v. 8 ratioque verborum non expletorum huic aevo minime convenit.

48* Aquileiae.

AVGVR
o
caeculum *ar- cens* *li tuus*
TRIPOS

Moschettini ms., inde Steinbüchel *Wiener Jahrb. A. B.* 47 (1829) p. 63 et Zandonati p. 215.

Lusus opinor subest de tripode sacro.

49* Ex titulis ad Aquileiam errore relatis vel certe nullo teste idoneo hos adnotare placuit.

1. Traiani inscriptio cum nomine C. Lucilii Pyladis a Reinesio 10, 3 errore collocatur Aquileiae, cum Lilius, a quo sumpsit, ponat 'in Civitate veteri'; est tubus plumbeus similis Fabrettiano p. 380 n. XXXIV Centumcellensi.
2. *d. m. Pontia Pontri filia* (Grut. 921, 6) apud Valvasonem collocatur *Aquileiae*, sed adnotatur: '*ab aliquo ut Romae inventa traditur*'.

   Sequentes n. 3—10 male rettulit inter Aquileienses Zandonatius:
3. *Fatis Q. Fabius Nymus.* Est Hispana vol. II n. 3727 quam ex Bertolio p. 35 sumpsit Zandonatius.
4. *Fl. Gratianus pius felix max. victor ac triumf. semper Aug. pontif. max.* Pars est urbanae Orell. 1117; temere inter Aquileienses posuit Zandonatius p. 213 (cf. p. 33), demonstrandi causa ad Gratianum usque Romanos imperatores pontifices maximos appellatos esse.
5. *rex sacrorum* cet. Urbana est Grut. 1087, 8 pessime corrupta apud Zandonatium p. 213.
6. *Magilius L. l. Philom* Allifana I. N. 4778; Zandonati p. 214.
7. *ab luco Libitina Q. Coruncani* cet. Urbana Grut. 971, 8; Zandonati p. 211.
8. *Q. Peticio M. f. Fal.* cet. Campana I. N. 3634; Zandonati p. 214.
9. *Dis M. L. Vettio Syntropho* cet. Urbana Orell. 2338, quam ad Belignam effossam a. 1776 ait Moschettinius in schedis; inde Zandonati p. 205.
10. *C. Voconio C. f. Call. Placido* cet. Hispana vol. II n. 3865; Zandonati p. 214.

50* Aquileiae.

ti. claudius | ti. l | syntrophus | uestiarius | centonarius | h. s. e

Don. 8, 75 (inde Mur. 946, 1; Orelli 4296) dicitur proferre ex Ramberto, apud quem non extat. Unde petita sit, nescio, nec constat mihi de sinceritate.

51* Aquileiae.

amphia. a. et. ɔ | l. exoche | uix. ann. xxi | pia

Mur. 1630, 1 ex Turrio, ut ait; at apud Turrium non extat et videtur petita aliunde.

V. FOROIVLIENSES ET CARNICAE.

Reiectanea Foroiuliensia et Carnica hoc capite simul edidimus, maxime ne Asquiniana discerperentur.

52* lapis olim repertus in Foro Iulii thesaurum absconditum significans nec cognitus ab agricolis, qui eo ad cultum terrae deprimendum utebantur tanquam lapide simplici, solum pondus praestans, in quo, cum fractus fuisset, canis aurea reperta fuit habens a tergo litteras, quae extant in fronte.

INTRINSECVS

Felicianus inter Patavina n. 27a; inde Ferrarinus in Traiectino libro reliquisque. Canis etiam pingitur.

53* 'extat in Moriaco agri nostri Tarvisini trans Plavim pago monumentum vetustissimis ac elegantissimis notis incisum, quod legi non potest praeter verba infra scripta' BONON.

c. herennio rhetorico

Bononius antiq. l. 1 p. 33 (inde Burchelatus hist. p. 504; Mur. 1803, 5 in adnot. ex Hier. Bononii ms.). Fortasse corrupta potius quam conficta.

54* Fori Iulii in Transpadana.

apollini inuicto | c. domitius c. f. asper tribun. | milit. leg. x augus. d. d. | pro salute et redd. u. u. ////

Ligorius ms. Taur. 8 (inde Gud. 24, 9).

55* in agro S. Viti prope Tulmentum [Tagliamento] rep.

a castro ueneris diuae

Ex Hier. Caeserini auctoris saec. XVI historia ms. per Liruttium Pirona.

56* prope Cividale in villa suburbana q. d. Rubignaco comitum de Maninis, hodie Petri Carli, et fuit semper et est adhuc. *Nella casa del sig. Ottaviano Manini d' Udine, la qual m' ha fatto fede d'aver ritrovata disfacendosi un forno vecchio in quella villa* LOCATELLO. — Aquileiae MUR.

deo rubi|go sacrum

Vidi et condemnavi. Vocabula separantur non punctis, sed interstitiis; elementa denique non sunt aetatis Romanae. Habet primus Locatello ms. (1594), deinde Fontaninus et *delle masnade Venete* (Venet. 1698. 4) q. n. v. et in Gorii symbolis dec. Rom. vol. IX p. 168; Zancarolo p. 81; a Turre p. 318 (inde Mur. 102, 6; Bertoli p. 109 n. 94); d'Orlandi diss. fun. p. 55 et app.; Arneth *Wiener Denkschr.* 1, 277. Recte damnavit post Maffeium Orell. 1622.

57* Utini lapis effossus a. 1517 in arce vetere deicienda in regione versus ecclesiam S. Mariae, deinde Utini apud Anastasium Monticoli PALL.

c. iul(ius) caes(ar) d(ictator) p(erpetuus) imp(erator) ol(ympiadis) cxuiiic a(nno) p(rimo) nt(ini) gen(tis) iul(iae) for(um) s(ecundo) inst(ituit) un(de) no(men) pro(uincia) sump(sit)

Henr. Palladius p. 67 (inde I. F. Palladio Friuli 2, 140 et Mur. 1796, 4) adscripta interpretatione Camilli Camilli. Damnavit a Turre p. 380 addens fictam esse a monacho Camaldulensi Germano de Vecchiis c. a. 1600, cuius ms. Utini adserventur.

58* Iulii Carnici.

HERCVLI · INVICTO
SACR
L · CORNELIVS · C · F
CLA · SECVNDIANVS
VET · COH · VIII · PRAET
F · FONTIS
PRO · SALVTE · SVA · ET
VALERIAE · MADIAE
CONTVBERN · SVAE
V · S · L · M

Asquini *Forogiulio* p. 47, item Labus in epistula ms. ad Orellium 3 Iul. 1826, qui sine dubio accepit ab eodem Asquinio.

59* Iulii Carnici rep. in effossionibus a. 1808 ASQVINI.

hERCVLI · SANCTO
SACRVM
??· OGIVS · L · F · PARA
pRAEF · COLLEGI
faBR · ET · OENDR
siGNVM · CVM · Ba
se MARM · OB · Cuo
imPERIO · PO suit
L · F · d d

Asquinius *pago degli Arusnati* (1828) p. 18, item *giard. suon.* p. 11 (inde Henzen 7198) eodem exemplo ligno expressit. Dedit ei ut ait Parmae Gellus qui repperit a. 1808, id est Siauve (v. n. 61*). At inter schedas Siauvianas quas habemus (v. p. 82. 172) haec non magis extat quam n. 61*, nec credibile est de his Siauvium in commentariis editis tacuisse, cum omnia ibi colligat etiam minora, quae in effossionibus suis invenisset. Ogium nomen finxit Asquinius propter titulum Venetum n. 2176, quem cur ad Iulium Carnicum rettulerit, ad ipsum docuimus.

60* *trovata nella villa di Priol in Carnia.*

fauNI · S · M · R
metRONAE
etIANAE
et eOTO

Ex schedis Asquini qui supplevit sumpsit Pironae amicus.

61* Zuglio, *serviva di riquadro alla finestra d'un povero abituro.*

nYMPHis
aVGVSTis
ssC · ERSONius
seX · F · FESTus
deC · COL · Sar
aqVAM · FONtis
cluDENDAM con
caERANOque
o/R · IDEM qua
dEDICAVIt

Asquini *Forogiulio* p. 5, qui accepisse se scribit a Siauvio a. 1808. At Zuccolianae schedae, quae sistunt Siauviana omnia, hanc non praebuerunt. Supplementa Asquinii adscripsi.

62* Iulii Carnici '*questa fo trovata li vicino sepulta in terra in questo anno 1573*' LEONI.

parcis | cornelia c. f. | tallias | ex uisu

Asquini *Forogiulio* (1827) p. 47 (cf. p. 55) ex notis ms. Baptistae Leoni ad marginem Ptolemaei Itale versi ed. 1561; Labus, qui habuit sine dubio ab eodem Asquinio, misit Orellio d. 3 Iul. 1826, qui edidit n. 1778.

63* *tr. nelle vicinanze di Soffumbergo* [Saffumbergo distr. Faedis?] *in confine dei territori di Aquileia e Giulia Carnica.*

SILVANO
AVG
C · PETRONIVS
C · L · LIB
GRVARIVS
PETRONIA
C · L · LIB · EVA
....TRON...
....

Asquini *giard. suon.* p. 35 ineditam dicens et disserens de cognominis Gruarii radice Celtica (gruarius enim Celtis est, si credis, custos silvarum domini), quod cum altero simili Gelenii n. 43* componit.

64* *era in un campo vicino alla Ponteba Veneta, ora in Udine nella casa di Alessandro Rota* ASQUINI similiterque COL. CORT., quorum hic addit a. 1796 comitem Fabium Asquini titulum sibi emisse. Apud eundem collocant MEM.

D · M
ONESIMVS
SER · VIL
VECTIGAL
mulier cum speculo ILLYR · EVERILAE *vir cum volumine*
VXORI
PIENTISSIMAE
AN · XXV
ET · SIBI · VIVVS
T · F · C

Asquini apud Gravisium *Illirico Forogiuliese* (1789) p. I. 77; Coletus inscr. Aquil. ms. 1789 n. 22 et in schedula solitaria inserta codici Veronensi Tarvisanorum Coleti; Cortenovis ms. p. 83; Venetae ephemerides *memorie per la stor. lett. e civile* a. 1789 Iul. et Aug. p. 1.

5 in EVERILAE consentiunt omnes. — 6. 7 Cortenovis primum omisit (unde desunt hi versus in exemplo ad Marinium misso), postea adiecit. — 8 ANN Mem.

Haec quoque non caret suspicione propter nomen *Everilae*, propter uxoris appellationem de ancilla usurpatam, propter formulam vivum sibi quendam sepulcrum faciendum curasse testamento (nam non recte solvitur *titulum fac. cur.*), propter Illyrici mentionem (cf. n. 1864), denique propter auctorem primarium.

65* Iulii Carnici.

C · CORNELIO · L · f
CLA · CAESONi
TR · MIL · A · POPVlo
PRAEF · FABR · ET · DE*adr*
CVR · VIAS · CARN*icas*
OCTAVIA · C · F · QVI*rin*
VXS

Asquini *Forogiulio* (1827) p. 47 exhibet sic ut dedi suppletam.

66* Osopi.

d · M
*m. qui*NCTILIVS · M · F
*cl*A · VALENS
mil. LEG · XI · CL · P · F
ann. XLVII STIP · XV

Asquini *giard. suon.* tab. n. 4, cuius retinui supplementa.

Fortasse vera, sed tamen stipendiorum numerus cum annis non satis concordat.

67* nuper rep. in villa S. Floriani inter Casarsam et S. Vitum, nunc Udine in aed. Asquini.

c TVRRANI
c F · CLA
*se*CVND*us*
II · VIR · *i* · *d*
CONCOR*d*
DEDIT

Furlanetto lap. Pat. p. 167, cui misit Labus acceptam sine dubio ab Asquinio. Originem ducit ex titulo Patavino n. 2874: *C. Turranius Secundi lib. Euanthus Concord. C. Turranio Pantagatho* cet., at male intellecto; nam collatis reliquis titulis Patavinis similibus satis constat hunc Euanthum non fuisse oriundum Concordia, sed Patavii Concordialem.

68* Formis nummorum a Cortenovio editis (*lettera al Minotto* 1780) Asquinius (*Forogiulio* p. 6; *giard. suon.* p. 28; *lap. ined. di Giulio Carnico* p. 6) ita abusus est, ut propter alteram inscriptam TI · CAESAR · DIVI · AVG · F · AVGVSTVS · IMP · VII · P · M Friulanae provinciae vindicet utpote ibi cusum insignem maximi modi nummum argenteum, in quo ab una parte caput Tiberii cernitur cum inscriptione illa, ab altera capita Augusti et Octaviae cum adscriptione DIVVS · AVG · IMP · OCTAVIA (Eckhel 6, 161); alteram vero, in qua est CAESAR · DIVI · F · COS · II, pertinere dicat ad nummum item repertum in provincia Friulana sibique visum Veronae in museo comitis Iacobi Verità, qui ab una parte inscriptionem illam habeat ad caput Octaviani iuvenile nudum, ab altera inscriptionem COL · IVL · KAR cum signis militaribus tribus. '*È ancora inedita*', sanctus homo addit, '*per quanto ho potuto sinora riconoscere*'.

69* *villa di Comero, territorio di Giulio Carnico.*

d. m. | costonio | serno b. m. | ann. xxxii | cornelia | malines | fecit

Asquini *Forogiulio* p. 48 auctore non indicato.

70* ex sepulcro facto ex imbricibus magnis sine fundamento alio, ut quattuor tegulae magnae ipsum efficerent, quinta tegeretur (quarum tegularum una inscripta erat sic: T VET DEX), quod a. 1826 m. Aug. repertum *alle falde del monte di Osopo verso Campo* mox veniit talium rerum amanti homini (nomen non traditur: *un amatore di cose antiche li portò seco chi sa dove*), prodiisse dicuntur praeter vascula duo argillaceum vitreumque et lucernam inscriptam LVCRET et nummum Augusti tr. pot. VIII cusum a L. Vinicio L. f. IIIviro amphora formae in vinariis solitae ossibus cineribusque plena cum ima parte acuta in terram immissa, tecta supra patella, in cuius amphorae manubrio legebatur impressum HERENNI, et titulus hic stilo scriptus:

VIANAE
ↃSERVAE
KARAE
GARDINA
SINIS

Asquinius haec protulit tabulis incisa in commentario *giardiniera suonatrice*, simul docens *Viana* indicare puellam statura parvulam, *Gardina Sinis* significare horticultricem sonatricem, Celtice scilicet. V. 2 legit *conservae*, citans notam ↃC ex notissimo titulo Noreiae Görtziano (vol. III n. 5123).

71* *Due inedite iscrizioni della gente Flavia sono nella mia raccolta.*

Asquini *giard. suon.* p. 24.

72* in pago Ignani (Dignano) agri Foroiuliensis rep. 1810 una cum ossibus et aqua et clavi et nummis Claudii.

t. claudius | lemnus | diui claudii | augusti lib. | a studiis

Pirona ex epistula Iac. de Concina S. Daniele 6 Iun. 1810. Sed est urbana Grut. 584, 3.

73* Udine in ecclesia cathedrali qui adservatur titulus Christianus Melabii fratris, eum Roma eo misit Garampius cardinalis cum lipsanis.

VI. CONCORDIA *(Portogruaro)*.

74* in statua Sileni, Concordiae rep. extat Portogruari in aed. decani Mazzaroli BERT.

SILENO

Bertoli ms. n. 721 (inde Zambaldi p. 47), qui recte titulum indicat recens adiectum.

75* falsa. Portogruari apud Muschiettios.

AVE HAVE
HEROTION
ET VALE
AETERNOM
FILIAE

Descripsi et damnavi. Cf. vol. III n. 197*.

76* falsa. Puncta ad imas litteras apposita sunt. Portogruari apud Muschiettios.

IVVENTIAE · EVTICHIAE
CONIVGI · KARISS
T · STATILIVS · VALENS
ML · CL · FR · RA ·
V · A · XX · B · M · F · C ·

Descripsi et damnavi.

VII. OPITERGIVM *(Oderzo)*.

77* Opitergii.

M · CAESIO · EVNO
COR · N · M · SV ·
· T · · OP ·
H · M · C · C ·
N · NIC · IIII · FINE · PET
P · MOE · B · A · S · Q · Z ·

Valvasoni ms. — V. 1 principium est tituli Opitergini n. 1974; praeterea quid subsit nescio.

VIII. BELLVNVM.

78* Belluni in aedibus Pagani.

IC = NT / IN
B P I \ G
OII VA
DA III VSC
5 IBP / / TA
MI / / CIM

Edimus, ne quem fallat. Titulus vere antiquus est, sed paucis ductibus exceptis recenti scalpro deletus substitutis elementis aliis et ipsis saepe incertis.

79* Belluni in hortis Victoris Forrae nuper rep. PILONI. Hodie Landris in aedibus Miari.

nero claudius

Vidi; recens est, sed non videtur fraudandi causa facta esse. Ed. Piloni f. 30; Miari p. 9.

80* Belluni.

crispinae aug. imp. comodi aug. sarmatici germanici d. d.

Piloni f. 33.

81* Belluni *nel castello di Dollone.*

imp. m. aurelio antonino aug. imp. septinii (*sic*) seueri pii pertincis (*sic*) aug. filio d. d.

Piloni f. 33 vv. non div.

82* Belluni.

imp. caes. fla. ualer. constantio nobilissimo anno xx d. d.

Piloni f. 38.

83* inter Bellunenses.

allie. t. labieni uxori bell. d. d.

Piloni f. 14.

84* in agro Bellunensi.

p. flauius p. f. trib. leg. i sibi et p. flauio p. l. frontoniae et flauiae p. f. in fronte ped. xu in agro ped. x f.

Piloni f. 23.

85* Salce, ut videtur.

p. flauio festo filio dilecto decur. et flauiae tertiae uxor. t. f. i. m.

Piloni f. 23.

86* Apago in agro Bellunensi *nella ch. di S. Maria.*

. . . p. flauius t. f. festus iii. uir. app. mestrio u. f. i. m.

Piloni f. 23.

87* *nel contado di Alpago nella ch. di S. Pietro di Valzella*

maximus iii uir . . . .

Piloni f. 17.

88* inter Bellunenses.

t. ueturius uixit annis lv posuit t. ueturius in fronte ped. x io agro ped. ix.

Piloni f. 18.

Tituli sic relati a Pilonio:

89* uictoriae sacrum saturninus bell. trib. cohor. cum saturnina bell. uotum soluit.

90* leg. i nor. p. seuerinus bell.

quomodo effecti sint ex Noricis inserto Belluni vocabolo, docui vol. III ad n. 4811.

91* Apuleosem titulum *I. o. m. stat.* cet. vol. III n. 1078 cum Valerianus citasset in ant. Bell., qui eum expilarunt I. N. Doglioni et Pilonius eum referunt ille cum praescriptione '*in villa Bianca*' (scilicet Albam indicarat Valerianus), hic cum praescriptione 'in vico Longarone'.

IX. FELTRIA.

92* 'Maximiliani . . . manus . . . Feltriam recu'peraverunt [a. 1509] praedaque ingenti facta 'atque abducta oppidum incenderunt. Eo in'cendio turris portae oppidi imminens concidit, 'qua in turri carmen solido in lapide legebatur 'antiquitate mira praeditum. Is lapis igne ab'sumptus haud parvo civitatis desiderio interiit. 'Carmen erat eiusmodi'.

feltria perpetuo niuium damnata rigori
forte mihi posthac non adeunda uale

'Supra carmen Iulii Caesaris nomen erat inscriptum'.

Sic narrat Petrus Bembus († 1547) hist. Ven. l. IX (f. 213 ed. Lutet. 1551). 'Quos hic imprimendos versus curavimus, ex Bernardini Maffei [† 1553] cardinalis ad Antonium Thebaldeum manuscripta epistola deprompsimus, in qua e marmore ipso in ruinis antiquae urbis Feltri reperto exscripsisse illos affirmat' Fulvius Ursinus imag. et elog (1570) p. 91. Ab his pendent posteriores, maxime a Bembo, ut Tomitanus in syll. ms. inscr. Feltrinarum apud Cambruzzium p. 35, Guglinus cod. Vat. 9141 f. 158' Bembum laudans, Piloni f. 13, dal Corno p. 4, Burmann anth. 3, 10, Meyer anth. 70.

C · IVLIVS · CAESAR praescribit, deinde legit NIMIVM DAMNATA RIGORE Ursinus.

93* *nella chiesa di Fianema* [m. p. IV a Feltria] *sotto la pietra dell' acqua santa si ritrova un capitello di marmo bianco con queste lettere* COD. STAT. a. 1566. A. 1620 ex dono episcopi Feltrini Aug. Gradenigi venit Vellaium in aedes Tomitanas DAL CORNO, TAURO. Hodie *alle Centenere.*

GLOTHO *sic*

Vidi; recens est. Habent cod. statut. Feltrin. a. 1566 in tabulario Veneto misc. cod. 183 delineatam; cod. Marc. XIV, 175 f. 241; dal Corno p. 152; Taurus 1816 n. 10, qui citat Tomitanum.

94* Feltriae.

ioui fulgeratori op | sacrum | l. oclatius l. f. men | rocianus iiii uir | i. d. praef. aerar | satur

Ligorius ms. Taur. 8 (inde Gud. 4, 12).

95* Feltriae.

imp. caes. t. aelio | antonino aug. pio | trib. pot. p. p. | cos. iii decen. prim. | publ. d. d. | m. numonius m. f. men. | pompeanus | t. flauius t. f. men. antonianus sacerdos $\overline{qq}$. | q. maeuius t. f. men. celerinus | sex. amcius sex. fil. men. | praetextatus | iiii uir | ordo feltr.

Ligorius ms. Taur. 8 (inde Gud. 91, 1).

96* Feltriae.

q. feruio m. f. pub. | auentino | mil. coh. aeliae praetor. | centur. a. amerinui | uix. ann. lx d. uiii h. $\overline{iii}$ | l. feruius q. f. publ. | primigenius patri | piissimo ex test. p. c.

Ligorius ms. Taur. 8 (inde Gud. 165, 6).

97* Feltriae.

collegium fabrorum ferrar. | feltriens. et altinatium | sacellum hoc perfecer . . . . | m. laelius q. e. menen. fauisc. . . . . | l. fannius l. f. menen. auidu. . . | ii uiri coll. fabr. quinquen. ii. . . . . | . . . . .

Ligorius ms. Taur. 8 (inde Gud. 65, 5).

98* Feltriae inventa in tabula aerea et Romam translata a viro nobilissimo Claudio Ptolomaeo.

Q·LAELIO·Q·F·MENEN
VOPISCO·EQ·PVB
PATRONO · COLLEG ·
FABROR · FERRARIOR
ET · CENTENARIOR · ET
DENDROFNOR · FELT
RIAE · IIII · VIRO · QVN *sic*
QVENN · V · LVSTR o
E · CCCC · DIVIS *sic*
TVRMA · FELTR ·
ET · VI · VIR · AVGVSTAL ·
OB · MER · EIVS · PVBL
L · D · D · D ·

Ligorius ms. Taur. 8 (inde Gud. 129, 2).

99* Feltriae.

DIS · MANIBVS
VEÍRGILIAE PLAV *sic*
TIAE · VIRO · VEST
ANTIST · SANCTISSI
MAE · VIX · ANN LXXVI ·
M · VEÍRGILIVS · M · F *sic*
MEN · CÍNCIANVS ·
FELIX

Ligorius ms. Taur. 6 (inde Gud. 107, 1).

100* Feltriae rep. a. 1564 in inundatione, sed cum legi non posset, mox ab operis absumpta CAMBR.

C·IVL///N///
CAE////IS/
PRO/////V
VC/Q///AP/
//////TO/
//////SSI/
//////AF/
FEL/////
/////D//

Cambruzzi (c. a. 1647) in chronicis ms. ad a. 1564 ad exemplum factum ab Iacobo Palinuro arithmeticae magistro Feltrino. Apud Pasolum (cod. Cicognae n. 3264) antiquiorem auctorem (scripsit enim a. 1580) traditur in lapide ab aqua corroso lectum esse in summa parte C·IVL·C, in fine (*nel fondo*) V·I·ET·IV·ET·III.

101* Feltriae FIL. apud Dan. Tomitani heredes CAMBR. Nunc *alle Centenere*.

I O M
OCLATIVS
Q F
MENEN RVFVS
V S L M

Vidi; sine dubio recens est nec quicquam desit v. 1 in., cum margine circum undique conclusa sit. Habent Cambruzzi p. 58; Mur. 5, 7 a Brembato; Taurus 1616 n. 9, qui citat Tomitanum.

102* *Vi è pure antica tradizione, che Cesare edificasse in Feltre un ponte di pietra sopra il torrente Corneda ed un altro lungi dalla città un miglio e mezzo sopra il fiume Sona nella strada, che conduce al Trivigiano, nel loco detto la Chiusa, ove nell' a. 1627 fu ritrovato un fragmento d'antica pietra vicino al loco ove era situato il medesimo ponte, quale trasportato in città fu riposto in casa di Danielle Tomitano* CAMBRUZZI similiterque CORNO. Nunc *alle Centenere*.

IVL · CAES
S T L
AD · VSV
P P

Vidi; recens est. Habent Cambruzzi p. 36; dal Corno p. 153; Mur. 219, 5 a Brembato; Taurus 1816 n. 12, qui citat Tomitanum.

103* arca rep. a. 1629 m. Ian. [Ian. 13] in loco q. d. Saluco prope Feltriam una cum ossibus et lucerna et nummis CAMBR. CORNO. Nunc apud heredes Tomitani CAMBR. Hodie *alle Centenere*.

SEX · AVGVRIO · III IANO
ET·AVGVRI·EMANDAE
ET · SVIS
NIL E VSNER SRO
TG OVICE
PENESELVENI
V F

Vidi; recens est. Habent Cambruzzi ad a. 1629; dal Corno p. 151; Taurus 1816 n. 7, ubi citatur Tomitanus.

104* Feltriae.

IMP·CAESAR·L·OCLATIO·PVBLICIE
C·IVL·FELTR·P·C

Dal Corno p. 4. Cento est compilatus ex n. 2069. 2079. 100*.

105* Castòi in muro coemeterii S. Martini CORNO. Inde venit in villam Tauri *alle Centenere*.

L · D · D · D

Vidi et admodum suspectam esse indicavi. Ed. dal Corno p. 154; Taurus 1616 n. 16; Miari p. 10.

106* *trasportata nel 1564 da Feltre in Venezia, ove al presente conservasi nella chiesa di S. Pietro di Castello* CORNO. Ibi ex Venetis auctoribus vidit nemo, vereorque ne Cornus hic quoque nugetur.

ANNIAE · GRATAE · CARPIVS
ALBICIVS · PRIMVS

Dal Corno p. 155, auctores citans Goslinum et Bellatum.

1 pro CARPIVS Cornus videtur dare voluisse CAVPIVS; si est sincera, subest simplex C· praenominis nota.

107* prope Feltriam in villa Faen rep. 1564 et inde delata Tergeste CORNO ex Bellato. Vereor ne transposita sit.

d. m. | antistis helia | antistiae tertiae | matri pientissimae

Dal Corno p. 155 (inde sine dubio Kandler in syll. inscr. Histr. n. 59) auctorem citans Bellatum.

108* inter Feltrinas CORNO. Vide ne ficta sit vel transposita propter nomen pagi Feltrini *Cesio minore*.

l. caesius l. l.

Dal Corno p. 153.

109* Feltriae.

l. titius c. f. seuerus sibi et larti p. f. secundae uxori p. et l. titiis filiis u. s.

Dal Corno p. 155.

110* prope Feltriam Anzudi in eccl. S. Felicis.

p. xxx

Dal Corno p. 152.

111* Praeterea Cornus et Graeci tituli, qui adhuc extat *alle Centenere:* ΤΕΡΤΙΑ ΣΤΕΡΤΙΝΙΑ ΣΠΟΡΙΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΑ ΧΑΙΡΕ versionem Latinam dedit p. 153 hanc: TERTIA TERTINIA SPORI ALEXANDRA AVE et, tamquam tituli essent reperti in agro Feltrino post inundationem a. 1804, ex chronicis ut ait Minae et Facini p. 52 protulit inscriptiones ex nummis exceptas M. Antonii et Caesaris cum nomine L. Gellii (Cohen Gell. n. 5) et Traiani (Cohen p. 49 n. 303).

112* Vellaji, *dove serviva pel secondo scalino d'una scala rustica in una casa ad uso di osteria*, repperit a. 1814 Febr. 24 TAURUS. Extat *alle Centenere*.

PSICHE

Vidi; recens est. Taurus 1816 n. 3.

113* rep. 1815 Iul. 9 prope S. Iustinae in vico Campo in muro coemeterii, nunc *alle Centenere*.

D M
S P F P
D

Vidi et falsam iudicavi. Ed. Taurus 1616 n. 17.

114* rep. 1616 Ian. 16, *era commessa nel muro, molto più basso che l'usato, presso all' angolo interno fra mattina e mezzogiorno della chiesa di S. Giuliana della villa di Mis poco distante da Sospiros e da Vedana e 14 miglia da Feltre.* Nunc *alle Centenere*.

D M
P R D S

Vidi; haec per se suspicionem mihi non movit, sed vix poterit separari a reliqua turba. Ed. Taurus 1816 n. 20.

115* rep. a. 1816 Iun. 17 Formegani *infra le ruine d'un muro caduto vicino alla casa dei Devoti* TAURUS.

D M L
OFFERSDA
ASS CAI DOM

Contuli et condemnavi. Ed. Taurus in app. o. 21.
2 OFFERSDA potius quam OFFERSↃA.

116* tectorio incisa; arcae tamen formam refert cum operculo. Queri rep. a. 1816 Febr. 15 in hortis quibusdam et eiusdem anni d. Sept. 12 illata in villam Tauri.

P VIB
L · HOS · P · F · CL · S

D M

Descripsi et suspectam iudicavi. Taurus in app. n. 22.

117* rep. a. 1817 Febr. 10 in vico Canevói 5 m. p. a Belluno in parietinis antiquis.

D IM
P P D L S
P·AP
KIRIAL
S F P DO
C C

Descripsi et condemnavi. Ed. Taurus in app. *n.* 23; Miari p. 11.

118* *alle Centenere.*

LD M

Descripsi et condemnavi.

119* *alle Centenere.*

II Ↄ I' II Ↄ
I V I V

Descripsi et condemnavi.

X. ASOLO.

120* super muros Asulae oppidi LIL.

asula sum muris circundata pulchra duobus | asula praestanti splendida facta manu | desine dux belli de mo sperare triumpbum | frange boc opus bominum pectora murus erunt

Lilius f. 17 (inde Reines. 2, 34). Nisi falsa, certe recens.

121* tabella aenea inventa ad radices iugi Asylianei in valle Porcifera vulgo Brayda anno domini 1307 BURCHELATUS. Asylianae nob. et vetustatis exemplum, atque eocomium, ex antiquissima tabula inventa in Bradensi valle. Exemplum instrumenti Romani antiqui, fines, ac terminos agri inter Henetos, ac Patavos ex una, et Pedemontanos, sive Asylianos ex altera, statuentis, nunc primum typis calcographis fideliter desumptum ex tabula aenea venerandae vetustatis ad iugi Asylianei radices effossa in valle Porcifera, quae vulgo Braida dicitur, anno salutis septimo supra millesimum trecentesimum, mense Martio. Tabula vero ista est longitudinis trium pedum, paullo amplius latitudinis sesquipalmis, literis antiquissimis, et eis, ut vocant, maiusculis minutis, sive Romanis, tamen proscripta, ut expeditissime legatur. At tabula haec fuit subito posita in templo D. Mariae in medio terrae Asyli penes imaginem sacratissimam Christi servatoris nostri crucifixi, immo sub eius pedibus, in honorem venerandae antiquitatis. Post duos annos, prout dicitur, ac fama est, a Tarvisinis fuit obstracta, ac furata, nec in praesentiarum invenitur; immo volunt, et affirmant eam nunquam fuisse. Si quid igitur, lector optime, in ea minus emendatum offenderis, nihil est cur nostram curam, iudiciumque desideres; namque in huiusmodi honorandae vetustatis reliquiis repraesentandis nihil tam suavissime factum existimavi, quam si trium exemplariorum fidem religiosissime sequeremur: cuius quidem instrumenti tenor sequitur TRANSUMPTUM FURLANI.

'q. martius minuteis (minutius *Burch.*) q. f.' q. furius rufeis u. f. du controuersiis inter pedemontanos inferiores, sinu asylianos, et aenetos, ac patauos, in re praesenti cognouerunt, et coram senatu, et inter eos controuersias composeinerunt de finibus, et qua lege agrum possiderent, et quu fines fierent dixerunt, eos fines facere, terminosque statui iousserunt romae coram conss. sententiam ex a. c. dixerunt eidibus decembris l. caecilio metello diadema l. f. q. mutio scevola m. f. conss. anno ab urbe condita cccccсxxxvii, olimp. clxvi, ab eiectis regibus ccclxxxxiiii, qua ager priuatis castelli pedemontanorum ust: et in primis incipiemus in montibus ad radices montis uocitati primaleonis, quem agrum aeneti uoluerunt uendere, haeredesq. sibi fieri, haeredesque sequi liceat; is ager nec uendetur, neque uectigal fiet, sed sit priuatus ager asylianorum, et ibi stat terminus praesens scriptus cum littera: p: ad radices montium Primaleonis in riuo magno brentano, qui oritur supra in monticello in agro interiorum pedemontanorum, seu feltrianensium, et inde seuorsum per riuum ad aedem flauianam salanico, ibique terminus stat, et inde in riuo deuorsum usquu lemurim l. laelii mariani ante aedes auli elii bassiani, terminus ulter stat paenos uillam romanam non longe a uilla c. murenii lentuli in ualle bruna, et inde etium in riuo usquo ad aedum a. prisci cartuliani, ibique terminus stat, et deinde per riuum brentanum ad capitaneam corboraneam cartusiae, ibique stat terminus circa uiam posthumiam, et exinde recto cursu, et riuo brentano usque ad aedem a. laeliae laminiae uiduae, ibiquu terminus stat nimis grandis cum literis: caput, et inde relicto riuo magno brentano cum ponte recto cursu u meridio usque in agro nauisco, ibiqno stat terminus, et inde usquu ad riuulum laureolum iu campo maximo apud mausoleum s. pauli longi, ibiquu terminus stat, et deinde utiam recta uia usque ad aedem c. elii cerini nouendiale in riuulo musianeo, ibique terminus stat, 'et deindo per uiam rectam ad procuberam flauii (parumberam florii *Burch.*), et per anfractus (anfractum *Burch.*) per (ad
'*Burch.*) uiam neruscam (uaraniam *Burch.*) usque ad uillam q. quintii quintianorum, ibique (ibei *Burch.*) terminus stat non longe
'a fonte sylare (silare *Burch.*), qui ducit ad castrum palustre derelictum, ac destinatum (et destructum *Burch.*) ubei stat tem-
'plum d. prudentiae trinam faciem ferentis', ibiquu etiam terminus stat non longo a templo in riuo sylaris scriptus cum his litteris indicantibus deum asylianorum: ad honorem hieronis, 'et exinde recto cursu in riuum sylaris (riuo silaris *Burch.*), usquu
'ad lemurim (leimurim *Burch.*), et aedes metellorum, et ibique (et ibei *Burch.*) terminus stat' et deinde recta linou per uiam uuruscam usque ad magnum riuum fluminis albi dictum plubes upud aedes salinatorum, et curtiorum, ibique terminus stat 'cum
'(his *ins. Burch.*) litteris t. p. h., et indo longo flumine sursum usque ad aedem uespesianorum ibiquo (ibei *Burch.*) terminus stat
'apud castrum naruesium (naruisium *Burch.*), et deinde (indu *Burch.*) in riuo albe usquo ad uillam uiturianam apud aedem uiturii
'uicturiani (nituriani *Burch.*) extra flumen, ibique (ibei *Burch.*) terminus stat, et inde recto cursu fluminis albi a (et *Burch.*) contra
'usque ad castrulum querculum (castriolum querquedum *Burch.*), ibique (ibi *Burch.*) terminus stat cum litteris istis: fortuna dea

'pedemontanorum inferiorum' et deinde usque ad radices montis alti, ibique terminus stat, et deinde recta linea usque ad iugum montis, ibique terminus stat inscriptus litteris maiusculis, secundum consuetudinem nostram romanum: sapha bellona, et deinde per iuga usqae ad montem saledonem, ibique terminus stat, et deinde seuorsum iugo recto bulisteue in monte coloselluia in clascam, ibique terminus stat. deinde per iuga usque ad montem niuenm non loage a calcaira costa, ibique terminus stat cum littera maiascula f. sic terminamus fines asylianorum, seu pedemontanorum inferiorum, qui non solam saat amici p. r., sed stiam sunt concioes uostri, et habent uoces curiatas romae, prout si essent intus; et asylianea ciuitas est colonea uostra, prout babemus, et iauenimus in l. f. n.; quae quidem coloaea fuit deducta per l. cneum tignis, et c. ouium mela, et fuerunt xxx nob., xxv equites, et cx pop. agents curationem publicam domorum, et religionis pub. aceilio purpureo, et pub. bildumio verusco. flamines autem coloneae fuerunt l. titius oelia; et l. lelius liburnia sacrati per illum l. scipionem catulla sub conss.: pub. sophi longo, et pub. sulpitio auueriuo, anno ab arbe condita cccel, olym. cxix, ab eiectis regibus covi. et binc iubemus iura sua defansare, prout terminamus, et sic uolumus stare terminos ipsos, et fines; extra autem hoa fines, ac terminos teneant, possideant baeneti, et patani, sine aliqua controuersia; sic diximus, et ioussimus, ut pro ea ualle, quae uslnida dieitur, extra flumen blancum usque ad aillam a. quintii seuesalca m. f., et ualem brunem citra riuum brentanum in aspectu auli elii bassiani ...... usque ad riuulum silanum hasueti, et patani teneant, et sint obnoxii pro uectigale in singulos annos soluere, et dara ipsis pedemoutanis uif. ('IS legitur in aliis' *Furlanus*) n. cxxxx, et si distulerint in soluendo paguniam, dent in loco paguniae aicesimam partem nini, frumenti, ordei, olei, atque foeni aascentis in agris illis tam extra flumen blancum, quam citra brentanum; quam uicesimam partem debeant deducere sumptibus suis ad radices asylianei moatis in ualle porcifera, siue braida, diuidendo inter uob. equ. at pop. per capita semper masculinorum, et possint insuper asylianenses in omni agro illo tam extra flumen blaneam, quam citra brentanum pascuare castaneas, glandesque legere, et cedra ligna facere pro usu dum aero ue ampliorem modum pratorum excedant, quem proxima aetate babuerunt, fruitique sunt; et sio iudicati, damnati sunt; et erunt in perpetuum at asylianenses pedemontani inferiores, et hueneti, et patani omnes conciues nostri, et sic de caetero stabunt intra suos fines, et ita possidere liceat, et possidebunt, prout iossuimus, et pronuntiamus coram conss. et senatu in ipsa re approbantibus prout iossuimus: de agro poplitio zausaneo mentionem non facimus propter seutentiam declaratam aute kal. sex. sub conss. anni praenominsti; item iossuimus si quis in uinculis ob eas res est, omnes solutique, liberique, tam ab una parte, quam ab altera uidentur, et sic lasciati erant, et sic nolumus, ut sint amici perpetui, et quod liberentur ante idus sex. primas; si quid iniquum de ea re aidebitur esse, adeant prima quoque die ad nos romae, iastitiam, ac rationem recepturi; et ab oueribus publicis, et ab omnibus controuersiis liberamus decernendo, ordinando, statuendo, et finem imponendo prout diximus. et iossuimus ad gloriam dei optim. aeter. acta romae, ac publicata, ac etiam in l. an. fi. pop. kal. sex. seripta ex sententia conss., et ex cons. ioassione per me c. papirium balbum dep. cum praesentia, at laudatione legatorum ex pedemontanis. mocus metecanus metecani f. plancus memus memi f. ex haenetis, et pataais. arius petus pataaus aulus rosanua haenetus. et c. attilius seranus, aulus papirius carbo, q. seruilius caepio a. f. din. item testes fuerunt.

Burchelatus epitaph. (1583) p. 144 seq., qui ait ab aliis se habere et tabulae transumptum se legisse, argumentum indicavit et partes edidit eas quas distinximus virgalis adiectis. Totam misit Philippo Turrio per Facciolatium Casp. Furlanus addens eam pictam legi Asoli in porticu curiae (*sotto la pubblica loggia*) citansque praeterea schedas saec. XVI Colbertaldi cuiusdam; accepto responso Turrii haec addit: '*se in questa iscrizione qualche lettera o voce fosse discordante da quel, che si legge nella loggia d'Asolo, non dovrà attribuirsene a me, o alla mia diligenza la colpa. Provandosi difficoltà grandissima, forse dopo la censura di Monsig. del Torre, ad aver copia di questa sentenza, ho dovuto attenermi ad altro più antico transunto, il quale però mostra d'essere puntuale ed esatto, dicendosi in fine: Ex consimili mihi tradito, ac omnium lectissimo, fideliter transcripsi.*' Prodiit eum epistula Turrii ad Facciolatium in ephemeride *supplementi al giornale de' letterati d'Italia* (Venet. 1722) 1, 31 sq. A Turrio statim condemnata est. Stulta imitatio notae tabulae Genuatis a. u. c. 637 (v. vol. I p. 72) evidenter apparet; quo vero fraudes tendant, explicabit exempli causa Burchelati additamentum: 'Scire debes Vespesianos ruri proprio 'nomen reliquisse, quod sane vulgo dicitur Spresianum: sic Castrum Narvisium iam dudum in villam Narvisias commigrasse, quod admodum multis 'oppidis in agro Tarvisino evenisse compertum est: sicuti non est ignorandum Rivum album, qui statim flumen dicitur, esse Plavim, cuius aquae 'propter subiectam glaream subcineritiae fere semper apparent: perinde atque villam Viturianam tunc temporis eam esse quae etiam nunc dicitur vul'gari nomine de Vidoro, sed elegantius scribentes denominativo vocabulo Vitarianam vocant: veluti aedes Viturii Vituriani statim extra flumen sunt 'illae, ubi nunc est abbatia Vituriana super durissimo lapide rapidissimis undis exposito antiquitus fabricata, ubi, inquam, sicuti illis temporibus 'Boos Romanorum Dea colebatur.'

122* Asoli in praepositura; subscriptum est: 'frustum hoc praeclari monumenti in podium fenestrae huiusce domus foede deformatum in honestiorem locum pro dignitate municipii translatum anno 1757'. — Asculi MUR. errore.

balINEVM · VI · IGNIS · CONS umptum
CVRANte
P·ACILIO·P · FIL · DOMO · RO ma
CVRATORE·REI·PVBLICAE

Phil. a Turre *suppl. al giorn. de' letterati* 1 (1722), 57, cui misit Caspar Furlani; cod. sem. Patav. 568 f. 17'; Mur. ms. 17, 204, ed. 468, 6 ab Oct. Bocchi (inde Colucci ant. Ascol. p. 139); Lazzari apud Calogerà 9 (1733) p. 237 et 40 (1749) p. 390 (cf. 15, 363); Pococke cod. 22994 f. 112; Coletus n. 41 vix de lapide; Guerra p. 22.

1 CONS Turrius et Bocchi, CON Lazz. 1749 et Guerra, COM Lazz. 1733. — 2 R · CVRAN Turrius. — P · F · Lazz. 1749, T · F Guerra. — NE · VIANCOELI · L · P · ACILIO · P · NIL · Q · VR · N · CVRATORI · REI · PVBLICAE cod. sem. Pat.

Lapidem extare cum constet, haud scio an inscriptio conficta sit, ut eo documento lis finiretur, utrum Acelum antiquum rem publicam habuerit necne. Est enim omni nomine aliena a legibus formulisque artis nostrae; nec *curante curatore* ferendum est neque hoc ipsum curatoris est, ut operi alicui faciendo instet.

XI. TARVISIVM.

123* Taurisii, id est Tarvisii.

m. macelio l. f fab. paullino trib. milit. leg. uii claud. patrono municip. taurisior. et | flam. martial. et iiii airo quinquenn. ii | decurion. publice | d. d.

Ligorius ms. Taur. 17.

124* Tarvisii in hortis Hieronymi in urna laurum continente. Postea emit Burchelatus.

intousi sam cura dei penoia uirgo | perpetuas pulchro frondis bonore uirens | quisquis amas phoebum daphnem cole quicquid amicae | deditur acceptum gratus amator habet

Burchelatus epitaph. p. 90, hist. p. 500 (inde Mur. 146, 5; Burmann anthol. 1, 32; Meyer n. 589; Orelli 1441). Non falsum, sed recens.

3 *laurum* (pro *daphnem*), *amatae*. 4 *accceptum* Burch. (hist.).

125* 1 *L. Baebio Vindemiatori* v. inter Salonitanas vol. III n. 2243.

2 *L. Pomponius Extricatus* v. ibidem vol. III n. 2475.

3 *Aeliae Daphne* arca ingens (Grut. 608, 9), ex vico Scorzè prope Tarvisium nuper adducta Martellagum in villam Fr. Scipionis Fapannae, origine urbana est.

XII. VENETIA.

126* Venetiis FELIC. in domo Leonardi presbyteri S. Iohannis a Bragula MARCAN. Sine loco GAMM. LIL.

Felicianus:

ua
peis
sac
c. berennio
crisp
patricio. cl
m. terentius uar
mira herbae
pulchritudine
captus
ex
dono
u • f

Gammarus:

napeis sac
petro donato
patricio
inhanes p.
mira herbae
pulchritudine
captus
ex
dono
u. • f

Priorem proponunt Felicianus Ven. 1; Marcanova Mut. f. 178 n. 16 (inde Sirmondus cod. Paris. 1418 n. 25; Grut. 1074, 1 per Sirmondum e Marcanova); Ferrarinus cod. Trai. f. 51', cod. Reg. n. 1; Sanutus f. 52. Alteram habent Gammarus f. 112' et Lilius f. 54.

127* Venetiis in contrata servorum retro ecclesiam in loco D. Hieronymi Donato doctoris epitaphia antiqua alibi reperta SAN.

M·TVLIO·CIC	TERENTIE·T·M
TVLIE TER	TERENTIE
TVLIE · TER	TVLII·M
TVLIE·M·L·P	TERENTIE

Sanutus f. 52.

128* litteris porphyreticis, Venetiis in domo olim Nicolai Blanchi in contrata Cruciferorum SAN.

d. m. | zibea g(nsi) q(uarti) | ma(tri) fi(lius) | so(ror) fr(ater) | am(ita) ne(pos) | hic iac(ent) | s(olum) duo t(antum)

Sanutus f. 52'; Mur. app. 12, 3, cui misit Stanislaus Somaschi. Sanutus adscripsit interpretationem. — Cf. n. 3*

129* in Altini ruinis rep.

mater filius et filia | socrus gener et nurus | auia et neptis uir et uxor | pater et filia frater et soror | uno eodemque tempore | ac fato sublati sunt | quaeritur quot sint | sunt tres

Trnagius inscr. Vicent. H, 2.

130* in tabula aerea Torcelli reperta.

ioui bono deo | serenatori | m. miscilius rufus | ueteranus ex u.

Ligorius ms. Taur. 17 (inde Gud. 4, 6).

131* Venetiis.

marcellinus alumnus | et theophilus amici hiui fecerunt sibi et | iuliana o. f. b.

Donius cod. Barb. XXXIV, 73 p. 189 ex schedis Vaticanis nescio quibus.

132* Venetiis.

millinae et auellinae | gemellae conseruator | sibi fieri vol. f. c.

Donius cod. Barb. XXXIV, 73 p. 189 ex schedis Vaticanis nescio quibus.

133* in amuleto ex succino in pedis formam perforato et pensili, apud Franciscum Trevisanum patricium Venetum.

d. m. | ueneri | ss. | felici conseruat. uictrici | cupidini | caelest. genitrici | matriq. | deum | c. | caes | tinus | n . . .

Fabretti 564, 105 auctore non indicato.

134* sub protome viri diademati et longam barbam habentis, Venetiis in aedibus Grimani ASTOR. qui nihil habet de origine lapidis; deinde in S. Mariae *della Salute* inter Moschiniana. Ego ibi non repperi.

bono deo | brotonti

Io. Ant. Astorius epist. ad Zenum de deo Brotonte (primum in *Galleria di Minerva* vol. 2 a. 1697 p. 245 seq., deinde seorsum Venetiis 1705 8. pp. 19, quae ed. repetita est in thesauri Sallengriani vol. II; ex Astorio Fabrett. 698, 203 et Mur. 8, 8) dedit aere expressam, ut miserat Ap. Zenus; a Turre mon. vet. Antii p. 291 qui in aere incidit (inde Bertoli ms. later Mur. et Aquil. p. 98 n. 73); Moschini *chiesa della Salute* p. 144.

135* Venetiis in aedibus Grimani ad S. Mariae Formosae.

dis man. | frugifer. et | aphroditi

Astorius f. 5'.

136* nuper rep., extat Venetiis in aedibus Nicolai Venieri ad S. Antonii ORSATO 1674.

q. aemilius q. f. | . . . . pal. secundus | castris diui aug. s. | p. sulpitio quirinio le. | cesaris syriae honoribus decoratus prefect. | cohort. aug. i prefect. | cohort. ii classicae idem | iussu quirini censum ecl. apamenae | ciuitatis mil|lium homin. ciuium cxuii | idem missu quirini aduersus | ituraeos in libano monte | castellum eorum cepi et ante | militiem prefect. fabrum | delatus a duobus cos. ad aer|rarium et in colonia | quaestor aedil. ii duumuir ii | pontifexs | ibi positi sunt q. aemilius q. f. pal. | secundus f. et aemilia chia lib. | h. m. amplius h. n. s.

Sert. Orsato ms. et *marmi erud.* 1719 p. 276 (inde Mur. 670, 1; Orelli 625), cui dedit dominus lapidis. Falsam esse indicarunt Marinius (Arv. p. 751. 787) Orellius Henzenus neque quisquam ex peritis umquam talis monstri patrocinium suscepit; sed videtur ficta fuisse in lapide.

Dedi ad Ursati exemplum scriptum; in ed. dedit v. 4 QVIRINO, v. 9 FEC pro ECL aliaque minora mutavit.

137* in basi statuae Commodi habentis caput opertum pelle leonina, effractum autem brachiam dextrum. Venetiis apud Franciscum de Mosto senatorem MUR.; in museo Capello BOCCHI. Postea Zarae in museo Danielli-Tomassoni, deinde Pellegrini; hodie quo devenerit, ignoro.

imp. caes. | l. ael. aur. m. commodo | ant. p. f. max. aug. sar. | ger. brit. pacat. orb. | terr. herc. rom. amaz. | super. inuicto | pont. m. tr. p. xuiii | imp. uiii cos. uii p. p. | s. p. q. r.

Titulum in marmore fictum esse Venetiis ad illustrandam statuam Commodi, de qua diximus, eo advectam ex Graecia docuit Paciaudius mon. Pelop. 1 p. XXI. Habent Mur. 242, 5 a Zeno, item in schedis a Bocchio; Marini Arv. p. 355 (cf. p. 406) descriptam a Rubbio (inde Orelli 885); Gurat ms.; Ferrari-Cupilli ms.; Neigebaur *Südslaven* p. 185.

138* Venetiis apud Weberum; in seminario salutis ectypon gypseaceum extat MOSCH. Ego vidi neutrum.

LVCRIONI CANI

canis

L·TVRILLIO·L·F·CAESONI·PATRI

Moschini *chiesa della Salute* p. 144.

Sane certior auctoritas desideratur, antequam titulum admittamus, qui canem hominemque eodem sepulcro coniungat.

139* Titulos diversis temporibus in diversas domus patriciorum Venetorum advectos aliunde hoc loco recensere noluimus; nam et infinita res erat et parum utilis, cum harum rerum periti non ignorent ex domicilio Veneto de tituli origine non magis coniecturam fieri posse quam ex domicilio Florentino vel Parisino. Hoc unum adnotabimus C. Valerii Clementis (Mur. 1505, 12) titulum quamquam Fontaninius scribit Venetias in aedes Minottias venisse Altino, tamen reiectum esse inter urbanos, cum legatur, quamquam loco non indicato, apud Panvinium cod. Vat. 6038 f. 81, praeterea autem Fontaninius idem asseveret de titulo Sex. Laetili Quartionis, qui certo non Altinas est, sed ex ripa Benaci delatus Venetias. Contra duo simul descripti n. 2216. 2245 referuntur inter Venetos, etsi de prioris certe origine Veneta dubitamus.

XIII. HATRIA.

140* in quodam vase antiquo sive urna FELIC., ubi praecedunt Adrianae. Adriae FERR. Inter Patavinas LIL. SAN. VALV. — Brixiae in ecclesia S. Petri REINES. contra auctorem.

in corpore amphorae:

D · M

L · GALLATIAS

OSSA · PAR · P

Videtur finxisse Felicianus Adr. 4, a quo pendent Ferrarinus cod. Reg. Adr. 3, Lilius f. 54 (inde Reines. 12, 39 ex Langermannianis, e quo sumpserunt Brixiani auctores Vinaccesius p. 321; Mur. 1681, 2 ex Vinaccesio; Gnocchi ms. p. 273); Gammarus f. Trev. 11; Sanctus f. 56'; Valvasson f. 3. 2 GALATIAS San. Valv. — 3 PAR·F San. Valv.

141* Adriae fuit in pariete interiore sacristiae S. Mariae Adsumptae BOCCHI ms. apud Devit. Deinde Rovigi in museo Silvestri SILV., nunc Veronae in museo philharmonico n. 488 inter falsas.

CERERI · AVG

HEDOMACVS · PVG

//II VIR · MAG · OB · HON

LIB PATR·ET·HERCVL·AVG

Contuli. Habent Cam. Silvestri *Giovenale* (1711) p. 619, qui ligno expressit (inde Mur. 29, 6) et in comm. postuma in anaglyphum Graecum (Romae 1720. 8) p. 64; Maffei M. V. 177, 5; Devit p. 129 n. 151 adhibitis schedis Bocchi.

Falsam iudicavit Maffeius et mihi quoque suspecta certe visa est, quamquam non certo falsa.

142* Adriae inventa FERR. — In S. Mariae de Tumba adiecit SCOTI, quoniam inscriptio quae praecedit ibi collocatur.

ex uno latere:

caius caes. diui augusti pronepos | augustus | senatus consulto

ex alio latere:

consul tertium | pontifex maximus | tribunitiae potestatis | quater patri patriae | rei constitutae conseruator

Venit a Ferreto f. 119 (inde male Scoti apud Mur. ms. 19, 226, ed. 1992, 4; Campagnella 2, 146; Orelli 701; Devit p. 127) neque datur ab eo tamquam titulus in lapide scriptus, sed nummus est Caligulae (Cohen n. 14) notis sive recte sive falso explanatis.

143* Adriae in museo Bocchi.

L : M : E : Q
Q : T : O q
C N : F R PS

Ectypum misit Bocchi, unde apparet falsam esse.

XIV. FERRARIA.

144* Ferrariae *nella casa dell' Obizzo comprata da M. Alfonso Cagnacini* LIGORIUS. In aedibus marchionis Thomae Obizzi ad S. Petrum BARUFF. Ex domo Obiciana illata in museum SCALABR. Ibi extat.

VIN · VENVS

venatrix succincta

d. venabulum tenens;

ad pedes canis

VENV VENAT

Vidi; falsa est vel potius recens. Habent Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 42 (inde Fabrett. 331, 489; Mur. 1641, 1 ex hist. Ferr.; Frizzi 1, 244); Baruffaldi mon. f. 12 ex Ligorio et ex lapide; Scalabrini ms. apud Mur. et inscr. n. 37; Zaccaria exc. 2, 164; Frizzi 1, 250 tab. 4, 13; Amati ms.

Pro v. 1 AVIENVS, pro v. 2 AVIENAE Ligorius.

145* Pisaurenses vel certe Pisauro Ferrariam translati tituli inter Ferrarienses innotuerunt hi:

1. *C. Valio Polycarpo* Grut. 481, 9. Pisauri collocant Ferrarinus et Redianus, ibidem in domo Pandulfi Collenucii Iucundus et Sanutus; Ferrariae Alciatus, ibidem in aedibus Girardini Sardus et Ligorius, qui ait eruderatam ibi prope ad S. Stephani. Nunc ibi in museo.
2. *T. Anchario T. f. Pal. Prisco* Orell. 2545. Pisauri in aedibus Pandulfi Collenucii collocant Iucundus Alciatus Sanutus, Ferrariae (domu non enuntiata) Ligorius ms. Taur. 8 et 19 et in epistula ad Ursinum 22 Iun. 1577 (cod. Vat. 4105 f. 57); ab ed. abest neque norunt eam auctores Ferrarienses.
3. *D. M. Petronii Antigenidis* Grut. 950, 7. Pisauri in aedibus Pandulfi Collenucii antiquiores. Auctores Ferrarienses ignorant; sed a. 1827 pars tituli Ferrariae eruderata est (cf. *Bullett. dell' Inst.* 1831, 49).
4. *D. M. Sex. Gegani Sex. fil. Pal. Festi* Grut. 685, 7 Pisauri in domo Collenucii collocant Iucundus Alciatus Sanutus. Deinde Ferrariae fuerit necesse est; nam inde translatam esse Mantuam tropaei loco testatur adscriptio in latere adiecta: *questa preda si a del ducha de Ferrara.* Mantuae viderunt Ligorius et posteriores. A. 1774 Mantua rediit Ferrariam in museum universitatis.
5. *T. L. Bilorum T. f. Hamata est Rutilia P. f. Prim. uxor Titi. In fr. p. XX, in agr. p. . . . .* Iucund. Ver. f. 105. Pisauri in domo Collenuciana collocant Iucundus et Sanutus; Ferrariae vidit Ligorius (Gud. 311, 1). Hodie extat pars prior Ferrariae in museo.

146* His fortasse addendus titulus, qui quo pertineat difficulter explicabitur, *M. Naevii M. f. Gal. Restituti* cum adiuncto *Venuleiae Pelagiae* (Orelli 4084). Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 23 hunc proponit sub titulo *trovato nella chiesa di S. Giorgio, portato nel castello della città.* Similiter Grut. 1031, 5 ex Velseri schedis aliique Ligorianorum expilatores. Praeterea etiam Victorius affert in cod. Monac. 743 f. 43; ex Victorio, ut ipse ait, Borghinius ms. p. 80; ex Borghinio Gorius inscr. Etr. 2, 25. Ex his Victorius de loco tacet, Borghinius collocat Pisis, memoranturque vere in titulo *fabr. naval. Pis.* et *fabr. tig. Pis.* et tribus Galeria est Pisanorum. Videndum tamen, num titulus sit non Pisanus, sed Pisaurensis indeque translatus Ferrariam, ad quam certe origine nequaquam pertinet.

147* Denique similis ratio est tituli *T. Vibii* (al. *Tullii*) *Zotici VI viri Augustalis*, qui dedicat Liberum patrem cum redimiculo et thyrso et cantharo (Grut. 67, 2). Ligorius hunc ponit in additamentis ms. Taur. vol. 8 addens '*trovata a' di nostri in Ferrara nell' horto di S. Maria de' Padri Servi*' pendetque inde per Ursiniana Grut. l. c. Contra eandem titulum sibi vindicant auctores Ariminenses, inter quos Villanius (apud Toninium *Rimini* 1, 331) eum dicit repertum ad ecclesiam S. Columbae antiquam cathedralem. Utrum testimonium aetate vincat, nescio; sed cum Ligorio non temere credendum sit, titulum exclusi.

148* inter Ferrarienses.

S · I · M
TI · CLAVDIVS · TI · F · ROM
PANSIENVS · VI · VIR
AVGVSTAL · V · S

Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 33, a quo pendent reliqui: schedae Barberinae nunc Vaticanae n. 769 (inde Fabrett. 410, 348 ex schedis Barberinis); Mur. 196, 5 ex historia Ferrariensi; Scalabrini inscr. a. 83 ex Fabrettio; Devit *lap. del Polesine* p. 113 ex historia ms. Ferrariae servata Rovigi in bibliotheca Silvestriana.

Haec nata est ex figlinis Pansianis apud Sardios sic relatis TI·PANSIENVS·AVG.

149* prope Ferrariam ad Padum fluvium *in un serraglio.*

dls manibus | m. fidieno m. f. uet. | ueridianu | trib. militum leg. | I mineruae uixit | ann. lxiix | fidiena primigenia ux. s. | poni curauit

Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 36. Inde Fabrettus 622, 190; Baruffaldi mon. f. 30; Frizzi 1, 239.

150* Ferrariae.

q. phillio m. f. rom. | afro mil. coh. | uii urb. militauit | ann. xiii uixit | ann. xlu | p. phillius aemilianus c coborte x | praetoriae | fil. incop. b. m. p.

Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 31. Inde Fabrett. 129, 57 ex schedis Barberinis.

151* Ferrariae.

d. m. | m. phillio m. f. rom. sabino | ueterano leg. iii italicae | uixit ann. lxii men. uiiii d. uiii | q. phillius m. f. m. n. rom. princeps | eq. r. et phillia ueneria prima | parentes fecerunt | in fr. p. xuiis in agr. p. uiis

Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 30. Inde Baruffaldi mon. f. 36 ex Ligorio; Mur. 842, 3 ex hist. Ferr.

152* Ferrariae.

m. stlacius m. f. uet. | priscillus | uet. ex coh. ui | urb. praef. fab. | q. stlacius m. f. uetur. | tatianus trib. | mil. leg. iiii fret. | u. f. | com stlacia iantulla | matr. sor | in fr. ped. xiiii in agr. p. xuiii

Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 40.

153* *Puccino nel Ferrarese, portata da Este.*

dils manibus sacrum | t. prassio t. f. cluen. | uariano pucciu | praefecto praetorio | aureliano c coh. | prat. ann. x c coh. uii | urb. ann. iii praef. fabr. | leg. iii italicae ulx. ann. | lxxxu men. iiii d. ui b. ā | sex. prassius t. f. pacul|lus eran. leg iii italic. | et uicarius praef. praet. | ex test. fac. cur. | b. m. | in fron. pedes xxxui | in lat. ped. xxxuiiii

Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 37. Inde Fabrett. 181, 378 ex schedis Barberinis.

154* *all' Ostelata* LIGORIUS. Nunc in eius villae ecclesia ad dexteram arae maioris MALVASIA. Ostellati in fronte ecclesiae BARUFF.; 'olim Ravennae in aedibus illorum de Danesiis' IDEM postea. Extare negant SANCASSANIUS in epistula scr. a. 1701 (apud Coletum *chiesa di S. Pietro in Sylva* p. 128) et FRIZZI.

D · M
CLAVDIAE
DICAEOSYNAE
TI · CLAVDIVS
5 NARCISSVS
LIB · AEID · COIV
PIENTISSIMAE
ET · FRVGALISSI
B · M

Ligorius ms. Taur. 8 (inde Gud. 269, 9) et Ferr. p. 48, a quo videntur pendere reliqui omnes: Malvasia Ael. Laelia (1683) p. 183 ex Philippi Rhodii annal. Ferrar. ms.; Bonaveri p. 113; Ferri Comacchio p. 32; Baruffaldi apud Mur. 1325, 5 et monum. f. 5' ex Ligorio; Frizzi 1, 233 a prioribus, in his Anonymo a. 1626; Orelli 720.

Testimonia auctorum aut incertorum (ut sunt Anonymus a. 1626 et Rhodius Malvasiae) aut fraudulentorum de loco cum parum defendant titulum, eum exclusi, quamquam fieri potest, ut sit genuinus nec multum corruptus. — 8 FVGALISSI ms. Taur., FRVGALISSIMA ed.

155* Ferrariae LIGORIUS. In palatio ducis Schivanogliae in quodam curtili apud S. Vitum pro suppedaneo ad puteum BARUFF.

AVRELIO · VICTORI
VETERANO · EX · G · R
AT · COS · AELIA
QVINTA · MARI
5 TO · B · M

Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 43. Inde reliqui: Baruffaldus mon. f. 13 exsectam ex Ligorio; Mur. 434, 5 ex hist. Ferr.; Scalabrinius ad n. 37 ex Merenda quodam et ex Baruffaldio; Frizzi 1, 244 ex Anonymo a. 1626.

Merenda et Anonymus Frizzi (qui videntur iidem esse) hanc aiunt lectam esse in operculo urnae quae habet inscriptionem falsam n. 144*. Ceterum titulus corruptus magis videtur quam falsus legendusque v. 2. 3 VETERANO · EX · STAT · COS.

156* Tres alios titulos item falsos

L. Aureli L. l. Porphyrioni Gud. 316, 1; Mur. 1051, 4
Phillae Victorinae Ligorius Ferr. p. 30
P. Ollius P. f. Vetur. Scaeva Frizzi 1, 243

Ligorius refert quidem inter Ferrarienses, sed primum collocat Interamnae Nahartiam, secundum et tertium Romae. Qui exscripserunt Ligoriana Anonymus a. 1626 adhibitus a Frizzio et maxime Baruffaldius addiderunt suo errore vel nova fraude locorum indicationes pertinentes ad Ferrariam.

157* *Comachio trovato nel far il ponte che conduce alla chiesa di S. Maria della Rosa* LIG.

sentiae c. fil nettine | test. p. i. p. ter
. . . .

Ligorius ms. Taur. 6.
Fortasse genuina, sed corrupta.

158* *tavola di marmo bianco, Comachi in casa di M. Baptista Forciolini* LIG.

T·AELIO·T·F·CLAVD·SEVERO
VIX·ANN·LIX·M·III·
AELIA·SABINA·VXORI·S F C

Ligorius ms. Taur. 6.
Si genuina est, in fine legendum VXOR·D·S·P·C.

159* Comachii.

D · M
M · AVREL
CANDIDIA^s^

Lig. ms. Taur. 6.
Fortasse genuina.

160* Comachii.

t. hirtius t. f. prisc.

Ligorius ms. Taur. 6. Ficta sine dubio propter tegulas Pansianas a Ligorio in eodem capite allatas.

161* *Sabinae August.* titulum Ostiensem Grut. 252, 6 Ligorius ms. Taur. 6 rettulit ad Comacchium.

162* Ferrariae apud ducem Alfonsum extat tabula marmorea grandis, ubi togatus senex sacrificat ad aram tripedem cum patera, stans ante simulacrum Spei, forma virginis stolatae, quae sinistrae manus suspensae digitorum duorum extremorum articulis stolae sane lacinium progrediendo libat et nonnihil attollit: dextra elata floris caliculum tanquam fructus nasci-turi spem quandam ostendit. Additur haec epigraphe PIGH.

gen. genialis spei helpidia

Pighius Herc. p. 363 (inde Grut. 102, 2) ait se vidisse inter alia marmorea aeneaque musei Ferrariensis monumenta comparata a Pyrrho Ligorio et Antonio Mosto. Quapropter haec tabula certe non est origine Ferrariensis; utrum sincera sit an in marmore ficta, non definio.

163* Ferrariae apud ducem Alfonsum in basi simulacri Bacchici.

libero aug. signum | sileni et satyri | m. ulpius onesiphorus et | appaleia d. d. marcella

Pighius Herc. p. 353 (inde Lipsius 35, 3; Grut. 66, 6; Orelli 1482) qui vidit. Orellius damnavit, defendit Henzenus; equidem non satis confido iis quae ita proferuntur ex museo saec. XVI, quamquam certa fraudis argumenta deficiunt. Ferrariensis omnino non est, sed potius, si vera est, urbana.

164* Ferrariae.

carpus | socior. vIcens | sibi et heraclae | fratri fecit

Don. 9, 25 (inde Mur. 623, 1; Orelli 3339) cui dedit Io. Franc. Angelonius. Auctorum Ferrariensium cum rettulerit nullus aeque Angelonius ad Ferrariam pertinere videatur, in loco videtur erratum esse.

165* Ferrariae. — In loco vereor ne error insit.

c. pomponius c. f. misertus | pomponiae rubeae uxori

Malvasia 353 (inde Mur. 1391, 2).

166* Ferrariae in suburbiis Sancti Georgii.

l. asinius p. f. celer

Mur. 1637, 12 profert 'ex schedis Nic. Pacediani', in cuius libro scripto non extat. Donec verus auctor innotescat, placuit referre inter incertas.

167* *trovato in Bisgnano* BARUFF. Debuit itaque collocari inter Histrica; sed magis placuit edere cum Baruffaldianis reliquis.

l. brutius
callidius cupito
ioui flag. d. d.

Nic. Baruffaldi misit Camillo Silvestri Ferraria 2 Iun. 1717, auctorem laudans Sebastianum Pauli.
Similem lusum cum interpretatione adscripta repperi in scheda musei Vindobonensis exceptum, ut aiunt, ex gemma servata Bethleni in Dacia apud comitem Bethlen:

ego sum
flag. iouis
c(ontra) peru(ersos)
nazar

168* Quartisanae in aedibus comitum de Miroliis ad stabulum pro limine ostii BARUFF. (BIONDI.) *Gran tavola di marmo, che Alfonso I duce di Ferrara fece levare dal Vaccolino [luogo soggetto alla terra di Codigoro* FRIZZI*] e portare a Ferrara; ma il trasporto cadde, mentre morì, e il marmo si arenò in un villaggio detto Quartesano, ove sino a' nostri giorni è giaciuto ignoto* BONAVERI (c. 1697); citat ideo ut locum, quo olim steterat, silvam Eligiam Silvano sacram fuisse ostendat. In villa Quartisanae spectabatur in aedibus comitum Miroli ad stabuli portam, sed aetate nostra a Germanis militibus Ferrariensem agrum invadentibus fracta eiusdemque fragmenta in Germaniam translata BORSETTI. Quartesanae olim, a. 1707 a quodam Caesarei exercitus tribuno inde arecta BARUFF. apud Mur.

SILVANO · SANCTO
PATRI · ET · CVSTODI
PECVDIFERO · LACTIFERO
GLANDIFERO · POMIFERO
CANABIFERO · LINIFERO
Q·ZOSIMVS·Q·L·TERTVLL
GRAMATICVS
L·SERGIVS·L·L·CIPARISS
MENSOR
C·PETILIVS·C·L·STRABO
CELATOR
C·RVFFVS·C·L·CHARITO
MVSICVS
F · F · EX · VOTO

Baruffaldius mon. f. 2 et apud Mur. 70, 6, a quo videntur pendere reliqui: Bonaveri Comacchio p. 96; Scalabrini inscr. n. 82, qui minime vidit; Borsetti hist. gymn. (1735) 1, 5 auctorem laudans Io. Ant. Scalabrinium, qui transsumpserit antequam auferretur; Frizzi 1, 238 ex Bonaverio et Borsettio; Orell. 2614.

Recte damnavit Orellius, cum praesertim testimonia omnia ita comparata sint, ut ad Baruffaldium aut redeant aut facile redire possint. Muratorius de tituli veritate dubitans cum de eo interrogasset Baruffaldium, is eum de eo dubitare vetuit; 'non semel sibi spectatum marmor agnitumque germanae antiquitatis fetum; etiam Philippum a Turre secum accessisse ad illud contemplandum eique suffragium suum addidisse'. At idem nebulo cum deinde Borsettius titulum edidisset, nescio utrum invidia motus an timore in supplementis ad Borsettium 1, 11 sub persona Iac. Guarinii ipse contra dixit et sibi nonnullisque eximiis antiquariis titulum maxime suspectum esse contendit propter verba non notis scripta scilicet et *canabiferi* vocabulum. Varia lectio vix ulla est. — 5 CANNABIFERO Bors. Mur. — 6 Q·F Bonav. — 7 GRAMMATICO Bors. Mur., GRAMMATICVS Scalabr. — 11 CAELATOR Bors. Mur. — 12 RVFVS Mur. — 14 EX·VOTO·F·F Bors. Mur.

169* *ritrovata mesi sono nel Borgo di S. Giorgio poco discosto da Ferrara coll' occasione dello scavamento d' un nuovo pozzo ed oggi posseduta da Nicolò Baruffaldi mio padre* HIER. BARUFFALDI (*Gall. di Min.* 1696). Effossum in villa Lacuscelli prope Ferrariam a. 1696 IDEM mon. ms.; olim infixa turri nuncupatae *dell' Uccellino* IDEM ibidem postea adscripsit. Nunc Ferrariae in museo.

Baruffaldi in ed. 1696:			*lapis:*		
I		S	I		M
L		AQ·CORVO			T · ALLIENVS
T	cor-	Q·ALIEN	K·FEBR	cor-	T·F·CORVVS
Q̄M	vus	CL·MARC	FORVM	vus	L · AQVILIVS
FOR·H		PR·DES	D·D		L · F · MARCEL
M		P			COLLEG
K̄		F			AVGVR

Hier. Baruffaldi primum edidit *Galleria di Minerva* vol. I (1696) p. 370 (inde Ferri Comacchio p. 113) eademque forma repperi in epistula ms. Nicolai Baruffaldi ad Cam. Silvestrium. Deinde mutatam proposuit et in lapide, qui extat, et monum. f. 3 adnotans: 'de quarum litterarum interpretatione iuxta sensum ab amico mihi relatum [nempe primum asseverarat titulum servari in cubiculo patris!] plura typis evulgavi, sed ocularis inspectio diversam interpretationem ex diversis litteris exigit'. Quam formam expresserunt Scalabrinius apud Mur. ms. et inscr. n. 43; Frizzi 1, 71. 240; Amati ms.

Titulum pessime fictum esse intellexerunt iam Scalabrinius et Frizzius; ipse Baruffaldius nugatorum quos novi (nec pauci ii sunt) facile et impudentissimus et stultissimus monet quinque litteras EHMNV formae esse non Romanae, sed Longobardicae. Legit autem in ed. a. 1696 sic: *I(oci)* [vel *I(edi)*] *s(acrum)*. *L(ucio) Aq(uilio) Corvo t(ribuno)* [vel *T(itus)*] *Q(uintus) Alien(us), q(uem) M(arcus) Cl(audius) Marc(ellus) for(i) h(uius) pr(aetorem) des(ignavit), m(onumentum) p(osuit) k(alendis) F(ebruariis)*, finxitque, at Ferrariam demonstraret fuisse Romanorum forum Allieni.

170* Ferrariae extabat in ecclesia cathedrali intus ad portam mensium; modo abrasis litteris pro epistylio sub cruce in summo pinnaculo BARUFF.

p. l | clemens

Baruffaldi mon. f. 51 (inde Scalabrini ms. n. 69). Idem memorat apud Calogerà 6, 506.

171* urna cineraria effossa Padi alluvione m. Nov. 1705 in aggere contrito prope Stientam in praedio Matthaei Maraldi canonici Ferrariensis, extat in museo Nic. Baruffaldi patris mei HIER. BARUFFALDI. Servabatur in museo Baruffaldi, sed Anglis mercatoribus vendita est SCALABRINI.

anaglyphum muliebre vetulae caput ostendit sursum prospiciens ore hiante; infra legitur:

V · ANN · LXI

sub anaglypho in [illegible]:

HEV
FL QVARTI
PRAEFI
CA

Hier. Baruffaldi in diss. de praeficis (Ferrariae 1713. 8 pp. 128; inde Montfaucon ant. expl. suppl. V tab. 2) et mon. f. 8 et apud Mur. 954, 8. Inde Scalabrini inscr. n. 63; Frizzi 1, 242; Orelli 4952; Devit Polesine p. 130.

HEV . FL · QVARTILL PRAEFICA V · ANN · LXI Muratorius. Damnavit Orellius.

172* in agro Montis Sancti prope Vogheriam apud illos de Balestris BARUFF. De villa Montis Sancti plebatus Vigoeriae translata in agrum Bononiensem in palatium Tusculanum marchionis Bevilacquae SCALABR. — Ferrariae in museo MUR. errore. Olim extitisse Pisauri apud Pand. Collenucium BORGHESIUS scribit apud Furlanettum lap. Pat. p. 539, vetustas syllogas citans, errore omnino; nam qui Collenucianas recensent Iucundus Alciatus Sanutus hanc non norunt.

memoriae | c. latati | c f. pansian | figuli ab | imbr. u. a. | xxxxix m. i | in f. p. xiis | in a p. xiis

Baruffaldi mon. f. 52; Scalabrini apud Mur. (ms. at ed. 963, 2) et inscr. n. 46 sine dubio a Baruffaldio. Orelli 4190. Cf. n. 148*.

173* extat in angulo coemeterii villae Ronchi [plebatus Vigoeriae SCAL.] pro suppedaneo paene trita ac perdita BARUFF. Deperditam ait SCALABR.

P A N D O R S
BONAE · DISPENSA
TRICI · Q · CAMERIVS
CATVLINVS
5 VT·SENE·SIT

urna

Baruffaldi mon. f. 44. Inde Scalabrini apud Mur. 968, 9 et inscr. n. 80 et ad n. 40.

174* Fiessi pro limine ad ianuam canonicae, sed detrita paene et contusa BARUFF. Periit SCALABR.

C · RAT
OB · MERIT
QVI · MVNICI
INCOL · A
5 PEREGRINO
INTRA VI

Baruffaldius mon. f. 38; inde Scalabrini inscr. ms. n. 44.

175* urna cum operculo effossa a. 1709 Ferrariae apud ecclesiam PP. ministrantium infirmos, extat in meo museo BARUFF. Empta ab Anglis SCALABR.

M · SILLANI · A

Baruffaldi mon. f. 8'. 9 (inde Scalabrini inscr. f. 20). Idem memorat apud Calogerà 6, 506 tanquam titulum M. Sillani auguris.

In altera delineatione sic datur: M·SILLANVS.

176* columna parva. Ferrariae rep. ante annos aliquot, *hora da me dato e posseduto dal conte Camillo Silvestri di Rorigo* BARUFFALDI 1696. Rep. in coemeterio S. Francisci, diu apud me servata, donec comiti de Silvestris traderem BARUFFALDI mon. similiterque CAM. SILVESTRI *Gior.* 1711. Deinde rogatus a praefectis museo Ferrariensi Hier. Silvester restituit Ferrariensibus, sicut intellegitur ex epistula Oct. Boari comitis ad Silvestrium, quam vidi ms. in bibl. Silvestriana. Ferrariae in museo FRIZZI et POSTERIORES.

VAL. ATILIO
M. ROM. F. P
INOCET
IN PATR. VR.
RECON.
ACTIA MAER
DOLES
I. F. P. XX' —

Descripsi et damnavi; imperite facta est punctaque habet ad imas litteras adiecta. Proponunt Baroffaldi *Galleria di Minerva* I (1696), 377 (inde Sancassanius apud Ferrum *Comacchio* a. 1701 p. 526) et mon. f. 41 (cf. eundem Calogerà 6, 508); Cam. Silvestri *Giornale* 1711 p. 64 et apud Mur. 1225, 10; Car. Silvestri mus. Silvestr. ms.; Scalabrini inscr. n. 84 inter titulos qui desiderantur; Frizzi 1, 250 tab. 4 n. 3; Amati ms.

1 ... M Baruff. 1696.

177* amphora cum ansis duabus rep. in villa Vigarani plebis, nunc in museo patris mei BARUFF. Ariani MUR. Servabant Baruffaldii; sed Anglis divendita cum ceteris SCALABR.

in margine superiore:

MIOLIO FRONTO

in ansa altera:

STROB

in urnae ventre:

LB

Baruffaldi mon. f. 10; Sancassanius apud Ferrum Comach. p. 575 et apud Mur. 1702, 9; Scalabrini inscr. f. 22. 40.

Sic pinxit Baruff.; M·IOLIO (LOLIO Mur.) F·PRONTO|STROB Sancass.

178* Ferrariae in universitate.

AIII OIIV

VC

V *arca duae* A

ECD

Nic. Baruffaldi ad Cam. Silvestrium in ep. ms. bibl. Rovigensis; Frizzi 1, 252 tab. 5 n. 4.

179* Ferrariae in universitate.

NORBAS

leo gradiens

Frizzi 1, 252 tab. 5 n. 10.

Sine dubio similis lusus ex Baruffaldianis.

180* Ferrariae *era sepolta negli orti dell' antico S. Bernaba, ora S. Croce de' Minimi* BARUFFALDI (Calog.; in mon. locus nullus adnotatur). Ferrariae in hortis fratrum minimorum S. Francisci effossa a. 1721, translata Veronam SCALABRINI. Dono mihi dedit Hieron. Baruffaldi MAFFEI. Veronae extat in museo n. 454.

† DACIANA · DIACONISSA ·
QVE · V · AN · XXXXV · M · III ·
E · FVIT · F · PALMATI · COS ·
E · SOROR · VITOXINI · PSBRI
ET · MVLTA · PPIETAVIT
CVM · FLACCA · A.VMM ·
V·A·XV·DEP·IN·PACE·III·ID·AVG·

Contuli et falsam indicavi, at indicavit item Rossius inscr. chr. urb. 1 p. XXIX*. Maffei ad Cassiodori complexiones p. 125 (inde Mur. 437, 1); Gall. antiq. p. 90, 1 ed. 1733; M. V. 179 cf. p. 486. Baruffaldius apud Calogerà *racc.* 6 (1732) p. 515 (inde Frizzi 1; 246; Orelli 4872) et monum. f. 60. Scalabrinius monum. n. 101. Venturi *comp. stor. di Verona* 1, 99 in aere incidit.

5 nunc cernitur I///AV/TA

181* *M. Aurelii Theodoti* titulum (Mur. 1140, 12) Ferrius (Comacchio 1701) p. 29 testatur ex Comacchio avectum esse Ravennam ab equite Luca Danesio. Quod quamquam verum esse potest, tamen cum satis certus auctor non sit, reliqui titulum inter Ravennates. Etiam alia *D. Modi Successi* (Mur. 1713, 5), quae a Ferro l. c. dicitur reperta Comacchii, magis videtur urbanae originis esse.

182* Tituli hodie servati Ferrariae, qui ipso habitu originem ex urbe prae se ferunt (testimonia enim diserta fere deficiunt), hi sunt.

Acutiae Chloe	Frizzi	1, 250	
Acutiae Tyche	„	1, 250	Haec non tam propter formam exclusa est quam collato altero titulo urbano Orell. 4382; praeterea quae Frizzius primus protulit nullo accurato originis indicio adscripto, omnes fere urbanas esse deprehendi.
L. Antistio Alexae	„	1, 228	
Aphrodisia	„	1, 228	
Arriniae Palladis	„	1, 229	
A. Atinio Fausto	„	1, 251	ex Scalabrinianis.
Cassiae Fortunatae	„	1, 229	
Claudiae Agapomenes	„	1, 250	
Claudiae Feliculae	„	1, 228	
. . . Domitius Apollonius	„	1, 250	
Q. Fabius Anthus	„	1, 228	
L. Faeni Telesphori	„	1, 244	
Futiae Eutychiae	„	1, 250	
. . . . e P. f. Iustae	„	1, 252	
P. Memmio Diadumeno	„	1, 229	
Memmia Successa	„	1, 252	ex Scalabrinianis.
Nevius Priscinus	„	1, 250	ex Scalabrinianis.
Nicaroti	„	1, 250	
Ofillia Methe	„	1, 253	ex Scalabrinianis.
C. Pontano Prisco	„	1, 228	
Pontianae C. f. Primitivae	„	1, 233	
Tettiena Dextra	„	1, 253	ex Scalabrinianis. Apud Filiasium mem. 3, 92 ed. 1 dicitur reperta a. 1699 inter Goro et Capo di Goro; de qua origine cum taceat Scalabrinius et urbanam potius innuat, exclusimus.
titulus Auelius Ikarus	„	1, 227	ex Scalabrinianis.
. . . us duo dormit in pace	„	1, 250	ex Scalabrinianis.

XV. ROVIGO.

183* Rovigi *appresso la cancellaria del Vescovato.*

Q·CES·IOR F·LAT
QVINTIVS·MOD·MI
PA·PO·ET·POS

Nicolio p. 29 ed. 1, p. 27 ed. 2 (inde Devit p. 128).

184* vas rotundum, in quo rep. est cranium et lucerna ardens, Rovigi apud Aurelium Silvestri.

A·IVNIO·A·L
FLAVO
ALCE · VETTIA
LAT
VIRO·SVO·L

Nicolio p. 30 ed. 1, p. 27 ed. 2; inde Grut. 981, 7. Item Cam. Silvestri *storia agraria del Polesine* ms. 1, 88 ex Nicolio, quem citat et a quo non discedit (inde Devit p. 89 male).

185* in castro *della Fratta* agri Rovigensis.

P·L·LVCIL·V·SOR
ET·FR·LAT·T·F·F·S

Nicolio p. 29 ed. 1, p. 27 ed. 2 (inde Grut. 850, 1; Devit p. 128). Puto v. 1 pendere ex titulo n. 2349.

2 FRA pro FR Nic. ed. 2.

186* Rhodigii prope cancellariam episcopatus.

L·OCTAVIVS·L·F·LAT
SEVER · SEVERVS · ET
PRAXIL · PARENT · P

Nicolio p. 29 ed. 1, p. 27 ed. 2 (inde Grut. 735, 7; Orelli 3083; Devit p. 94).

187* in villa Sarzani dicionis Rhodiginae.

AMO · TRVTEDIO · P · F
SIBI · ET · SOR · LAT·SA

Nicolio p. 29 ed. 1, p. 27 ed. 2 (inde Grut. 852, 10; Devit p. 129).
2 fin. SAB ed. 2.

XVI. ATESTE.

188* *Li* [Atesti Euetorum duci peste absumpto] *fo indrizato lo suo epitaphio in questo modo inciso in uno marmo candido.*

uicerat euganeos euetorum ductor ateste
cui rex anthenur dardana tela dedit
et profugus nostram fundavit menibus urbem
mox obit et magnum parva sepulchra tegunt

Hieronymus Atestinus *cronica de lo antiqua citade di Ateste* f. a 3 (inde Ursatus 1678 p. 22; Alessi p. 16). Paullo ante attulit versus de Antenore (v. n. 201*), ad quorum exemplum facti sunt hi.

189* Ateste.

MARCELLVS · MARCELLI · FILIVS · QVEM · LANCEA · SABINI · CONFODIT

Hieronymus Atestinus f. *b* 1 (inde Hipp. Angelierius p. 8; Salomoni 1696 p. 80; Mur. 1804, 2 ex Salomonio) haec subiungit titulo n. 2496.
Fortasse ficta ad Atestinam n. 2650: M · MASCIVS / F · ROM · MARC/.

190* Ateste.

BALBVS · CVRATOR DIVI · AVG · CAE
EREXIT · PORTICVM · SPERISTERON

Hieronymus Atestinus f. *b* 2 dat subiunctam titulo n. 2532. Inde habent Angelierius p. 9; Salomonius 1696 p. 80 (ex eo Mur. 486, 7); Alessi p. 218; Furlanettus n. 92 p. 101. Ferretus terr. p. 36 scribit Este in cubiculo domus Pesarorum repperisse se hoc fragmentum: BALBVS · CVRATOR · DIVI · AVG CAES . . . . | PORTICV . . . . . , solito sibi fraudis genere. — Damnavit Borghesius apud Furlanettum p. 525 et certe interpolata est; sed subest, opinor, genuini aliquid.

191* inter lapides eruderatos a. 1168 ad Ateste in loco qui dicitur Casalis (v. n. 2529) ponitur etiam hic: 'unus lapis sanguinei marmoris pedum octo in longitudine et sex in latitudine, in diversis tamen partibus fractus propter ruinam, que partes simul iuncte quandam antiquitatem prae se ferebant, quibusdam litteris Romanis incisae, ut vix intellegi poterant propter fracturam, et, sicut multi doctores et antiquarii dicebant, sonabant tali modo'.

ateste lati. colunia tri. uir l. a. c. publius claudius pulcher c. calphurnius piso q. fulvius flacus tri. uir deduxerunt eorum ductu [eo ducti *cod.*] auspicioque galli qui tuscos expullerant ex hoc agro pulsi sunt equiti centum iugera caeteris colo. L sunt data duo millia hominum deducta.

Ita ex chronicis, de quibus supra ad n. 2529 diximus, Hipp. Angelierius cod. Vat. 9141 f. 144.

192* Ateste a. 1278 in contrata, quae dicitur Stabelle, meridiem versus in quodam campo nigro, ubi antiquitus dicebatur fuisse unam ex quattuor urbis portam nuncupatam porta Gabinia, dum cultores arbores plantare velint, forte sub terra repertus fuit quidam magnus lapis marmoris Romani hisce carminibus inscriptus ANGELIERIUS (cod. Vat.)

est via que populum ducit iunonis ad aedem
fons ubi natiuis aethera pulsat aquis
quisquis ad hanc pergis periandri transige thermas
regia sceptra lares atria templa forum
mox ripas athesis phrigiique palacia iani
antra nemus curuis parua theatra locis
inde celer subeas magni delubra tonantis
qua fert sublimes martia porta gradus
hic et ateste iacet qui post antenora numen
laudibus et titulis tollit in astra suum
transtullit huc henetos et paruam condidit urbem
cuius et ossa ducis nunc breuis arca tegit

Angelierius in cod. Vat. 9141 f. 144' sic affert, addens in margine 'carmina ista reperiuntur in chronica Latina presbyteri Hieronymi Atestini'; unde ea edidit Alessius p. 15. Eadem auctore non adscripto ediderat iam Scardeonius p. 14, a quo aperte pendent Angelierius in ed. p. 3 et Ursatus 1678 p. 21. Hieronymi esse probavit Alessius; neque omnino carmina haec, quae tota sunt sublecta ex Ovidianis (cf. Burmannus in praef. ad Angelierium), fingi potuerunt ante saec. XV vel XVI. — Dedi ad codicem Vaticanum, quocum convenit Alessius; ceterum v. 2 sic habet Scardeonius:

fons ubi natiuus aera pulsat aquis

versus autem 4. 5. 6 sic:

antra domos curuis parua theatra locis
et ripas athesis phrigiique palatia iani
regia sceptra lares atria templo forum

193* Ateste. *L'anno 1564 del mese di Decembre fo scoperto uno predone di marmo fino nella contra di Santa Tecla per mezo la casa del Sig. Baldassare Cavaso* ANGELIERIUS (Vat.). In ponte Mutio ANG. (ed.).

M A N I B V S
C · A T T I L A E
A T E S T I N A E
VRBIS
D E V A S T A T I O
A N N O A X̄P̄O
NATO CCCCLIIII

Hipp. Angelierius in cod. Vat. 9141 f. 145' et in ed. p. 7 (inde Alessi p. 314).

194* Anno salutis 1498 in viridario Atestino sub terra reperta est urna cum lucerna ardente inclusa inter duas ampolas auri et argenti liquore quodam plenas, fomitem praestantes lucernae ANGELIERIUS (Vat.); similia ALESSIUS EX LIBRO 'EXTRAVAGANTE' MUNICIPII ATESTINI. Epigramma inventum apud Estum oppidum Patavinum in agro illorum de S. Vito, qui vulgo dicitur in Pra, in vase terreo orbiculato, in quo inclusum alterum erat cum quadam lucerna; vas autem erat plenum aqua gravi et odorifera circa quinque phialarum et alio parvulo vase vitreo intus posito IUC. Patavii FERRAR. similiterque RELIQUI PLERIQUE, in his PACED. L. XV. Annum circiter millesimum quingentesimum nostrae salutis iuxta Athesten municipium Patavinum, dum foderetur a rusticis terra solito altius, reperta est urna fictilis, et in ea altera urnula, in qua erat lucerna adhuc ardens inter duas ampullas, quarum altera erat aurea, altera argentea, purissimo quodam liquore plenas, cuius virtute lucerna illa per tot annos arsisse creditur, et nisi retecta fuisset, perpetuo arsura SCARDEONIUS ex epistula FRANCISCI MATURANTII, cuius haec afferuntur ipsa verba partim apud eum, partim apud Sabinum et Peutingerum: 'Nihil ex omni antiquitate vidisti mirabilius, mi Alphene. In vase illo interiori lucerna fuit fictilis, 'mirae pulchritudinis, lumine tot seculis inextincto, super eam duae ampullae parvulae. Aurum in altera, in altera argentum fuit: utrumque liqui- 'dum, ut ex ramentis cognoscitur: primarium argentum, aurum vero obrizum. Ego chimiae artis (si modo vera potest esse ars chimia) iurare ausim 'elementa, et materiam omnium. Vas utrumque cum epigrammatibus. Lucerna, ampullae aureae, Olibii munera ad me venere: et penes me sunt. 'Quas si videas, obstupescas. Ego eas cum mille aureis non sum commutaturus. Da versus amicis rescribendos et Camerti episcopo et amico Gratiano 'inprimis vetustatis studiosissimo'. Haec MATURANTIUS. — Romae a bubulco inter arandum inventa a. 1489 mense Septembri PACED. L. VII solus.

in minore urna haec scripta fuisse secundum eum, qui haec fecit, innuit v. 4. At in arca latericia, in qua fictile clausum erat FERR. SAB.; in urna maiore SCARD.

plutoni sacrum munus ne attingite fures [uates *Manut.*]
ignotum est uobis hoc quod in orbe latet
haec [nanque *Ferr. Scard. Carc. Manut.*, haec namque *Sab.*] elementa graui clausit digesta labore
uase sub hoc modico maximus olibius
adsit faecundo custos sibi [tibi *Ferr. Scard. Carc.*] copia cornu
ne precium tanti depereat laticis [depereant latices *Iuc.*]

in capsa latericia IUC. recte. — Male in vase fictili, in quo vitreum erat clausum FERR.; in urna minore SCARD.

abite hinc pessumi fures [furis *Iuc.*] uos [uos *om. Iuc. Scard.*] quid uostris uoltis cum oculis emissicieis abite hinc uostro cum mercurio petasato caduceatoq. donum hoc maxumum maxumus olibius [maxumus maxumum donum, *omissis* hoc *et* olibius, *Ferr. similiterque Lil.*] plutoni sacrum fecit

Nugas has antiquiores ignorant. Comparet primum secunda inscriptio in Rediano libro f. 62', sed postea demum adscripta. utraque autem apud Iucundum in codice Magliabecchiano (nam a Veronensi abest) f. 151, apud Ferrarinum cod. Paris. f. 156' et cod. Reg. Pat. 43. 44; apud Liliam f. 58. 97; in libro Riccard. 996 f. 43; apud Pacedianum l. VII et denuo l. XV; in codice Ioh. Matth. Tyberini, quem servat doctor Ios. Turrius Regiensis. Scripta haec extitisse etiam in libro extravagante communis Atestini apparet ex Alessio p. 286; indidem petiisse videtur ea Angellerius in cod. Vat. 9141 f. 145. Francisci cuiusdam Maturantii Perusini de ea re epistula ad Alphenum amicum, unde quaedam supra rettulimus, legitur in Petri Sabini codice Marciano f. 18', in Siederi Mutinensi f. 70', in Peutingeranis Augustanis 526 f. 83 et 527 f. 49'. 73, apud Pingonium f. 233, apud Scardeonium p. 55, apud Angelierium in cod. Vat. l. c. et in ed. p. 10, ubi epistulae diem (Ateste 1500 k. Mai.) vereor ne de suo adiecerit propter verba Scardeonii supra relata, cum ea dies a cod. Vat. absit ibique epistulam afferat Scardeonium nominatim auctorem laudans. Sequuntur Taculnus 1525 f. 79; Apianus 325, 4 et 337. 338 (inde Grut. 927, 5. 6); Panvinius cod. Vat. 6036 f. 30; Manutius cod. Vat. 5248 f. 2'; Furlanettus p. 20 n. 19.

Textum exhibui fere Iucundi, adiecta varia lectione potiore librorum antiquiorum. — Alessius recte composuit cum nugis his Plautina 'ut vos in vostris voltis mercimoniis' (Amphitr. prol. 1) et 'circumspectatrix cum oculis emissiciis' (Aulul. 1, 1, 2.).

195* Este in aedibus Contarenorum ALESSI. Nunc in museo Estensi n. 30.

D M
CRISPINILLAE
FILIAE DEF · ANN IIII
INNVPTAE · INFELICI
CRISPINVS A · VNS
sic E FORTVNAT MATR
ANTICIPATE AETATIS
INFELI · PC

Descripsi et falsam iudicavi, sed incisam ante saecula aliquot. Alessi p. 284 aere expressit; Furlanettus Est. p. 114, Pat. p. 227 n. 223.

196* rep. in pago Castri novi ad radices Vendae montis, servata Patavii apud Petrum Contarenum S. Zenonis abbatem TOMAS.

. . . TAVRILI . . . . . .
PORCILIANO . . .
POT · AVGVR . . . .
MARITO · SANCTIS . . .
AVLA · PLACIDIA · T
VXOR · PIENTISSI . . .
ET · SOLEMNITE . .
SVPPLICAVIT
VIX·AN·LII·M·V·D

Tomasinus de donar. (1639) p. 194. Inde reliqui: Reines. 6, 11; Ursatus 1652 p. 341; Furlanettus p. 141 n. 134.

'Cur inter spuria et suppositicia a me ponatur', Ursatus inquit, 'dum vixit noverat Carolus Avantius, sed forsan nimis iniuste'. Quod non satis intellego; at non opus est excitare Avantium illum, ut agnoscas falsam esse.

197* Monselice in domo Hieronymi de Oddis.

VAL·PROB·LVCII·LIBERTI
PETRI · DIAC
LAVDABILIS · LOCI

Salomoni 1696 p. 66 haec ex notis petita pro inscriptione accepit.

198* In museo Obizziano quod est Catai tituli sunt hi ex Asia minore vel ex Dalmatia allati:

ex Alexandria Troade:

vol. III n. 386 divi Iuli flamini C. Antonio . . Rufo

ex Dalmatia:

vol. III n. 1772 Q. Vibius L. f.
n. 2357 Ospitali
n. 2384 Iuliae Aquilinae
n. 2403 Iulia C. f. Tertulla
n. 2495 P. Publicio Onesimiano
n. 2851 M. Cornelio Eutychiano
n. 3156*a* Dianae Celeeitidi
n. 3174*a* Arsnio
n. 3175*a* Q. Cassio Victorino
n. 3179*b* Garinine Marcelline
n. 3180*b* Ianuario
n. 3182*a* Iuliae Susernae
n. 3184*b* Lupe
n. 3186*a* L. Pomponius Yperephanus

Quorum octo postremi sola coniectura relati sunt inter Dalmaticos deficientibus testimoniis.

199* In eodem museo Obizziano Cataiensi qui reperiuntur tituli infra scripti ablegati sunt inter urbanos sive veros sive falsos; nam quidam eorum aut ficti sunt aut certe interpolati.

deo sancto Marti	Furlanettus	lap.	Pat.	n. 9.	
C. Anni C. lib. Campestris	"	"	"	n. 373.	
L. Aur. Severo	"	"	"	n. 217.	
C. Calavi Hermetis	"	"	"	n. 265.	
* . . etil. Crescenti	"	"	"	n. 552.	
L. Eutichio Camillo	"	"	"	n. 129.	Fictus opinor.
* . . C. Gemini C. Ↄ. l. Dionysi	"	"	"	n. 474.	
Hermiae	"	"	"	n. 232.	Interpolatus.
C. Iulius	"	"	"	n. 109.	Interpolatus.
IIII non. Ian. Iustus	"	"	"	n. 104.	Fictus opinor.
*N. Latiaio Anteroti	"	"	"	n. 481.	
Secundiniae Paternae	"	"	"	n. 331.	Interpolatus.
*Serviliae C. l. Asclepiae	"	"	"	n. 521.	
rege et crede	"	"	"	n. 529.	

Quibus asteriscum praescripsi, ii testimonio originis deficiente reiecti sunt inter urbanos propter formam.

200* T. Flavii Vibiani titulus urbanus (Grut. 684, 5) a Salomonio 1696 p. 126 collocatur Montagnanae, mero errore opinor.

XVII. PATAVIVM.

201* Inter Patavina reperiuntur apud auctores antiquiores non pauca medio aevo conscripta non fraudandi, sed memoriae causa, ut versus de inclito Antenore (Grut. spur. 9, 7) et epigrammata de origine Bassani (Reines. 2, 35) et in honorem Hannibalis (Reines. 3, 65), quae ab hoc loco aliena sunt neque extra ordinem recipienda, cum neminem fallere queant.

202* tabula aerea apud episcopum Paduanum FELIC. et RELIQUI; 'dicitur fuisse Paduae in tabula aenea apud R. D. Petrum Donatu olim episcopum Paduanum' IUC. 'Nunc est apud Iohannem Marchanovam MARCAN. (Mut.). Patavii in summo templo FABRIC. Hodie Cantabrigiae in museo Disneiano.

.a.
herculi inuicto
paulus. aemilius. imp.
macedoniam terrarum
imperio. positam. coepit
cuius uno die. lxxii
urbes uendidit etiam
indiae uictor per uestigia
liberi patris atq. herculis
romana signa circumtulit

d. d. d. d.

Vidit Huebnerus et perite fictam esse monuit. Proponunt Felicianus Pat. 27; Marcanova cod. Mut. f. 56' et f. 163' Pat. 64 (inde Scardeonius p. 60); Ferrarinus cod. Trai. f. 50', cod. Reg. Pat. 27 (inde Mur. 1802, 2 ex schedis Capponiis); Petrus Sabinus cod. Marcian. f. 248; Iucundus Pat. 8; Sanutus f. 54'; Apianus 342, 2; Fabricius antiq. p. 73 (inde Grut. spur. 9, 3). Ex his Ursatus 1652 p. 340; Furlanettus p. 462 n. 732. Museum Disneianum (Londini 1846) p. 91.

Falsam indicavit iam Sabinus. 'Neminem vidisse' quamquam Iucundus scribit, tamen Felicianus sic: 'apud episcopum vidi legique' idemque iisdem verbis repetunt qui eum expilarunt Marcanova Ferrarinus Sanutus. Textum dedi Huebneri; Feliciani varia lectio haec est: 1. 2 *om.* — 3 aemylius imp. n. — 5 potitam — 8 indie — 11 *om.*

203* Patavii in quadam urna antiqua.

Felic.:	*Red. Gud.:*
OSSA	
J·Ↄ·SVO·A·T	D·I·OLIMP·X
GRATAE	
OLYMP · XDCI	

Urnae ansatae inscriptam proponit Felicianus Pat. 1, a quo aperte sumpserunt Ferrarinus cod. Trai. f. 45', cod. Reg. Pat. 4; Lilius f. 57; Marcanova cod. Mut. f. 157 Pat. 6 (ex eo Scardeonius p. 58; Grut. 1135, 4 ex Scardeonio); Ursatus 1652 p. 301 a prioribus; Furlanettus p. 446 n. 660 item. Diverse Redianus f. 58 n. 43 (inde Gud. 337, 9) et Gudianus 253 f. 17, si quidem eadem fraus est, in ipso saxo scilicet commissa.

204* in territorio Patavino FELIC. et PLERIQUE; 'etiam Romae via Tiburtina' add. FERR. (REG.). Via Tiburtina AEMB. WINGH. Romae SYM. Sine loco PEHEM.

hens uiator miraculum hic uir et uxor non litigant qui sumus non dico at ipsa dicam hic bebrius hebrius me bebriam nuncupat non dico amplius hei uxor etiam mortua litigas

Felicianus Pat. 11 videtur finxisse; certe potuerunt sumere ab eo qui praeterea habent Marcanova Mut. f. 163 Pat. 58 (inde Pingonius f. 233); Ferrarinus cod. Trai. f. 46', cod. Reg. f. 12; Lilius f. 56; Lollius cod. Mut. p. 20. Inter urbanas referunt L. Pehem cod. f. 100; Io. Bembus cod. Monac. f. 20'; Alciatus Feae f. 4; Symeoni obs. p. 6, epit. p. 6; Apianus 314, 1; Winghe cod. Bruxell. 2, 39' ex schedis Ang. Colotii; Grut. spur. 18, 1 'citatur a plurimis, sed diversimode'.

dis manibus ante *heus uiator*, post id *paulisper consiste* ins. Grut., ut alia mittam minoris momenti. — *etiam defuncta garris* in fine Sym.

205* Paduae in capella episcopatus altaris.

sanctis sacrum

Proponitur primum a Feliciano Pat. 12 una cum praecedente et sequente; quare falsam potius credo quam recentem. Habent item Marcanova Mut. f. 163 Pat. 59; Ferrarinus cod. Trai. f. 47, cod. Reg. Pat. 13; Sanutus f. 56'.

206* in tumulo Paduae.

FORTVNATVS · CASSII
VIXIT · ANN · LXX
VALE · FELICI · ANIMO

Habet primus Felicianus Pat. 13 una cum praecedentibus duabus et haud scio an hanc quoque commentus sit. Dant deinde Marcanova Mut. f. 163 Pat. 60; Ferrarinus cod. Trai. f. 47, cod. Reg. Pat. 2; Lilius f. 55' (inde Reines. 17, 55 ex schedis Langermanni; Fabrett. 706, 270 ex schedis Lilii Vatic.); Sanutus f. 56; Mur. 1678, 6 e schedis suis; Furlanettus p. 360 n. 441 (cf. p. 535) a prioribus.

1 CASSIVS Lil. — 2 VIX· Lil.

207* inter Patavinas PLERIQUE. — Muriani apud Venetias FERR. (REG.).

VI · P M
serpens

Felicianus Pat. 20; Ferrarinus cod. Trai. f. 48, cod. Reg. Venet. n. 18; Lilius f. 53'; Gammarus f. 83; Iucundus Pat. 41; Apianus 345, 8 (inde Grut. 975, 6), ubi adhaesit ad titulum alium.

'Esculapii memoria de serpente quodam, qui 'de oraculo cecidit, ut patet per C. Plinium Se'cundum oratorem Ver. de viris illustribus libro 'suo cap. XXII; super lapide ad formam templi' Felicianus. Potest esse fragmentum genuinum, sed magis crediderim pertinere ad commenta Feliciani.

208* *rep. a S. Maria de Vanzo ne li monti* SANUTUS (itin.); Patavii in montibus inventa SANUTUS (SYLL.) FERR.; s. l. inter Patavinas GUD.

D · M
T·LIVIVS·LIVII·PATAVII·SVB·TIBERIO·IMP·MORITVR

Mar. Sanutus itin. 1483 p. 29, syll. f. 54'; Ferrarinus cod. Reg. Pat. 42; cod. Gudianus 253 f. 22.

209* 'Vidi Livii caput truncis naribus, sed cereo supplemento eleganter apposito, trunco etiam pectore, in quo erant hae inscriptae litterae:

P · L · T F

Legebat Alexander Bassianus Patavini Titi Livii effigies; is enim caput et reliquias illas habebat'.

Anonymus apud Manutium cod. Vat. 5237 f. 227'.

210* Patavii in aedibus Cartulariorum apud S. Thomam apostolum SCARD.; in cella vinaria add. MANUT.; in iisdem aedibus, tum Francisci Battarii URS.; apud Marsilium professorem botanicae POLC.; ex eius aedibus illata in museum publicum FURL. — Foropopilii MUR. errore.

MER . S
D . POPILIVS . PAETVS . CN . LABE
PAETO COS . DESIG . FRATRI
. SVO . B . M . P
HVNC . SOMNO . AETERNALI
PATRIA RETINET

Contuli. Scardeonius p. 51. 78; Manutius orth. 619, 13 (ex his duobus Grut. 427, 10); Pignoria in em. ms. ad Grut.; Ursatus 1652 p. 152. 1678 p. 55; Mur. 434, 7 ex Ursato et Vecchiazzano (apud quem frustra quaesivi et puto legi in appendice mihi non visa); Polcastro inscr. p. 200; Orelli 4664; Furlanettus p. 137 n. 132 tab. 45.

Omnino falsa; puncta posita sunt ad imas litteras. Condemnasse tamen adhuc videtur nemo.

211* Patavii apud S. Leonardum in aedibus Scardeonii PING. SCARD. Patavio habuit Gualdus secumque tulit Vicetiam URS. Vicetiae in hortis Gualdi FERR. Inde venit a. 1782 in domum Tornieri.

D · M
T . CAPELLI
VINDICIS
IN . F . P . XXXVII
A . T . COX . S . P . XXII
INTRA . COX . P . XXXVII

Contuli et falsam indicavi, ut ante me indicarant Maffeius Orellius Furlanettus. Habent Pingonius f. 228; Scardeonius p. 76 (inde Grut. 905, 11); Ferretus apud Ursatum ms. et 1652 p. 277 (inde Fabrett. 180, 377; Mur. 1651, 14), item inscr. Vic. ms. f. 54; Cerchiari f. 246; Tornieri eph. 1782 Oct. 6 et Dec. 10; Faccioli 2, 40; Maccà *stor. del terr.* 7, 12; Furlanettus p. 359 n. 437.

Puncta posita sunt ad imas litteras. — 1 fin. T · F in lapide neque est nec fuit umquam.

212* cista quadrata ornata, omnino urbana; inscriptio recens est.

D M
IVLIVS FEC
CONVI BN\

Examinavi. Ursatus 1652 p. 139 (inde Reines. 17, 68; Mur. 1693, 3); Furlanettus p. 288 n. 319 (cf. Cavedoni *Bull. dell. Inst.* 1848 p. 106).

213* Patavii apud Bassanios PING. SCARD. POSTERIORES; nunc in museo publico.

· D · M ·
FLAVIAE · QVIN
TILLAE · P · Q · F · ET
L · CVRVLLO CON
IVGI IMPACIENTIS
VNA · H · SVPERSTI
TI · P · QVINTILLVS
VIX · DOLORE · V
ET · S · H · M · P · C

Examinavi. Pingonius f. 231 (cf. f. 231'); Scardeonius p. 71 (inde Grut. 784, 1); Ligorius ms. Taur. 13; Ursatus 1652 p. 69; Orelli 4592; Furlanettus p. 229 n. 227 tab. 25.

'Ex antiquo imitatum' adscripsit iam Pingonius. Litterae non male antiquas imitantur; vocabula tamen separantur interstitiis etiam ubi puncta nulla interponuntur. — 9 P hodie deest.

214* Patavii apud Alex. Bassianum PING. SCARD.

D · M
C · HOSTILIO · ELIO · V
AN · VIII · M · VI · D · IX
H · PL · MINVS · V · C · CA
SSIVS · TESPIVS · ET
SERGIA · MAXIMINA
PARENTES · MESTIS
ET · INFELICISSIMI

Pingonius f. 231'; Scardeonius p. 73 eodemque exemplo Ligorius ms. 13. Ex Scardeonio pendent Grut. 687, 4; Ursatus 1652 p. 312; Fabrett. 96, 216 ex Ursato; Furlanettus p. 233 n. 233.

Pingonium et Ligorium secutus sum in vv. div. — 2 AELIO Lig. — 5 THESPIVS Scard. Lig. — 7 MESTISS Scard. Lig.

215* Patavii in aedibus Alex. Bassiani PINGON. SCARD. URS. '1663 die 17 Iul. obtinui lapidem ab equite D. Carlo Talasso Franciscus Alverai i. u. d.' adscriptum ad exemplum quoddam Ursati repperit is qui de hoc titulo dixit in NUOVE MEM. DEL VALVAS. Deinde in museo Naniano; nunc Legnari apud Businelliorum heredes.

·D· ·M·
P·MANLIVS SVRVS·P·P·III·V·CAP·
ET POMPONIA·GN·F·MARITALI CO
NCORDIA INCOMPARABILES·S·V·P·
HAC·F·SINE VLLA PENA VT SVPERS
TES ROSIS · S · IACENTIS QVOT
AN·KL·IVN·EXORNET·HICQ·CVM
SVR·OMNIBVS EPVLETVR·QVOS MO
RIENS DAMNET AD TALE POSTEROS
QVI SVPERERIT · HVC DEFVNCTVM
NICHILO IMMVTATO QVOD AD COR
pu|S AT · TINET COMITETVR · QVAN
do as|T OMNIBVS IMMVTABILI · F · L·
mortu|IDVM · N · S · H · M · NAN VT *sic*
concors uiu|ORVM ANIMVS STETIT ITA
concors mort|TVORVM CINIS · H · IACEAT

Examinavi. Pingonius f. 231; Fabricius antiq. p. 42; Scardeonius (1560) p. 69 (ex eo et Fabricio Grut. 435, 2); Ursatus 1652 p. 69; *Nuove mem. del Valvasense* 1759, 1, 415; Fr. Traversa *ill. di una lap. Padovana* (Patavii 1810) p. 13; Driuzzo n. 156; Furlanettus p. 144 n. 136 (cf. p. 528).

Tituli iam a Maffeio M. V. 202 recte damnati etsi patrocinium suscepit Marinius Arv. p. 627 n. 388 (cf. p. 61 n. 43), tamen et litterarum formae et sermonis ratio et alia omnia ita comparata sunt, ut fraus appareat evidentissime. — 11 sq. quae hodie desunt, afuisse iam Scardeonii tempore inde colligitur, quod hic v. 12. 13. 14 dat a principio mutilos; quae addit idem v. 15. 16 tamquam lecta in lapide, ea retinui supplementi loco. Fabricius dedit sic: 12 PVS·EIVS·ATTINET, 13 ....CT·OMNIBVS, 14 ....IDVM, 15 VIVORVM, 16 MORTVORVM.

216* Patavii in aedibus Bassaniis SAN. et POSTERIORES; nunc in museo publico.

bigae, in quibus praeter aurigam mulier sedet
P · SERVILIAE · VIRC
P·SEXTILIA
VIR·VEST·ET·SIBI
·V· ·F·

Examinavi. Sanutus f. 62; Pingonius f. 231'; Robortellus em. 1557 f. 37; Scardeonius p. 72 (ex his duobus Grut. 311, 3); Ursatus 1652 p. 53, ubi aere expressit, et 1678 p. 40; Polcastro Pad. p. 81; Furlanettus p. 144 n. 137 tab. 47.

Ductus in superiore margine observati non recte ab Ursato pro litteris habiti sunt. — Titulum falsum esse constat magis propter argumentum quam propter scripturam satis bonam, quamquam forma litterae s insolita est. Anaglyphum genuinum crediderim; sed viderint magis periti.

217* inter Patavinas.

C·ATIVS·T·F·DEC·ARC
SIBI · ET · L · ATIO · ET
NONIO · PARENTIS · AV
RELIVS·ET·FLAVIVS·FILII

Manutius cod. Vat. 5248 f. 2'.

Titulus confusus est ita, ut falsus magis videatur quam corruptus.

218* inter Patavinas.

TI · ATIVS · C · F · IIIIVIR · I · D
V·F·ATIA·L·Q·F·SIBI·ET·L·FLAVIO

Manutius cod. Vat. 5248 f. 2'. Cf. n. 217*.

219* inter Patavinas.

C·CLAVSIO·C·F·PVP

Manutius cod. Vat. 5248 f. 2.

Confer pictum titulum iuxta positum.

220* Patavii in pictura satis antiqua in parietibus monasterii S. Iustinae, ubi multi a pictore inserti visuntur vetusti tituli ad fidem lapidum GUD. Sine loco MUR.

C · CLAVSIO
C · FIL · PVP
D E X T R O
AED · II · VIRO
CLAVSIA·C·F
MARCELLA
R..V SOR
P · V · X

Gudius ms. 377, 2, ed. 121, 3; Mur. 691, 1 per Berettam ex schedis Valvasoniis.

2 PVP Mur., PVB Gud. — 7 SOR (om. rel.) Mur.

221* Patavii picta in parietibus monasterii S. Iustinae.

tusidia storge uiua fecit | sibi

Gudius ms. 377, 3, ed. 334, 2.

222* Patavii ex pictura in parietibus monasterii S. Iustinae.

haue | leria | omnium | amantiss | uale

Gudius ms. 377, 1, ed. 324, 5.

223* Patavii adpicta parietibus in monasterio S. Iustinae.

saluis augustis felix | leonides

Gudius ms. 1021, 2, ed. 56, 3. — Est Gruteriana 612, 8.

224* Patavii picta in pariete monast. S. Iustinae.

AI..
·S·P·T
·CYBELES·S

Gudius ms. 1021, 3.

225* Patavii.

mauortio sac | p. criscentius p. f. ser | uerus. patauia ////// mil. coh. uii leg. x gem | u. s. l. m

Lig. ms. Taur. 13.

226* Patavii.

d. m. | p. arrio p. f. rom. corneliano | mil. leg. xxi miner | praef. equit. et fabr | l. arrius l. f. rom. aelianus | ex test. p. c | in fr. p. xi in agr. p. xx

Ligorius ms. Taur. 13.

227* Patavii.

dis manibus sacrum | sex. aurelio sex. f. p. n. fabia | aemiliano eq. pub | uix. ann. lxui men. uiii. d. uiiii | aurelia ux. s. ex testam. f. c | in fr. p. ix in agr. p. xiix

Ligorius ms. Taur. 13.

228* Patavii.

diis manibus | m. iantio. m. s. fab | priscillo | mil. ueter. leg. iii | ital. don. ab imp | caes. l. septim. seu | p. pert. aug. torq | et armill. dec. bello | gallico | uix. ann. lxxx m. ui | l. iantius l. f. fab. gratus frat. piissimo | pos

Ligorius ms. Taur. 13.

229* Patavii.

dils manibus sac | m. uolúsio m. f. romil | sextiano ueter | leg. iii italicae p. f | uixit ann. xlix mil | ann. xxii | q. uolúsius latinus | ex t. f. c

Ligorius Taur. vol. 13, qui affert ad gentis Volusiae Patavinam originem stabiliendam.

230* Patavii in aed. Contarini prope ecclesiam cathedralem.

d. m | p. corelio p. f. fab | . . . . . . cos. pr. aer | l. corelius p. f. carus | fratri b. m. l

Zabarella *il Corelio* (1664) p. 45.

231* Patavii apud Ramusios, nunc Ateste apud Contarenos.

c. corellio c. f | fab. proculo | praef. fabr. cur | aer. iiii uiro | iulia c. f. prima | coniugi b. m. f

Zabarella *il Corelio* (1664) p. 45.
4 ACER pro AER ed. errore typogr.

232* Ateste in aedibus Contarenis. Ibi qui titulos recognovit Sertorio Ursato paulo post editum Zabarellae librum, negat se repperisse nec quisquam praeterea vidit neque ante Zabarellam neque post eum.

c. fannius t. f. rom | zeno | cornelio m. f. glio | ux. dilect. et sibi

Zabarella *Trasea Peto* (Patavii 1646) p. 12. 49 qui ait se vidisse. Ficta ad exemplum Gruterianae 1141, 2: *D. m. Fanniae Parthenope C. Fannius Zenon uxori benemerenti fecit*, ut cum Fanniis Thraseis Zenones Veneti coniungerentur titulis non urbanis tantum, sed etiam Venetis.

233* *mezza figura di donna, scop. ne' contorni di Bassano [in Angarano sobborgo di Bassano nel Vicentino* LAZZARI*], si ritrova presso il Sig. D. Franc. Chiupani Bassanese* NOV.

L IV
T · F
CON
V·

Novelle della repubblica letteraria Venetiis 1740 p. 336. Inde comes Io. Henr. Scoti Tarvisanus ib. 1742 p. 16 explicans '*Livius Titi filius coniugi unens*'; Lazzari apud Calogerà 40 (1749) p. 410; Maccà terr. Vic. 2, 2, 3 ex Francisci Chiupani inscr. Bassanensibus sacris et profanis ms. Dedi ex Lazzario et Maccà supra n. 2107 de sinceritate dubitans; nunc postquam exemplar antiquissimum nactus sum cum adscripta explicatione, quam apparet profisisci ab ipso fraudis auctore, patefactis item aliis nugis Chiupanianis, non dubito iam, sed condemno.

234* *nella villa di Borso nel distretto di Padova, mentre scavavasi non so quale scolatojo, è stato ritrovato un incensiere di metallo antico d'altezza d' oncie 5, ed altrettante di circonferenza. Questo è pervenuto in potere del Sig. Abate Chiupani di Bassano.*

nella sommità:
☧
al di sotto:
CCCV

Novelle della repubblica letteraria (Venetiis 1742) p. 16 a Chiupanio.

235* *lapida antica marmorea di color rosso, fin sul principio del presente secolo dalli Signori Certa Vicentini data in dono alla casa Chiupana in Bassano.*

d. o. m | gens. chiupiana | ex | l. lartio | maximo | originem duxit | cymbriae

Novelle della repubblica letteraria (Venetiis 1744) p. 376.

236* Patavii.

publ. claud. quaest | aer | antoninam uolumniam | uirginem | uolent. auspic | a parentibus suis coemit | et fac. iiii in dom | duxit

Lud. Coltellini in eph. *miscellanea di varia letteratura* vol. 2 (Lucae 1763) p. 23 (inde Devit Polesine p. 132, qui damnavit).

237* Patavii apud Franciscum Traversam, nunc in museo.

C . VALERIO . PLACIDO
MIL . LEG . X
IVLIA CELERIA C F . FLA
MATER FECIT
IN FRON P XI
M . VAL . PASTOR

Examinavi; falsam esse constat habetque puncta ad imas litteras adscripta vocabulaque spatio separata punctis deficientibus. Furlanettus p. 204 n. 200.

Ficta est ad exemplum Gruterianae 565, 7 et tegulae apud Furlanettum p. 457 n. 716. Falsarius scilicet usus est Zabarellae libro de Valeriis (1664), ubi hi duo tituli simul afferuntur p. 71. 72 et similiter corrupti, nam et ibi pro IVLIA · CILICIA Gruteri legitur IVLIA · CELERIA.

238* Patavii nuper posita in facie ecclesiae S. Lucae FERR.

| CN · AVE | | FIRMI |
| FIRMI | *pro* *tune* | SYMPHORI |

Iac. Ferretus inscr. Patav. vol. 2 p. 357.

239* Patavii in contrada q. d. Porcilia in quadam parva domo inter rudera antiquae domus, nunc pro gradu putei publici.

☧
EGO AVRELIVS FORTVN . . . . .
FILIO DVLCISSIMO QVI . . . .
VIXIT · ANNIS · DECE · DIES · BIGINTI
ET · DVO · VIII · IDVS · IVNIAS · IN
PACE
columbae duae ramis insidentes

Ferretus inscr. Patav. 3, 509.
4 fin. IVN . . . rec. secunda.

240* Patavii nuper rep., extat in via S. Annae in aedibus Santagnese.

coniugi be|nemerenti | fecit qui uixit ann | xxuii | claudia | con

Ferretus inscr. Patav. (rec. 2) 2, 79.

241* Patavii in ecclesia Bethleem Augustinianarum.

dulcissimo filio const . . . . | qui uixit annis xx dies . . . . | . . . . deposito in | pace uii kal. octob. dn. bon . . . .

Ferretus inscr. Pat. rec. 2 in app.

242* Patavii in ecclesia Bethleem Augustinianarum.

fecit sibi et | lucio cornelio clementi | b. m | lucius cassius . . . . | . . . . . .

Ferretus inscr. Patav. rec. 2 in app.

243* Patavii nuper rep., extat in via S. Annae in aedibus Santagnese.

VIA · P · F
TA · FECIT
P · FANNIO
O · CONIVGI · SVO
O · SP · F · IANVARIO
VO · VIXIT · ANNIS · XXIX

Ferretus inscr. Patav. (rec. 2) 2, 79.

244* Patavii in eccl. Misericordiae Benedictinarum FERR.

faustinae coniug. . . | . . uixit annis xxxiii mens. . . | . . us innocentius marit. . . | . . se fecerunt annos xui m. . . | . . deposita x kalen . .

Ferretus inscr. Pat. (in recensione secunda: prior non habet) 1, 232.

245* Patavii in porticu prope ecclesiam S. Danielis.

iuliae coniugi b. m. fecit . . | . . . . us . . . . tius . . | in f. p. ix in ag. p. x . .

Ferretus inscr. Patav. rec. 2 in app.

246* Patavii ad S. Iustinae *nell' orto che riguarda le mura della città.*

c. lae . . | filaerus . . | patronus . . | liber . . | b. m. . . .

Ferretus inscr. Patav. rec. 2 in app.

247* Patavii in fundamentis ecclesiae Bethleem.

d. m. | lepidi | . . . . . .

Ferretus inscr. Patav. rec. 2 in app.

248* Patavii in saxo nuper effosso, cum diruebatur domus nobilium de Priolis prope portam omnium sanctorum.

t. liuius t. lib. . . | et liuiae loui . . | le . . | uenoniae exoratae | p. liuiae firmae | et festo filio et | firmae filiae

Ferretus inscr. Patav. 3, 509.
4 EXOR . . . rec. secunda.

249* Patavii rep. 1810 dum reficiuntur aedes Ursatorum.

. . . . | . . pamphilo | . . cassio l. f | rufo patri | caetroniae t. f | secundae matri | l. cassio l. f. fratri | sibi et suis | u . . . .

Ferretus inscr. Patav. ad 3, 507.
1 PAMPHILO rec. prior. — 2 L·CASSIO·L·F rec. secunda.

250* Patavii in ecclesia Misericordiae Benedictinarum.

HIC · REQVIESCIT . . . . . .
IN · PACE · Q . . . .
. . SAVINA · FI . . . . .
. . NOS·XXVI·IEVS SEPT . . .

Ferretus inscr. Patav. (rec. 2) 1, 232.

251* Patavii ad S. Iustinae *nel chiostro maggiore.*

c. turra . . | iiii uir i. d. . . | . . cura . . | . . . .

Ferretus inscr. Patav. rec. 2 in app.

252* Patavii rep. ad monasterium monialium Benedictinarum, extat ibi in turri campanaria ecclesiae Misericordiae.

. . . ie . . . | . . uiator . . . | . . coingi . . . | . . . ak in . . . | . . . uixit . . . | uiii kal. ianua . . .

Ferretus inscr. Patav. (rec. 2) 1, 232.

253* Patavii rep. ad monasterium monialium Benedictinarum, extat ibi in turri campanaria ecclesiae Misericordiae.

. . ine bene me . . | . . qui uixit xxi . . | . . anges . .

Ferretus inscr. Patav. (rec. 2) 1, 232.

254*—257* Abani in muro hortorum archipresbyteri.

254 . . urae | . . ca. iii uir | . . ex dt

255 . . uiua | . . septim | . . g | . . ari

256 . . et stefa | . . uale | . . mater

257 med. phil | superato | rens | nem | d. xu

Ferretus terr. p. 59.

258* Altichieri in villa Quiriniana.

c. laelius c. l. . . | alexand. . .

Ferretus inscr. Patav. 4, 31. — Haec potest esse genuina.

259* parvus lapis Altichieri in villa Quiriniana.

lotteiae pir|migeniae [*sic*] et | lotteio primigenio | filio pientissimo | lotteia crucifera | mater b. m

Ferretus inscr. Patav. 4, 31.

260* in basi parva anaglyphi Altichieri in villa Quiriniana.

c. q. pers | factio alb|imus curus | agitau. iiii | gas b. u. ara | anila cos | pansa

Ferretus inscr. Patav. 4, 50.

261* *al Bassanello* rep. c. a. 1810.

cesso

Ferretus inscr. Patav. 4, 64.

262* Bruseganae rep. saec. XVIII exeunte, iacet in coemeterio ecclesiae parochialis.

m. au. . . | aed. pl. . . | trib. mil. . . | u. sulp . . . .

Ferretus inscr. Patav. 4, 17.
4 VSVLO rec. prior.

263* Bruseganae in ecclesia pro gradu scalarum lateralium.

. . . . . . a . . | $\overline{\text{ui}}$ uir . . . a . . | q. uonio . . . . . | $\overline{\text{ui}}$ uiro ac . . . | . . uiro augus . . . .

Ferretus inscr. Patav. 4, 17.

264* Bruseganae nuper rep., iacet in coemeterio ecclesiae parochialis.

SERENAE · L. .
VXOR.
L · SALVV
MAXIMIN.
5 LIBER

Ferretus inscr. Patav. 4, 17.

265* Chiesa nuova in ecclesia extrinsecus.

. . . . uleo | . . . . uiar . . . . . | . . . g. xxiii pia . . . .

Ferretus inscr. Pat. rec. secundae 2, 183.

266* Cinto pone turrim campanariam.

. . . . | . . latea | in fron. p. xii | in agr. xx | h. m. b. u. s

Ferretus terr. p. 63.

267* Este in domo Pesarorum in cubiculo. — Consulto edidi cum reliquis Ferretinis tam hos titulos n. 267*—273*, qui Atestini esse dicuntur, quam attributos vicis territorii olim Atestini.

. . sibi et . . | . . q. aeterio m. f. . . . .

Ferretus terr. p. 36.

268* Este in eccl. S. Mariae Virginis *del Pilastro.*

. . . RVPERIVS · M·L·FESTVS . . .
. . . VIR·AVG . . .
. . . VOLVMNIAE·L . . . .
. . . . . . RAE . . . .

Ferretus terr. p. 35.

269*—271* Este in ecclesia Gratiarum.

269 . . . . | . . tumulom uiat . . | . . . fil. uiu . . | . . . . suis . . .

270 . . . . . . | . . pidus sibi | . . primae | . . iussit

271 . . m . . . uot . . . . . . | . . . . . sib . . . sq. . . | . . . . . . uiii . .

Ferretus terr. p. 20.

272* Este in eccl. S. Francisci.

. . . . . . | . . b. m. p. . . | . . uixit in . . | . . d. xix . .

Ferretus terr. p. 27.

273* Este in oratorio S. Caroli Borromaei.

. . . . . . | . . bius | . . un b. m | . . f. p. iu | . . ag. p. iu

Ferretus terr. p. 33.

274*—278* Fossa Lovara in muro Grittiorum.

274 ... ROMAN
... I·PRÆT
... PATRONO
... FECIT

274a .. aio | .. pi | .. sini | .. roel | .. a. p | .. aoto posuit

275 p. xxii retro p. xui

276 q. q. o. p. xxx

277 diis .. | pro salute .. | arinae .. | m. non .. | macr. . .

Vere Toscolanensis est, ubi vide.

278 deae .. | pro .. | later .. | serc ..

Ferretus terr. p. 78.

279* Fossa Lovara in coemeterio parochialis ecclesiae nuper rep.

secundo filis | libertis libertabusq | posterieqee eorum | h. m. e. h. n. s

Ferretus terr. p. 78.

280*. 281* *Isola dell' Abbate* in ecclesia parochiali extrinsecus.

280 .. restitu ... | .. sio patri | .. posteris | ....

281 .. um | .. assus | .. iiii uir | .. rio | ....

Ferretus terr p. 72.

282* Mandriae *trovata nello scavare le fondamenta della nuova chiesa, ora si vede alla parte occidentale di essa.*

l. iannius l. f | atilius aedi. tr | mil. leg. xii | .... | ....

Ferretus inscr. Pat. rec. sec. 2, 186.

283* Merendole in aedibus Buzzacarinorum.

l. aurelio .... | testamento suo f. i

Ferretus terr. p. 17.

284* Merendole in domo Cittadellarum.

benemerenti et | innocenti .. | quae uix .. | m. x d. xx ...

Ferretus top. p. 17.

285* Monselice in S. Iustinae pone chorum.

hic requiescit in pace agn .. | requiescet soror .... | ... h. deposita ..... | ... kal. apri .....

Ferretus terr. p. 3.

286* Monselice in aedibus pone ecclesiam S. Martini.

anna donata | iusto pancalo | coniugi bene mer

Ferretus terr. p. 15.

287* Monselice in S. Stephani in fenestra turris campanariae.

m | t. domit | anici f | maximae | n. s

Ferretus terr. p. 9.

288* Monselice in S. Iustinae pone chorum.

donati ac ... | in pace ...

Ferretus terr. p. 3.

289* Monselice extra ecclesiam S. Iustinae.

locus sus ..... | ce qui bixit .... | et sabina filia ... | ....

Ferretus terr. p. 1.

290* Monselice in S. Stephani in fenestra turris campanariae.

VIBIT
LVC FIL
SIBI · ET · ATTI
TVBERN · SVAE

Ferretus terr. p. 9.

291* Monselice prope castellum in casa q. d. S. Viti.

...... | .. trib. mil. co .. | .. legion . ... | ....

Ferretus terr. p. 15.

292* Monselice *nella casa antica dei Forzatè.*

...... | .... uixit annos x ... | .. cum marito fecit .. | .... d. xx .. | ....

Ferretus terr. p. 15.

293*—296* Monselice in ecclesia S. Danielis in pavimento.

293 ...... | .. pl. m. an. lx. .. | .... id. oct. .. | ... rio. x. et .. | ......

294 .... | .. pinctor ... | .. pl. m. xiii de .. | .. one tertia ..

295 .... | ... filio .. | ... condi ... | .. ribus eorum .. | ......

296 hic in ... | nius. cortin ... | .. gusti m ... | ......

Ferretus terr. p. 13.

297* Monselice in S. Iustinae pone chorum.

hic dulcis germane sep ... | ..... morum ... | ..... uixit ...

Feretus terr. p. 3.

298*—300* Mottae apud Pippam parochum rep. 1790.

298 l. annius

299 bitali .. | benem .. | parent ..

300 sextus .. | et pla .. | pap .. | pientis ..

Ferretus terr. p. 18.

301*—303* Piovegae in ecclesia parochiali extrinsecus.

301 p. c. basili iun ..... | delicius .. ... | delicias non ......

302 .. ri presbeteri | .. in pace uixit | .. d. xl. dp viii kal. nob

303 .. infans recessit in pace | .. undeci | .. ne tecla

Ferretus terr. p. 76.

304*. 305* Roncagliae in aedibus parochi.

304 ... | ... bono uiuit | .. niuat feliciter

305 ... | ... do legoque

Ferretus terr. p. 37.

306* Buse in muro quo cingitur eremum.

.. ori | .. fecit | .. remi | .. lxxu

Ferretus terr. p. 62.

307* Buse in silva eremi.

.. m | .. auio | .. ciano | .. mes | .. tri | .. m

Ferretus terr. p. 62.

308* ad S. Lazari in domo Zabarella.

m. terentii ioc . . . . | . . . nte p. xxx | . . . gro p. xxx

Ferretus inscr. Patav. rec. secundae 2, 185.

309* ad S. Viti ultra Brentam prope turrim campanariam.

. . tio | . . merenti | . . suis | . . xxui

Ferretus terr. p. 65.

310* ad S. Viti ultra Brentam in ecclesia pone chorum.

. . rium meum | . . inus

Ferretus terr. p. 65.

311*—318* Strà *in una stanza terrena del palazzo Reale, una volta delli Nob. Pisani di S. Stefano, si vedono molti dimezzati Priapi e fitte nelle pareti alquante rotte lapide.*

311 d. m | pompeiae | maximae | memo . . | . .

312 . . iupiter belus . . . babilonius | . . aetiops | . . aegyptius | . . . . . .

313 diis omnib . . | p. sabiniano q. f. . . | nario . . | m. x d. iii . . | in f. p. xxx . . . | . . .

314 d. m. . . | lucio ni . . | recilla . . | ugi . . | rabili . .

315 . . lius | . . o. l. florus | . . annos xx | . . habeat | . . et | . . ratos

316 . . lucillus | . . penino | . . timo | . . ximo | . . dedit

Hanc dei Penini relatam apud Orell. 43, item in inscr. Helvet. meis inter falsas n. 6* non finxit Ferretus, sed fraude transtulit cum solita sibi mutilatione.

317 . . . . . . probinus u. c | . . candidatus | . . deuincti | . . meritis | . . cauerunt

318 . . nibus | . . felicolae | . . gi beneme | . . et suis | . . eorum | . . .

Ferretus terr. p. 80.

319*—325* in summo monte Vendae in ruinis monasterii.

319 . . uxso . . . | . . nio | . . suis

320 . . escen | . . dulcis | . . xxui

321 . . conus | . . sone | . . sua. do | . . lxciii

322 . . este | . . mo terra

323 . . pie | . . ianosa | . . obste

324 . . uiti | . . suis | . . mille | . . endas

325 s. t. f | s. h. t. n. s

Ferretus terr. p. 61.

326* Villaguaterae in ecclesia extrinsecus.

SVLE
TIVS
ANNVS FM LXXV
KL MAI

Ferretus terr. p. 53.

327*. 328* Vigonzae in pavimento ecclesiae.

328 hic iacent geru . . | . . ina opt. mer. . . | . . a. l. m. ii. d. xiii . .

329 . . can. r | . . lxiiii | . . pace

Ferretus terr. p. 66.

329* Apianus 340. 341 hos titulos continuo ordine proponit collocans Patavii:

deo sancto Apollini pacifero	Furlanettus p. 13 n. 11
D. m. Titiae Chiones	" p. 336 n. 396
D. m. Ser. Calpurnius Cleombrotus	" p. 262 n. 280
C. Iulianus Caelius	" p. 18 n. 18
C. Clodi Iucundi	Ursatus 1652 p. 334

quos excipit Graecus Grut. 762, 6. Eorum tam quatuor primos quam sextum Graecum constat vere esse urbanos nec videntur Patavium allati esse, sed mero Apiani errore eo relati. Idem probabile est de quinto.

330* Grut. 759, 11 = Furlan. p. 265 n. 286 Attiae Fortunatae refertur ab Apiano 82, 4 cum indicatione 'in pago Lucino', a Manutio orth. 1561 f. 41 sine loco, 1566 p. 646, 3 cum praescriptione 'Patavii' sine dubio falsa, cum a Manutio desumpta esse videatur ex Apiano.

331* Fortunae Augustae titulus, quem Mur. 81, 1 ex Tomasinio et ex eo Furlanettus p. 36 n. 33 collocant Patavii apud Conseranos, est Gallicus Gruteri 1071, 10 'apud Conseranos', a Tomasinio ex Grutero allegatus.

332* 'Marmora IIII ex agro Patavino, dum a milite Germano vastaretur, effossa et ad arcem Welenburgii supra Vindam fluvium prope Augustam Vindelicorum per R. principem D. Matthaeum cardinalem et archiepiscopum Salzburgensem conlocata' recenset Apianus 432. 433, qui tituli sunt hi:

D. m. Aemiliae Chrysidi	Furlanettus p. 192 n. 185
C. Iul. Prisci	Furlanettus p. 200 n. 191
D. m. Spediae Pannycid	Furlanettus p. 294 n. 332
portitori Plutoni	Furlanettus p. 287 n. 318

At cum horum lapidum secundum et tertium constet esse origine Ravennates, primus et ipse sit veterani natione Syri itaque classiarius, quartum denique quamquam falsum tamen vetustiores libri item Ravennae attribuant, apparet hos titulos Patavio fortasse missos esse Augustam, ablatos autem non a Patavio, sed a Ravenna.

333* In Strata (Strà) pago Patavino in domo, quae Pingonii et Scardeonii tempore fuit Danielis Vetulli Lippamani patricii Veneti, Salomonii Hieronymi et Alexandri Molinorum, tituli olim visebantur numero XXII, quos coniunctos proponunt Pingonius ms. f. 228' et Scardeonius p. 65—67, ex parte etiam Manutius cod. Vat. 5248 f. 34 et Salomonius 1696 p. 344 (cf. 1708 p. 226). Nos propter rationes, quas exposuimus vol. III p. 401, titulos hos origine Dalmaticos indicavimus rettulimusque inter Dalmaticos incertos. Sunt autem hi:

Dian. . . .	vol. III n. 3156
M. Antonio Celeri eq. leg. VII C. p. f.	n. 3162a
Caesia C. lib. Panthera	n. 3162*b*
L. Crepereius Heracla VI vir	n. 3166*a*
D. m. Eutycho . . . convictus p.	n. 3166*b*
Atinatio	n. 3174*b*
D. m. Bibius Secundus	n. 3174*c*
D. m. Clo. Felicie	n. 3175*b*
M. Fulvi Bybiae	n. 3179*a*
Iulia Tertia	n. 3182*b*
G. Liguetius Felix	n. 3183*a*
P. Livio Atriculo	n. 3183*b*
T. Lucilius T. l. Aptus	n. 3184a
D. m. Obultronius Eucarpus	n. 3184*c*
D. m. Oratiae	n. 3184*d*
D. m. Sextilia Restituta	n. 3190a
Tertuliane	n. 3191a
D. m. Turraniae Aprullae	n. 3192*a*
D. m. Valentine	n. 3192*b*
D. m. Val. Don.	n. 3192*c*
D. m. C. Virio Stefano	n. 3194a
Volcinia Marcellina	n. 3195a

334* Ex quinque titulis servatis olim Patavii in aedibus R. Torquati Bembi apud S. Bartholomaeum relatisque a Scardeonio p. 86. 87, qui sunt hi:

T. Caesari *cet.*	Furlanettus p. 55 n. 63

Huius tituli pars prima fuit deinde apud Gualdos Patavii primum, postea Vicetiae; hodie prostat in aedibus Tornieri-Orgian, quae sunt Vicetiae. Eam repertam esse Montegaldae in muro a. 1655 scribit Vicetinus Barbaranus 6, 164 (inde Faccioli mus. lap. Vic. 3, 92), omnino male.

. . . elius Lartis f.	Furlanettus p. 425 n. 582
L. Valerius . . . Aries	" p. 406 n. 537
Antonius Severus Aquila	" p. 351 n. 423
D. m. Ulpiae Donatae	" p. 241 n. 245

de primi tertii quarti origine urbana aliunde constat; unde secundum quoque memorabilem propter aeris gravis mentionem et quintum 'parvum lapidem formosis characteribus' ablegavi inter urbanas.

335* De musei Bassanii externis egimus supra p. 264. Duo tituli Ravennates, qui soli ex eo museo extra hoc volumen reperiuntur, sunt hi:

D. m. C. Valerio Diodoro	Furlanettus p. 238 n. 242.
M. m. M. Aurelio Marcellino	Furlanettus p. 330 n. 345.

336* De musei Ramusiani externis egimus supra p. 265. Hic breviter indicabimus titulos ibi servatos neque in hoc volumen receptos.

L. Aelio Caesare cet. (III, 1933) venit Salonis ad Paulum Ramusium; hodie est Patavii in museo publico.

Iano patri (III, 3158) ad Ioh. Bapt. Ramusium videtur venisse ex Dalmatia; hodie est ibidem.

Octaviae Q. f. Secundae (III, 2870) ex Nadinio Dalmatiae delatus Patavium ad Ioh. Bapt. Ramusium hodie est Ateste in museo publico.

337* Ioannes Cavinus sculptor Patavium advexit titulum Iuliae Helpidis (Furlanettus p. 330 n. 387) origine urbanum, item Tergestinum n. 520.

338* C. Publici Ampliati titulum origine Ravennatem Puteanus apud Grut. 1036, 2 auctor est postea translatum esse in Nonianum Bembi.

339* C. Terentii Prepontis titulus antea Patavii apud Franc. Ursatum, hodie Catai in museo (Furlanettus p. 402 n. 529) propter formam reiectus est inter urbanos.

340* Altichieri olim fuerunt, hodie sunt Patavii in museo publico tituli duo Salonitani vol. III n. 2026 T. Flavii Agricolae et III n. 2067 T. Vettii Augustalis, quibus ex coniectura adiunxi tertium *I. o. m. Fort. red.* III n. 3158a. Ibidem olim fuit titulus urbanus Cl. Amandi (Furlanettus p. 378 n. 480) hodie servatus Ateste in museo et Perusinus L. Volumnii Iasonis (Furlanettus p. 410 n. 548), qui iam non extat.

340*a* Patavii antea apud Lazarum, nunc in museo servatur titulus Dalmaticus vol. III n. 1954 matri deum dedicatus a L. Statio Pacula.

340*b* Heracliae titulus Christianus (Furlanettus p. 214 n. 316) cum lipsanis ex urbe allatus est.

XVIII. VICETIA.

341* in agro Vicentino in monte Sumano prope templum S. Mariae in lapide albo MARCAN. et similiter RELIQUI. Frustra se quaesivisse scribit TRIN.

d. m. ser. [rhem. *pro* ser. *Iuc.*] palemon l(inguae) l(atinae) l(umen) d(octor?) f(amosus?) grammaticae uinc(entinae) [uicen. *Iuc.*] atque rhet. sibi et tuberoniae contubernali feminae obsequentissimae atque bene merenti lapidem construxit tolomon [lapideum struxit tumulum *Iuc.*] in eo quidem cadaueri quies esto alio autem reuertito [reurtito *Marcan.*] animus

gu e st

K

Habet Antiquus, scilicet Marcanova Bern. n. 569, Mut. f. 166' Vic. 18; Felicianus Vic. 10; Ferrarinus cod. Trai. f. 39, cod. Reg. Vic. 3; Iucundus Vic. 11. Hier. Bononius antiq. l. 2 p. 67: 'Bartholomaeus Paiarinus I. C. visum a se olim exceptumque affirmavit Summano in monte agri Vicentini aliquo post tempore destructum amissumve, ita ut aetate provectior loco solito perscrutatus nunquam invenerit'; deinde addit in sylloge: 'legi postea epigramma ipsum Patavii diversis tamen aliquibus verbis in antiquario ad viridarium a. 1508'; id est legit in antiquario Marcanovae servato eo tempore Patavii in monasterio S. Iohannis ad virdiarium. Ex hoc corpore demum pervenit ad auctores Vicetinos: Cod. Pat. f. 188; Manutium cod. 5237 f. 109'. 426, orth. 779, 2 (inde Grut. 653, 1); Ligorium ms. Taur. 18 (inde Gud. 222, 5); Trinagium G 4 (inde Mar. 974, 5 secundo loco); Marzarium p. 119 ex libro ms. card. Leandri de antiquitatibus Italiae (inde Mur. l. c. priore loco); Caldognum n. 62 aliosque.

Exhibui textum Marcanovae Bernensis interiectis emendationibus potioribus profectis a Iucundo, receptis deinde a multis. Eodem loco Marzarius l. c. ait ante paucos annos repertum esse alterum lapidem quadratae formae sic inscriptum: *p(alaemon) u(icetinus) l(inguae) l(atinae) l(amen)*. — Ficta est ad Suetonium gramm. 23: *Q. Remmius Palaemon Vicetinus mulieris verna* cet.

342* inter Vicetinas FELIC.; inter Veronenses FERR. Romae superscr. apud FERR. et sic MUS.

d. m | l. daphnus ryodan | fecit sibi et | chrisogoni piissimo | fratri | et | spuriae nernae | bonissimae | foemi|ua|e

Felicianus Vic. n. 11 finxit vasculo ansato inscriptam. Inde Ferrarinus cod. Trai. f. 39', Par. f. 22, Reg. f. 27; Mur. 1457, 2 ex schedis Averoldi.

343* in Arzignano vico pridem a. 1543 eruta in lucem prodiit plumbea tabula cum his versibus IUL. BARBARANUS similiterque RELIQUI. Hodie Romae in aedibus Delphiniorum OTTOB. (a. 1705).

in sepulcro marmoreo intus ad latus dextrum ad caput L. Volumnii:

lucius ingenti romana stirpe nolumnus
quo cerne [cern. *Man.* 110, ce//e *Man.* 426'] in geutem [in gente *ed.*] fata tulere mea [meam *Man.*]

in lapide quadrato PAT.:

fecundam nosiss romae natam obruit alte
post duo me natos arceianense [arcianense *Lig.*] solum
sergia mi nnmen fueratque [que *om. Lig. Man.*] uolumnius inquam
coniux fata cuius [coniux cui fata *Man.*] fausta fuere minas [parum *Man. Lig.*]

in tabella plumbea a latere sinistro MARZ.:

heus tu [tu *om. ed.*] qui transis secura mente uiator
siste gradum hoc tumulo et nerba notata lege
autilla hic iaceo nondum trieteride plena
sex [bis *ed.*] mihi cum uita carior omnis erat
coutigerat cunctis coniux mihi dulcior inquam
quem fateor grauius linquere morte fuit
auratas aestes pictas gemmasque reliqui
multaque quae coniux perpraeciosa dedit
heu lachrymas uidi multas ex ore parentum
turba suas cuncta permaduere genas
mi formam charites studio tribuere decoram
me studio pullas artibus erudiit
cur nisi quod superis fueram [*sic Lig.*, ineram *Pat.*] inuidiosa sub imos
me manes fata deiciere mea
talia qui fles ut flendi tibi causa uiator
nlla fiat nonquam [unquam *Lig.*] lactea regna precor

Tituli hi, quibus illustratur quodammodo titulus genuinus Arzignanensis n. 3207 L. Volumnii et Sergiae Secundae, una cum hoc innotuerunt reperiunturque cum in codice Patavino f. 189' et apud Manutium cod. Vat. 5237 f. 110. 426' et apud Ligorium ms. Taur. 18 tum in edito libello rarissimo mihi viso Vicetiae apud Gonzatium sic inscripto: 'Vicetiae monumenta illustrata et viri illustres', subscripto autem ita 'Aunotavit praefatos D. Iul. Barbar(anus) iuris doct. aediditque non. Mart. 1566 Francisco Iustiniano tunc..... urbis praetore' (pp. 15. 4). Ex hoc libello (quem Trinagius non videtur novisse) pendent Vicetini omnes Marzari (1591) p. 37. 38 (inde Mur. 1744, 6); Caldogno n. 72—74, qui addit: '*queste tre iscrittioni furono trovate in Arzignano l'anno 1543 et nel 1566 furono notate dal Sig. Giulio Barbarano 22 anni doppo, le quali può haver benissimo viste et lette*'; Franciscus Barbaranus hist. eccl. 6, 56; Ferretus mus. lap. p. 103—105; Maccà *stor. del terr.* 3, 39. Ad Iulium Barbaranum igitur haec fraus videtur redire, cum praesertim veniat necesse sit ab homine minus indocto quam fuit Ligorius et tali plane, qualis fuit Barbaranus auctor 'promptuarii rerum electarum in re praesertim Romana' (Venetiis 1569. 4.).

Plenam dant tantummodo cod. Pat. et Ligorius. Iulius Barbaranus in editione non posuit nisi 1. 2. 7—10. 3—6 sic dispositos, sed post versum 10 adscripsit 'et cetera'; unde v. 11—22 ignoti manserunt scriptoribus Vicetinis et nunc primum eduntur. Manutius f. 110 non dat nisi v. 3—6. 1. 2 sic dispositos; f. 426' non dat nisi v. 1. 2. In lectione expressimus codicem Patavinum, adnotata varia lectione potiore Barbarani (ed.) Ligorii Manutii.

344* Arcignani in latere coctili COD. PAT.; Vicentiae LIG.

metilli [metelli *Lig. Man.* 109, metella *Man.* 426] argentilla uxor summanum uisum pergens ad sergiam arceiani declinaui ut ibi ianum primum [primum ianum *Man.* 426] cousulerem sed laterum dolore confossa periI fato fortasse ut neutrum uiderem sed arceianum me obrueret solum

Habet primum cod. Patav. f. 190, Iulii Barbarani opinor, quem repraesentavi; inde opinor Ligorius ms. Taur. 18 et Manutius cod. Vat. 5237 f. 109. 426' et Trinagius G 3 (ex hoc Castellini 1, 91; per Marzarium Mur. 39, 4; Orelli 4819). — Trinagius addit: 'Quis non iudicet eum grammatistam, qui haec verba antiquitatem minime redolentia composuerit, dignum fuisse, qui cum illa sua Argentilla pleuritide interiret?'

Scledi (Schio) in agro Vicentino.

q. metel. uxor sum pluton. uisitura|huc pervenit hic mortua est

Mur. 39, 4 per Binium a comite Ioh. Savorgnano, qui dicitur descripsisse de lapide. Inde Orelli 4819.

Tiene in muro hortorum archipresbyteri.

582*, 15 C·HELVIVS·IVLIANVS. — Pro ORDO·AQVILEIENSIVM, quod habent reliqui cum Arragonensi ms., Arragonensis ed. substituit ORDO·BRIXIANOR	55	(Brixiae) in domo D. Baptistae Rotae ARR. Ad abbatiam S. Gervasii non longe a Mella MANUT. SONCIN. — Polae iuxta aedem divi Matthaei in tabella marmorea TOTTI.	Arragonensis ms. n. 75, ed. n. 114; Totti add. p. 122 n. 407; Soncinus p. 220; Manutius 5235 IV n. 109; Labus p. 218 alien. n. 33.
16. IVLIAE CRISANTHTIDI (sic)	69	In campo Gaydi ad fenile commune ARR. Lurangis vall. Sab. ad aedem divi Martiani SONCIN. — Polae TOTT.	Arragonensis ms. n. 232; Totti add. p. 105 n. 302; Soncinus p. 214.
17. Q·SIRTIVS·CALISTVS	74	Ibidem (ad moletrinam Chiaiolarum) ARR. Barsatulli [= Borgo Satollo] ad puteum publicum SONC. MAN. Brixiae *appresso ad Arco del vino* ROSSI. — Sine loco TOTTI.	Arragonensis ms. n. 397; Totti add. p. 108 n. 314; Soncinus p. 192; Manutius cod. Vat. 5235 IV n. 113; Rossi p. 263 (inde Gnocchi ms. p. 25; ex eo Donat. 88, 8); Labus p. 226 alien. n. 43.
18. A·ACTIVS·CAIVS	87	Han ad templum S. Laurentii ARR. Savalli in templo in valle Sabii SONCIN. MAN. *Nella disciplina di Ghedi* ROSSI. — Polae TOTTI.	Arragonensis ms. n. 146, ed. n. 144; Totti add. p. 117 n. 368; Soncinus p. 213; Manutius 5235 IV n. 60; Rossi p. 275 (inde Gnocchi ms. p. 44); Labus p. 200 alien. n. 13.
19. AVR·SOTER	88	Gaydi in aede S. Laurentii ARR. Gussagi in vico Casalium in templo divi Iosephi TOTTI (qui deleto hoc substituit 'Polae') SONCIN. MAN. Gussagi ad S. Aemiliani ROSSI.	Arragonensis ms. n. 8, ed. n. 27; Totti add. p. 107 n. 308; Soncinus p. 215; Manutius cod. 5235 IV n. 86; Rossi p. 269 (inde Gnocchi p. 238); Labus p. 210 alien. n. 22.
20. ELIVS·PRISCIANVS	102	In ecclesia S. Vincentii Nuvetiis ARR. In Platea Prati vall. Sab. SONCIN. — Sine loco TOTT.	Arragonensis ms. n. 162, ed. n. 201; Totti add. p. 117 n. 375 (inde Vinaccesi p. 321); Soncinus p. 198; Labus p. 205 alien. n. 15.
21. MAXIMINA	121	Praeseii ad iannam Pesini Mascadri SONCIN. Montechiari in S. Pancratii ROSSI. — Polae TOTTI.	Totti add. p. 119 n. 388; Soncinus p. 217; Rossi p. 276 (inde Fabrett. 114, 288; Gnocchi ms. p. 276); Labus p. 205 alien. n. 18.
22 AVR·CRISPINVS	123	Ibidem (Gaydi in aede S. Laurentii) ARR. Vestonis ad officinam magistri Invittae sutoris SONCINUS; Gardae in valle Camonica ROSSI. — Polae TOTTI.	Arragonensis ms. n. 9, ed. n. 22; Totti add. p. 109 n. 326; Soncinus p. 217; Rossi p. 277 (inde Ormanico app. p. 5; Gnocchi ms. p. 275); Labus p. 206 alien. n. 19.
23. IN·AVRE·F·EVTYCHAE	124	Lueni ad templum S. Bartholomaei ARR. Vallis Sab. ad fontem Lavinoni SONCIN. Verziani in aedibus heredum Ludovici Offlagi ROSSI. — Sine loco TOTT.	Arragonensis ms. n. 148; Totti add. p. 121 n. 400; Soncinus p. 202; Rossi p. 282 (inde Gnocchi ms. p. 257; ex hoc Donat. 390, 11); Labus p. 208 alien. n. 20.
24. AVRELIVS PIOCIANVS	126	In Burgo Saturo in ecclesia S. Bernardini ARR. Avenoni in territorio in angulo Barbainorum SONCIN. *In un campo del comun di Ghedi* ROSSI. — Sine loco TOTT.	Arragonensis ms. n. 3, ed. n. 18; Totti add. p. 118 n. 383; Soncinus p. 199; Mediceus add. n. 253; Rossi p. 269 (inde Mur. 1642, 11; Gnocchi ms. p. 236).
25. D·M·AVRELIO TIMARCO	127	Hun ad ecclesiam S. Zeni ARR. Gussagi ad angulum Canalis appellatum MAN. — Polae iuxta amphitheatrum TOTT.	Arragonensis ms. n. 145, ed. n. 153; Totti add. p. 119 n. 385 (Soncinus omisit); Manutius cod. 5235 IV n. 84; Labus p. 211 alien. n. 23.
26. D·M·AVRELIAE LEVCIPPAE	130	Presigni apud dominum ARR. Lavoni a tergo altaris S. Magdalenae SONCIN. — Sine loco TOTT.	Arragonensis ms. n. 151, ed. n. 152; Totti add. p. 121 n. 402 (inde male Vinaccesi p. 277); Soncinus p. 203; Gnocchi ms. p. 176 (inde Donat. 389, 9); Labus p. 199 alien. n. 12.
27. D·M·AVR·RVFINAE	131	Ad Urangas in ecclesia S. Martini ARR. Promi in valle Sabii in aede divi Laurentii TOTT. 393 (deinde hoc deleto superscr. 'Polae') SONCIN. MANUT. *In S. Lucia di Ghedi* ROSSI. — Polae TOTTI 307.	Arragonensis ms. n. 147, ed. n. 156; Totti add. p. 107 n. 307, p. 120 n. 393; Soncinus p. 216; Manutius 5235 IV n. 92; Rossi p. 283 (inde Gnocchi ms. p. 236); Labus p. 209 alien. n. 21.
28. M·BARBIVS·SOTER	136	Avoni val. Sabii ad aedem divi Zeni ad campanile SONCIN.; Lavoni ROSSI. — Polae in cathedrali TOTT.	Totti add. p. 100 n. 276; Soncinus p. 217; Rossi p. 293 (inde Mur. 1141, 7; Gnocchi ms. p. 240; ex Gnocchianis Donat. 356, 9); Labus p. 211 alien. n. 24.
29. C·BASILIAE·CRISPINAE	137 v. 1	In eodem loco (in turri ecclesiae Beatae Mariae Bovagni) ARRAG. Calcinati ad aedem divae Mariae in muro qui respicit Clisim SONCIN. MANUT. *In Valverde di Rezato* ROSSI. — Sine loco TOTT.	Arragonensis ms. n. 189, ed. n. 61; Totti add. p. 119 n. 387; Manutius cod. 5235 IV n. 87, ed. in scholiis in Caesarem ad p. 582 n. 6 (ex his scholiis cod. Mediceus add. n. 343 *a*); Rossi p. 271 (inde Mur. 1645, 5; Gnocchi ms. p. 251).

Principium tituli	Numerus huius syllogae	Locorum indicationes falsae	Auctores Brixiani
582*, 30. C·BASILIDES	137 v. 2. 3	Lavoni ad S. Magdalenae ARR. Urangia in aede D. Martini post altare TOTTI (qui hoc deleto substituit 'Polae') SONCIN. MAN. Ghedi *alla Disciplina* ROSSI.	Arragonensis ms. n. 190, ed. n. 74; Totti add. p. 120 n. 392; Soncinus p. 215; Manutius cod 5235 IV n. 97; Rossi p. 272 (inde Gnocchi ms. p. 235); Labus p. 212 alien. n. 25.
31. CAECILIAE·PRIMAE	139	Presigni in S. Antonii ARR. Lavone vallis Trumpiae ad ianuam aedis Io. Bapt. Trivellini SONCIN. et sic fere MANUT. (cod. 5244 et ed.). Brixiae ad S. Zenonis ROSSI. — Sine loco TOTTI MANUT. (cod. 5235).	Arragonensis ms. n. 76, ed. n. 105; Totti add. p. 121 n. 399; Soncinus p. 202; Manutius cod. 5235 IV n. 98, cod. 5244 p. 138, orthogr. 120, 23 (inde Ligorius ms. Taur. 18; Grut. 765, 3); Rossi p. 254 (inde Gnocchi ms. p. 221).
32. CAELIA·CLE·HILARA	140	Ibidem (ad S. Mariae Calcherae domi Calinorum) ARR. Gussagi in aede divi Aemiliani a tergo altaris SONCIN. Brixiae *alla casa d'Iddio* ROSSI. — Sine loco TOTT.	Arragonensis ms. n. 45, ed. n. 67 = 82; Totti add. p. 116 n. 365; Soncinus p. 196, 2; Rossi p. 251 (inde Gnocchi ms. p. 206); Labus p. 212 alien. n. 26.
33. CALVIO·FILENTINO	143	In domo Alberti Fontanarii apud aream Novarini ARR. Ad arcem Bernacchi TOTTI SONCIN. MANUT. Brixiae ad S. Zenonis ROSSI.	Arragonensis ms. n. 46, ed. n. 55; Totti add. p. 120 n. 394; Soncinus p. 200; Manutius cod. 5235 IV n. 94; Rossi p. 251 (inde Gnocchi ms. p. 221; Donat. 397, 5 ex Gnocchianis); Labus p. 213 alien. n. 27.
34. CAPITA·L·F·RVTILLA	147	Apud d. Alexandrum Cepulam ARR. Vallis Trompiae ad ianuam ecclesiae de cem. SONCIN. Ghedi ROSSI. — Sine loco TOTT.	Arragonensis ms. n. 74, ed. n. 100; Totti add. p. 120 n. 398; Soncinus p. 206; Rossi p. 271 (inde Mur. 1652, 1; Gnocchi ms. p. 235).
35. D·M·CLAVDI·CERVONI	153	Ad clibanum Iluo in S. Mariae ARR. Laveani vallis Sab. ad aedem divi Andreae SONCIN. Ghedi *ad un fenile del comun* ROSSI. — Sine loco TOTTI.	Arragonensis ms. n. 143, ed. n. 125; Totti add. p. 118 n. 377; Soncinus p. 198; Rossi p. 271 (inde Gnocchi ms. p. 176); Labus p. 214 alien. n. 28.
36. DONATIVS·AVG·LIB	157	Hussagi in S. Aemiliani ARR. Provezii in colle, ubi olim erat castrum sub fenestra sacrarii SONC. MAN. *Alle case d'Odolo* ROSSI. — Polae apud pratum magnum TOTT.	Arragonensis ms. n. 155; Totti add. p. 108 n. 315; Soncinus p. 218; Manutius cod. Vat. 5235 IV n. 100; Rossi p. 284 (inde Gnocchi ms. p. 250, ex Gnocchio Donat. 328, 1); Labus p. 215 alien. n. 29.
37. EVTIENS ET ENORIA	161	Ad domum Idri ARR. (Gaidi) ad ianuam ecclesiae prati SONCIN. — Polae TOTT.	Arragonensis ms. n. 160, ed. n. 202; Totti add. p. 116 n. 367; Soncinus p. 212; Manutius cod. Vat. 5235 IV n. 59; Labus p. 217 alien. n. 31.
38. L·GAVILIVS·DONICVS	165	Ibidem (in abbatia Leni ad montem versus in muris horti) ARR. Carpeneduli ad aedem divi Bartholomaei SONCIN. Ghedi ROSS. — Sine loco TOTT.	Arragonensis ms. n. 277; Totti add. p. 117 n. 374; Rossi p. 280, 301 (inde Mur. 1682, 5; Gnocchi ms. p. 235; Donat. 430, 3 sine dubio ex Gnocchianis).
39. D·M·M·HELVIO·CRESENTI	173	Ad casas Oduli ARR. Gussagi in muro dicto Angulus Prati Marchorum SONCIN. Malegni in ecclesia ROSSI. — Sine loco TOTT.	Arragonensis ms. n. 152, ed. n. 160; Totti add. p. 120 n. 397; Soncinus p. 201; Rossi p. 275 (inde Ormanico app. p. 13; Gnocchi ms. p. 175); Labus p. 217 alien. n. 32.
40. TITO·HOSTILIO	176	Ad pagum divae Euphemiae in domo domini Leonis Cerati SONC. MAN. — Sine loco TOTT.	Totti add. p. 121 n. 406 (inde Vinaccesi p. 305); Soncinus p. 205; Manutius cod. Vat. 5235 IV n. 108; Labus p. 219 alien. n. 35.
41. L·M·NERMEROTIS	179	Ad ecclesiam Prati ARR. Repertum in quodam agro d. Augustini Castellini SONC. *A Pertica di Savallo* ROSSI. — Sine loco TOTT.	Arragonensis ms. n. 273; Totti add. p. 119 n. 390; Soncinus p. 199; Rossi p. 284 (inde Mur. 1685, 14; Gnocchi ms. p. 253); Labus p. 219 alien. n. 34.
42. IVLIA·MATRONA	180	Ad Aquas bonas in ecclesia ARR. Gaidi ad aedem divi Laurentii TOTT. (qui deleto eo substituit 'Polae') SONC. MANUT.	Arragonensis ms. n. 235; Totti add. p. 112 n. 336; Soncinus p. 218; Manutius cod. Vat. 5235 IV n. 22.
43. M·LVRIO·HYALISSO	194	Avoni ad ianuam aedis divi Zenonis SONC. Borsadoli in ecclesia ROSSI. — Polae TOTT.	Totti add. p. 100 n. 277; Soncinus p. 213; Rossi p. 296 (inde Gnocchi ms. p. 224); Labus p. 220 alien. n. 36.
44. MANILIA·PAVLA	195	In pago Montisplani apud aedem divi Antonini ad puteum nuper effossum; ex saxo effectum est vas sive alveus SONC. MANUT. *In un campo di Pralboino* ROSSI. — Polae TOTT. et sic superscr. apud MANUT.	Totti add. p. 119 n. 386; Soncinus p. 216; Manutius cod. Vat. 5235 IV n. 85, ed. orth. 590, 10; Rossi p. 297 (inde Gnocchi ms. p. 274); Labus p. 221 alien. n. 37.

Principium tituli	Numerus huius syllogae	Locorum indicationes falsae	Auctores Brixiani
582*, 45. NEPTELAE·ANTISTIAE	202	Gaidi in S. Luciae [unquam fuit *postea add.*] ARR. Brixiae in domo equitis Mauri SONCIN. Inter Ghedum et Lenum ROSSI. — Sine loco TOTT.	Arragonensis ms. n. 350; Totti add. p. 122 n. 408; Soncinus p. 81; Rossi p. 298 (inde Mur. 1715, 12; Gnocchi ms. p. 236).
46 D·M·PAPIRIA·PRIMA	210	Ibidem (ad clibanum Huo in S. Marine) ARR. In muro abbatiae Leni de foris versus montem SONCIN. Leni ROSSI. — Polae TOTT.	Arragonensis ms. n. 144, ed. n. 141; Totti add. p. 119 n. 384; Soncinus p. 214; Rossi p. 273 (inde Gnocchi ms. p. 175); Labus p. 222 alien. n. 38.
47 PROCESSO	219	Gaidi in domo d. Iohannis Ferarii ARR. Ad arcem Noziae in aede divi Stephani SONCIN. Ghedi ROSSI. — Sine loco TOTT.	Arragonensis ms. n. 386; Totti add. p. 117 n. 373; Soncinus p. 197; Rossi p. 310 (inde Gnocchi ms. p. 235); Labus p. 223 alien. n. 39.
48. L·SEMPRONIO·POLICLITO	225	In abbatia Leni ad montem versus in muris horti ARR. In lugo ad divae Mariae monasterium prope cisternam quasi humatum SONCIN. MAN. *Nelle case di S. Lorenzo* ROSSI. — Sine loco TOTT.	Arragonensis ms. n. 276; Totti add. p. 108 n. 313; Soncinus p. 191; Manutius cod. Vat. 5235 IV n. 99; Rossi p. 259 (inde Mur. 1496, 11; Gnocchi ms. p. 215); Labus p. 224 alien. n. 40.
49. SERGIA FIALVSIANA	226	Inter Boticinum et Rezatum ad aedem divae Mariae dictae de Val Verda sub porticu meridionali TOTTI 310, SONCIN., MANUT. *In l'ò a S Lorenzo* ROSSI. — Polae TOTTI 372.	Totti add. p. 107 n. 310, p. 117 n. 372; Soncinus p. 197; Manutius cod. Vat. 5235 IV n. 67; Rossi p. 299 (inde Mur. 1497, 5; Gnocchi ms. p. 249); Labus p. 225 alien. n. 42.
50. THESEO·HILARIONIS	236	Ad aedem plebis campestris Carpeneduli hortum versus SONCIN. — Sine loco TOTT.	Totti add. p. 119 n. 391 (inde Vinaccesi p. 306; ex eo Gnocchi ms. p. 193; ex Gnocchianis Donat. 331, 3); Soncinus p. 200; Labus p. 228 alien. n. 45.
51. TOCIAE AGRIPPINAE	240	Ceti vallis Camonicae ARR. Bovegni in fundo campanilis TOTT. (qui delevit et substituit 'Polae') SONCIN. MANUT. Ghedi ROSSI.	Arragonensis ms. n. 432; Totti add. p. 118 n. 382; Soncinus p. 212; Manutius cod. Vat. 5235 IV n. 81; Rossi p. 306 (inde Gnocchi ms. p. 235); Labus p. 229 alien. n. 46.
52. EIVS·L·VETIAE. — POLENTIAE reliqui et Arr. ms., BRIXIAN Arr. ed. et Rossius.	248	Gaydi in ecclesia fratrum ARR. Inter Lenum et Porcianum in quodam pilastro ad aedem divi Antonii SONCIN. *In S. Giovannino* ROSSI. — Sine loco TOTTI.	Arragonensis ms. n. 159, ed. n. 203; Totti add. p. 122 n. 411; Soncinus p. 201; Rossi p. 257 (inde Mur. 1606, 5).
53. VIBIVS·PROIECETVS	251	Gaidi in domo Gandinorum ARR.	Arragonensis ms. n. 457.
54. VIBIAE·ATHENAIDI	255	Breni domo Martini a Malegno ARR. Gaidi apud aedem divi Laurentii ad scalle Rampinorum SONCIN. Ghedi ROSSI. — Sine loco TOTT.	Arragonensis ms. n. 447; Totti add. p. 121 n. 401; Soncinus p. 203; Rossi p. 309 (inde Gnocchi ms. p. 235); Labus p. 230 alien. n. 47.
55. VIBIAE TROFIMEN	257	Gaidi ad domum d. Zachariae Tiberii ARR. Flerii in vico Continiacue ad aedem divi Zenonis exterius ad septentrionalem plagam TOTTI SONCIN. MANUT.	Arragonensis ms. n. 460; Totti add. p. 120 n. 395 (inde Vinaccesi p. 273; ex Vinaccesio Gnocchi ms. p. 234; ex Gnocchianis Donat. 387, 21); Soncinus p. 200; Manutius cod. Vat. 5235 IV n. 93.
56. I·ZOSIMI	261	Gaidae vallis Camonicae ad ecclesiam ARRAG. Havenoni vallis Sab. ad aedem d. Bartholomaei SONC. Brixiae apud Baldinios ROSSI. — Sine loco TOTT.	Arragonensis ms. n. 236; Totti add. p. 105 n. 303; Soncinus p. 191; Rossi ms. f. 253.
57. ELIVS·C·F	265	Ad S. Mariam Vallis viridis ARR. In vico suburbano divi Iacobi ad furnum Vallotorum SONCIN. MANUT. — Sine loco TOTT.	Arragonensis ms. n. 161, ed. n. 191; Totti add. p. 108 n. 319; Soncinus p. 192; Manutius cod. Vat. 5235 IV n. 88.
58. THOMAS·TRIBVNVS	304	Ibidem (apud d. equitem Maurum) ARR. Noziae ad S. Laurentium versus Clisim amnem TOTT. SONCIN. MANUT.	Arragonensis ms. n. 429; Totti add. p. 117 n. 376 (inde Vinaccesi p. 245; ex hoc Mur. 1949, 4 et Gnocchius ms. p. 273); Soncinus p. 198; Manutius cod. 5235 IV n. 71; Labus p. 190 alien. n. 6.
59. SALINIATI INSIGNIA	1362, 1—13	Ad molendinum Verziani SONC.; in Livrangi ROSSI. — Sine loco TOTT. MAN.	Totti add. p. 112 n. 405; Soncinus p. 204; Manutius cod. Vat. 5235 IV n. 112; Rossi p. 308 (inde Gnocchi p. 242).

Principium tituli		Numerus huius syllogae	Locorum indicationes falsae	Auctores Brixiam
582*, 60	LOC·MON	1362, 14-17	Ad ecclesiam S. Petri Reaati ARR.; noviter rep. in campanea Gaidi secus viam in faciendo fossatum ex capite cuiusdam sepulchri respicientis fenile communis SONC.; *alla Trinità di Botecino* ROSSI. — Polae in domo Iac. Fabri TOTTI.	Arragonensis ms. n. 274; Totti add. p 119 n. 389; Soncinus p. 219; Manutius cod. Vat. 5235 IV n. 101; Rossi p. 295 (inde Gnocchi ms. p. 225); Labus p. 230 alien. n. 48
61.	PATER CVM FILIA	3*	Gaidi ad disciplinam [unquam fuit *postea adscr.*] ARR. Gussagio ad S. Mariam extra campanilum SONC. — Polae MEDIC.; sine loco TOTT.	Arragonensis ms. n. 385; Medic. (in primo folio ante syll. antiquam) ab ea manu quae scripsit additamenta; Totti add. p. 116 n. 364; Manutius cod. Vat. 5235 IV n. 57.

583* Ex reliquis titulis male relatis ad Brixiam hos adnotare visum est.

1. *voto suscepto pro salute imp. caes. M. Aureli* (Grut. 85, 3. 4) urbanus legitur apud Marcanovam (Bern. n. 639, Mut. n. 44) et exscriptores eius (Felicianum *B* 59, Ferrarinum cod. Reg. f. 146, Gnocchium p. 89 ex ms. Averoldi, nempe ex libro Bossiano [cf. p. 428]) post Brixianos cum praescriptione 'apud Puteolos', ad quam postea apud Marcovanam adiectum est 'la Brixia'.
2. *P. Scantii Phileti* urbanum (Grut. 954, 1) collocant Salodii Ferrarius in cod. Reg. Brix. n. 78, Brixiae ad S. Barnabam idem in cod. Verderiano p. 42, 1 et asseclae: Mediceus n. 55; Arragonensis ms. n. 82 = 372; Rossi p. 257; Ormanico *iscr.* 1656 p. 12 ex Solatio (i. e. Mediceo) et Arragonensi; Gnocchi p. 193 ex Rossio et ms. Averoldi
3. Augusti et Tiberii ponti Ariminensi inscriptus (Grut. 160, 2) ab Iucundo (cod. Ver. f. 219) refertur inter Brixianos cum praescriptione 'Brixiae in Genesio'.
4. *P. Claudi Pallantis* Vindobonensis (vol. III n. 4567) a Lazio collocatur Brixiae interpolatus.
5. *V. f. Salvia Ɔ l. Iconio* Placentinum (Ap. 58, 2) errore Brixiae adscribunt Smet. 171, 4; Grut. 993, 1)
6. *C. Iulio C. f. Fab. Scapt. Caesari Augusto* (Orelli 593) falsus Panvinianus a Grut. 226, 3 tribuitur Brixiae, propterea quod apud Panvinium Rom. p. 526, qui locum non adscripsit, praecedit Brixianus.
7. *d. ma. Sperato* Grut. 1145, 4 dans ex Borromaeanis adscribit Brixiae. At cum Borromaeana Gruteri ad Ameriam spectent, non ad Brixiam, Brixiani autem (excepto Gnocchio p. 171 qui sumpsit ex Grutero) titulum ignorent, eum expuli.
8. *d. m. Publicius Glaucus* cum inter Piccartianos n. 8 legatur sine loco post Azanensem, Azani collocatur apud Reines. 15, 14 (inde Vinaccesi p. 288; Gnocchi p. 175) sine causa. Videtur esse urbanus.
9. *Genio col. I. n. t. Tarrac. L. Minicius Apronianus* titulus Tarraconensis (vol. II n. 4071) cum apud Manutium orth. 524, 3 referatur sine loco post Brixianum, Brixiae collocatur apud Soncinum Averoldi f. 251 (teste Labusio p. 189), a quo pendent Gnocchium p. 187 'ex Manutio et ms. Averoldi' et Donatus 43, 9 ex Gnocchianis.
10. *Pietati Aug. L. Lucretius Fulvianus* titulus Tuccitanus (vol. II n. 1663) cum apud Manutium orth. 101, 4 legatur sine loci praescriptione post Gambarensem, apud Vinaccesium p. 246 et Gnocchius p. 53 'ex Manutio et Vinaccesio' refertur inter Brixianos.
11. *Catiae L. l. Rusticae* titulus urbanus (Grut. 967, 5) similiter relatus apud Manutium orth. 162, 5 post Gambarensem eodem errore apud Gnocchium p. 232 refertur inter Brixianos.
12. *ossa L. Titini L. l. Sidonis* titulus Ravennas (Malvasia p. 70) apud Mur. 1754, 4 indeque apud Gnocchium p. 237 ponitur Brixiae, quoniam Brixia eum miserat Muratorio Averoldus.
13. *d. m. Vibi Secundi* Comensis a Muratorio 1764, 14 errore collocatur Brixiae.
14. Sanutus f. 78 Brixianis epigrammatis inseruit quinque haec: *d. m. Sergio Rubellio Antho* (Grut. 704, 5) — *d. m. L. Brutio* (sic cod.) *Agathoni* (Grut. 917, 3) — *d. m. Cn. Bieno Cn. liberto Onesidoro vixit annis V m. IIII d. XXV pater infelicissimus fecit* — *d. m. Iuliae Polynices* (Grut. 609, 8) — *d. m. M. Aurelius Aug. lib. Salvius* (Grut. 608, 11), quorum cum quattuor ab aliis auctoribus relata urbana sint, omnia expuli.

XXIII. TIROLIS MERIDIONALIS.

584* Sterzingen ad latus aedis parochialis.

olla legionis decimae

Warmund Ygl in Wolderturm in mappa quae inscribitur: 'Tirolis comitatus nova tabula Pragae 1605'.

585* inter Tirolenses.

iovi fulg. d. d | m. cassius cupit | praef. coll. fabr | u. s. l. m.

Schedae olim Froelichii, nunc inter Eckbeliana numophylacii Vindobonensis 5, 26.

586* inter Tirolenses.

i. o. m. s | l. caecil. u. f. fab | preimus aedil. brixin | decur. honore grat. d. d | ex postulatiou | pleb. aram iouis fulm | berg. restit | d. n. m q. e

Schedae Eckhel. 5, 24.

587* inter Tirolenses.

d. m | c. fabius | l. f. s. n. priscus | cur. uiar. publ | rat. augg. ui uir aug | h. s. e | uix a. xluiii m. u. d. iix | m. fab. c. fil. catus | parenti opt | moerens p. c | h. m. h. n. s | in fr. p. xx in a. p. xui

Schedae Eckhel. 5, 25.

588* inter Tirolenses.

L · VARIVS LENTILLVS
TRIB·LEG·II ITAL
V·A XVIIII Θ KAL·SE
CN·VARIVS LONGIPER FRAT
L·P·O
SVB ASCIA DD CVR
ascia

Sched. Eckhel. 5, 33.

589* inter Tirolenses.

A ☧ ω
HEIC QVIESCIT IN P
L CAECILIVS TVBRO
QVI·V·A·XCIII M II II X
MARITO DVLCISS
MARINA CAECILIANA
HOC MONVM
O · S · I · F · P

Sched. Eckhel. 5, 32.

590* Vervodii in Anaunia.

tarquinia quinti tarquati filia | relegata | hic obiit in castra ueruadii

Avolano n. 695 'legit hoc anno 1773 mense Martio R. d. Iosephus Antonius Stoffella Vallarsiensis curatus Pannonitanorum et actualis concionator Thurriensis paroeciae'.

DE HISTRIA ET HISTRICARVM INSCRIPTIONVM AVCTORIBVS.

Italiae inscriptiones quamquam digessimus oppidatim potius quam regionatim, interdum tamen, maxime propter terrarum divisionem quae postea obtinuit vel etiam hodie obtinet et ipsi epigraphiae vestigia alte impressit, quaedam praemittenda sunt quae non ad unum aliquod oppidum pertineant sed ad regiones, id quod nos venit in Histria. Histriam terram (nam aspirationem quamquam Graeci ignorant, tamen flagitant Latini grammatici librique bonae notae lapidesque perpaucis exceptis, ut Orell. 3764, constanter ponunt, ut hoc vocabulum componendum sit cum similibus Hennae Hadriae Helpidis Hannibalis: cf. Schneider gramm. Lat. 1, 1, 194) nemo nescit olim fuisse regionem Illyrici occidentem versus extremam et Galliae cisalpinae confinem, unde Tergeste vel Mela auctore 'finit Illyricum' (2, 57 cf. 55 Parth.) et est extra Italiam (2, 61); mansitque Histria opinor pars Illyrici donec stetit antiqua rei publicae Romanae forma. At quo tempore Gallia cisalpina cum Italia contributa est, quod supra vol. 1 p. 118 vidimus constitutum esse a triumviris r. p. c. a. u. c. 712, fines Italiae auctae videntur ita prolati esse, ut Tergeste quoque comprehenderent, scilicet ad Formionem amnem VI m. p. a Tergeste meridiem versus, hodie dictum Risano (cf. Plin. 3, 18, 127; Ptolem. 3, 1, 27). Hic enim 'antiquus auctae Italiae terminus' dicitur apud Plinium l. c., neque illi nisi illi tempori is terminus recte convenit. Sed non diu in Formione Italia substitit; nam ipse Augustus cum Italiam in undecim regiones divideret, decimae, cui postea nomen fuit Venetiarum et Histriae, simul fines protulit ad flumen Arsiam, quo sua aetate finiri Italiam scribit Plinius (h. n. III, 5, 44. 19, 129. 132. 26, 150) provocans de ea re ad Agrippam († 742); consentiuntque Strabo, dum suae aetatis principes (οἱ νῦν ἡγεμόνες) ad Polam usque Italiae fines dicit protulisse (7, 5, 3 p. 314; cf. 5, 1, 1 p. 209. 5, 1, 9 p. 215), et Ptolemaeus (3, 1, 27) Italiae oppida enumerans ad Nesactium situs incerti, sed certo Arsiae proximum, et Ravennas (4, 31: [civitas] *Arsiae finitur inter Liburniam et Histriam*). — Haec pars quae nuperrime Italiae accrevit a Formione ad Arsiam proprio nomine Plinio (3, 18, 127) dicitur Histria, ut Tergeste non comprehendatur, similiterque Strabo quoque Tergeste Carnis tribuit Histrorum viciniis, non Histris ipsis (7, 5, 2; p. 314; cf. §. 3) Ptolemaeus tamen (3, 1, 27) inter Histriae oppida etiam Tergeste connumerat idque deinceps videtur obtinuisse, ut hodie quoque obtinet. Nobis autem visum est antiquam divisionem ita sequi, ut pars paeninsulae ea quae spectat ad sinum Flanaticum et oppida habet Albonam et Flanonam, secundum divisionem eam quae obtinuit certe florente imperio Romano, ad Illyricum sive Dalmatiam reiceretur, Italiam autem inciperemus ab Arsia; quamquam vel eo tempore Histriam Dalmatiamque nisi semper, certe saepe fuisse sub eodem procuratore supra iam (vol. 3 p. 280) monuimus. — Contra Emonam cum agro suo magis placuit ab Italia separatam referre ad Pannoniam propter causas quas suo loco indicavimus.

Auctores, a quibus pendemus in Histricis, plerique municipales sunt vel certe ita comparati et ita traditi, ut praestet de iis disputare in praefationibus quas praemisimus Polensibus Parentinis Tergestinis. Ad universam provinciam autem quae pertinent, ea hic potissimum enarrabuntur.

I. Marinus Sanutus Venetus (c. a. 1500) praeter Polensia et Tergestina, de quibus suo loco diximus, quas inscriptiones rettulit cod. Veron. f. 255—257 ex Pinguenta Cittanuova Capodistria Parentio Duecastelli Muggia Salvore Dignano, item ex insulis Cherso Ossero Pago Curzola Veglia, eae paucis exceptis, quas sumpsit ex syllogis vulgaribus saec. XV, profectae sunt ex fonte ignoto et proprio, nec desunt in his alibi nuspiam repertae.

II. Manzuoli nuova *descrittione d'Istria* (Venetiis 1611. 8. pp. 101, repetita in *archeografo Triestino* vol. III).

III. Iac. Phil. Tommasini Patavinus (1595—1654) episcopus Cittanuovae praeter librum de donariis ac tabellis votivis (ed. 1 Utini 1639. 4. pp. 226; ed. 2 auctior Patavii 1654. 4. pp. 250), in quo Histrica quaedam affert, scripsit *de' commentari istorico-geografici della provincia dell' Istria libri otto*, quod opus ad ipsam mortem fere continuavit (nam citantur in eo Ursati monumenta Patavina edita a. 1652) neque absolvit. Autographum venit ad episcopum Franciscum Zenonem, deinde ad Apostolum Zenonem; nunc est Venetiis in Marciana codd. Ital. cl. VI n. 159. 160. Prodiit autem liber a. demum 1837 in archaeographi Tergestini volumine quarto (cf. vol. 1 p. 227). Scriptis Tommasinii antequam ederentur usi sunt Sertorius Orsato, cuius libri (monumenta Patavina Patavii 1652 fol.; *marmi eruditi* Patavii 1669. 4; *marmi eruditi, opera postuma ed. da Gian Antonio Orsato* Patavii 1719. 4) ad Histriam quoque habent quae pertinent, et Tergestinarum rerum scriptor Ireneus (v. e. c. p. 107); Carlius non habuit, sed habuit schedas Prosperi Petronii, qui videtur Tommasiniana aut descripsisse aut certe compilasse. Ego usus sum et codice et editione. Tergestinas inscriptiones et Polenses cum vix afferat Tommasinius, ex oppidis Histriae minoribus, maxime ex agro Capodistriano Cittanovano Parentino quaedam habet non inutilia ex lapide desumpta omnia. Praeterea aliquot titulos ex Histria transtulit in aedes suas Patavium, qui postea venerunt ad Sertorium Ursatum, deinde Rovigium ad Silvestrios, denique cum universo museo Silvestriano Maffeio curante in museum Veronense, ubi hodie prostant.

IV. Prosperi Petronio (quamquam libro inscribere maluit 'Propertio Sperono') medici Capodistriani *memorie sacre e profane dell' Istria e sua metropoli* a. 1681 extare dicuntur Venetiis in tabulario publico (Stancovich *uomini distinti dell' Istria* 2, 267; *Bibliografia Istr.* p. 136). Adhibuit eum librum Irenaeus; item a. 1738, quo tempore servabatur ab abbate Bini, Carlius (ant. 2, 313); denique nuper Kandlerus Albonensia quaedam inde protulit. Ego non vidi. Quatenus ex iis, quae inde prolata sunt, iudicari potest, Tommasinium aut continuavit aut compilavit (v. arch. Tergest. vol. IV p. V), perpauca autem habet sincera sibi propria, sci-

licet Albonensia illa et figlinas quasdam Capodistrianas; denique titulos Capodistrianos duos ipse excogitavit homo levissimus et nugator.

V. Rich. Pococke in inscriptionum antiquarum Graecarum et Latinarum libro edito (Londini 1752 fol.) Histrica quoque habet imperite descripta, sed non neglegenda. Schedae autem eiusdem Londinenses ad has partes non perveniunt.

VI. Ioh. Rinaldus Carli *delle Antichità Italiche*, Mediolani 4. P. I. (1788) pp. 250. P. II (1788) pp. 366. P. III (1789) pp. 306. P. IV (1790) pp. 316. App. 1791 pp. 282. Usurpavi praeterea ed. 2 (Mediolani 1793—1798. 4. voll. 4), cum dicatur aucta; ubi ordo quidem mutatus est, sed quae addidit vel emendavit paucissima sunt. Item vidi eiusdem operis recensionem primam, quae imperfecta remansit nec prodiit: *delle antichità Romane dell' Istria libro primo* (4. pp. 90; extat Venetiis in bibl. Marciana) et eiusdem Carlii *relazione delle scoperte fatte nell' anfiteatro di Pola nel mese di Giugno* 1750 (Venetiis 1750. 4. pp. XXX); sed horum librorum neuter habet inscriptiones. — Magna industria undecunque inscriptionum Histricarum exempla sibi paravit; habuit ex antiquis codicem Tomitanum, quo continetur sylloge Tergestini Antiqui, item Prosperi Petronii schedas et Lavezzorianas, de quibus egi in Polensibus; praeterea aequales plura ei suppeditaverunt, maxime Negri episcopus Parentinus, Ang. Maria Cortenovis, Hieronymus Gravisi; denique quaedam licet pauca ipse vidit. In tanta auctorum multitudine et diversitate non facile est copiis eius recte uti, quamquam auctorem plerumque nominat. Ipsum optima fide officio functum esse mihi constitit nec spernenda diligentia, cum saepe titulos proponat etiam ligno incisos; sed praeter Petronianas fraudes Gravisianae quoque vel si mavis Asquinianae, de quibus agemus in Aquileiensibus, ad eum pervenerunt, quamquam unum tantum titulum n. 11* apud Carlium repperi inde derivatum.

VII. Circa a. 1820 et deinceps iussu Steinbüchelii praefecti eo tempore museo Vindobonensi ut in aliis provinciis regni Austriaci ita per Histriam quoque lapides descripti sunt et exempla missa Vindobonam, quae ibi excussi servata in nummophylacio. Inde pendent quae edidit idem in ephemeride *Anzeigeblatt* adiuncta annalibus Vindobonensibus (*Wiener Jahrbücher*).

VIII. Petrus Kandler epigraphiae Histricae per annos fere triginta curator quantopere his litteris profuerit et museo Tergestino instituto et itineribus susceptis per Histriae partes plerasque et amicis ad similes curas hortandis eoque exemplo instituendis et quae repperisset statim cum cura edendis nemo ignorat nisi harum nostrarum rerum plane imperitus. Praeter ea autem, quae ad singula oppida laudavi, ad universam Histriam pertinent maxime Kandleri scripta duo, ephemeris *l'Istria*, quae per septem annos 1846—1852 prodiit Tergeste (4.) et sylloge quam dico inscripta sic: *inscrizioni dei tempi Romani rinvenute nell' Istria* (Tergeste 1855. 4. pp. 76) cum appendice edita a. 1862 (paginae numerantur denuo 61—76); partem facit libri qui inscribitur *indicazioni per riconoscere le cose storiche del Litorale*. Hanc intellego, ubi cito Kandlerum libro non enuntiato. Ego praeterea beneficio editoris adhibere potui schedas eius et omnis generis collectanea et supplementa scripta magno cum fructu. Neque enim tacendum est scripta exempla Kandleri plerumque praeferenda esse editis, denique ubi saepius titulum edidit, priora exempla praestare fere posterioribus, maxime propterea quod supplementa et emendationes ex coniectura factas passim tacite recepit; auctores quoque non raro tacet vel falsos adscribit errore. Nec vereor optimi amici senisque venerabilis beneficio abuti ingenue profitendo saepe me ab eo male informato appellare ad ipsum in schedis meliora docentem.

IX. Ipse Histriam peragravi a. 1857, denuo adii a. 1862 paucos dies ibi moratus, tertium a. 1866.

I. NESACTIVM? — *Barbana. Momorano. Altura.*

Inter Arsiam, quae finit Italiam, et Polam in ora tam Plinius (III, 19, 129. 21, 140) quam Ptolemaeus (3, 1, 27) collocant oppidum Nesactium (sic Plinius; *Nesatium* Ravennas 5, 14 cf. 4, 31; *Νέσακτον* Ptolemaeus; idem nomen solet substitui in loco corrupto Livii 41, 11, cum codex ibi habeat *oppidum et mattius*). Nesactium eodem loco habet etiam tabula Peutingerana, scilicet suppleta ex asseela Ravennate (l. c.), ubi sic est:

Peutingerana:		*Ravennas:*
Pola		Pola
| VI		|
. . .	(domus appicta est, nomen excidit)	Nesatium
| VIII		|
Arsia		Arsia
| XII		|
Alvona		Albona.

Unde, quamquam etiam numeri mendosi videntur esse, tamen certo efficitur Nesactium fuisse medium fere inter Polam et Arsiae fluvii ostia, ibi fere ubi nunc sunt vici Altura et Cavrano. Inscriptiones tamen, quae ex illis partibus prodierunt, scilicet ex vicis Barbana Momorano Altura, et paucissimae sunt nec rei publicae quae ibi fuerit indicium certum praebent.

1 Barbanae rep. 1799 in aedibus Cleva, extat in porticu publica.

L · CAESIVS · L · L
GLAPHyRVS · V · F
S · ET · CAESIAE · L · L
GRA//A//

Stancovich *anf. di Pola* tab. 6 n. 13 p. 105 (inde Kandler n. 314).
2 GLAPHIRVS traditur.

2 Momorani in ecclesia.

DOMINO ET DEO
DEORVM
SACR

Kandler 1862 n. 667, cui dedit Luciani, suspectam iudicans propter argumentum. Fortasse similis fuit tituli vol. 3 n. 720: *diis genitis et deorum creatoribus dd. nn. Diocletiano et [Maximiano]*.

3 Momorani.

D · M
LAECANIo...
LIO · F
C · LAECANIus
SEVERVS
V · D
SIS/M/

Kandler 1862 n. 714 e Luciano.

4 Alturae Barsan Kandler; inter Polenses Utin.

C · FVRIVS · C · F
ARN · GEMELLVS
MIL · COH · III · PR
T · F · I

Utin. p. 12 (inde, scilicet a Gravisio Carli 3 p. XXXIV); Kandler in sched. et n. 238; Barsan ms.
1 C·I Utin.

5 Alturae in agro Polensi.

PIA · D
IS · V · F · I · SIBI
ORRA CON
IO RVF
I NEVREI
AE · SPHRAG
E · MODESTO
PIRA CON
D

Kandler ms. et n. 308.

II. COLONIA PIETAS IVLIA POLA (*Pola*). *Tribu Velina?*

Pola oppidum portu insigne, quem praedicat iam Strabo (5, 1, 9 p. 215: *ἵδρυται ἐν κόλπῳ λιμενοειδεῖ, νησίδια ἔχοντι εὔορμα καὶ εὔκαρπα*) eodem nomine appellatur tam a Graecis quam a Romanis, nisi quod plurali numero (*Πόλαι*) effertur apud antiquiores Graecos Lycophronem et Callimachum locis mox citandis et semel apud Strabonem 7, 5, 3 p. 314. Ethnicum tituli non agnoscunt nisi *Polensis* (n. 7. 19. 29. 81), cum legatur apud Melam (2, 57) *Polaticus*, ut Flanaticus declinatur a Flanona, apud Stephanum (s. v.) Πολατικός, Πολεντινός, Πολαΐτης. Rei publicae tamen liberti dicuntur *Pollentii* (n. 83 *Pollentiae Processae col. Pol. lib.*; praeterea in titulis repertis Polae Pollentii alii inveniuntur non pauci), nomine opinor fausti ominis causa emendato; nam ratio non permittit, ut a Polae nomine cum vocali brevi ita declinetur. — Vetustae oppidi originis testes habemus auctores duos, qui scripserunt circa bellum Punicum primum vel paullo ante, Lycophronem (v. 1021 sq.):

> Κρᾶθις δὲ γείτων ἠδὲ Μυλάκων ὅροις
> χῶρος συνοίκους δέξεται Κόλχων Πόλαις,
> μαστῆρας οὓς θυγατρὸς ἔστειλεν βαρὺς
> Αἴας Κορίνθου τ' ἀρχός, Εἰδυίας πόσις,
> τὴν νυμφαγωγὸν ἐκκυνηγετῶν τρόπιν,
> οἳ πρὸς βαθεῖ νάσσαντο Διζηροῦ πόρῳ

et Callimachum (apud Strabonem 1, 2, 39 p. 46, cf. 5, 1, 9 p. 215):

> οἱ μὲν ἐπ' Ἰλλυριοῖο πόρου σχάσσαντες ἐρετμὰ
> λᾶα παρὰ ξανθῆς Ἁρμονίης τάφιον
> ἄστυρον ἐκτίσσαντο, τό κεν φυγάδων τις ἐνίσπει
> Γραικός, ἀτὰρ κείνων γλῶσσ' ὀνόμηνε Πόλας.

Quam de Polae origine fabulam, scilicet eam conditam esse a Colchis Medeam insecutis et ob itineris taedium ibi considentibus, repetunt Mela 2, 57 et Melam exscribens Plinius 3, 19, 129. Deinde facta est colonia Romana testibus iisdem Mela et Plinio confirmantque id lapides (n. 7. 47. 83). *Pietatem Iuliam* dictam esse Polam auctor est Plinius solus, nam vix huc pertinet locus confusus et corruptus Eumenii in panegyrico extremo; lapides autem quamquam oppidi nomen saepe ponunt, tamen agnomina eius constanter omittunt. Secundum ea nomina condita videtur aut a triumviris aut ab imperatore Caesare antequam Augusti nomen reciperet (u. c. 727) habemusque praeter titulum (n. 18) templi Romae et Augusto a Polensibus dicati alterum n. 50 scriptum vivo etiamtum Augusto, in quo iam apparet forma coloniae. Forma reipublicae simplicissima est: magistratus non nominantur nisi *IIviri quinquennales* (n. 47. 50, 4. 52. 59. 60. 63), *IIviri* simpliciter (n. 47. 50, 1. 54. 56. 60. 62. 64), ut raro adiciatur *i. d.* (n. 51), *aediles* (n. 27. 47. 50, 1. 3. 4. 51. 62), ut in hac civitate sicut in aliis quaesturam appareat non numerari inter honores publicos. Adde his coloniae servum *summarum dispensatorem* (n. 83) et *flaminem Augustorum* (n. 47). Praeterea passim inveniuntur ibi *seviri Augustales* vel Augustales vel etiam sexviri simpliciter; item *collegia, fabrum* ut videtur cum suo *patrono et praefecto* (n. 60) et *dendrophorum* (n. 56. 81. 82). De tribu non satis constat: habemus magistratus tres origine qui videntur Polenses adscriptos Velinae (n. 35. 47. 58), singulos autem homines ex Camilia (n. 51) et fortasse ex Pupinia (n. 254), mira in tanto numero titulorum tribus raritate. Mirum item est nec fortasse casu factum, quod titulus nullus quod sciam superest militis origine Polensis. — Denique nominantur passim *procuratores Augusti liberti* (n. 12. 37. 38. 39. 43) vel *Augusti liberti tabularii a patrimonio* (n. 41) vel *tabularii* simpliciter (n. 40. 41. 42), ut Augustos in territorio Polensi magna praedia habuisse rationesque eorum praediorum Polae putatas esse appareat. — Ager quatenus pervenerit etsi non satis constat, tamen visum est inter Polenses titulos conicere repertos in locis vicinis *Promontore* (quod promunturium memorant ex antiquis tamquam ἀκρωτήριον Πολατικόν sive περὶ τὰν Πολῶν Stephanus s. v. et Strabo 7, 5, 3 p. 314) *Sissano Galesano Fasana Dignano Punta Barbariga* insularumque quae dicuntur *i Brioni*: pauci enim sunt nec quicquam habeat quod non recte conveniat rei publicae Polensi.

Plura dicenda sunt de auctoribus inscriptionum Polensium, cum tituli et numero multi sint et a quattuor inde saeculis in syllogis circumferantur.

1. Cyriacum Anconitanum Polam adiisse titulosque quos repperisset ibi descripsisse auctor nobis est qui vitam eius enarravit Scalamontius (cod. Tarvis. f. 35', ed. Colucc. p. LXVI) his verbis: (Polae) '*nobilia pleraque suae antiquitatis vestigia vidit; et Salviae Postumae Sergi IIvir. aed. cl. filiae* [cf. n. 50] *egregias portas et edificia pleraque ingentia viderat; et nobile ac magnis editum lapidibus amphitheatrum, quod Polenses voti sui compotes* [cf. n. 19] *L. Septimio Severo et Antonino divis et Cesareis fratribus dicavere, viderat, et innumera per urbem et extra ad mare usque lapidea sepulchra, quorum pleraque nobilia exceperat epigrammata Andrea Contareno, tum pro Venetis praet. potestate, comite curante favitanteque*'. De anno non constat, sed fuit Polae ante a. 1435, ultra quem narratio Scalamontii non procedit. Commentarii huiusce itineris cum aut nulli fuerint aut interierint, ad syllogas redeundum est, inter quas et antiquissimae longe et praestantissimae sunt duae hae, de quibus egimus iam in Dalmaticis.

1. Tragurini auctoris, fortasse Petri Cipponis, in cuius codice Marciano cl. XIV n. 124 (cf. vol. 3 p. 271) f. 157—159 sub hac praescriptione '*epigrammata apud Polam vetustam Italiae civitatem maritimarum ultimam*' leguntur tituli mox enumerandi octodecim ordine eo quo eos recensui. Hos proficisci a Cyriaco omnes certum est, cum supra ostenderim Tragurinum auctorem Cyriaci schedas compilasse Zarae anno 1435 exeunte. Exempla bona sunt, versuum tamen divisio raro observatur.

2. Iadestini auctoris, in cuius codice Vaticano 6875 (cf. vol. 3 p. 272) Polensia leguntur f. 89 eodem ordine eademque plane quae habentur apud Tragurinum, a quo huiusce codicis auctorem Cyriacana sua traxisse alibi demonstravi. Sed traxit ea, ut ibidem observavimus, non ex Tragurini libro eo quem habemus, cum Iadestini exempla interdum his praestent; ita in n. 87 solus ex Cyriacanis servavit versum extremum. — Aut hic ipse liber fuit aut simillimus, ut eodem loco dictum est, quem Sponius vidit apud Valerium Ponte Zarensem et ex quo Polensia quoque quaedam protulit.

Sylloge, quam proponunt codices hi duo sibi simillimi, et eo nomine utilissima est, quod certis argumentis referri potest ad Cyriacum, et propter lectionis puritatem, qua hi duo Cyriacanos auctores reliquos longe superant. Continet autem titulos decem et octo hos:

- *a.* (50) L. Sergius
- *b.* (27) imp. Caes. L. Septimio Severo . . . . .
- *c.* (31) imp. Cesa. Val. Liciniano [*male tributus* imp. Caes. L. Septimio Severo] . . . . resp. Pol.
- *d.* (9) Polenses voti sui compotes
- *e.* (173) M. Helvio Crescenti
- *f.* (124) M. Aurel. Eutyches
- *g.* (206) P. Oppius Vulsor
- *h.* (240) Toriae Agrippinae
- *i.* (106) Aemiliae Dionysiae
- *k.* (153) Claudi Cervoni
- *l.* (140) Caelia C. l. Hilara
- *m.* (219) Processo
- *n.* (87) A. Atine Caius
- *o.* (257) Vibiae Trofimeni
- *p.* (187) Laecania C. lib. Attice
- *q.* (131) Aur. Rufinae
- *r.* (142) Callia Valeria
- *s.* (225) L. Sempronio Polycleto.

Praeter hos duos auctores, qui quodam modo ipsorum Cyriaci commentariorum instar sunt, Cyriaci Polensia pervenerunt etiam ad plerosque corporum epigraphicorum conditores saeculi XV et XVI incipientis, sed ita, ut mature interponerentur aliena; nec facile est secernere apud eos Cyriacana ab iis quae aliunde habuerunt. Redit certe apud eos ex titulis octodecim, quos modo vidimus Polae descriptos esse a Cyriaco, quindecim titulorum (scilicet demptis ex iis quos supra enumeravimus n. *a. s. e*) quasi corpus quoddam, quod vel ordo antiquus plus minus servatus declaret a Cyriaco proficisci. Hos titulus quinam exhibeant, iam indicabo.

1. MARCANOVA in codice antiquissimo Bernensi (1460) f. 88—90 (nobis Bern. A) hos titulos proponit coniunctos hoc ordine: n. *b. d. h. f. g. i. k. m. l.* a—e; nam quae postea sequuntur item Polensia f. 116. 117 et f. 142 aliunde veniunt (v. infra c. II. III). Codex Marcanovae recentior Motinensis cum Polensia ea ipsa habeat quae habet Bernensis nec plura, immo pauciora (nam omisit n. 173 et exemplum alterum tituli n. 27) neque iam tripartita, sed coniuncta numero viginti f. 184. 185, originis diversae indiciis sic fere oblitteratis, potuit insuper haberi.

2. REDIANI libri, quem Alexander Strozza scripsit vel potius scribere coepit a. 1474, Polensia f. 145'—148 bipertita sunt, utpote scripta eadem manu quidem, sed tempore diverso; unde nos distinximus partem priorem sive Red. A. 1—23 et partem posteriorem sive Red. B. 1—24. Et de postea adiectis, quae sunt Sanutiana, infra (c. V) videbimus; prioris partis epigrammata media quattuordecim Cyriacana videntur esse, prima autem octo et postremum aliunde ad haec applicata (v. infra c. II. III). Denique in paenultimo (n. 225) pro Cyriacano exemplo videtur postea substitutum esse alterum Sanuti (v. c. V) apparentque etiam aliis locis in parte priore emendationes quaedam petitae ex Sanutianis. Ordo idem est ac Marcanovanus; nisi quod deest apud Redianum Cyriaci n. *b* utpote aliunde apud eum relata tertio loco in parte priore.

3. FELICIANUS (1463—1464) et in Marciano libro f. 44 et in descripto inde Veronensi f. 51 Polenses titulos rettulit sedecim, id est quindecim Cyriacanos de quibus agimus sic dispositos n. a—*s. b. d. h. f. g. i. k. m. l*, et sextum decimum falsum n. 1* Sergii Polensis. Praeterea in solo Marciano et hic postea demum adiectum legitur tituli n. *b* alterum exemplum acceptum aliunde (v. infra c. III).

4. FERRARINUS († paullo post a. 1488) in prima editione, quam repraesentat liber Traiectinus, Polensia f. 54. 55 simpliciter descripsit ex Feliciano adiecto etiam titulo Sergii parasiti. In secunda editione codicis Parisini textus f. 51' sq. convenit cum Traiectino, sed in margine inveniuntur adscripta Marcanovana. Tertia editio, quae est codicis Regiensis, ubi Polensia leguntur f. 67. 68, conflata est ex Felicianis et Marcanovanis. Felicianum in prima editione presse sequitur Ferrarinus cum in ordine titulorum (nisi quod Sergii parasiti apud Felicianum extremus est, apud Ferrarium primus) tum in ipsis interpolationibus, ut in n. 27 *honoratus* pro *ornatus* legitur apud utrumque. Nactus deinde Marcanovam inde et variam lectionem aliquando enotavit (et modo dicto loco ad *honoratus* in Reg. margine adscribitur Marcanovae lectio pariter falsa *ornato*) et adiecit quae ibi plus essent, ut neque in titulo n. 27, quem integrum iam habebat ex Cyriacanis, exemplum mancum Marcanovae omitteret neque titulum n. 53 ab uno Marcanova servatum. Adhibuisse autem Ferrarinum Marcanovae librum Mutinensem inde apparet, quod titulus n. 173, qui adest in Marcanovae libro Bernensi, excidit in Mutinensi, apud Ferrarinum pariter desideratur.

5. AUGUSTINUS TYFERNUS in cod. Vindobonensi n. 3492 inter 'epigrammata Latina comperta a Kyriaco Anconitano vetustatis superioris saeculi diligentissimo indagatore' f. 13—15 epigrammata Polensia eadem profert ac Felicianus, ut memoret etiam falsum Sergii, eodemque fere ordine (n. *s.* a—*r. b. d. h. f. g. i. k. m. l*).

6. GAMMARI liber hodie partim Stottgartiensis partim Trevirensis (et inde descriptus PEUTINGERI codex August. 526) Polensia Cyriaci habet bipertita, scilicet f. Stuttg. 88' (= Peut. f. 18) n. a—*s*, f. Stuttg. 94 (= Peut. f. 20) n. *b. d. h. f. g. i. k. m. l*, ut hic quoque prope accedat ad Felicianum.

7. Martinus de SIEDER in libro hodie Mutinensi VI. F. 28 f. 105. 106 Polensia habet Cyriaci, quorum quae contuli, plane conveniunt cum Gammarianis.

8. LILIUM pendere ex iisdem Cyriacanis, quibus usus est Gammarus, et alibi probavi et confirmant omnino Polensia quae habet f. 42'. 160. 161 conspirantia plane cum Gammaro.

9. IUCUNDUS in libro Veronensi f. 179. 160 Polenses titulos habet sedecim, quorum quattuor ultimi aliunde veniant (v. infra c. II), duodecim priores Cyriacani sunt sic dispositi: n. a—*s. d. h. g. k. m. l.* — Ex Iucundo descripta esse deprehendi Polensia quae habet ALCIATUS Feae f. 48, itaque haec omisi.

Hi sunt auctores Cyriacani, de quibus quidem satis constet. Praeterea auctores posteriores, ut Marinus Sanutus, de quo infra dicemus, aliique, praeter suas copias saepe adhibuerunt simul vulgatissimam syllogen Cyriacanam; ut in titulis quos habet Cyriacus diligentia opus sit ne decipiamur exemplis contaminatis. Item corporum conditores Reinesius Donius Malvasia Fabrettius Muratorius passim compilaverunt codices qui haberent Cyriaci Polensia, quorum cum quidam nuper denuo prodierint (ut schedae Langermannianae Reinesii Lilianae sunt, Farnesianae Muratorii exemplum Ferrarini hodie Neapolitanum), alii, ut schedae Iacobi Valerii, Capponianae, comitis Francisci Brembati Bergomatis adhibitae a Muratorio, schedae Barberinae Fabrettii, item libri manuscripti Donii Malvasiaeque, aut latent hodie aut determinari non potuerunt. Omnino autem vulgares sunt omnes nec digni, in quibus operam ponas.

Ad crisin quod attinet, exempla Tragurini et Iadestini ita reliquis modo enumeratis praestant, ut ne eo quidem loco illa ex his certa ratione vel in locorum indicationibus augeantur vel in lectione emendentur; fierique adeo potest, ut sylloge quindecim titulorum fluxerit ex ipsis illis exemplis Tragurini Iadestinive (cf. quae dicentur sub c. II) et propterea in crisi instituenda plane abicienda sit. Tutius tamen visum est cum propter ipsam compilatorum antiquitatem tum ut corporum antiquissimorum natura et nexus ita declararetur, secundi quoque ordinis exempla aliquatenus respicere. Pendere omnia ex eodem exemplo primario vel ordo titulorum supra relatus certo demonstrat; optimi autem inter hos secundi ordinis auctores sunt Redianus et post hunc Marcanova scilicet Bernensis, qui et in serie titulorum proxime accedunt ad Tragurinum Iadestinumque et in lectione. Exempli causa tituli n. 87 v. 5 ex Cyriacanis auctoribus non habent nisi duo, Iadestinus et Redianus, deest et in Tragurino et in reliquis omnibus. Item n. 187 C·VIBI·FVSCI habent Trag. Iad. Red. Marc. (Bern.); VIBI·FVSCI omisso praenomine primus Felicianus, deinde Marcanova in codice Mutinensi et Ferrarinus, VBI·FVSCI Gamm. Lil. Iuc., VERI·IVSTI Aug. Similiter n. 140 verum SERVILLAE ex Cyriacanis non habent nisi Trag. et Iad., SELLILLAE Red., SELLIAE Marcan. (Bern.), SELLIALLAE Felic. Marcanova (Mot.) Gamm. Iuc., SELLIALLA Ferr., SELLIALAE Lil. Aug. Haec exempla simul ostendunt parentelam exemplorum. Cum Feliciano saepe conspirat in erroribus Marcanova Motinensis; ita n. 257 prava immutatio *Rufin* pro *Trofimeni* apud utrumque auctorem reperitur nec facile apud alios ex Cyriacanis. Ab altera parte Felicianum Augustinum Gammarum Lilium Iucundum proxime coniunctos esse ipse ordo titulorum demonstrat confirmantque lectiones, quamquam interpolationes quas habet Felicianus, alias cum Marcanova Mutinensi communes, ut *Rufin* illud, alias sibi proprias, ut n. 27 *honoratus* pro *ornatus*, apud reliquos modo nominatos non redeunt. Item aliquoties, ut in n. 225, Gammarus Liliusque soli ex Cyriacanis verum retinent versuum ordinem itaque, si pendent ex Feliciano, certe pendent ex exemplo nostris emendatiore. — Ego cum in lectione constituenda secutus sim Tragurinum et Iadestinum, tamen attuli praeterea quae propria habent Redianus, Marcanova Bernensis, Felicianus; citavi praeterea Marcanovam Mutinensem, Ferrarini libros Traiectinum et Regiensem, Lilium, Iucundum, quoniam hos adhibitos vidi ab aliis et latius sparsos; Augustinum, qui parum emendate scriptus est, item Gammarum et ipsum suis mendis inquinatum suppressi.

II. Altera sylloge Polensium titulorum adiuncto Tergestino uno

α. (50) L. Sergius
β. (31) imp. Caes. Val. Liciniano [*male* L. Sept. Severo] . . res p. Pol.
γ. (27) . . . . . max. trib. p. VI . . . Menophilus
δ. (173) M. Helvio Crescenti
ε. (202) . . . liber
ζ. (2*) Darius rex
η. (525) imp. Caesar cos. desig.

sic ut modo eam proposui legitur apud MARCANOVAM in cod. Bernensi f. 116. 117 (nobis Bern. B.), sed ut alibi quoque eiusdem vestigia reperiantur. Nam REDIANUS (1474) in priore parte (A) praeter quattuordecim titulos Cyriacanos octo habet praemissos, unum subsequentem aliunde ut videtur petitos, quorum tertius quartus quintus ita respondent Marcanovanis B. n. *β. γ. δ*, ut ab eodem auctore videantur profecti. Item IUCUNDUS post Polensia Cyriaci subiungit titulos quattuor,

qui respondent Marcanovanis B n. α—δ videnturque item venire ab eodem auctore. Denique titulus Sergiorum redit in Peutingeri libris Augustanis (qui quae praeterea habent Polensia, ea ex Gammaro descripta sunt) et apud Apianum, sumptus ex corpore Iucundi, sed immunis ab interpolationibus qui adsunt in Iucundi libris iis quos habemus. — Haec quae recensui qui contendat proficisci item ab ipso Cyriaco, habet quo se defendat. Nam et media inveniuntur inter Cyriaci Dalmatica et ipsa praescriptio Marcanovae: '*in civitate Polae: vetustissima Italiae civitas et maritimarum ultima*' proxime accedit ad praescriptionem auctoris Tragurini; nec casu factum videtur, quod sylloge Marcanovana B, cum contineat tres inscriptiones in altera omissas omnino Cyriacanas n. α. β. δ, Marcanovanam A quodammodo explet; denique titulus n. β tam apud auctores sine dubio ex Cyriaco pendentes quam apud eos de quibus agimus ita legitur similiter interpolatus, ut haec exempla omnia repetere necesse habeas omnino ab eodem auctore primario. Nec poterit negari eum qui hanc syllogen adornavit novisse syllogen Cyriaci octodecim titulorum indeque quaedam adscivisse; sed non minus certum est alio simul auctore eum in his usum esse. Nam et titulus n. α arcus Sergiorum apud auctores Cyriacanos et hos de quibus agimus legitur ea diversitate, ut non possint non subesse duo exempla diversa ex ipso lapide excepta; et quod magis etiam me movet, titulum n. γ Cyriacus integrum vidit, huius vero syllogae auctor capite mutilum, ut posteriore tempore eum vixisse ex ipsa re deprehendas. Denique in titulo n. β etsi Marcanova et Strozza typum Cyriacanum praetulerunt, tertius auctorum huc sylloge usorum Iucundus eam profert forma plane diversa et 'fragmentatum' quidem, ut ait, sed nequaquam interpolatum. Quibus perpensis crediderim hanc syllogen non venire a Cyriaco, sed antiquum nescio quem auctum primum syllogen hanc, deinde Cyriacanam octodecim titulorum rem ita administrasse, ut quae haberet iam in minore, ea ex Cyriacanis subinde interpolaret, quae vero ibi deessent, seorsum describeret; ita factum esse, ut ex octodecim titulis sylloge ad quindecim restringeretur. Quamquam autem in his fines regere inter Cyriacum quique eum secutus est certa ratione non licet, haec separanda fuerunt a Cyriacanis certis. — Ceterum Darii titulum n. 2* non tam falsum crediderim quam recentem.

III. Praeterea ad antiquos de quibus diximus corporum conditores homines Venetos Patavinos Veronenses adlati sunt a diversis tituli Polenses hi:

1. ad Marcanovam n. 53 M. Aurelii Felicis, qui in codice Bernensi legitur f. 142 (nobis Bern. C.) solitarius nec reperitur nisi apud hunc auctorem quique eum expilarunt.

2. ad Rediani auctorem Strozzam tituli sex hi:

Red. A 1. (n. 50) L. Sergius
2. (n. 41) Euphemi
6. (n. 127) Aur. Timarco
7. (n. 40) Arogo
8. (n. 130) Aur. Leucippe
23. (n. 145) Canuleia Clara

qui praeterea in syllogis huiusce aetatis non reperiuntur, nisi quod Euphemi est etiam solitarius in Chigiano I. VI. 203. Quomodo vero factum sit, ut tituli Arogi exemplum Redianum plane respondeat Sanutiano, nescio.

3. Felicianus denique in codice Marciano solo et ibi quoque postea adiectum exemplum habet tituli n. 27 corruptum quidem, sed ab ipso lapide ductum. Idem primus proposuit lusum de Sergio Polensi parasito (n. 1*), acceptum referens Iacobo Baduario Veneto. Errare eos qui hunc referunt ad Cyriacum inde apparet, quod nullum eius vestigium est in fontibus intemeratis Cyriacanorum, quales sunt Tragurinus et Iadestinus, item Marcanova et Redianus.

IV. Tergestinus Antiquus, de quo infra dicetur suo loco, quamquam praeterea in ora Tergestina se continuit, tamen recepit duas Polenses n. 225 loco vero indicato et fragmentum n. 59 tamquam repertum Tergeste, cum id vel hodie extet Polae. Haec causa est, cur ille titulus apud Gammarum et Lilium bis legatur, scilicet altero loco ex Cyriacanis, altero (Gamm. f. Trav. 7; Lilius f. 154') tractus a Tergestino Antiquo, in Rediano autem quamquam in ordine Cyriacanorum legatur suo loco, tamen lectio exhibeatur Tergestini. Nam his auctoribus utriusque syllogae copia fuit.

V. Marinus Sanutus Venetus in itinerario anni 1483 (ed. Brown Patavii 1847) p. 153 Polam describit titulosque quosdam ibi descriptos affert, deinde addit: *ne sono infeniti epithafij, qual ne la mia opereta 'De antiquitatibus Italiae' ho scripto; et sono ancora ne le chiesie tute epithafij.* Ea autem sylloge, quam se a. 1483 ex ipsis titulis confecisse Sanutus ostendit, adhuc extat in compluribus libris scriptis. In iis enim licet ex more aetatis descriptoris nomen non enuntiatur, tamen et temporis et loci ratio (nam plerique codices, qui eam habent, et optimi quique Venetiis scripti sunt saec. XV exeunte vel incipiente XVI) et reliqua indicia plane conveniunt in Sanutum et redeunt ibi quae Sanutus in itinerario affert cum iisdem corruptelis iisdemque sive lusibus sive fraudibus insertis; ut iam eius syllogae et tempus definitum habeamus, certe quo coepta est (nam additamenta eam postea recepisse infra videbimus), et auctorem. Libri autem, in quibus Sanutianam haec inveni, hi sunt:

1. Codicis Rediani, qui scribi coeptus est Venetiis a. 1474, Polensium partem postea adiectam (nobis Red. B) pendere ex Sanuto supra iam monuimus. Omisit autem Strozza, ut debuit secundum operis institutum, quos antea posuerat aut a Cyriaco aut aliunde acceptos titulos, nisi quod pauca in his quoque ex copiis Sanutianis emendavit vel explevit.

2. Iohannes Bembus Venetus in codice suo (Monac. Lat. Pal. 801) alia Polensia posuit ex ipsis lapidibus excepta, de quibus infra dicemus, alia f. 68 sq. (quae potuerunt omitti) 82'—86. 88. (ex parte). 89 r. v. 90, et diligenter quidem a titulis sibi visis distincta, rettulit ex schedis, quae sunt Sanutianae.

3. Codex notarii Bellonis (Venet. Marc. Lat. cl. XIV, 192) in parte antiquiore, quae nobis est Bellonis A, f. 16r. 19' et maxime f. 30r.—35', Polenses Sanuti titulos proposuit, quamquam Romae fere collocat (id quod ad singulos lapides adnotare supervacuum visum est), paucis interiectis vere urbanis. — Hoc codice usus est Muratorius eumque Bellonis nomine citat.

4. Panvinii sylloge codd. Vat. 6035. 6036 continet schedulas complures hodie separatas et dispersas, sed quae olim constituerint corpus aliquod inscriptionum Polensium, quod fuisse Sanutianum apparet, nisi quod duas n. 46. 67 is qui haec dedit Panvinio traxit non ex copiis Sanuti, sed aliunde.

5. Codex Petri Sabini (Venet. Marc. Lat. cl. X, 195) f. 241—251 continet syllogen hanc cum hac praescriptione: 'haec epithaphia Polae et in Polensi agro comperenunt'.

6. Petrus Martyr in legationis Babylonicae libro II (prodiit primum a. 1502, qua ed. cum caream, adhibui ed. Alcalae 1518 fol. in calce decadum de orbe novo) narrat sibi, cum ventis detineretur Polae, visum esse, 'ex epitaphiis aliqua colligere, quorum pleraque vetustate collapsa, alia fragmentata iam sunt; de manibus etiam Polensium', inquit, 'quaedam extorsi, alia praetermisi'. At hae nugae sunt; nam hausit Martyr Polenses titulos ex sylloge Sanutiana.

7. Brixianus quidam is, a quo pendet codex Vaticanus 5235 scriptus Aldi Manutii iunioris manu Brixiae a. 1565, Polensem Sanuti syllogen talem fere, qualem eam exhibet Sabini liber, nactus singulari fraude quas ibi repperisset inscriptiones rettulit inter Brixianas ita, ut prima sola, quae ibi refertur, collocaretur Polae, reliquae sub falsis locorum indicibus Brixiae vel alicubi in agro Brixiano. Has fraudes propagatae sunt ad auctores Brixianos posteriores Octavium Rossi (1616) et Fortunatum Vinaccesi (1693) et ab illo etiam auctae.

8. Codex qui fuit Ortii, nunc est bibliothecae municipalis Veronensis, scriptus, si quidem verum vidi, ab ipso Marino Sanuto, f. 249 [149]—253 [153] continet Polenses has de quibus agimus, sed ut adsint simul Cyriacanae.

9. Codex Vaticanus olim Manutianus 5250 in fasciculo olim separato, hodie f. 51—59 titulos refert Aquileienses Histricos Concordienses, quorum Polenses certe veniunt ex Sanuti sylloge. Sed cum et pauci sint et valde corrupti nec proprii et boni quicquam habeant, hanc syllogen sprevi.

His addi possunt alia minus plena vel non satis certa ratione cognita. Ita quattuor epigrammata Polensia, quae leguntur in cod. Am-

bros. C. 61 (cf. supra vol. 3 p. 273) f. 81 veniunt ex Sanuto; item Polensia Maruli; item libri Piccartiani, quem edidit Reinesius; item quae habet Alciatus Fesc f. 93 (nam f. 48 quae leguntur, vidimus esse Iucundiana), quae ne citare quidem placuit. Habui etiam Valvasonii Polensia servata adhuc Mutinae inter Moratorinos, sed utpote excerpta multis omissis corruptisve ex Sanutianis, qualia fere habentur apud Panvinium similesque auctores, ea sprevi. Ligorio quoque et Donio (qui et Rediano libro et aliis videtur usus esse) copiam fuisse apparet cum Cyriacanorum tum Sanutianorum. Haec habuit etiam Caporaglio auctor Aquileiensis. Etiam Zaccariae Liber Spalatinus quas recepit Polenses (v. vol. 3 p. 276 n. 177*) pessime corruptas et male collocatas Salonis, eae pariter venerunt ex corpore Sanutiano. Codex denique Olivae Oxoniensis (cf. vol. 3 p. 273) Polensia quae habet, ea partim Marcanovana, partim Sanutiana esse repperi, adsumptis praeterea titulis editis a Pierio Valeriano, sed examinata reieci, ut ne citarentur quidem.

Libri quos recensui quamquam aperte pendent ab auctore communi, tamen non parum inter se differunt. Omnium plenissimus est ipsius Sanuti Veronensis habens epigrammata numero LXXIV, quae excepto extremo omnia scripta sunt eodem tempore; sed huic apparet illata esse additamenta cum ex codice aliquo Marcanovano tum ex lapidibus postea demum repertis. Marcanovanae certae leguntur in codice Veronensi hae: n. 257 (quae profertur ibi bis, n. 63, ut legitur interpolata in Marcanovae libro Mutinensi, n. 33, ut excepit de lapide Sanutus testibus reliquis omnibus Sanutianis auctoribus); n. 27. 124 (ubi apparet Sanutum suis exemplis imperfectis corruptisve, quae habent reliqui auctores, substituisse in codice Veronensi exempla pleniora vel puriora Marcanovana); n. 53 ab uno Marcanova relata, ad quam adscripsit adeo qui exaravit librum Veronensem '*sed ego non vidi Polae*', ut simul appareat reliquas certe pleraque eum vidisse; denique n. 142. 187. 206. At unus est codex Veronensis ex Sanutianis, qui ita contaminatus sit illatis Marcanovanis (nam quod in n. 140 Cyriacana deteriora consentiant cum Sanutianis omnibus, plane solitarium est et casu videtur accidisse); ut satis certum sit quidquid reperiatur apud Sanutianos auctores vel omnes vel plures, id venire ex lapidibus, non ex exemplis Cyriacanis. Deinde Sanutum post a. 1483 elaborasse in hac sylloge augenda demonstrant anni, quibus in codice Veronensi scribit repertos esse titulos tres n. 74 a. 1497, n. 37 et 128 a. 1500; quos non habent inter Sanutianos Redianus liber et Bembi et Bellonianus, habent excepto secundo Sabinianus et cum hoc consentienti Panvinianus Martyris Brixianus, item Valvasonianus, ut non sine causa conicias tres illos libros Sanutianam syllogen antiquiore forma nobis repraesentare quam ceteros. Fortasse etiam ulterius procedendum est; nam Redianus liber omnium horum antiquissimus cum non habeat nisi epigrammata Sanutiana XXIV, quamquam quaedam certe omisit propterea quod legebantur iam inter Cyriacana, alia casu potest praeteriisse, tamen fieri potest, ut non viderit Sanutus nisi quae Sanutus Polae descripsit in itinere a. 1483, aucta postea itinere semel pluriesve repetito. Contra ex tribus epigrammatis n. 31. 55. 176, quae absunt a codice Veronensi, cum adsint apud reliquos auctores Sanutianos, primum omnino casu omissum est; duo vero quae extremo loco posui cum adsint apud Sabinum solum cum assecla eius Brixiano, ab hoc fortasse additi sunt nec pertineant ad syllogen Sanuti, cum praesertim alia quoque quamvis rarissima vestigia appareant additamentorum apud Sabinum (v. n. 194 in loci indicatione). Etiam Panvinii auctorem addidisse duas aliunde acceptas supra iam observavimus. — Emendatissima autem exempla in universum deprehendi esse duo antiquissima Redianum (quod e. c. in n. 35 unum ex Sanutianis verum servavit BENEFICI) et Bembinum et ipsius auctoris Veronense, quod maxime in locis indicandis reliquis omnibus praestat. Multo minus fida sunt exempla quinque secundi quodammodo ordinis Bellonianum Panvinianum Sabinianum Martyris Brixianum, quae saepe conspirant in erroribus et interpolationibus, ut n. 240 TOCIAE pro TORIAE habeant omnia, n. 35 interpolatum GERMANIAE pro GEMINAE omnia excepto Panviniano hic deficiente. Artissime conexa sunt quattuor postremo loco nominata, cum Bellonianum medium quodammodo est et saepe melioribus accedit, etiam ubi quattuor reliqua pariter errant, ut in titulo modo citato n. 35 PRERIVS pro PRECIVS est in Sab. Mart. Brix., at titulus n. 11 deest apud eosdem Panvinianumque. Versuum tamen divisionem cum nusquam servet Veronensis, semel Redianus, raro Bembinus, eam aliquoties retineri observavi a Sabino et Panvinio. — Fraudis vestigia nulla per totam hanc seriem deprehendi, excepta n. 4*, quae cum extrema sit in libro Veronensi et postea adiecta, ipsa re a ceteris separatur, et n. 3*, quae a Sanuto abiudicari nequit, cum eam vel in itinerario referat, et fortasse prostitit alicubi in lapide incisa, id quod admodum probabile est de titulo n. 2* tam ab auctore syllogae secundae (supra n. 11) relato quam a Sanuto. — Variam lectionem suppressi, ut dixi, libri Vaticani 5250; non posui nisi selectam Martyris et Brixiani; reliquorum supra enumeratorum attuli plenam.

VI. Bellonus B. In codice Belloniano (Veneto Marciano Lat. XIV, 192), praeter Polensia Sanuti, quae modo vidimus ibi inveniri prima manu scripta inter urbana, altero loco f. 80. 81 et postea quidem demum adiecta leguntur 'epitaphia Polae inventa XXII'. Eadem sylloge eodem ordine redit apud Apianum (1534) p. 358—361, nisi quod n. 50 non ex hac sylloge dedit, sed ex ea, de qua egi capite II. Versus continuantur nec locus accuratius indicatur; sed exempla ex ipsis lapidibus sumpta esse et ostendit titulus n. 247 in hac sylloge sola servatus et confirmat perpetua lectionis diversitas. Factam esse syllogen saec. XV exeunte inde concluda, quod tituli tres Sanuto teste reperti a. 1497 et 1500 et ab eo inde tempore servati Polae loco conspicuo et patente ab hoc corpore absunt. Ex duobus exemplis Belloniano et Apiani ego plerumque ad scriptum solum attendi neque editi rationem habui nisi ubi manifesto praestaret, id quod raro quidem, sed tamen interdum usu venit.

VII. Codex Venetus bibliothecae Marcianae Lat. XIV, 119 saec. XV exeunte scriptae post alia continet in extremo volumine syllogen titulorum Polensium novem sic inscriptam 'apud Polam epigrammata inventa per monumenta', de qua idem fere quod de praecedente dicendum est: scilicet venit ex lapidibus et propria est et bona, versuum quoque ordinem plerumque servat. Titulos tres de quibus modo dixi cum et haec omittat, eiusdem aetatis putarim.

VIII. Iohannes Bembus Venetus non solum Polensia Sanuti in schedas suas rettulit (v. c. V, 2), sed etiam Polam adiit a. 1505 (ut ipse ait f. 87) lapidesque ibi descripsit optime, versuum divisionem diligenter observans litterasque contignatas cum cura imitatus. Leguntur exempla haec in libro Monacensi autographo f. 1—4. 5' maiusculis, denuo f. 60—62. 82. 87'. 88 (ex parte). 108. 109 item maiusculis, f. 55'. 56 minusculis; haec praetermisi.

IX. Urbano Valeriano patruo suo epigrammata tria Polensia n. 111. 128. 130, quorum unum Sanutus scribit repertum esse a. 1500, accepta refert Ioh. Pierius Valerianus in castigationibus et varietatibus Virgilianae lectionis (Rom. 1521 fol. pp. LXXI et 212).

X. Aldus Pauli f. Manutius codici Vaticano 5237 f. 117—121 inseruit syllogen titulorum Polensium tam antiquorum quam medii aevi ex ipsis saxis satis bene exceptorum. Ex hac Donius sumpsit inscriptiones Polenses eas, quas profert nullo auctore adscripto.

XI. Knibbius quae dedit Grutero descripta Polae, ea ipse ex lapidibus excepit cum cura et observato ordine versuum.

XII. Lavezzarii et Anonymi Utinensis, fortasse Iacobi Lombardi, extat sylloge ad Polam maxime pertinens, cuius excussi codices duos, alterum Utini servatum apud Pironam, alterum plerumque minus emendatum Venetiis in bibliotheca Cicognae n. 907. Est autem bipertita. Prior pars continet excerpta ex Lavezzarianis *(scartafacio del P. B. Antonio Lavezari del convento di S. Francesco di Pola)*, quae omnia excepta unica n. 75 deprehendi descripta esse ex libris editis, maxime Irenaei historia Tergestina (1698). Lavezzarium Utinensis scribit vixisse c. a. 1700; Carlio auctore (3 p. VII.) eo tempore lapides collegit, quo multos eorum in fundamenta turris campanariae coniceret episcopus Bottari. Altera pars sic inscripta est: *inscrittioni di Pola sopra pietre le quali ancora si vedono, racolte da N. N.*, quae exempla

probe facta sunt. Adhibuerunt collectanea haec ante me Carli, qui codicem sibi visum beneficio Cortenovii tribuit Iacobo Lombardi (quamquam Polensia ea quoque quae Gravisio accepta refert ex eodem Utinensi codice videntur proficisci), et Vergottin. Ipse Anonymus ad n. 82 adscripsit eum titulum inventum esse a. 1771, unde constat de aetate.

XIII. De CARLIO vide supra p. 2. Ad Polam quod attinet, praeter codicem Utinensem quem adhibuit, titulos ipse excepit Polae a. 1750 diligenter, sed paucos.

XIV. Bartholomaeus VERGOTTIN *de' primi popoli e delle antichità Romane di Pola nell' Istria.* Venetiis 1795. 4. pp. 52. Liber nullius fere pretii, utpote quo expilentur Irenaeus et Carlius; propriam non habet nisi falsam n. 10* fictam, ut suum nomen antiquo splendore illustraret.

XV. Petrus STANCOVICH *dell' anfiteatro di Pola.* Venetiis 1822. 8. pp. 144. Exempla quae proponit in tabulis non solum imperite excepta sunt, sed ne libera quidem ab interpolatione (vide praesertim n. 455). Schedae auctoris mihi non visae servari dicuntur Barbanae apud Delettios (cf. *Saggio di bibliografia Istriana.* Capodistriae 1864. p. 102. 268).

XVI. STEINBUECHEL, de quo dixi supra p. 2, Polensia quaedam et agri Polensis edidit in annalibus Vindobonensibus (*Wiener Jahrbücher*) a. 1820 et 1829, quorum haec missa ab Iohanne Carrara Polensi etiam scripta repperi inter schedas musei Vindobonensis.

XVII. Hieronymus ORTI Veronensis *illustrazione di una antica lapida inedita Istriana.* Veronae 1838. 8. pp. 20.

XVIII. KANDLERI *cenni al forestiero che visita Pola* (Tergeste 1845. 8. pp. 158) nihil profuerunt; ibidem ex codice bibliothecae Marcianae editi dialogi duo *sulle antichità di Pola* scripti a. 1600 non magis utiles mihi fuerunt. In Polensibus Kandlero maxime inservierunt schedae Iohannis BARSAN advocati Polensis, qui donec Polae degeret diligenter describere solebat quidquid ibi eruderabatur; alia habuit a Rizzio et Gregorettio.

XIX. Ipse Polam adii bis a. 1857 et 1868. Praeterea praesto mihi fuerunt Barsani quaedam, item quae descripserunt in museo Baumeister Hamburgensis, Bergmannus Brandenburgensis, Ludwig iam Lipsiae degens; sed cum plerosque titulos eos et ipse viderim, haec raro adhibui.

6 Polae in abbatia *di Cannetto* rep. statim periit.

aSCLEpIO · AVg
SACR
iVVENTIVS·EVTYCHes
LOCVM DATVM

Barsan descripsit (inde Kandler 1862 n. 688).
1 SCLE●ICAV traditur; emendavit Kandler in schedis. — 4 malim DAT pro DATVM.

---

7 litteris non bonis. Polae rep. 1827 *in una cantina di proprietà del capitolo* ORTI. Extat in museo.

EVANCELVS *sic*
COLONORVM
POLENSIVM
BORIAE V·S·L·M

Contuli. Ed. Orti *antica lap. ined. Istriana* (Veronae 1836. 8) p. 5 qui vidit (inde per ephem. Henzen 5945); Savelsberg *rhein. Jahrb.* 27, 145 descriptam a Dubusco; Kandl. *archeogr. Triest.* 1, 119, inscr. n. 172.
4 Boriam volunt Boream ventum eundemque, qui hodie per illas partes dicitur *Bora* aquilo violentissimus; et verum est reperiri tam apud Graecos quam apud Latinos sequiores formas Βοῤῥᾶς et *Bora.*

---

8 Polae in museo.

EIAE *sic*
AVG
sNo
SSVEk
NA
VoS

Contuli. Kandler ms. et Istr. 1846 p. 28 (inde Henzen 5891) et inscr. n. 188.

---

9 Polae *al sito dell' antica chiesa di S. Giovanni nell' arsenale.*

HERCVLI·AVG
SACRVM

Kandler ms. et 1882 n. 389.

10 ara Galesani rep., deinde ex dono parochi per Kandlerum illata museo Polensi.

iSIDIS·INPERIO

acina, patera, baculus cum serpente, Isiaca alia — *sistrum, cistella aliaque Isiaca* — *genius alatus pantheram quae videtur ducens instrumenta Isiaca*

Q. LVTATIVS
IVCVNDVS

Contuli. Ed. Kandler n. 171.

---

11 Polae in marmore fracto extra urbem SANRETI.

IOVI
cONSERVATOri
SACR

Duo exempla extant, Sanuti et Bembi. Illud proponunt cod. Redii B n. 21 (inde omnino Donius app. 13 ex antiquo ms.; ex Donio Carli 2, 129 cf. p. 148; ex Carlio Kandler n. 160); Veronensis n. 30; Bembus f. 83 v.; Bellon. A f. 31'. A Bembo ex lapide exceptum legitur apud eum f. 4'. 88. 109'.
Sic Bembus de visu. — Initio adhaesit ex alio titulo E·M apud Bell. — 2 CONSERVATORI Red. Bellon., CONSEQVATORI Sanutus Ver. et Bembi. — 3 SACER Red., SACRVM Bell.

---

12 ara, fortasse Polae.

IOVI
CONSERVATORI
SA CR
DIOCLES·AVG·LIB

Kandler ms. et ed. n. 181, non ex Carlio, ut ait in ed. (nam hic non habet); immo ex lapide excepisse Kandlerum intellegitur ex schedis eius, in quibus repperi inter descriptas de lapidibus collocatam post Polenses certas, ante infra referendum titulum Augusti ex vico S. Canciani illatum in museum Tergestinum.

13 Polae apud ecclesiam S. Germani. — Gaida in muro australi horti D. Mariae BRIX.

I·O·M
C·IVLIVS·CRY
SOGONVS·EX
VOTO·FECIT

Sanutus servavit. Habent Redianus B n. 11 (inde Donius app. 12 ex ms. ant., ex Donio Kandler n. 164); Ver. n. 7; Bembus f. 89r.; Bellon. A f. 32r.; Sabinus n. 8; Martyr n. 8 (inde Smet. 147, 23; Grut. 15, 8); Brix. p. 10 (inde Rossi mem. Bresc. p. 80); Marulus n. 92; Ligorius ms. Taur. 13; cod. Ambros. C. 61 f. 31; Mur. 4, 6 ex schedis suis. A prioribus Carli 2, 129.
Vv. divisio incerta; sequor Bembum. — 2 CRYSOGONVS libri scripti omnes, nisi quod GRYSOGONVS Red., CHRYSOGONVS Lig.
Cf. n. 61 v. 16.

---

14 *poco lungi da Cissa* [quam collocant ad promunturium dictum *punta Barbariga*] *scoperta dall' abate Bradamante di Dignano* CARLI. *scoperta presso a Dignano a S. Michiele di Bagnolo;* Bradamantis nepos dedit Zoncae, Zonca Kandlero, Kandler museo Tergestino ZONCA. Ibi hodie extat.

C·LAECANIVS
IALYSVS
clipeus cum capite Medusae IOVI·OPTIMO *urceus*
MAXIMO

Contuli. Carli 3 p. XXXII acceptum referens Bradamantio Dignanensi; dalla Zonca in Kandleri Istria 1846, 168; Labus in actis maioribus Vindobon. 1, 337; Kandler *espl.* n. 10 p. 7 et syll. n. 182.

---

15 extra Dignanum primo miliario ad ecclesiam S. Luciae.

I O Vi
O·M
M·TITIus
MAXIMus

Dalla Zonca apud Kandlerum ms. et in Istr. 1846, 170 et syll. n. 163; repperit Franceschi.

16 Polae.

C·VIBIVS PIC//
LVNAE SAC

Rizzi ms.

---

17 Polae rep. m. Oct. 1821 in amphitheatri adita ad portam principalem STANCOV. Nunc in museo.

NEMERI
AVG·SAC
G·LECAN
IVS VITA
LIS QVI ET
SERPVLLI
VR·LIBT//
POSV//

Contuli. Ed. Stancovich *anf. di Pola* p. 100 tab. 8 n. 7 (inde Orelli 1788); Kandler n. 185.

7. 8 fuit LIBENR PORVIT.

---

18 Polae in epistylio templi. In sacello Octaviani Augusti litteris aeratis pro tempore SAN. (VER.). super templum Cae. Aug. iuxta palacium BRD. in palatio veteri in fronte BELL. B. — Inter Brixiensia BRIX.; '*posto dall' Aragonese in casa sua*' ROSSI.

a. u. 752/767 ROMAE·ET·AVGVSTO·CAESARI·DIVI·F·*PA*TRI·*PAT*R*IAE*

Descripsi quae ex aedium e regione templi sitarum loco superiore legi possunt. Excepit primus Sanutus, cuius exemplum habent Redianus B n. 6; Veronensis 8; Bemb. f. 89r.; Bellon. A f. 32r.; Sabinus n. 7; Martyr n. 9 (ex hoc Smet. 149, 16; Grut. 105, 8); Brix. p. 1 (inde Rossi p. 262; Donat. 54, 9 ex schedis Petri Gnocchi); Panvinius cod. 6085 f. 5; Ligorius ms. Taur. 13. Aliunde Bellon. B n. 14 (inde Apianus 360, 3); Manutius cod. Vat. 5237 f. 119; Tommasini Istr. ms. p. 847, ed. p. 478; Spon. *voy.* 1 p. 82 qui aere expressit; Wheler p. 5; Pococke *descr. of the East* 2, 2 (1745) p. 264 (ex Pocockio Orelli 606); le Roy *mon. de la Grèce* (1758) vol. 1 p. 1 tab. 1, vol. 2 p. 23 tab. 29 ex Sponio; Utin. p. 11; Carli 2, 149 qui aere expressit; Vergottin Pola p. 22; Cassas *voy. de l'Istrie* tab. 24. 25 inscriptione ex Sponio repetita; Stuart *antiq. of Athens* 4 (1816) cap. 2 tab. 4; Stieglitz p. 46; Gregorutti in Kandleri Istria 1847 p. 291; Arneth *Wiener Denkschr.* 1, 290; Kandler n. 170.

Quae non vidi ipse, dedi inclinatis, sed videntur adscribendae esse etiam priorum lectiones. — ROMAE·ET omnes, nisi quod .... CIT Wheler, unde ROMAE·ET fecit Sponius; nam idem est utriusque exemplum. Mihi litterae duae RO non satis certo apparuerunt. — CAESARI plerique, CAES Carli, CAESA Utin., CAESARIS Tomm. (ms.), omisit Gregorutti, err. typ. opinor. — DIVI·F primus Bell. B et deinde plerique recte, INVI (IMVI Bembus, INVICTI Ligorius) F (P Veron.) Sanutiana exempla et Utin., INVIT Tomm. (ms.), INV·F Stuart, IIVI·F 'sic' Gregorotti. — PATRI·PATRIAE Sanutus et plerique posteriores, PAT·PATRIAE Tomm., PATRIAE (om. PATRI) Bellon. B, IIIVIRI·TRIBVNIC·POTEST Wheler, PATR·PATR·TRIB·POT ... Spon., ex eodem exemplo ab utroque foede interpolato, sed diverse; scilicet IRI in IIIVIRI venit ex PATRI, TRI in TRIBVNIC ex PATRIAE. Ego non vidi nisi *PA*TRI·*PAT*////.

---

19 Polae in alia basi CYR. in domo Iacobi Fabri SAN. (in domo Maximiliani Tartari BEMB.). Inter Brixiana BRIX.

POLENSES
VOTI·SVI·COMPOTES

Bis descripta, a Cyriaco et a Sanuto. Descripsisse illum etiam ex vita constat (v. supra p. 3), ubi hic titulus refertur ad amphitheatrum tribuiturque nescio quomodo Severo et Caracallae; exemplum Cyriaci exhibent Tragurinus n. 4; Iadestinus n. 4 (inde Spon. *voy.* 3a p. 69, nempe ex ms. Valerii Ponte); Marcanova (Bern. A n. 2, Mut. n. 3); Felicianus n. 8 (inde Orti *ant. lap. Istr.* p. 10; ex Feliciano Ferrarinus Trai. n. 8, Reg. n. 11); Redianus A n. 9 (inde Donius 2, 45 ex libro ms.); Iucundus n. 7; Lilius f. 180. Sanuti habent cod. Ver. n. 40; Bembus f. 82'. 84; Bellon. A f. 34'; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 1'; Sabinus n. 57; Brix. p. 38; Ligorius ms. Taur. 14. A prioribus Carli 2, 129; Kandler n. 160.

Vv. divisi ad Sab. — 2 SVO Bell.

---

20 Polae rep. ad portam qua itur in Liburniam; extat in museo.

//////
TANNIVS
PHILARGYR
V·S·L·M

vas rotundum et ansatum — *vasculum simile ils q. d. lacrimatoria* — *vas*

Contuli. Kandler ms. et in Istria 1846 p. 28 et inscr. n. 173; Savelsberg *rhein. Jahrb.* 25, 145 ad exemplum Dubusci.

---

21 ara, Polae in museo.

T·VALERIS·T·L
LICNOS·L·A·D

patera — *patera?* — *bucranium*

Descripsi. Ed. Kandler 1862 n. 779.

1 nomen graecissat; debuit esse *T. Valerius T. l. Lychnus.* — 2 id est *l(ibente) a(nimo) d(at).*

---

22 Polae.

VRIDVR
ARTIOD
VSLM

Barsan ms.

---

23 Polae in quodam saxo fracto iuxta palatium SAN. (VER. RED.) 'Periit' KANDLER ms. — Inter Brixiana BRIX.; *in contrada Bagnadora degli Orzi* Rossi; Galdi in domo Sebastiani Aragonensis COD. SEMINAR.

NERONI · CAESARI
GERMANICI·F — † p. C. 31
TI·AVGVSTI·NEP
DIVI·AVGVSTI·PRONEP
. . . .

Quater descripta, a Sanuto Bembo Utinensi Stuarto. Sanuti exemplum proponunt cod. Redianus B n. 7 (inde Gud. ed. ind. p. XLVIII); Veronensis n. 51; Bellon. A f. 34; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 10; Sabinus n. 50; Brix. p. 1 itemque auctores Brixiani Oct. Rossius p. 300; Donat. 137, 2 ex schedis Petri Gnocchi; Labus *marmi Bresc.* p. 188, qui citat praeterea Totti mon. ant. ms. p. 100 et codicem bibl. seminarii Brixiani p. 135, et ipse deceptus antiqua fraude. Bembi est in cod. f. 1. 108'; Utinensis in cod. p. 8 bis (inde Carli 8 p. XXXIII coll. p. XXXVI aere expressit acceptum a Gravisio et ex cod. Lombardi); Stuarti *antiq. of Athens* 4 (1816) p. 1. Expletam dedit Kandl. Istr. 1849 p. 161, inscr. n. 174.

Vv. divisionem antiqui non satis observant. — Quae inclinatis dedi, non viderunt Utinensis Stuartusque. — 1 NERONI Sanutus Stuartus Utin. 2, ERONI Bemb. Utin. 1. — CE pro CAE (supplens NICE *item*) Utin. 1. — 2 GERMAN Utin. 1. — 3 TI· Panv. Brix. ex emend., T· Sanutiana exempla proba, om. Bemb. Utin. Stuart. — AVG· pro AVGVSTI Sanutiana exempla deteriora (Bell. Panv. Sab. Brix.) — 4 AVGVSTI ex Sanutianis exemplis Red. Ver. Brix., AVG Sanutiana exempla reliqua, AVGVS· Bembus, ... GVS ... Utin. 1. — PRONEPO Red. solus.

---

24 basis. Polae rep. in foro antiquo prope templum Romae et Augusti BARDL. Extat in museo bipertita.

TI·CLAVDIO
DRVSI·GERMAN·F
NERONI·GERMANIC
AVGVRI·SODALI·AVG
SODALI·TITIO·COS — p. C. 37/41

Contuli. Ed. Kandler in Istria 1847 p. 35 missam ab Ioh. Carrara (inde Henzen 5399) et inscr. n. 175.

Claudii est postquam consul factus est a. p. C. 37, antequam fieret imperator a. p. C. 41.

---

25 Polae in museo.

TI·CLAVDIO
DRVSI·F·CAESAR
AVGVSTO·GERM
PONTIF·MAX·TRIB·POT·V — p. C. 46
IMP·VIII·COS·III·DESIG
IIII P·P

Descripsi. Habet Rizzi ms.

---

26 Polae *fondo Wassermann al porto* KANDLER ms. Extat in museo.

IMP·CAESARI
VESPASIANO *Aug*
PONTIFICI MA*x*
TRIB·POT·IIII·IMP — p. C. 73
P·P·COS·IIII·DES*ig*·*v*

Descripsi. Habet Kandler ms.

27 Polae in quadam marmorea basi ad aedem S. Mariae CYRIACI'S (TRAG. IADEST. MARC. A). In ecclesia S. Luciae in basi ad aedem S. Mariae FELICIANUS. In alio pede arcus; cum multae litterae in principio deficiant, sic sequitur MARC. B similiterque RED. IUC. Sub campanili aedis pontificiae SABINUS. — Inter Brixiana BRIX.; Uragi ROSSI, qui refert v. 9 ad vicum Toscolanum prope Brixiam; Tusculi LIGOR. 17; in Corsica extra Nebbiensem basilicam in tabula saxi porphyretici CODEX SCALIGERI, fraude omnes.

I M P · C A E S
L · SEPTIMIO · SEVERO
PIO · PERTINACI · AVG
PONT · MAX · TRIB · P · VI p. C. 198
IMP · XI · COS · II · P · P
M · AVREL · MENOPHILVS
ORNATVS · IVDICIO · EIVS
EQVO · PVBL · SACERDOS
TVSCVLAN · AEDIL · POLAE
CVM · MENOPHILO · PATRE
LIB·AVG·N·N·EX·PROCVRAT
INDVLGENTISSIMO
L · D · D · D

Septies descripta. Integram vidit unus Cyriacus, quod exemplum exhibent Traguriuus n. 2, Iadestinus n. 2 (inde Spon. *voy.* 3a p. 68 ex ms. Val. Ponte), Marcanova (Bern. A n. 1, Mutin. n. 2), Felicianus n. 7 (inde Ferrarinus Traiect. n. 7, Reg. n. 8), Lilius f. 160'; ab his pendent Sanutus in cod. Ver. n. 60, ubi suo exemplo reiecto hoc praetulit; Panvinius cod. 6035 f. 128, Rom. p. 441, fast. ad a. 951; Manutius orth. 763, 1; Ligorius ms. Taur. vol. 13 et vol. 17 et vol. 26. Diversum est exemplum ex lapide interim mutilato desumptum, quod reperitur apud Marcanovam (Bern. B n. 3), in libro Rediano A n. 4, apud Iucundum n. 15. Tertium exemplum est id quod reperitur apud Felicianum in solo Marciano libro et huic quoque postea adiectum (Felic. II); quartum Sanuti (Bellun. A f. 35; Sabinus n. 53; Brix. p. 7 indeque Rossi p. 212; Martyr n. 3; ex Martyre Smet. 155, 4 et Grut. 263, 7, ex Grut. Carli 2, 75, ex Carlio male Kandler n. 176); quintum cod. Marc. 14, 119; sextum Bembi f. 2'. 61; septimum auctoris Manutiani cod. 5237 f. 117. Accedit interpolatum libri Scaligerani (cod. Lugd. Papenbroek. 6) p. 275.

In vv. div. secutus sum Sabinum Bembum Manutium. — In v. 1. non adhibui ex Cyriacanis nisi Trag. Iad. Marcanovam A, ex Sanutianis nisi Bell. Sab. — Quae Cyriacus servavit solus, dedi inclinatis. — 4 PONT praeter Cyr. habent Red. (non Marcan. B Iuc.) Manut. cod. 119, fortasse ex supplemento. — MAX om. Felic. II, incipiens a TRIB. — POT pro P Cyr. solus. — 5 IMP Cyr. et exemplum secundum, XI·X Felic. II, PRAET cod. 119, om. hiatu indicato Bemb. Manut., hiatu non indicato Sanutus. — 6 AVRELIVS exemplum secundum, AVREVS Felic. II. — MEPHILVS Felic. II. — 7 OXNATO Marcan. (Bern. A) solus, HONORATVS Felic. I ex interpolatione. — IVDITIO Rell. — 8 AEQVO Marc. B. — PVPL Marcan. B, PVB cod. 119. — 9 TVSCVLANVS Cyr. — AEDILI Sabin., AE Felic. II. — POLE cod. 119. — 10 CVM·M·MENOPHILO exemplum secundum (Marc. B Red. Iuc.) solum. — 11 LIB·AVG· N·N exempla omnia, nisi quod AVGG· est in Brix. ex emendatione, sed necessaria; nisi forte quadratarius ipse peccavit. — EX·PROCVRANTE cod. 119. — 12 INDVLGENTISS Felic. II, INDVLGENTI/// Manut. — 13 om. cod. 119. — Denique memorandi sunt typi interpolati duo, alter Scaligerani libri, ubi v. 9 pro AEDIL·POLAE scribitur AEDIL·CORS, ut mittam minora; alter originis incertae a Kandlero allatus, ubi mancum exemplum Gruteri sic redintegratur: IMP·CAES·L·AVRELIO·VERO·AVG·ARMENIACO·MED·PARTH·MAX·TRIB·P·VI·COS·II et quae sequuntur.

28 Polae rep. in moenibus ad portam quae creditur Aesculapii, extat in museo.

I M P · C A E S
M · A V R E L I O
A N T O N I N O
PIO · FEL · AVG
PART · MAX · BRIT · MAX
PONT·MAX·TRIB·POT XVI p. C. 213
IMP·II·COS·IIII·P·P·PROCOS
DIVI·SEVERI·FIL·DIVI·M·ANTO
NINI·NEP·DIVI·ANTONIN·PII
PRONEP · DIVI · HADRIANI
ABNEP · DIVI · TRAIANI · ET
DIVI NERVAE ADNEP
MAGNO · IMPERXOXI
D · D

Contuli. Ed. Kandler in Istria 1849, 159 et inscr. n. 177.

29 Pola *tratta nel 1842 dal diroccamento di una casa alle mura verso il porto in prossimità del tempio di Roma ed Augusto* KANDL. Est in museo.

VLPIE SEVE
RINE AVG
CONIVGI D N p. C. 270/5
AVRELIANI·IN
VICTI AVG
MATRI CAS
TRORVM
RES · PVB
POLENS

Contuli. Ioh. Carrara apud Kandlerum *espl.* n. 11 p. 5; Kandler ms. et in Istria 1848, 27 (inde Henzen 5552) et inscr. n. 178.

V

30 Polae in museo.

imp. caes · M · AVRELIO
valerio MAXIMIA p. C. 296/305
no *pi*O FELICI
*invic*TO AVG

Contuli. Ed. Kandler inscr. 1862 n. 692.

31 Polae in basi marmorea CYR. (TRAG. IAD.). In pedibus arcus qui est fere in fundamentis ecclesiae maioris MARCAN. (a) similiterque RED. et IUC. Sub campanili aedis pontificiae SANUTUS. Ibidem adhuc prostat. — Inter Brixiana BRIX.; in Ghedi ROSSI; in Corsica in campanili aedis basilicae Nebbiensis CODEX SCALIGERI, fraude omnes.

IMP · CESA · VAL
LICINIANO LICI
NIO · PIO · FELICI p. C. 307/323
INVICTO AVG
RES · P · POL · D · N · M · S

Descripsi. Cyriaci exemplum habent Traguriuus n. 3 et Iadestinus n. 3 (inde Spon. *voy.* 3a 87 coll. 1, 80 itemque Whelerus 1, 5, qui quamquam lapidem viderunt, tamen detritum opinati eum suppleverunt ex ms. Valerii Ponte) neque aliunde pendent, ut supra p. 5 observavi, Marcanova Bern. B n. 2, Mut. n. 18 (ex Marcanovanis Sirmond. cod. Paris. 1418 n. 64 indeque Grut. in sot. ed. 2) et Redianus A n. 3, item Mur. 1071, 6 ex schedis suis. Aliunde Iucundus n. 14. Item ex lapide Sanutus (cod. Bellon. A f. 35'; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 43; Sabinus n. 52; Martyr n. 30; Smet. 155, 4 et Grut. 263, 7 ex Martyre; Brix. p. 41; Oct. Rossi p. 279 indeque Mur. 1034, 7; cod. Ver. omisit); cod. Marc. 14, 119; cod. Manut. 5237 f. 117; Utin. p. 7; Carli 2, 83; Vergottin Pola p. 49; Stuart *Antiq. of Athens* (1816) 4 p. 1 qui aere expressit; Steinbuechel *Wiener Jahrb. A. B.* 12 (1820) p. 30; Ioh. Carrara apud Kandlerum *espl.* n. 11 p. 6; Kandler Istr. 1846 p. 27, inscr. n. 179.

Memoriae causa adscripsi exempla tria antiquissima Cyriacanum Iucundianum Sanutianum; in primo hiatus male suppletur, in tertio celatur.

Cyriacus (apud Trag. Iad.):	*Iucundus:*	*Sanutus (apud Sabinum):*
IMP · CAESARI	IMP · CAESAR	IMP · CAESAR
L·SEPTIMIO·SEVERO	. . . .	PIO FELICI
PIO · FELICI·	PIO · FELICI	INVICTO AVG
INVICTO AVG	INVICTO · AVG	RES·P·POL·D·N·M·E
RES·P·POL·D·N·M·X	RES·P·POL·D·N·M·E	

Utin. sic: IMP·CESA·VAL ‖ IXI//a//h./// ‖ NI//PIO FELICI cet. Stuartus sic: IMP·CESA·VAL ‖ *Liciniano* *sei*‖ NIC·PIO·FELICI. Recte legit item Ioh. Carrara. Praeterea Octavius Rossius v. 5 dedit RESP·BRIX, a qua interpolatione codex Brixianus Manutianus immunis est; item Scaligeri liber ibidem RES·P·CORS.

32 arca magna. Origine Polensem esse suspicatur IOH. CARRARA apud Kandlerum *espl.* n. 11 p. 5 (cf. Istria 1847, 282), recte opinor; ego certe hue rettuli, ne a sequente separarem. (Capodistriae?) *nella casa di Giacomo Cesaro habitante nella contrada di Ponte piccolo* SCUSSA. Capodistriae apud Nicolaum de' Belli, servit oleo infundendo CARLI. *Era a Capodistria in casa Elio, ora in Cernical ossia Castel S. Sergio, dove serve per abbeveratojo* KANDLER. Ibidem vidi a. 1857. Iam a. 1866 extat Tergeste apud Kandlerum.

P·AELIO·RASPARAGANO
REGI·ROXOLANORVM
V · V · F

Contuli. Scussa in fine cod. ms. interschedas propter inscriptionum sylloges paratas; Carli, qui vidit, apud Mur. 2099, 7 et in Calogerà *racc.* 28 (1743) p. 273 (inde Donat. 152, 7; Orelli 833) et *ant.* 2, 249; Kandler ms. et inscr. n. 187.

1 quarta a fine littera quamquam evanida est, tamen G fuisse eam, non S certe deprehendi. — 3 fortasse *v(ivus) v(ivo) f(ecit).* — Nomina regis apparet venire ab Hadriano, quem *cum rege Roxolanorum, qui de imminutis stipendiis quereretur, cognito negotio pacem composuisse* scribit Spartianus (c. 6.). Ceterum hunc Rasparaganum Polae degentem cum suis (v. n. 33) probabiliter habebimus pro captivo vel exule; etiam notandum ipsum regem dici, filium non regem, sed regis filium.

33 arca Polae reperta. *Scritta su grande pietra nostrana rinvenuta spezzata in uno scavo praticato sullo scoglio detto degli olivi nel porto di Pola* CARRARA. Nunc est in museo.

P · AELIVS · PEREGRINVS · SEC*u*
SARMATA · SVM · RASPARAGANI
F·V·F·SIBI·ET·ATTIAE·Q·F·PROCILLAE·LIB·L*iber*
TISQ · POSTERISQ · EORVM

Contuli. Ioh. Carrara apud Kandlerum *espl.* n. 11 p. 2; Kandler ms. et n. 187.

34 Polae ad templum Augusti inv. a. 1827 GRTI. Extat in museo.

L · ANNE
IO · L · F ·
DOMITIO
PROCVLO
C · P
PRONEPOTI
ANTONI
FELICIS
ANTONIA
CLEMENTIANA
AVIA
L · D · D · D·

Contuli. Habent Grti *Bullett. dell' Inst.* 1837, 109 (inde Henzen 5404); Kandler in Istria 1848 p. 19 et inscr. n. 182.

Antonius Felix libertus Antoniae matris imp. Claudii, frater Pallantis, is est qui illo imperante Iudaeam procuravit et 'trium reginarum maritus' praeter alias Drusillam, M. Antonii et Cleopatrae eius neptem, uxorem duxit. Cf. Suetonius Claud. 28; Tacitus ann. 12, 54 et hist. 5, 9; Iosephus ant. 20, 7, 2 sq.; Lehmann *Claudius und Nero* 1, 148.

35 Polae retro altare S. Matthaei in quodam saxo marmoreo, ubi inventum fuit quondam vas vitreum perpulcrum subtus ipsum saxum cum aliquibus rebus SAN. (VER.); in ecclesia S. Matthaei ad altare maius RED.; extra moenia post altare S. Matthaei SAB. — Errore Romae GRUT. 492, 8; fraude in foro Praesignii in valle Sabii in regione Persicae BRIX. et ex hoc MANUT. et GNOCCHI; in *Vò a S. Zeno* ROSSI; *esistera sul tener di Padenghe in Bresciano* CARLI.

SEX · PALPELLIO · P · F · VEL
HISTRO
LEG · TI · CLAVDI · CAESARIS · AVG
PRO COS
PR · TR · PL · X · VIR · STL · IVDIC · TR · MIL
LEG · XIIII · GEMINAE · COMITI
TI·CAESARIS·AVG·DATO·AB·DIVO·AVG
C · PRECIVS · FELIX · NEAPOLITANVS
MEMOR · BENEFICI

Descripserunt Sanutus et Bembus. Bembi ipsius exemplum est in codice eius f. 3'. 60. 87'. Sanuti exhibent cod. Redianus B n. 8; Veronensis n. 6; Bembus f. 89r.; Bellon. A f. 30r.; Sabinus n. 5; Martyr n. 5—7, hic in tres particulas discissum (ex Martyre Smet. 161, 18. 19. 166, 13; Grut. 447, 5. 497, 14. 558, 5; item 492, 8, ubi additur male 'Smetius vidit'). Ex Sanuto habuerunt etiam Ligorius ms. Taur. 13 (inde Gud. 135, 2); item Brixianus p. 2, a quo pendent qui Brixiae collocant Manut. orth. 346, 82 (inde Orat. 447, 4); Rossi p. 307; Donat. 297, 5 ex schedis Petri Gnocchi; Carli 2, 72, qui rogatu suo a comite Ioh. Maria Mazzuchelli lapidem collatum esse ait, errore omnino; Labus *Wiener Denkschr.* 1, 860, qui coniectura restituit male; inde ut apparet Kandler n. 180. A prioribus Orell. 693.

Vv. divisi ad Bembum et exempla Sanuti duo Redii et Sabini. — 1 PALPELLIO Bembus et Sanuti exempla meliora (Red. Ver. Bemb.), PALPELIO eiusdem exempla reliqua, PELPELIO Ligor. — VEI Bemb. — 3 TITI Bemb. — 5 STL Bemb. et Sanuti exempla bona (Red. Ver. Bemb.), STIL Sab., STH Bell. — VIDIC Sanutus Bembi. — 6 GEMINAE Bemb. et Sanuti exempla meliora (Red. Ver. Bemb. Lig.), GERMANIAE eiusdem exempla deteriora (Sab. Bell. Mart. Brix.), GERMANICAE Brix. ex corr. — 6 CIMITI Lig. — 7 DONATO Lig. — OB pro AB Sab. — post AVG hiatum indicat Lig. — 8 PRECIVS Bemb. et Sanuti ex. mel. (Red. Ver. Bemb. Bell.), PRERIVS Sab. Mart. Brix., OPTIVS Lig. — FELIX Bemb. et Sanutiana exempla meliora (Red. Ver. Brix. Lig. et ex corr. Bembi), FOELIX Sanuti exempla alia (Sab. et Bell. et ante corr. Bembi). — NEPOLITANVS Red. — 9 BENEFICI Bemb. et ex Sanutianis Red., BENEFITII Sanuti cod. Ver., BENEFICII Sanuti exempla reliqua.

Cf. Plinius h. n. 10, 12, 38 *Sex. Palpellio Histro L. Pedanio cos.*, quos consules Borghesius rettulit ad a. p. C. 47, et Tacitus 12, 29 ad a. p. C. 50: *scripsitque* (Claudius) *Palpellio* (*p. atelio* cod., em. Lipsius) *Histro, qui Pannoniam praesidebat.* Hic titulus dedicatus est antequam fasces susciperet Hister. Eiusdem nominis homo redit n. 48, ubi vide.

36 epistylii pars litteris magnis. Polae ad litus rep., extat in aed. Riezi KANDLER ms. Nunc in museo.

tuir atilii s IVD · TRIS · MIL · LE*g*
*i*IIIVIS · VIAR · CVRAN*dar*
*donatus m*ILL·HAST·PVRA·QVAT *et*

Contuli. Ed. Savelsberg *Rhein. Jahrb.* 27, 145 male exceptam a Dubusco; Kandler n. 185.

37 Polae rep. a. 1500 dum moenia instaurabantur SAN. (VER.) ad praetorium SAB. in foro KNIBB. MANZ. *sotto il palazzo* UTIN. *nel pian terreno del palazzo del Conte* CARLI. Nunc in museo. — Mosenigi in valle Sabii ad domum quae olim erat Buccarum BRIX.; Brixiae apud Mazinos ROSSI FABRETTI.

D M
T · AELI · CAL
LIMORPHI
ALVMNI
OPTIMI
CHRYSOMAL
LVS·AVG·LIB
PROCVR

Contuli. Exhibent Sanutus (cod. Ver. n. 67; Sabinus n. 56; Brix. p. 40, a quo pendent Rossi p. 255 et Fabrett. 199, 487 ex schedis Barb.); Bembus f. 2. 61. 88 ex lapide; Kandler *cenni di Pola* p. 66 ex codice bibl. Marcianae sec. c. a. 1600; Grut. 595, 3 ex schedis Knibbianis; Manzuoli Istr. 1611 = *archeogr. Triest.* 3, 191; Marcianus liber 5237 f. 119 (inde Don. 14, 11 auctore non indicato); Pococke p. 120, 4; Utin. p. 7; Carli 2, 86 optime, quamquam evanidam dicit; Vergottin Pola p. 49; Stuart *antiq. of Athens* (1816) 4 p. 1 aere expressam; Kandler n. 217. Interpolavit Hier. Gravisius apud Carlium 3 p. XXIV, eo minus quod Carlius dixerat corrosam.

Interpolatus typus Gravisianus (*'sul fondamento di una mia copia potrebbe leggersi'*) hic est: D·M·TITI·ELI·CALIMORPHI·ALVMNI·OPTIMI·CRISOMALVS·AVGVSTI·LIBERTVS·PVRPVRARIVS. Cf. n. 11*.

38 Polae in foro.

D · M
/ A S / N I C I
A L V M N / /
/ / / / / /
CHRYSOMAL*lo*
AVG·LIB
PROCVR

Manutius cod. 5237 f. 119.
5 CHRYSOMALS traditur.

---

39 Polae in museo.

*chrys*OMAL*lo*
*a*VGG·LIS
PROC

Descripsi. Ed. male Kandler 1862 n. 707.
Eadem fortasse ac n. 38.

---

40 Polae ad S. Amen (*sic*) in sepulcro RED. in tumulo apud S. Mennam extra muros SAN. — Inter Brixiana BRIX.; *in un campo tra Ghedi e Lena* ROSSI; Ghedi DONAT.

AROGO·AVG·LIB·TABVLAR
ET·AELI·VALERIANO·EROTI
Ge·AROGVS·PATRI·ET
FRATRIB·DVLCISSIMIS

Videtur semel tantum descripta, quamquam legitur cum apud Redianum A n. 7 tum apud auctores Sanutianos, qui sunt hi: cod. Ver. n. 37; Bemb. f. 82'. 85; Bellon. A f. 30'; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 101; Sabinus n. 34; Piccartiana n. 206 (inde Reines. 9, 45; Carli 2, 110; Kandler n. 209); Brix. p. 35 (inde Rossi p. 269, ex Rossio Fabrett. 401, 294; item Donat. 389, 9 ex schedis Gnocchi, ubi confunditur cum titulo diverso). Nam exempla ita aequabiliter corrupta sunt, ut ad duo archetypa de lapide sumpta referri nequeant.

In vv. div. sequor Bemb. Sab. — 1 ARGO Bemb. 62. — 2 ET AELI Ver. Bemb. 85, TAELI Red. Bemb. 62 Bell. Panv. Sab. Brix. — 3 GEE (Red. Ver. Bemb. 85) vel GEAS (Bell. Panv. Sab.) vel GAE (Bemb. 62 Brix.) traditur; latet fortasse cognomen muliebre Ge. — AGROGVS Bell. — 4 FRATRI omnes. — DVLCISSIMIS Red. Ver. Bemb. 85, DVLCISS Bell., DVLCISSIMO Bemb. 62. Panv. Sab. Brix.

---

41 sarcophagus. Polae in saxo more antiquo bene laborato in campo illorum de Bonasiis SAN. (VER.) in domo presbyteri Antonii de Castagno BELL. A. PANV. Capodistriae nuper reperta GRAVISI. Inde venit in museum Estense. — Sine loco CHIG.; Gussagi in colle ubi erat castrum in vetere muro BRIX.; *in Preseglio in casa dei Mascardi* ROSSI.

DÍS · MANIBVS
EVPNÉMI · AVG·
LIB · TABVLARÍ
ARMONIA · ET · GYMNAS
FILIÁS · PIÍSSIMO · PATRI
FLAVIA·PRÍMA·CONIVGÍ
FIDO·ET·SIBÍ
VIVÁE · FECÉRVNT
et IANVARIO·AVG·LIB
*ta*BVLARIO·Á·PATRIMONO

Polae descripserunt quattuor homines: is a quo pendet cod. Redianus A n. 2, idem fortasse a quo venit exemplum cod. Chigiani I. VI. 203 f. 39; Sanutus (cod. Ver. n. 53; Bembus f. 86; Bellon. A f. 34 et ex schedis Belloniis Mur. 698, 8; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 139; Sabinus n. 38; Brix. p. 31 et ex hoc auctores Brixiani Rossi p. 283 et Petrus Gnocchi apud Donat. 329, 2); Bellon. B n. 18 (inde Apian. 360, 7, ex hoc Grut. 588, 10. 589, 11); Bembus f. 4. 60. Capodistriae a. 1735 marchio Iosephus Gravisi, cui acceptam referunt et Zeno *lett.* 5, 106 et Carli apud Calogerà 28 (1743) p. 213. 215 et apud Mur. ms. et ed. 2043, 3 et in ant. Ital. 2, 109 (cf. 2, 276; ex Carlio Kandler n. 235). Ateste Furlanettus lap. Pat. p. 245 n. 253. A prioribus Orell. 3354 cum add. Henzeni.

Versus antiqui ad lapidem non diviserunt excepto uno Chigiano. — Accentus habet unus Redianus. — Minora in v. 1. omisi. — 1 D·D pro DIS·MANIBVS Chig. — 4 ARMONIA Red. Chig. San. Bell. B Zeno, HARMONIA Bembus Carli Furl. — 5 PIISIMO Red. — 8 sic Bemb. et Gravis., VIVAE reliqui, nisi quod VIVA Chig., VIVI Veron. — 9 lacunam celant auctores praeter Bemb. et Gravis. — 10 sic Bemb. et Gravis. et Sanutiani plerique (Ver. Bemb. Panv. Sab. Brix.), TABVLARIO reliqui.

---

42 Polae. — Inter Brixiana BRIX.; *in casa dell Aragonese* ROSSI.

AVG · LIB · TABVL
SYMPHOSVS · ET
SCORPVS·LIBERTI
ET·HEREDES·PATRON
BENE·MERENTI·FECES

Sanutus servavit. Habent cod. Veron. n. 72; Sabinus n. 44; Bellon. A f. 31; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 102'; Brix. p. 36 (inde Rossi p. 248 et ex Rossio Mur. 916, 7); Piccartiana n. 209 (inde Reines. 9, 41; Carli 2, 109; Kandler n. 273).

Vv. divisi ad Sabinum et Panv. — Fractura non indicatur. — 1 TABIL Bell., TABVLAR Brix. — 5 MERENT Sab., MERET Panv.

---

43 Polae *nell' arsenale.*

PROC · A*ug*
TVP

Kandler ms. et 1862 n. 691.

---

44 Polae *nel muro del giardino del conte Felice Lombardo nel fosso* STANCOVICH. *era dietro le mura della città dalla parte del teatro, ora smarrita* BARSAN.

S*er*
AV
ACCENSVS *patron*
IN CONSVLAT*u*
ET · MAECENA
PETA*e*

Stancovich *anf. di Pola* p. 94 tab. 6 n. 1; Kandler n. 191; Barsan ms.

1 SEV Stancovich in textu, SER Kandl. — 2 AVG Bars. solus.

Vide quae scripsi in musei Rhenani vol. 6 p. 2 sq., praesertim titulos ibi citatos Orell. 3127 L. Licinii Secundi *accens(i) patron(o) suo Licin(io) Surae prim(o) secundo tertio consulat(u) eius* et *Cn. Cornelii Magni l. Oceani accensi patrono in cos*, item Sardum (della Marmora *voy. en Sardaigne* 2, 479) L. Iulii Marionis *accensi consulum*.

---

45 ad aedem S. Iohannis de Prato extra civitatem CYR. Intellegit opinor Polam, ad quam ecclesiae ita dictae ruinae adhuc extant (v. n. 90).

L · ARIVS · L · F · PROCVLVS
MILES · SPECLATOR · PRAET
MILIT·ANNOS·X·VIX·ANN·XXIIX
T · ARIVS · L · F·FRATRI·SVO
V·F

Cyriacus cod. Parm. f. 58' solus servavit neque edidit quisquam.

Versuum divisio incerta. — 3 MILIC traditur.

---

46 Polae.

. *aur*ELIO
. . GVTONI
MIL · LEG · II · ITAL
STIPEND · XXIII
TERENT·LVCIANVS
SIGNIF·LEG·S·S
CONTVBERN·FECIT

Panvinius cod. Vat. 6035 f. 72' (inde Donius 6, 78 ex schedis quas male dicit Manutianas; Mur. 789, 6 ex Donio; Carli 2, 307 ex eodem; Kandler n. 207 ex Carlio).

---

47 Polae rep. a. 1631 dum area amphitheatri expurgatur STANC. Extabat in museo ad annum usque 1857, quo inde sublata est et collocata supra portam Ioviam.

L · MENACIVS · L · F · VEL
PRÍSCVS
EQVO · PVB · PRAEF · FABRVM · AED
IIVIR · IIVIR · QVÍNQ · TRIB · MIL
FLAMEN · AVGVSTOR · PATRON · COLON
AQVAM · AVG · INSVPERIOREM
PARTEM·COLONIAE·ET·IN·INFERIOREM
INPENSA·SVA·PERDVXIT·ET·INTVTELAM
EIVS DEDIT HS $\overline{\text{CCCC}}$

Contuli. Ed. Stancovich *archeogr. Triest.* vol. 2 (a. 1830, sed postea demum editum) p. 409 (inde Henzen 6632); Orti *lap. ined. Istriana* p. 6 qui vidit; Kandler n. 192 (cf. Istr. 1846 p. 352).

48 fortasse Polae CARLI. Polae in S. Michaelis in Monte BANDLER.

SEX · PALPELLIo
SEX · F · REGVlo
VETERANO · Leg
VII·CLAVDIAe
EX · BENEFICIar
CONSVLARis
SEX · PALPELLIus
HISTER · MIL
LEG · IIII · FLAv
FILIVS/Ec

Carli 3 p. XLI ex collectaneis at ait Antonii Lavezzari, sed videtur errasse de auctore, cum titulus desit in codd. Pironae Cicognaeque; Kandler n. 181, ex Carlio opinor.

1 PALPELLI, 2 REGVLV, 3 VETERANO.F Kandl. — 10 FILIVS·LE traditur, item lapidem fractum esse a parte inferiore.

Sex. Palpellius Sex. f. Hister hic cum meruerit in legione Flavia, omnino recentior est cognomine homine (cf. n. 35) Sex. Palpellio P. f. Histro Pannoniae legato a. p. C. 50.

---

49 Polae antea in porta quadam ad mare, nunc in museo.

C_SELIGIO Q·F
ALBINO
praef FABRVm
tr. mILIT II
pRAef eqVITVM
IIuir QVINQ
D D

Contuli. Ed. Kandler in Istria 1846. 27 et inscr. n. 184.

---

50 Polae in arcu. 'In vetustissima porta in angulo' *praescripsit titulo n. I*, 'in medio' *titulo n. II* CYRIACVS teste IADESTINO. 'In p(orta) sanctae Margaritae quae olim p(orta) rata dicebatur' MARC. (BERN. B) IVC. similiterque ASSECLAE. In arcu triumphali nunc porta Rata SAN. (VER. similiterque ALII). — Tertium epigramma collocat 'in campania Gaedii ad fossile communis', quartum 'in agro Montironis ad turrim Aemiliorum in latere septentrionali', quintum inter Brixiana BRIX.; tertium in abbatia Leni ROSSI.

I. in basi statuae
L·SERGIVS·C·F
AED·II·VIR

II. in epistylio superiore
SALVIA·POSTVMA·SERGI

III. in basi statuae
L · SERGIVS . L · F
LEPIDVS · AED
TR·MIL·LEG·XXIX

haec epistylii pars non est inscripta

IV. in basi statuae
CN · SERGIVS · C · F
AED·II·VIR·QVINQ

V. in epistylio inferiore
SALVIA·POSTVMA·SERGI·DE·SVA·PECVNIA

|ELIVS · C · P *columna*
|DENS · V · P
|S · ET · SVIS

Sanuti exemplum proponunt cod. Red. B n. 3, cod. Ver. n. 44, Bembi f. 85', Bellon. A f. 35, Sabinus p. 30, Brix. p. 27. Denuo ex lapide Utin. p. 11 (inde, scilicet ex cod. Lombardi, Carli 3 p. XXXVII, ex hoc Kandler n. 311 et denuo n. 1862 n. 733).

1 EIVS Red., LIVS Utin. — 2 DES Utin. — 3 S·ET·S Red. Bemb., om. Bell. A Brix.

236 Polae.

E·I·L·DECI////

Bembus f. 4' ex lapide.

---

267 Polae. In museo KANDLER, errore.

HEX
NES
//PO
TI//

Utin. p. 14 (inde per Gravisium Carli 3 p. XXXV, Kandler n. 248).

---

268 Polae in hortis contiguis aedibus Barsani.

d / M
-*c* S Q V I L E
I L / / N O M I
IN fr P XXXX
in agr P XXXX

Barsan ms. et inde, opinor, Kandler 1862 n. 772.

---

269 Polae in clivo castelli BARSAN. Nunc in museo.

s M
M E M E T I
ICTI·FILI*o*
ILIVS EV

Descripsi. Habet Kandler ms. et 1862 n. 747 a Barsano.

---

270 Polae in episcopio.

Kandler 708:
ICSIDII
A CLARAE·ET
. . . . TO·LIB
. . . .

Barsan:
BFLARAE·ET
TO·LIB

Kandler ms. et 1862 n. 708; diverse Barsan ms. et inde Kandler n. 752.

---

271 Polae rep. in moenibus ad dextram a porta aurea et illata in museum.

NIO · L · L
LO · ENIVC/
/ · P·
XII·IN·AGP·XX

Contuli. Habent Barsan ms.; Kandler ms. et 1862 n. 746. 764 duobus exemplis.

---

272 Polae in museo.

TRON
BVLANÆ

Descripsi. Habet Barsan ms.

---

273 Polae ad portam Ioviam. Nunc in museo.

A
ISO
I
///*eu*
B·M

Descripsi. Habent Barsan ms. et inde Kandler 1862 n. 767.

---

274 Polae inter portas Herculis et Auream.

D M
AE · MAR
ELLO·CON

Barsan ms. et inde Kandler 1862 n. 719.

---

275 Polae in moenibus theatrum versus.

ED·

Barsan descripsit. Inde Kandler 1862 n. 728; eadem fortasse ibidem n. 756, ubi est AED.

---

276 Polae.

B
R
X

Kandler 1862 n. 702.

---

277 Polae ad theatrum.

V · P · SI
S T I A
ATRI·SV
Ↄ· FRAT
FRATRI

Kandler ms. bis et 1862 n. 740. 766 tribus exemplis.

1 SI ms. II, S ms. I et ed. 740. 766. — 3 om. n. 740. — SV ms. II, S ms. I et n. 766. — 4 O·FRAT ms. II, Ↄ·FRA rel. — 5 PATR n. 740, FRATR ms. I et n. 766.

---

278 Polae *nelle vecchie mura presso il canale.*

ER////IIS
SIMO·V·P

Barsan descripsit; inde Kandler n. 301 et denuo 1862 n. 732.

---

279 saxum rude. Polae in via a porta gemina ad arcum.

CVLBCHI

Descripsi.

---

280 evanida et incerta. Polae antea ad arcum Sergiorum, nunc in museo.

CVTLANVS
NL · BODO

Descripsi. Habet Barsan ms. et inde Kandler 1862 n. 753.

---

281 Polae *nel muro dell' orto Taglioni.*

LIVS C
IX LOC · SI
SVIS IN
N

Utin. p. 9 (inde Kandler 1862 n. 731).

---

282 Polae *al Zaro.*

ELI
AXI
INXI
LIAE
F·C

Kandler 1862 n. 778.

---

283 Polae.

MVS·VL
EIMSGO F
L·M·IN·F·P·VII
IN·AGRO·P·XII

Barsan ms.

---

284 a Dignano secundo mil. versus Valle, *sulla porta dello stabile di Luigi Biratari in contrada Munida.*

ITALI
FIMAC

Kandler ms. et n. 303, cui dedit a. 1846 d' Franceschi.

---

285 Fasanae in aedibus Casp. Carlin CARRARA. Nunc Polae in museo.

O·C·F
C
L
lus SILLA
*fe*CIT

Contuli quae prostant. Ioh. Carrara misit Steinbüchelio, unde legitur in schedis musei Vindob. et *Wiener Jahrb. A. B.* 48 (1829) p. 90; Kandler n. 304.

---

286 pars epistylii litteris magnis. Polae *nell' arsenale.*

YSTVI

Kandler ms. et 1862 n. 690.

---

287 Polae.

MON

Kandler ms. et 1862 n. 769.

---

288 Polae in museo.

t///LIB

Kandler 1862 n. 776.

---

289 Polae.

IN·F·P·XII

Barsan ms.

---

290 Polae.

H·M·ET·L·H·N·S
IN·F·P·XVI
IN·A·P·XXX

Carli 2, 280 qui vidit; inde Kandler n. 296.

---

291 Polae nuper in muris rep.

IN·FRON·P·XIIX
IN·AGR·P·XXII

Descripsi. Kandler ms. et 1862 n. 750.

---

292 Polae.

IN · FR
P · XX
IN · AG
P·XXX

Barsan ms.

293 Polae *nelle mura dalla parte del teatro* BARSAN. Nunc in museo.

IN · FR · F · XXII
IN AGR · P · XV

Descripsi. Habent Barsan ms. et Kandler 1862 n. 767.

294 a Dignano M p. *nella chiesa della Madonna di Gusan a piè dell' altare* TOMM. Extare negat DELLA ZONCA apud Kandlerum Istr. 1846, 169.

IN · FRONTE · PED · XXX · IN · AGRO · F · XXXX · H · M · H · N · S

Tommasini Istr. ms. p. 667, ed. p. 488 (inde Kandler n. 249. 302).

295 Polae *nel canale* BARSAN. Nunc in museo.

INF · P · XXXII
IN · A · P · RX··

Descripsi. Barsan ms. et inde Kandler 1862 n. 743. Apud eundem quae sunt n. 619 (non differens nisi quod v. 2 est P·XX) et 1662 n. 751 (non differens nisi quod v. 1 est XXII), videntur hinc proficisci.

296 Polae in museo.

N AGR F
XII

Descripsi.

297 Polae.

F · RVI · N

Barsan ms.

298 Polae in moenibus.

IN F

Barsan ms. (inde Kandler 1662 n. 744).

299 Polae *presso al teatro.*

PED////

Barsan ms. (inde Kandler 1862 n. 763).

300 Pola, *casa fù Boletin.*

SIBE · EV · SV
INF · F · XIII
AGR · P · XX

Barsan descripsit (inde Kandler 1662 n. 777).

301 Polae *presso il canale.*

VI SVIS
F · F · XVI/
N · AG
XII

Barsan ms. et Kandler n. 300 et denuo 1862 n. 735.

2 F·F·XVI n. 300; puto fuisse ·F·P·RVI.

302 Polae in museo.

NFELIR SIMP
PRIMA INFAN
A · LVCE MO
CEL AT PAT

Descripsi. Ed. Kandler n. 306.

303 Polae *nell' argine delle mura vicino al teatro.*

OVET CCARINBE
SVS DOLOR FVI AETERNA
REDES · FACIVND

Barsan ms. et inde Kandler 1862 n. 727.

304 Polae in baptisterio crucis SED. VER. BEMB. SAB., in ecclesia S. Iohannis fontium BELL. — Muciae ad aedem D. Laurentii BRIX., inter Salonitana ZACC.

THOMAS · TRIBVNVS
PRO · VOTO · DEDIT

Sanutus servavit. Habent Red. B n. 5; Ver. n. 13; Bembus f. 82' = 88; Bellon. A f. 32; Sabinus a. 12; Brix. p. 22 (inde Vinaccesi p. 245; ex hoc Mur. 1949, 4); Zaccaria 1, 14 (inde Donat. 57, 9) ex ms. Spal. n. 62.

1 TOMAS Sab. Bemb. 88. — VIBVRNVS pro TRIBVNVS Zacc.

305 extra Polam in monasterio diruto S. Michaelis.

QVISCIT IN PACS
QVI VIXIT CVM EO
STO ĀNNORVM PLVS
ET RELIQVID /ILIAS
5 TOL DP EST KANO

Utin. p. 13; Carli 3 p. LVII qui vidit a. 1750.

1 QVIESCIT Carli. — 6 in. ISTO Carli. — 4 EILIAS traditur. — 5 sic fere Carli; ITOTBESTVANO Utin. Lege: quaT-TOR·DP·EST·K·AVG vel KL·NOV.

306 praecedunt Polenses.

IVI//////////////////////////////
SVS · MINSIBVS QVINQ ///////
///IN PACE BEFECIT KALE BECEMB
RIS DEPOSI///// DECEMBRIS · ANN
5 ICA ST NECIARVS · P////////
HIC//////////FECERANT

Carli 3 p. LVIII nescio unde.

307 Polae rep. in S. Michaelis in monte, extat in museo.

† HIC IM FACE REQVISSC
TORVM · Q · OC SEPVLCRVI
SVE ME PONERIT DA C̄C̄C̄ XE
ET ABEAT · PORCIONĒ C̄V̄ IVD

Contuli. Ed. Kandler in Istr. 1651 p. 117.

Infimae aetatis, ut fortasse ne admittenda quidem fuerit.

III. *Rovigno.*

Rovigno oppidum hodie non infrequens ex antiquis solus Ravennas nominat ter (4, 30. 31. 5, 14) sic *Ruigno*, *Ruginio*, *Revinga*; neque enim huc pertinent quae tabula videtur collocare inter Polam et Parentium extra viam *Quaeri* et *Silvo*, quae cum loco suo videantur mota esse, hoc probabiliter habebitur pro *Siivio* Ravennatis, nunc *Salvore*. Tituli Rovigni prodierunt perpauci, quos hoc loco composuimus.

308 *a Rovigno in piazza trovata da me gettata in un centone, mandata da Giacomo Tommasini nell' a. 1648 a Cittanuova* TOMM. (Istr.); in oppido Rubini in Histria rep. et translata Patavium in aedes Tommasini ad pontem Tadorum TOMM. (don.); Rovigno ex foro piscario delata Patavium ad Tommasinum ORSATVS. Deinde Rovigii apud Silvestrium, unde acceptam Maffeius collocavit in museo Veronensi n. 152. — Cum Rovigni antiqua vestigia sint nulla, Polensem origine credit GREGORUTTI Istr. 1847, 260 adsentiente Kandlero.

FORTVNAE · FÁNVM
AB · C · VIBIO · VÁRO · PATRE · INCHOATVM
Q·CAESIVS·MACRINVS·PERFECIT·ET·DEDICAVIT

Contuli Veronae. Habent Tommasini Istr. ms. p. 605, ed. p. 46. 429, de donar. ed. 1654 (ab ed. a. 1639 abest) p. 84; Orsato 1652 p. 265 qui aere expressit (inde Reines. 2, 39); Cam. Silvestri Giuvenale p. 563; Carli ant. 2, 146; Maffei M. V. 85, 4 (inde Donat. 70, 1); Furlanetto lap. Pat. p. 39 n. 37; Kandler syll. n. 169; Orelli 1808.

Vibii Vari tam ex nummis noti sunt quam ex fastis.

309 Rovigni rep. et inde translata Patavium Rovigium Veronam cum praecedente. Est ibi in museo n. 151.

HISTRIAE · FÁNVM
AB · C · VIBIO · VARÓ · PATRE · INCHÓATVM
Q·CAESIVS·MACRINVS·PERFECIT·ET·DEDICAVIT

Contuli Veronae. Habent Tommasini Istr. ms. p. 604, ed. p. 46. 429, de don. ed. 1854 (ab ed. a. 1639 abest) p. 83; Orsato 1852 p. 235 (inde Reines. 2, 40); Cam. Silvestri Giuvenale p. 563; Carli ant. 1, 208. 2, 146; Maffei M. V. 88, 2 (inde Donat. 69, 1); Furlanetto lap. Pat. p. 39 n. 38; Kandler syll. n. 166; Orelli 1807.

310 Rovigni rep. prope turrim Romanam; habuit de Franceschi.

PROC · AVG

Istria 1849 p. 149.

IV. *Pedena* et *Pisino* cum locis vicinis.

Coniunximus hoc capite titulos rare sparsos per Histriam mediterraneam meridionalem usque ad Piquentum, id est inventos per agrum Pedenensem et Pisinensem in vicis *Canfanara, Due Castelli, Leme, S. Lorenzo di Pasnadego, Coridico, Novaco di Pisino, Pedena, Gollogorizza, Boglium.* Antiquam harum partium attributionem ignoramus nec ea titulis in ea re quicquam proficimus, cum sint argumenti privati omnes.

311 *all' altare di S. Vittoria nella cappella dei SS. Vittorio e Corona di Canfanar.*

D · M
LABVINIAE · C · F
SABINAE

Kandler ms., cui dedit Antonius Marin Basilisco Canfanarensis.

312 In Istria ad duo castra *vel* ad duo castella RED. SAN. MAR. AMBROS. BOL. Histriae ad castrum duorum castellorum TIBERINUS. Intellegitur vicus *Due Castelli* non longe a canali Lemensi. Istriae IUC. GAMM.

QVOD · FAS · ERAT · FILIVM
FACERE · PARENTIBVS
MORTE · INMATVRA
Q · SERG · ET · SEX · R
5 FILIO · FECERE
PARENTES · INFELICISSIMI

Haec apud antiquos reperiri solet non inter Histrienses, sed inter Aquileienses. Habent cod. Red. f. 138, ubi inter Gradenses est octava (inde Gud. 249, 2); Sanutus f. 255; Marcius n. 96; cod. Ambros. C. 61 f. 81 (inde Mur. 1214. 7 ex schedis, ut ait male, Iulii Gaustavini). Item diversus codex Ioh. Matth. Tiberini saec. XV exeuntis servatus apud doctorem Ioh. Turri Regiensem f. 13; Iucundus f. 213; Gammarus f. 2; Hier. Bologna (cod. Cicognae 1874 f. 24) a Petro Passarino Utinensi.

Versuum divisio incerta est. — 3 IMMATVRA Ambr. (?) Iuc. Bol. — 4 Q · SERG · (SER · Red.) ET · SEX · R reliqui, L · S · ET · C · L · B Tiber. Iuc. Gamm. Bol. — 5 F pro FILIO Tib. — FACERE San. — 6 PAREM PARENTES San. Red. — INFOELICISSIMI Gamm., INFOELICISS Tib., INFELICISS Iuc. Bol.

313 Leme rep., extat Polae in museo ex dono Rismondi Rovignensis.

T · A
T · L ·
GALLIO
5 V · S · L · M

Contuli. Ed. Kandler in Istria 1850, 287 et inscr. n. 318 inter Polenses.

314 S. Lorenzo in Pasnadego in ecclesia CARLI. *Nel castello di S. Lorenzo al Leme, pietra da lastrico nella chiesa cemeteriale* KANDLER. Ibidem vidit iam SANUTUS.

C · FABIO · T · F · VETERANO
LEGIONIS · XI
STIPENDIORVM XX VIII
T · FABIVS · FRATER · FECIT

Sanutus f. 255'; Carli 2, 268; Kandler ms. et in Istria 1850 p. 154 et syll. n. 415.

1 VETERAN San. — 3 XX IIII Carli.

315 *trovato nel territorio di S. Lorenzo d'Istria* ZENO. Intellegitur *S. Lorenzo di Pasnadego,* ubi praefectum habuerant Veneti (cf. Tomasini p. 437).

C · VISIO · C · L · SA
ET · COL · SALVIAE
FILI · FEC

Antonius Cornaro praefectus S. Laurentii dedit Apostolo Zeno, qui misit 14 Mai. 1700 Fontaninio, 22 Aug. 1705 Muratorio (*lettere* 1, 89. 338; Mur. ms. et 1285. 13).

316 *Säule gef.* 1785 *in dem Thal bei Coridico in dem krainischen Antheil Istriens.*

ANNIA
T · TERTIA
V · S · L · M

Linhart Krain I, 444 (inde Kandler App. n. 841).

317 rep. in Monte Coronae, nunc Coridici *nel ballatojo di Matteo Chervatin.*

P · CALEDIVS · C · F
MVSSIA · L · F · SECVNDA
V · F · SIBI · ET · SVIS · C · CAL
EDIO · PATRI · P · GNOIAE
5 MATRI · L · MVSSIO · PATRI
SECVNDAE · CLAVSIAE
MATRI · ET · FRATRIBVS
SVIS · SECVNDA
L · C · T · M · MVSSIS

Kandler, qui vidit, ms. et in Istria 1846, 105 et in syll. n. 381.

6 CLAVDIAE syll. errore.

P. Caledius C. f., Mussia L. f. Secunda v(ivi) f(ecerunt) sibi et suis: C. Caledio patri P(ublii?), Gnoiae(?) matri, L. Mussio patri Secundae, Clausiae matri, et fratribus suis Secunda L. C. T. M. Mussis.

318 rep. in Monte Coronae, nunc Coridici in coemeterio.

M · HOSTILIVS
CRESTVS
SIBI
V · F

Kandler, qui vidit, ms. et in Istria 1846, 105 et in syll. n. 389.

1 HOSTILVS ms., ubi praeterea datur infra abrupta.

319 rep. in Monte Coronae ad Coridicam.

//ENIO//

Kandler, qui vidit, in Istria 1846, 105 et in syll. n. 390.

320 Novaci ad Pisinum KANDLER (ms.).

LAEIIA · C · F
MAXIM · N · C
OPIAVS
REVIARIVS
5 N · LXXXV

Kandler ms. a Camasio quodam, qui misit a. 1853; in ed. n. 403. 404 auctorem laudat Carolum de Franceschi. Puto tamen idem esse exemplum.

In ed. v. 1. 2 a sequentibus separantur daturque 1 LAELIA. — 3. 4 fortasse OPTATVS · RETIARIVS.

321 Pedenae in foribus aedium Andreae Urbanich retro ecclesiam cathedralem SCHED. LAIBAC. nunc in aedibus Antonii Fumich KANDL.

VALERIA
P · F · TERTIA
MATER · ANTO
L · F · PROQV
ANNO · N · XVII

Kandler ms. et in Istria 1846, 106 et in syll. n. 490 cum ex schedis Laibacensibus (v. n. 322) tum ex apographo Franceschii.

1 /ALERIA Laib. — 3 ANTI Laib. — 4. 5 PROQVAN|NO Laib.

322 Pedenae in aedibus Matthaei Francovich canonici primicerii.

L · VIBIVS · L · F · PVF
CANALIVS · ANN · L

Kandler in Istr. 1846, 106 et in syll. n. 489 ex schedis scriptis c. a. 1780, quas dedit Petrucci professor Laibacensis.

323 Gollogorizzae.

T · AVILIVS
PROCVLVS
T · F · I · SIBI
I · IADIANC

Kandler ms. et syll. n. 492, cui misit Carolus de Franceschi.

4 in lac. om. Kandler ms.

324 Boglinni in ara ecclesiae S. Petri.

C · VALERIVS
PRISCVS
VESTIARIVS
AQVILEIENSIS
DEDIT

De Franceschi in Istria 1846, 102; Kandler ms. et syll. n. 496.

325 *nel contado di Pisino.*

D · M
P · VETVRI
SILVESTRI
PATER
FECIT · SIBI
ET · SVIS

Carli 3 p. LX ab Hier. Gravisi (inde Kandler n. 491).

V. COLONIA IVLIA PARENTIVM (*Parenzo*). *Tribu Lemonia.*

Parentium in ora Histriae nominant Plinius 3, 19, 129, Ptolemaeus 3, 1, 27, Stephanus (s. v.: *Παρέντιον πόλις καὶ λιμὴν πλησίον Ἰστρίας· τὸ ἐθνικὸν Παρεντῖνος*), praeterea itineraria Antoninianum (p. 271), Peutingeranum, Ravennatis (4, 30. 31. 5, 14). *Oppidum civium Romanorum* audit Plinio; ut *colonia Iulia* (non *Ulpia*) *Parentium* dicitur in titulo n. 335, ut eodem tempore quo Pola deducta esse videatur. Magistratus non nominantur; nominantur *seviri magistri Augustales* (n. 336) et qui ab his diversi videntur *seviri* simpliciter (n. 336; cf. n. 334. 338. 340), item *collegium fabrum* (n. 335. 337) cum praefecto suo. Tribum Parentinorum fuisse Lemoniam intellegitur ex titulis duobus urbano Mur. 856, 7 militis praetoriani *L. Tacitii L. f. Lem. Secundi Parentio* et Parentino n. 335, ubi L. Cantius L. f. Lem. Septiminus adeo dicitur curialis vetus Parentinus, id est cuius etiam maiores in curia ea locum habuerint; contra decurio Parentinus n. 337 adscriptus Velinae nihil obstat quin extraneus fuerit.

De Parentinis auctoribus paucis perfungi licebit. CYRIACUM eo adiisse titulosque ibi descripsisse colligitur ex codice Parmensi, qui cum solus Parentina haec exhibeat nomine descriptoris non adiecto, tamen ea est eius libri condicio ut quae in eo reperiuntur probabiliter tribuas Anconitano. Sequuntur SANUTUS et, qui a. 1526 Parentiam adiit, AEMNUS et TOMMASINIUS, qui ibi fuit a. 1646; deinde saec. XVIII comes Franciscus BREMBATIUS Bergomas et Petrus Franciscus MANETTIUS sacerdos Mutinensis Ravennae degens, a quibus habuit MURATORIUS Parentina tam in schedis servata quam ab ipso edita. Post eum plura protulerunt POCOCKIUS Anglus et Ioh. Rinaldus CARLIUS, quorum hic partem ipse vidit a. 1750, alia habuit ex schedis Casparis Negri episcopi huiusce sedis ab a. 1732 ad a. 1778, cuius schedis praeter Carlium usos esse repperi Vergottinum et Kandlerum (nam Negri sunt quas citat schedas *saec.* XVIII) et Polesinium. Praeterea Bartholomaeus VERGOTTIN (*breve saggio d'istoria antica e moderna della città di Parenzo* Venetiis 1796. 4. pp. 88) vix quicquam habet proprium. Secuti sunt qui sub dominatione Gallica cum Aquileia (ubi vide) Parentium quoque exploraverunt SUECULO et SIAUVE; is qui Steinbüchelio Parentina submisit in SCHEDIS MUSEI VINDOBONENSIS servata, saepe pendens ex Vergottino; STANCOVICH, cuius librum, destinatum ad illustrandum titulum n. 331, ibi citavimus; Ioh. OPLANICH in epistula ad Ortium data Parentio d. 19 Ian. 1845, servata hodie Veronae in bibliotheca municipali (histor. fasc. n. 108); KANDLER, qui Parentina quoque rudera diligenter pervestigavit, quamquam libellus eius (*cenni al forestiero che visita Parenzo* Tergeste 1845 pp. 46) ad epigraphiam vix pervenit; denique marchio Franciscus DE' POLESINI, qui me Parentii morantem comiter adiuvit collectaneorumque suorum copiam mihi fecit.

326 D passibus a Parentio in *contrada Zattica* super rep., deinde apud Negri episcopum CARLI.

GENIO · LIB
AVG · SAC
L · SALONIVS
SEVERVS

Carli ant. 2, 141 (inde omnino Kandler n. 367).

Genio Lib(eri) Aug(usti) sac(rum) L. Salonius Severus. Ne cogita de Libertate Augusta; nam in hac pro genio requiritur Iuno.

327 arula, Parentii rep. 21 Nov. 1845 in rudi macerie ante aedem Neptuni KANDL. Extat in sacristia basilicae.

CARMINIA · L · F
PRISCA
HISTRIAE · TERRAE
V · S · L · M

Contuli. Habet a Bradamantio missam Kandler ms. et in Istria 1846, I. 1847, 261 et in syll. n. 366 (inde Henzen 5812).

328 Parentii. *Del tempio di Nettuno se ne vedono le colonne e fogliami d'ordine Corintio verso la parte del porto; et il sasso, che contiene l'iscrizione, l'anno 1646 io lo vidi su l'acqua tra il molo e la porta detta Moraforo* TOMMASINI. Nunc in atrio ecclesiae cathedralis.

NEPTVNO · DEISQ · AVG
T · ABVDIVS · VERVS ·
POST · SVB · PRAEFECT
CLASSIS · RAVENN
TEMPLO · RESTITVTO
MOLIBVS · EXTRVCT
DOMO · EXCVLTA
IN · AREA D · D
CONCESSA · SIBI ·
DICAVIT

Contuli. Habent Tommasini de donar. ed. 1654 p. 181 (in ed. 1639 deest), Istr. ms. p. 526. 688 (cf. p. 59), ed. p. 40. 374; *Giornale de' letterati d'Italia* vol. 38 (Venetiis 1727) p. 189; Mur. ms. et ed. 54, 8 a Francisco Brembatio Bergomate et Petro Francisco Manettio Mutinensi; Pococke p. 119; Carli apud Calogerà 28 (1743) p. 226 (inde Donat. 32, 5) et ant. 2, 131; Vergottin Parenzo p. 8; schedae mus. Vindob. (cf. *Wiener Jahrb. A. B.* 46, 54); Stancovich *anf. di Pola* p. 115 (inde Orelli 1336); Kandler in Istria 1848, 292 et syll. n. 364.

Neptuno deisq(ue) Aug(ustis) T. Abudius Verus post ... subpraefect(us) classis Ravenn(atis) templo restituto, molibus extruct(is), domo exculta in area d(ecurionum) d(ecreto) concessa sibi dicavit.

3 POST certe non est cognomen, quod perscribendum erat; nec magis placet explicatio proposita in lexico Farisnettiano *post subpraefect(uram).*

329 Parentii in hortis episcopi CARLI; in hortis canonici Valentinis KANDL.; in aedibus doctoris Salamon WIENER JAHRB. In eius domus areola in scalarum ultimo gradu ita collocatam esse, ut litterae lateant, docuit me POLESINI.

P · ABVDI
VS · VERVS
PRO · SALVTE
P · ABVDII · VERI
PHILII · SVI
V · S

Carli 2, 132 qui vidit; Vergottin Parenzo p. 9 ex schedis Negri (inde pendent sched. musei Vind., cf. *Wiener Jahrb. A. B.* 46, 54); Kandler n. 368 ex schedis scriptis c. a. 1750, scilicet Negrianis; Polesini ms. Pendent opinor ex eodem exemplo omnes.

Supra integram dant Kandl. Poles. — 3 TE om. Verg. Vind. — 5 PHILI Poles. Et in praenomine v. 1 (cf. n. 328) et in PHILII pro FILI videtur erratum esse a descriptore.

330 Parentii rep. 1843 iuxta titulum n. 331 in foro antiquo, sed inversa et in opus absumpta ad ecclesiam S. Georgii KANDL. Ubi extat, ignoratur POLESINI.

imp. caes. valERIO
liciniaNO
licinio · PIO · F
INVICTO · AVG · P
M · TRIB · P · III · CON *p. C. 300*
P · P · PROCO · R · P
PARENTINOR
D · N · MAI
Q · AEIVS

Oplanich in epistula ad Ortium a. 1845 (inde Henzen 5568 ad exemplum ab Ortio cum Borghesio communicatum) eodemque exemplo Kandler ms. in Istria 1848 p. 27 et syll. n. 372.

1. 2. 3 sic Oplanich neque aliter schedae Kandleri et Ortius (nisi quod 1 habent ..LERIO uel VALERIO, 2 Kandler uno loco, bis enim dat, ..O); D · N · (D · N om. In Istr.) M · AVR · VALERIO|MAXIMIANO HERCVLIO (HERCVLEO inscr.) PIO F Kandler in edd., verbis erasis, ut addit, ad vestigia restitutis. — 8 sic Oplanich; D · V · NV · MAI Kandl. et Orti decepti forma interpunctionis. — post NV lacunam signat Kandl. (syll.). — 9 sic Opl. et Kandl. (ms.); *que* AEIVS Henzen, Q · ///AEIVS Kandl. syll.

331 Parentii rep. 1806 in effossionibus institutis iussu SIAUVE. Rep. a. 1806 in fundamentis ecclesiae S. Georgii, nunc in medio foro WIENER JAHRB. Denuo prodiisse titulum die 18 Ian. 1845 scribit OPLANICH in epistula data die sequente. Extat ibidem.

C · PRAECEL ·
LIO G FILI · PAP
AVGVRINO VET
TIO FESTO CRIS
PINIANO VIBIO
VERO CASSIANO
C I TRIVMVIRO E
PITALI TRIB LEG VII
GASM PATRONO SP
LENDIDISSIMAE C · L
AQVIL · ST · PARENTR
ORVM · OPITERGINOR
NEMONENS · ORDO ET
PLEPS PARENT AER C · L L · · ·

Contuli. Habent Siauve *lettera sopra l'iscrizione del console Muciano* (Veronne 1811) p. 15 qui repperit; Stancovich *anf. di Pola* (1822) p. 118 tab. 6, 15 a marchione Polesini, item lapide inspecto *delle tre Emone e della genuina epigrafe di C. Precellio* (Venetiis 1835. 8. pp. 32) p. 13; Labus *Giulio Ingenuo* (1827) p. 17 usus apographo Angli cuiusdam; schedae mus. Vindob. (inde *Wien. Jahrb. A. B.* 46 a. 1829 p. 54); Kandler in Istria 1847 p. 235. 236 et syll. n. 373; Orelli 72 cum add. Henzeni.

11 PARENT · R ego vidi, sed punctum post T casui videtur tribuendum; PARENTR legerunt Stancovich curis secundis et Kandler (Istr.); certe non est in lapide quod dederunt Siauve et Stancovich ed. priore PARENTR ·

332 Parentii in monasterio S. Francisci BREMB. CARLI. *Era dopo la soppressione del convento nel pavimento dell' atrio, ora sparita* POLESINI. — Porta ferma Istriae POCOCKE errore.

statiliA · SISENNAE
sTATILI · TAVRI · PONT*ifici* s
R ..LA · SIBI · ET · T · STAT
I FILIO

Mur. ms. et ed. 152, 2 a Brembatio; Pococke p. 120, 1, quae duo exempla sola utpote simpliciter excepta auctoritatem habent. Habent item Carli ant. 2, 66; Polesini ms.; a prioribus opinor Kandler n. 393.

Pocockius confudit cum n. 339. — 1 ..IA Bremb., ..A Poc., *stati*LIA Carli, STATILIA Pol., om. Kandl. — 2 ..ATILI Bremb., *st*ATILI Carli, ..ATTILI Poc., ATILII Kandl., ..STATILII Pol. — TAVRI rel., T · AVR · F Poc. — 3 R..LA Poc., *fi*LIA Carli Kandl., ..ONIA Bremb. Pol. — ET · T · STAT Kandl., ET · T · SIAT Poc., ETISIAT Bremb., ET · STAT Carli Pol. — 4 sic Bremb., EILICI Poc., om. reliqui. Puto superesse ex INFELICI*ssimo*.

T. Statilius Sisenna Taurus consul fuit a. p. C. 16. Cf. n. 409. 457.

333 Parentii videtur descripsisse POCOCKE; nam Parentinae sunt reliquae quibus praescripsit 'Porta ferma Istriae' appellaturque Parentii porta ea, per quam in agrum itur, *Porta di terra ferma*.

M · LVCIO · MAXIMO · VE*t*
CONIVGI · E · P · ET · *g*AIO · P
ET · AVRELIO · TITINIO · VST
ET · NSPOT · RARISS
H · M · H · N · S · IN · FRON · P · XX
IN · AG ....

Pococke p. 120, 3.

Coniectura dedi fractam supra. — 2 F · P · ST · CAIO · F traditur.

334 Parentii in hortis episcopi.

*calpur*NIA · L · F · PRISC*a*
s · P · SIBI · E*t*
..*cal*PVRNIO · PR
*adiu*D · AVG

Contuli. Habent Carli 2, 271, qui vidit a. 1750; Kandler ms. et n. 383, ubi datur supplementis non discretis.

335 Parentii in foro Marafor in fundamentis ecclesiae S. Georgii.

C · CANTIO · L · F
LEM · SEPTIMINO · EQ
PVBL · FLAM · PATRON
COLON · IVL · PARENT
CVRIAL · VETER · PAR
OMNIB · HONORIB
MVNICIPAL · FVNCTO
PRAEF · ET · PATR · COLL · FAB
PLEBS · AERE · CONLATO
L · D · D · D

Contuli. Habent Zuccolo ms.; Stancovich *anf. di Pola* p. 110 tab. 6 n. 14 (cf. *Wiener Jahrb. A. B.* 46, 54); idem *delle tre Emone* p. 14; Kandler ms. et Parenzo 1845 p. 5 et Istr. 1846, 348 et syll. n. 369, a quo pendet Arneth in actis Vind. mai. 1, 297. A prioribus Orell. 3729 cum add. Henzeni.

4 COL · VLPIAE · PARENT Stancovich pessime. — 9 PLEBS ego, *l*::RS Zucc., II VIRI Stanc., om. Kandl. — LOCO · DATO pro AERE CONLATO Kandl. male. — 10 L · D · D · D Zucc. et Stanc., recte opinor, D · D Kandl., quod emendare neglexi.

L. Cantio L. f. Lem. Septimino, eq(uo) publ(ico), flam(ini), patron(o) colon(iae) Iul(iae) Parent(ii), curial(i) veter(i) Par(enti), omnib(us) honorib(us) municipal(ibus) functo, praef(ecto) et patr(ono) coll(egii) fab(rum), plebs aere conlato. l(ocus) d(atus) d(ecreto) d(ecurionum). Qui explicant de curiali veterum Parentinorum, et peccant contra ordinem verborum sollemnem (nam Orell. 3975 aliter explicanda est) et sponte fingunt quod non facile explicetur; contra curialis vetus Parentii recte opinor dicetur qui in ea curia locum obtinet a maioribus acceptum, cum praesertim etiam concurialium vocabulum habeamus iam in titulo saeculi tertii (Henzen 6414). Vide capitis praefationem.

336 Parentii, *Notre Dame du Mont* BREMBATI. *In città non si conosce* SCHED. MUS. VIND.

CN · FLAVIO
SECVNDO · VI · VIR
CN · FLAVIVS · EROS
VI · VIR · MAGISTER
AVGVSTALIS · FECIT

Brembatius Bergomas misit Muratorio ms. et ed. 197, 5 (inde Orelli 3956); Carli apud Calogerà 28 (1743) p. 227 et ant. 2, 121, qui cum improbet Muratorii typum, vix ab eo discedit. Ex Carlio omnino Vergottin Par. p. 8; ex Vergottino (non, ut dicitur *Wiener Jahrb. A. B.* 46, 54, ex lapide) is qui misit museo Vindobonensi et Kandler n. 386.

1 GN Carli. — 2 VIXO Mur. ed. et Carli. — 3 GN Carli.

337 Parentii rep. 1839 in moenibus oppidi, nunc in atrio ecclesiae cathedralis.

D · M
SEX · FVLCINIO
SEX · F · VEL · VERO ·
DEC · PARENT
AN · XIIII · DIER · XXXVII ·
HVIC · ORDO · PIENTISSI
MVS · DEC· SVO · FVNVS · PVB ·
ET · RES · PVB · TVRIS · LIB · TRES ·
TITVLIS · PVBLICE · FERRI
VNIVERSI · CENSVERVNT
HVIC · ET · COL · FABR · TVRIS ·
MITTENDI · HABVIT · HON ·
QVI · PARENTES · SVOS ·
MISEROS · SENES · IN ·
LVCTV · RELIQVIT
PARENTES · FILIO
PIENTISSIMO · ET · SIBI
VIVI · POSVERVNT

Contuli. Kandler ms. et *espl.* n. 11 p. 7 et in Istria 1846, 329 et syll. n. 370 (inde Henzen 7177).

D(is) m(anibus). Sex. Fulcinio Sex. f. Vel. Vero, dec(urioni) Parent(i), an(norum) XIIII dier(um) XXXVII. Huic ordo pientissimus decr(eto) suo funus pub(licum) et res pub(lica) turis lib(ras) tres titulis publice ferri universi censuerunt. Huic et col(legium) fabr(um) turis mittendi habuit hon(orem). Qui parentes suos miseros senes in luctu reliquit. Parentes filio pientissimo et sibi vivi posuerunt. Quae leguntur v. 6 sq. excerpta omnino ex decreto decurionum paullo impedita sunt utpote breviata; hoc voluit qui scripsit decuriones defuncto decrevisse funus publicum, item decrevisse, ut rei publicae nomine turis librae tres in funere ferrentur nomine rei publicae in titulis expresso, consensisse autem de his decretis universos.

338 Parentii in hortis episcopi.

GAVILL
VIVA · F
GAVILLIA*e*
ET · GAVILLI*ae*
SORORIBVS *et a. gavillio*
A · L · ADELPHO *fratre*
AVGVSTALI
ET · GAVILLIAE

Contuli. Carli 2, 272, qui vidit a. 1750, sed dedit imperfectam; Kandler ms. at n. 391.

339 Parentii in fenestra BREMB. *in casa del Polo* CARLI. Extare negat qui Parentina misit museo Vindobonensi WIENER JAHRB. *A. B.* 46 (1829) p. 54. — Porta ferma Istriae POCOCKE errore solito.

M · SEMPRONI
SVCCESSINI · EQ · R
M · SEMPRONIVS

Mur. ms. et ed. 851, 3 a Brembatio; Pococke p. 120, 1; Carli apud Calogerà 28 (1743) p. 228 et ant. 2, 74. A prioribus omnino Vergottin Parenzo p. 8 et Kandler n. 392.

Pococke male confudit cum n. 332. — D M praem. Mur. ed. et Carli. — 1 SEPRONI Bremb. ms., SEMPRONIO Carli (Calog.). — 2 SVCESSINI Carli (Calog.), SVCCESSI/NI Carli (ant.).

340 apud Parentum ad Portam PARM. *alla porta di terra* KANDL. in atrio eccl. cath. EGO.

C · SERVILIVS · PANSAE · L · TYCHIVS
VI · VIR · SIBI · ET · SVIS · P
SERVILIA ... CI ·

Descripsi. Exhibet cod. Parmensis Cyriacanus f. 58', unde in nullam aliam syllogen antiquam titulum transiisse mirum est. Ex lapide rursus Io. Bembus, adnotans descripsisse se 1526 die 19 Maii; Temanza architectus Venetus in syll. ms., quam servat seminarium Patavinum; Mur. ms. et 745, 6 duobus exemplis, Francisci Brembati et Petri Franc. Manettii; Pococke p. 120 n. 2; Carli Calogerà 28, 228, ant. 2, 121; Vergottin Parenzo p. 8; sched. musei Vindobon.; Oplanich in epistula ad Ortium a. 1845; Kandler n. 394.

Cyriacus ut ego, sed finit in SVIS. Bembus item ut ego, sed om. 2 extr. P· et ex 3 non habet nisi SERV.... Reliquorum errores enumerare nihil attinet.

341 a Parentio m. p. c. $2^1/_2$, rep. *nei campi detti Prine presso la località Cimareto alle falde del Monte di S. Marco.*

VIA · PVB
LAT · P · XX

Kandler, cui misit Franc. Bradamante, in Istria 1852, 81 et in syll. n. 371.

342 prope Parentium in parva ecclesia S. Marci.

P · A
AI
C N
M
VIX

De Franceschi misit Kandlero.

343 Parentii *nel basamento di casa privata al campo detto Predol.*

D · M
ABL · PORTVNA
TAE · CONIVGI
SANCTISSIMAE · IVNI
APRIO · VIVVS · FECIT
ET · SIBI · POSTERISQ
SVORVM

Kandler, qui vidit, ms. et in Istria 1846, 105 et syll. n. 378.

344 (Parentii) in pavimento lithostroto antiqui templi.

M · BALBIVS · P · F

Cyriacus cod. Parm. f. 58'.

345 Parentii ad moenia oppidi.

D · M
C · CALED · C · L
SATIV. . . . . IO
CALC. . . . . DRESSIV
NIS · T CALED · M . . . .
XIM · H . . CIENSS . . . .
INIH . . . . HERES
BASSO . . . . SER

Carli 2, 106; Kandler n. 382, citans schedas saec. XVIII; Polesini ms. ex schedis Negri, omnes omnino eodem exemplo.

5 fin. MA, 6 H C CIENSS Poles.

346 Parentii *presso gli avanzi del tempio di Nettuno* BREMB.; in moenibus CARLI; *nelle mura dietro Marafor* KANDL.

IAMI · L · CLADVS
*in ag*R · PED · LXXX

Brembati ms. inter Muratoriana; Carli 2, 106. 272; Kandler n. 377 ex schedis saec. XVIII; eidem misit de Franceschi.

1 sic Carli, IAMI·L Kandl., LAVI·T·L Franc., ⊦I///IL· Bremb. — 2 R > . . . PFD Carli.

347 Parentii in hortis episcopi CARLI; in muro hortorum episcopi VINDOB. Hodie desideratur.

*e*PISIDI · AVGV
AEBIVS · ABASC
NTV///S///FABI

Carli ant. 2, 133; Vergottin Parenzo p. 10 (a quo pendent sched. mus. Vind., cf. *Wiener Jahrb. A. B.* 46, 54); Polesini ms. A prioribus omnino Kandler n. 365.

1 emendavi ex n. 348; IPISIDI Verg. Vind., ...PISIDI Pol., ...ISIDI Carli. — AVG Verg. Vind. — 2 ÆDIVS Verg. Vind. — 3 sic Carl. Pol., NTV... S . FABI Verg. Vind.

348 Parentii in turri campanaria.

SIDI ...
*u*XORI · SVAE · EPISI *dius*
L · F · TERTIAE

Descripsi. Ed. Carli 2, 272 cum alia confusam; Kandler n. 380; Polesini descripsit.

349 'Porta ferma Istriae' POCOCKE; cf. n. 333.

V · F
C · FABIVS · CLARVS
IN · FRON · P · XII · I · A

Pococke p. 120, 4, ubi adhaesit initio notula 'Lucerna antiqua'.

350 Parentii, in Predol, *murata ad uso di erta in una casa.*

*aug*VSTI
*se*RVO
O
*fortu*NATV
S

De Franceschi et alter quidam amicus miserunt Kandlero.

351 Parentii ad aedem q. d. Martis.

GAVIL
SALVI

Kandler ms.

352 evanida, rep. a. 1843 extra Parentium ad campum Martium.

L·TA·GENIALIS
CORNELIEIA
VXORI
P·XXX·IN·AG·P·X

Kandler ms. et syll. n. 396: '*rinvenuta a frammenti*'.

353 Parentii in turris campanaria.

IVS·L·P·GRATVS

Descripsi. Ed. Carli 2, 272 cum alio fr. confusam; Kandler n. 379; Polesini ms.

354 extra Parentium.

MATIANIAE·C//////
KARISSIMAE·O

Bembus f. 147, adnotans: 'n lapide descripsit Ioann. Bembus'.

355 *villa di Maggia presso di Cervara* in aedibus rusticis mensae loco.

P·MODIVS
CELER
SIBI·ET·MODI
AE·CYBELEN
5 LIBERTAS·SVA

Kandler ms. bis et in Istr. 1846, 254 et in syll. n. 388; Polesini ms.

2 fin. V·F addit syll. — 3. 4 sic ms. 1 et fere syll., MODI|AE CYRENEN ms. 2, MODIAE CIBELE Istr. et Pol. — 5 sic ms. 1, LIBERTAS·SVAS Istr. syll. Pol., LIBERTVS·VI ms. 2.

356 prope Parentium rep., *campagna Privileggi, ove era la chiesa scomparsa di S. Martino.*

D · M
protome cum face inversa OPPIAE·A·P·SABINAE FRATRES *protome cum face inversa*

De Franceschi misit Kandlero.

357 Parentii rep. ad moenia oppidi mare versus WIENER JAHRB. extat muro inserta iuxta basilicam.

T·POMPONIVS·T·F·MAXIMVS
F·POMPONIVS·T·F·CONST
POMPONIVS·T·F·CELER
FECERE

Contuli. Habent Stancovich *anf. di Pola* p. 129 tab. 6 n. 16; schedae musei Vindob. (inde *Wiener Jahrb. A. B.* 46, 54); Iob. Oplanich in epistula ad Ortium a. 1843; Kandler syll. n. 375.

358 Parentii ad ecclesiam S. Margarethae CARLI. Nunc in atrio ecclesiae cathedralis.

SEPTIMIA
M·LIB·MYRTS
VI·F·SIBI·E
L·TITIDIO
5 OLYM·O·CONVGI
KARISSIMO
E·L·TITIDIO
MAXIMO·F

Contuli. Habent Carli ant. 2, 105; Oplanich in epistula ad Ortium a. 1843; Kandler App. 1862 n. 844.

2 [Est M inversum; significatur ita *mu(lieris) lib(ertus)*. HUEBNER.]

359 Parentii non longe ab urbe in templo S. Mariae de Monte.

TVSSIDIA·STORGE
VIVA·F·SIBI

Sanutus f. 253.
Versuum divisio incerta.

360 prope Parentium in via Cerveram versus ad eccl. S. Martini reperta a marchione Benedicto Polesini.

OLCINIA PIR
CVNDA

Kandler ms. et in Istria 1847, 58 et in syll. n. 398.
Sic Kandler ms.; VOLCINIA et SECVNDA ed.

361 Parentii rep. intra moenia, extat in hortis marchionis Polesini.

M
INFELICISSIMAE
AE VIXIT ANN XIIII

Contuli. Kandler n. 387.

362 Parentii in hortis marchionis Polesini.

FRONT · PED

Descripsi. Habent Brembati in schedis Muratorianis et de Franceschi in Kandlerianis.

363 Parentii.

NIAI
IAT
ER

Kandler n. 399.

364 Parentii in monasterio S. Francisci.

RA·DE
ELEDEISV

De Franceschi misit Kandlero.

365—367 (Parentii) in pavimento lithostroto antiqui templi.

365 FAVSTA·INLVSTRIS·FEM·CVM·SVIS·FECERVNT·PEDES·L

366 CLAVDIA RELIGIOSA·FEM·CVM·NEPTS·SVA·HONORIA
PRO·VOTO·SVO·FECERVNT·PD·CX

367 BASILIA·RELGIOSA·FEMENA·CVM·SVIS·FEC·PD·XC

Cyriacus cod. Parm. f. 38', unde unus edidit Ortius *ill. di tre medaglie inedite* (Veronae 1827. 8) p. 11.
Versuum divisio nulla. — In n. 365 pro INLVSTRIS in ipso codice emendatur ILLVSTRIS.

VI. *Abrega.*

Apparet in his partibus Caesares praedia habuisse et dispensatorem eorum cum adiutoribus suis sedem collocavisse Abregae.

368 Abriga Pataviam in aedes suas transtulit Tommasinius ons. *Gli anni addietro nella punta d'Abriga furono ricavati quattro marmo sepolcrali, ch'io comprai e mandai a Padova* TOMMASINIUS. Postea Rovigii apud Silvestrium. Hodie pars inferior exstat in museo Veronensi n. 416.

D · M
M · AVREL
AMAN
...III CRESCE
NS ADIVT
TABVL · ET
AVREL · SAB
NA · PARENT
PIENTES · FIL
FECERVNT

Descripsi. Orsato 1652 p. 237, qui in tabula expressit (inde Reines. 9, 5; Carli 2, 255), ad quem ablegat ipse Tommasinus Istr. p. 406 inscriptionem non afferens; Silvestri Giavenale p. 240, qui in tabula expressit; Maffei M. V. 129, 3; Furlanetto lap. Pat. p. 222 n. 216; Kandler n. 432 a prioribus.

369 rep. 3 Mart. 1866 *sull' alto e sull' estremità della punta di Abrega detta anche punta di dente.*

D M
CLABO
CAESAris N Sle
ADIVTori tABVLar
VBSA · CAESARIS e
SERVA
CONIVGI · Bene
MERENTi
ET · SIBI

Kandler ms. ab amico.

370 litteris rudibus. Abriga transtulit Patavium Tommasinus ons. Postea Rovigii apud Silvestrium, hodie Veronae in museo n. 419.

D · M
PARTHENO
PEO · AVG ·
DISP VESNE
FESTA CON
IVNCX · ET
MERCVRI
ALIS · VIR
EIVS · B · M
FECRVNT *sic*

Contuli. Habent Orsato 1652 p. 237 qui in tabula expressit (inde Reines. 9, 32; Fabrett. 295, 255; Carli 2. 124. 296), ad quem ablegat ipse Tommasinius Istr. p. 406 (v. n. 368); Silvestri Giuvenale p. 468; Maffei M. V. 130, 6; Furlanetto lap. Pat. p. 215 n. 210; Kandler n. 429.

371 *in Abriga già pochi anni fu cavata arando li campi e fu portata a Torre; la comprai e mandai a Padova* TOMMASINI. Deinde Rovigii apud Silvestrium, nunc Veronae in museo n. 420.

D · M
IANVARIAE
MATRI · PIEN
TISSIMAE
IANVRIVS · AVG *sic*
N · ADIVT · TABVL
F C

Contuli Veronae. Habent Orsato 1652 p. 237 qui in tabula expressit (inde Reines. 9, 29; Fabrett. 345, 2; Carli 2, 254); Tommasini Istr. ms. p. 570, ed. p. 406, citans Ursatum; Silvestri Giuvenale p. 240 qui in tabula expressit; Mur. 905, 4 ex schedis suis; Maffei M. V. 129, 4; Furlanetto lap. Pat. p. 247 n. 256; Kandler n. 434.

372 Abregae rep. cum n. 369.

...VC...
...NVSCA
DISPENS
INRESANCBMI

Kandler ms. ab amico.

4 tertiam litteram R potius quam N, nonam B potius quam R, denique post M litteram I etiam haberi posse pro signo ornamenti causa adiecto descriptor adnotavit.

373 litteris alte incisis, sed barbaris. Abriga transtulit Tommasinius Pataviam in aedes suas ORS. Postea Rovigii apud Silvestrium. Nunc in museo Veronensi n. 371.

D M
DONAT·
CONIVG
DORCS
FECIT

Contuli. Habent Orsato 1652 p. 237 (cf. p. 243) qui in tabula expressit (inde Reines. 14, 61; Mur. 1337, 15; Carli 2, 254), quo ablegat ipse Tommasinius in Istr. p. 406 (v. n. 368); Silvestri *Giuvenale* p. 468; Maffei M. V. 154, 6; Furlanetto lap. Pat. p. 307 n. 354; Kandler n. 428.

VII. NEAPOLIS (*Cittanuova*).

Ravennas geographus, quem in Histria apparet tabulam ante oculos habuisse Peutingeranam nostra et pleniorem multo et emendatiorem, solas ex antiquis memorat oppidam quod nunc est *Cittanuova* ter (4, 30. 31. 5, 14) et suo quidem loco, scilicet inter Humagum et Parentium. Dicitur autem ab eo *Neapolis;* nec licebit opinor eam appellationem referre ad epocham imperatorum Byzantiorum, cum in Histria Ravennas non videatur adhibuisse auctorem ullam aetatis nequioris, sed quantum apparet mere enarret tabulam geographicam aetatis Severianae eam, quam perpetuam ducem sibi sumpsit. Contra nomen quod medio aevo obtinuit Emonae licet satis vetustam videntur et litterarum renascentium epocham longe superest, tamen ad Romanam aetatem nequaquam referri potest, quae non novit nisi unam Emonam, scilicet Lubianensem. Cuius episcopi num inter barbarorum migrationes antiqua sede expulsi in Histriae oram confugerint et antiquum nomen novae sedi imposuerint, videant ad quos ea res pertinet. Ego ne hoc quidem definio, utrum Neapolis haec Romana aetate suam rem publicam habuerit an Tergestinorum territoriam eo usque pervenerit; tribus certe Tergestinorum Pupinia iam in hisce partibus videtur regnare, cum infra Quietum fluvium raro reperiatur (cf. n. 322), et alia quoque municipalia, quae in hisce titulis commemorantur, ut *coloni* n. 376, *aedilicia potestate* n. 377, *servir* condicionis non libertinae n. 378, recte explicabuntur, ubi ponas Neapolim vicum fuisse cum Tergeste contributum.

374 Cittanuova in ecclesiae maximae aede subterranea.

TVM
FL VaSICINO
CENT • STABVLI
D M AVRELIA SVE
PIA CONIVX AM
ANTISsimo aT
QVE CArissimO
CONIugi fecIT

Contuli. Ed. Kandler ms. et *expl.* n. 5 p. 5 et in Istria 1847, 231 et syll. n. 438.

6. 7. 8 quae minusculis dedi, obtecta hodie latent et desunt etiam apud Kandlerum *expl.*, quamquam in edd. posterioribus dantur tamquam ex lapide.

Titulus admodum obscurus sic fere videtur explicari posse: *tum(ulum) Fl(avio) Vasicino, cent(enario) stabuli, d(evotae?) m(emoriae?), Aurelia Suefia coniux amantis[simo a]tque ca[rissim]o coni[ugi f]ecit.* Notarum v. 1. 4 explicatio (quarum illam proposuit Huebnerus) quam sit incerta, periti intellegent, etsi similiter notari *devotae memoriae virum* satis declaravit Marinius pap. C p. 200). Possis temptare etiam *d(o)m(inici)*. Centenarium stabuli malui ponere quam centurionem stabuli, quamquam haud ignarus non plane similem esse *ducenarium principem stabuli dominici* (Orelli 3357). Magis etiam distant *tribuni* sive *comites sacri stabuli* viri clarissimi qui inveniuntur apud Ammianum et in legibus saeculi quinti (cf. Gothofred. ad C. Th. 6, 13, 1), non diversi ii a praepositis gregum et stabulorum, quos Notitia Orientis c. 13 ponit sub comite rerum privatarum.

375 Cittanuova *in piazza nel parapetto* TOMM. Extat in parte exteriore ecclesiae maximae.

C • TOCERNI • MAXIMIANI • MIL
LEG • II • ITAL • STIPENDIOR • V • LIBR
COS • ANNOR • XXIII • MENSI
VM • VIII • DIER • VI • C • TOCERNI
VS • HERMEROS • PATER • FILIO
KARISSIMO •

Contuli. Habent Sanutus f. 254' = 255'; Tommasini Istr. ms. p. 270. ed. p. 188; Donius cod. Vat. 7113 f. 44 a Menestrierio; Spon. p. 260 ex schedis Fabrettii et Fabrettius 212, 535; Ioh. Matth. Madrucci in epistula ms. ad Sert. Ursatum a. 1670 et inde Ursatus *marmi erud.* 1719 p. 66 (ex Ursato Carli ant. 2, 258); Calogerà in ep. ms. ad Muratorium d. 25 Iun. 1737; Temanza in syll. ms., quam servat seminarium Patavinum; Pococke p. 120. 1; Kandler ms. et syll. n. 423.

376 *ne' contorni di Cittanuova ultimamente disotterrata, ricuperata da Monsignor Negri* [qui fuit episcopus Parentinus] CARLI (1788). *Non sappiamo ove ora si trovi; troviamo notato nelle memorie nostre, che fosse rinvenuta in S. Lorenzo, ma non possiamo dire da dove traessimo questa notizia* KANDLER.

COLONIS • INCOLIS
PEREGRINIS
LAVANDIS • GRATIS
D • D • P • P • P

Carli ant. 1, 225, a quo pendent posteriores: Kandler *expl.* n. 12 p. 5, Istr. 1848, 279, syll. n. 416 (ubi male dicit visam esse Tommasinio); Henzen 6985, qui sumpsit ex Stancovichio.

4 fortasse *d(ecreto) d(ecurionum) p(ecunia) p(ublica) p(ositum?)*

377 Cittanuova in ecclesiae maximae aede subterranea.

M • PLOTIVS
M • F • PVP • AE•
POTesTaTE • F • P
SIBI • ET • vxorI
VOLVsTILIAE
M • F • PRISCAE

Contuli. Kandler ms. et *expl.* n. 5 p. 7 et in Istria 1847, 231 et syll. n. 421.

3. 4. 5 quae dantur inclinatis, hodie latent sub columna superposita nec habet ea Kandler *expl.* (nisi quod ibi est v. 3 POTI • S VF, v. 5 VOLVN), habet in reliquis exemplis.

378 Cittanuova in crypta eccl. maximae. — Inter Aquileienses refert CAPOR.

P • VALERIO • L • F • PVP
IIIIVIR • CONIVGI
P • VALERIO • P • F • PVP
TIRONI FILIO
VOLVNTILIA • PAVLLA

Descripsi. Exhibent Sanutus ms. f. 254'. 255'; Tommasini Istr. ms. p. 270, ed. p. 187; Don. cod. Vat. 7113 f. 44. ed. 5, 181 non ex sched. Vaticanis, sed a Menestrierio; Capodaglio n. 119 (inde Bertoli p. 419 n. 605) ex schedis antiquis; Madruccius in epistula ms. ad Ursatum a. 1670 et inde Orsato marmi erud. 1719 p. 73; Mur. 753, 6 ex Ursato et Donio; eidem misit Calogerà in epistula ms. d. 25 Iun. 1737; Carli *antich. di Capodistria* Calogerà 28 (1743) p. 204; Zuccolo ms.; Kandler n. 420.

1. 3 PVB Sanutus ex interpolatione. — 6 vestigia haec enotavit Zuccolo solus.

379 Emoniae REIN. Emoniae in platea SIED. GAMM. In Civitate Nova Histriae in aede cathedrali BELL. f. 38' ibidemque adhuc extat. — Inter Iustinopolitanas LILIUS MARULUS; sine loco post Aquileienses eccl. S. Felicis SANUTUS f. 44; Aquileiae in S. Felicis in pavimento altaris maioris BELLON. f. 69', Patavii MUR. 1144; Romae in St. Apostolorum REINES., male omnes.

L • CALPVRNIVs
CVPITVS • V • F •
SIBE • ET •
L • CALPVRNIO
DEXTRO • F
AN • XVIII • ET •
CALPVRNIAE • SP • F
PROCVLAE • VXO

Descripsi. Tergestini Antiqui exemplum proponunt Redianus liber f. 145, ubi haec postea adiecta est (inde Gud. ind. p. CIII); Sieder n. 23; Gammarus f. 164; Lilius f. 154 (inde Reines. 14, 36 a Langermannianis); Marulus n. 89; Bellonus f. 36'. Indidem pendent qui ponunt Aquileiae idem Bellonus f. 69 Aquil. n. 38 (inde Mur. 1318, 1 a Bertolio et Bertoli p. 248 n. 336); Sanutus f. 44 Aquil. n. 50; Vat. 5250 f. 54 Aquil. n. 94. Aliunde Sanutus f. 254. 255 inter Istriana; Valvason ms. inter Muratoriana; Tommasini Istr. ms. p. 271, ed. p. 188; Donius cod. Vat. 7113 p. 44, ed. 10, 80, cui misit Menestrier; Malvasia 22 ex schedis Fabrettii, cui miserat episcopus Pharensis; Madrucci in epistula ms. a. 1670 ad Orsatum et inde Orsato marmi erud. 1719 p. 85 (inde Mur. 1144, 11); Calogerà in epistula ms. d. 25 Iun. 1737 ad Muratorium; Pococke p. 120, 2; Temanza in syll. ms., quam servat seminarium Patavinum; Carli 2, 258 ex Ursato et Donio; Furlanetto lap. Pat. p. 224 n. 220 a prioribus; Kandler n. 422.

Vv. ordinem verum servat ex antiquis Gammarus.

380 Cittanuova in coemeterio.

CALPVRNIORVM

Kandler n. 447 non ex Tommasinio, ut ait, sed opinor ex schedis iisdem, unde eiusdem Tommasinii nomine male praescripto dedit titulum vere extantem Neostadii prope Vindobonam (Apian. 404, 1), tamquam esset Cittanovanus Histriae. Hic vide an profectus sit ex n. 379 memoriter relato.

381 Cittanuova in ecclesiae maximae aede subterranea.

C CLEPIVS TE P P
SENECIO • V • F • SIBI • ET
T • CLEPIO • TOMM • PAT
CLEPIAE • SP • F • MENDAE
C ... ECVNDAE
R ... ROLI • F •
TE ... BENNAE
ET • SIQVIS • MEORVM • NOMINE
CLEPIVS • ERIT • EI • LOCM • HVMAN
DOSTEM • LOCVM • OSIBVS • PONVNDS *sic*

haec latent sub columna superposita

Contuli. Habet Kandler ms. et in Istria 1847, 231 et in syll. n. 419.

1 fin. vestigium litterae V hodie nullum cernitur: fuerit PVP.

382 Cittannova *nel campanile della cattedrale in una parte della finestra che guarda borea con lettere quasi consumate* TOMMASINI. Ibidem adhuc.

D M
DIONTSIVS
PLS · POT
PARMYTHO
NEPOTI · SVO
sic AN · M · X · D · XI
INNOCSNTIS
SIMO · P · C

Contuli. Habet Tommasini Istr. ms. p. 271, ed. p. 189, a quo pendent Madrucci in ep. ad Ursatum a. 1670 et inde Ursatus *marm. erud.* 1719 p. 89 et Carli 2, 293 ex Ursato et Kandler syll. n. 436. Alterum exemplum ex lapide exceptum habui Zuccoli in schedis, tertium Kandleri item in schedis.

D·M praemittunt omnes excepto me et Tommasinio ms. — 3 sic ego, sed dubitans de litteris prima et tertia; ILI·POL Zucc., ILL//PO Kandl., FILIO·SOT Tomm., FILIO... SOT... Madr.

383 Cittanuova *in uno scalino appresso la cisterna del vescovato, da dove l'ho cavata e posta a Padova nella nostra casa al Ponte d'Ota* TOMMASINI. Deinde Rovigii apud com. Camillum Silvestrium SILV. In museum Veronense non pervenit cum reliquis Silvestrianis.

PSLIX · SST
HIC · SITVS
MAECIA · C · P
TERTIA
POSIT

Tommasini Istr. ms. p. 272, ed. p. 189, a quo pendent Ursatus mon. Pat. 1652 p. 238 (inde Reines. 16, 19) et Madrucci in ep. ad Ursatum a. 1670 (inde Ursatus marm. erud. 1719 p. 82); deinde ex lapide Car. Silvestri apud Calogerà vol. 8 (1733) p. 299 et Cam. Silvestri in comm. ad Iuvenalem p. 66 (inde Mur. 1462, 14). A prioribus Carli ant. 2, 253; Furlanetto lap. Pat. p. 283 n. 312; Kandler n. 427.

3 MAERCIA Tomm., Urs. 1632 (non 1719), Madrucci.

384 lapis magnus bene scriptus. *Scoperta a S. Giovanni di Corneto o della Cornetta, nell' agro Cittanovese, ora dinanzi la chiesa parochiale di S. Lorenzo di Daila* KANDLER. Nunc ex dono Ludovici de Franceschi Seghetini Tergeste in museo.

C · PLOTIVS
M · F · PVP

L · M · IN · FRONT
P · L · IN · AGR · P · L

Descripsi. Kandler ms. et *expl.* n. 5 p. 7, n. 10 p. 6 et syll. n. 437.

385 Cittanuova CALOGERÀ *in casa Righi* URS. In Istria DON. Nunc Catai in museo Obiziano. — Polae POC. errore.

SEX · POM
PEI · VEN
GRAN ·
SEREN
CONIVG
ET · POMP
VSRAE
V · FIL · F

Descripsi Catai. Cittanovae exceptam dederunt Donius cod. Vat. 7113 f. 44 inter Mecestrieriana, item cod. Barb. 34, 73 p. 127, ubi non annuntiatur auctor; Ursatus *marm. erud.* 1719 p. 93 (inde Carli ant. 2, 47 et Kandler n. 431); Calogerà in epistula ms. ad Muratorium d. 25 Iun. 1737 et apud Mur. 1390, 11; Poencke p. 120, 9. Catai descriptam proponit Furlanetto lap. Pat. p. 284 n. 314 collato Cavedonia *Bullett. dell' Inst.* 1848, 106.

386 *lettere non molto imperfette, Cittanuova nella finestra del fabbro nell' ingresso della città* TOMM.

M · POMPON
THEVDAT · T
SICCAI · P · V
VXOR
SVIS · V

Tommasini Istr. ms. p. 272, ed. p. 189, a quo pendent Madrucci in ep. ad Ursatum a. 1670 (inde Ursatus *marmi erud.* 1719 p. 90; Carli ant. 2, 294 ex Ursato) et Kandler syll. n. 433.

387 Cittanuova al *Belvedere*.

SEVERV
ASSLLIO
PROMAAE

Contuli. Ed. Kandler n. 426.

388 Cittanuova fragmenta tria eiusdem lapidis, in aedibus pro limine et portae stipitibus.

II	PIO	IVS
C	P · P	II · I
I	PIA	MEN
O	RI · V	SSII · ET
I	DIO	P · CR
	PA	RI
	DIAF	P · L · M

Contuli tertium fragmentum. Habet Kandler ms. et ed. 441. 442. 443 = 445.

II, 4 TI·V Kandl. ed. — Tertium fragmentum plenius datur apud Kandlerum n. 443, cum pars hodie lateat sub calce; quae non vidi, dedi inclinatis.

VIII. *Valles Quieti fluvii et Montonensis.*

Ab utraque ripa Quieti fluvii in vallibus Quieti et Montonensi regionibusque quae adiacent tituli reperti sunt infra propositi numero sane pauci, sed argumenti mere privati, ut antiquam harum terrarum condicionem parum illustrent. Tribus adest in una n. 413 Pupinia. Apud auctores autem antiquos qui supersunt de iis locis nihil omnino reperies relatum, nisi quod huc videtur pertinere *Ningum* statio in itinerario Antoniniano p. 271 collocata inter Parentium et Tergeste, ut ab illo distet m. p. XVIII, ab hoc m. p. XXVIII. Quae mensurae cum ducant fere ad Quietam, accedit Ravennas, apud quem inter fluvios Histriae post Risanum et Dragognam ante Arsiam ponitur *Nengone* dictus omnino cum Ningo illo componendus, ut hic videamur nobis tenere antiquum nomen Quieti. Ceterum vetustam Graecorum fabulam, quam referunt Scylax c. 20 et plerique alii, Histrum fluvium influere etiam in Hadriaticum, ut haec eius ostia opposita sint ostiis Padi, non ad Quietum spectare, quod hodie quoque multi volunt, sed ad Timavum dudum docuit Cluverius (Ital. ant. p. 208).

389 *fra Lanza a Cucaz di Villanuova* [ad Parentium, opinor], *ove dicono fosse città*.

LOT
CNF

Kandler ms.

390 *fra Lanza e Cucaz di Villanuova* [ad Parentium, opinor], *ove dicono fosse città*.

O · C

Kandler ms.

391 *cavata in Marsovil, esiste a Visignano nella chiesa di S. Rasо, pietra di acqua santa.*

OB·IVNI·OPTATVI·TAE·AV·NI·
NAE·SDI·V·S·L·M

Tommasini Istr. ms. p. 584, ed. p. 416.
2 IDI pro SDI ed.

---

392 Bisignanae in Histria.

traditur:	*restitue:*
D · M	D · M
I BLASSIO	L · BLASSIO
RVSTICO	RVSTICO
A XIII M VI D	A·XIII·M·VI·D...
BLAESIA · ANE	BLAESIA·ANE...
ET · I · RIMIGL	ET·PRIMIGENIVE
PAB·IN	PAR·INFELIC

Mar. ms. fasc. 21, 231 (inde male ed. 1142, 6) ab anonymo.

---

393 Visignani in pariete aedium Laurentii de Cleva TOMM. in aedibus privatis in via ad ecclesiam VINDOB.

D M
CORNELIAE
SECVNDINE·A
N·XL·ET·COMIN
IO·OPTATO·PA
OPTATVS · IVN
IOR·PATRE·VIVo
F · P·P

Tommasini Istr. ms. p. 583, ed. p. 416; Ap. Zeno, cui dedit Antonius Cornaro praefectus S. Laurentii, misit a. 1700 Fontaninio, a. 1705 Muratorio (*lettere* 1, 89. 340; Mur. ms. et 1252, 2); Carli 2, 309, cui misit marchio Io. Paulus Polesini (inde Kandler n. 385); schedae musei Vindob. (inde citatur *Wiener Jahrb. A. B.* 46, 54).

Vv. non recte dividunt Tomm. Vind. — 3 SECVNDINAE Carli. — 4 S · I pro ET Tomm. — 5 PA om. Carli in hiatu. — 6 OPTATVI Tomm. (ms.) — 7 PATAI Vind.

Ex antiqua sylloge pendent Redianus f. 144' Terg. n. 27; Valvassonius n. 7; Sanutus f. 146 Terg. n. 16; Sieder n. 8; Gammarus fol. Trev. 1; Lilius f. 152' (inde Reines. 13, 22 ex Langermannianis; ex Reinesio della Croce p. 164. 211; Carli 2, 286; Kandler n. 74); Bembus f. 55. Denuo ex lapide Manutius cod. Vat. 5237 f. 82, item diverse cod. 5248 p. 21.

De anaglyphis monet Manutius solus cod. 5237, ad cuius duo exempla et Valv. Gamm. Lilium Bembum vv. disposui. — 2 F om. San. — 3 L· om. Man. 5237. — RVFII Man. 5237, RVFI·F Antiqui et Man. 5248. — 5 PAPLINAE Valv., PAPLIANIAE Gamm., PAPINIAE Man. 5248. — POLLAE Bemb., POLIAE Red. Valv. San. Man. 5248, PLOLIAE Gamm. Sied. Lil., POLIN Manut. 5237. — 7 lacunam nemo notavit. — 9 CORNELIE San. — F om. Man. 5237. — SECONDAE Valv., S·LCVNDAE Man. 5237. — 10. 11 om. Man. 5237. — 11 SECONIAE Sied. Gamm. Lil., RACCONCIAE (?) Valv. — TERTVLIAE Red. San. Sied. Gamm. Lil. — 13 L· om. Man. 5237. — C·F· Sied. Gamm. Lil. — FANORI||CONIVGI|| (om. V) Man. 5237. — 16 TERCIAE Valv. — 17 AVGVRINA Man. 5237, AVGVRINE San., AVGVRIANAE Valv.

498 Capodistriae rep. 1782.

D · M
CELOTIS
NEVOLA
MATER

Cortenovis ms. p. 43.

499 Capodistriae *nel muro del vescovato che guarda in orto* TOMMASINI similiterque CARLI.

L · HERE
FVF · I
V · F · S
ET · L · FV
PRIS

Duo exempla extant Tommasini Istr. ms. p. 477, ed. p. 332 et Carlii apud Mur. ms. et apud Calogerà 28 (1743) p. 207 et ant. 2, 61 (inde Kandler n. 465).

V. 2. 2. 5 singulas litteras extremas om. Tomm.

500 arca male scripta. Iustinopoli apud portas omnium sanctorum in quadam arca sive sepulcro SIEDER GAMM. *Al presente serve di contorno di pozzo nella piazza d'Ogni Santi* CARLI. Nunc ibidem in foro *alla loggia*. — Inter Tergestinas LIL. SAN., Tergeste RED., sed in serie suburbanarum. Inter Aquileienses, sed in serie Histricarum CAPODAGLIO.

C · LORENTIVS
TESIFON · VIBVS
POSVIT · SIBI

Descripsi. Exhibent ex antiquis Felicianus (Marc. n. 22 melius quam Ver. n. 26); Redianus f. 144 n. 22 (inde Gud. 324, 13); Sanutus f. 147 Terg. n. 21; Valvassonius n. 16; Sieder n. 24 (inde Mur. 1702, 10 ex schedis suis); Gammarus f. 164; Capodaglio n. 144 (inde Turrius p. 297 et Bertoli p. 239 n. 212) ex ms. antiquo. Denuo ex lapide Carli apud Calogerà racc. 28 (1743) p. 276 et apud Mur. ms. et ed. 2092, 11 et in ant. 2, 290; Kandler n. 458.

Vv. recte dividunt Sieder Gamm. Lil. Capod. Carl. Kandl.

501 tabula ahenea nuper rep. Capodistriae ZEN. (1741); rep. ante annos c. L Arioli prope Capodistriam in fundo Ingaldei CARLI (1783). Nunc in museo Vindobonensi.

MAGAPLINA · MAT ·
AGAPLINA · TERTIAE · LIB
MAGAPLINA · TERTIAE · AN
IRIA
GAPLINA · RAECI · F · AN · L
MA · F · AN · X
VS MAXIMAE FILIAE · F AN
MAGAPLINVS · N
RCELLAE · LIB ·
MAGAPLINVS ·
RCELLAE · LIB ·
AGAPLINA V
VHAE TIB

Descripsit ad ectypum Ritschl. Commemorat Zeno (*lett.* 6, 121) in epistula ad Gravisium a. 1741; ed. Carli ant. 2, 96 (inde Kandler n. 493) et Sacken et Kenner *Wiener Münz- und Antikenkabinet* p. 126.

Variam lectionem dabo Ritschelii et Sackeni. — 3 fin. A... Ritschl. — 7 fin. FAN Ritschl. — 8 fin. A Sacken. — 12 AGAPLINA Sacken. — V om. Ritschl.

502 Capodistriae URS. — Aemoniae MUR. errore.

L·PASILLIO·PLAV
TIAS·TERTVLLAS
///SEAI·F MEREN
VI·POSVIT

Ursatus *marmi erud.* 1719 p. 156, cui misit Franc. Zeno episcopus Capodistriae (inde Mur. 1198, 1; Carli apud Calogerà vol. 28 p. 279, ant. 2, 256; Kandler n. 470 qui corrupit).

---

503 Capodistriae OTT. *nella chiesa parrocchiale di Monte territorio di Capodistria* CARLI (ant.). — Belluni MUR. errore.

P · SARDIVS
P·L·PRVDENS
V · F

Ursatus *marmi erud.* 1719 p. 156, cui misit Franc. Zeno episcopus Capodistriae (inde Mur. 1740, 15), eodemque exemplo usus Carli apud Calogerà 28 p. 269 et ant. 2, 102 (inde Kandler ms. et n. 471); Loser misit Kandlero a. 1861.

2 PRVDENS priores et Loser, PVDSNS Kandler. — Loser notat in lapide postea adiectum cerni 1222 anni numerum, item verba haec litteris exilibus V·SALONS·· A || CONSER· || ATO.

---

504 Iustinopoli in quadam columna AUG. Iustinopoli FELIC. MARVL. VAT. 5250. Iustinopoli in quadam domo apud plateam in quadam arca SIEDER GAMM. APIAN. Inter Tergestinas, sed in serie suburbanarum RED. LIL. Capodistriae in episcopio pro vasculo oleario TONN. CARLI. — Vadini [voluit Nadini] BEMBUS. Inter inscriptiones Wurtembergicas cum rettulisset APIANUS, Istringeni Wurtembergiae posuit LAZIUS p. 1085. Inter Aquileienses, in serie tamen Histricarum, posuerunt CAPODAGLIO et ex eo TURRIUS; in insula Gradi ex nota Turrii male intellecta collocant BERTOLI, MURAT. Patavii in muro monasterii S. Iustini pictam cerni ait GRUT. ED. 2. Inter Polenses recensent UTIN. et VERGOTTINUS.

TVLLIAS · SEPTIMINAS
ANIMAS·INNOCENTISSIMAS
QVAE·VIXIT·ANNIS·VI·MENS·VIIII
DIEB · VIII · TVLLIA · PRIVATA
MATER · INFELICISSIMA

Ex antiquis habent Felicianus (Marc. n. 21, Ver. n. 23); Redianus f. 144 Terg. n. 33; Augustinus f. 17; cod. Vat. 5250 f. 56; Valvassonius n. 17; Sieder n. 25; Gammarus f. 164'; Lilius f. 152; Marulus n. 88; Sanutus f. 147 Terg. n. 32; Bembus f. 108; Apian. 460, 1 (inde Smet. 170, 6 et Grut. 710, 6); Capodaglio inscr. Aquil. n. 146 (inde Turrius p. 397; Mur. 1223, 3 ex Turrio; Bertoli p. 240 n. 315 ex eodem). Rursus ex lapide Tommasinus Istr. ms. p. 477, ed. p. 332 et qui vidit Carlius (Calogerà a. 1743 vol. 28 p. 269 et apud Mur. ms. et ed. 2059, 3 et ant. 2, 252; item lapide denuo coinato antiq. ed. 2 a. 1794 vol. 3 p. 131). Ex his pendent cod. Utin. p. 11 et Vergottin Pola p. 48.

Vv. divisi ad Gammarum Tomm. Carlium. — 1 TVLIAS Fel. (Ver.) Mar. Gamm. Lil., IVLIAE Tomm. Carli ed. 1 (non ed. 2). — SEPTIMINES Aug., SEPTIMIAS Bemb. — 2 INOCENTISSIMAS Fel. (Marc.) Capod. — 3 QVE Aug. Lil. Gamm., QVI Valv. — ANN· Fel. Aug. — MENSIBVS Fel. (Marc.), MENSIS· Fel. (Ver.). — VIII Carli ed. 2. — 4 D Lil., DIEBVS Fel. Red. Gamm. San. Valv. Bemb. — VIIII Fel. — TVLIA Fel. (Ver.) Gamm. Lil. Marul. Apian., IVLIA Tomm., FVLTIA Carli ed. 1. — 5 INFOELICISSIMO Aug., INFAELICISSIMA San., INFOELICISS Fel. (Marc.), INFELICISS Fel. (Ver.). — V. 1. cod. Vat. 5250 omisi.

504a Iustinopoli in muro cuiusdam domus columna Priapea ANTIQUUS. Deinde Savonarae prope Patavium in hortis comitum Vigodarsere SAL. Nuper a. 1847 ibi denuo reperta FURL.

hermae pars superior praeputio et testiculis tamquam caput et brachia finitimo; infra cernitur phallus erectus

MYSTERM

Contuli; de sinceritate ne dubites. Habent Antiquus (scilicet Redianus f. 144', ubi postea adscripta est; Augustinus f. 17; Siederus f. 104 in margine; Gammarus f. 161'; inde Capodaglio n. 145 ad n. 483 et ex Capodaglianis Mur. 1750, 7 et Bertoli p. 419 n. 603) et Patavini auctores Salomoni 1696 p. 343 et Furlanettus p. 52 n. 58. Titulum olim Iustinopoli adservatum eum ipsum esse qui prostat hodie Patavii licet certis argumentis demonstrari non possit, tamen probabile est.

MYSTERM Sied. Gamm., MYSTERM Red., MISERVM Sal.

---

505 Iustinopoli ANTIQUUS. Capodistriae in episcopio in limine portae TONN. — Tergeste SAN.

Antiquus:	*Tomm.:*
N · S	IN · PS

Antiqui exemplum habent Augustinus f. 17; Lilius f. 154; Sieder n. 21; Gammarus f. 163; Sanutus f. 146' Terg. n. 16. Habet item Tommasini Istr. ms. p. 476, ed. p. 332.

---

506 Capodistriae in vasculo aquae sanctae in ecclesia S. Clementis.

DIS·MAN
SACR

Pococke ms. et p. 119; Carli ant. 2, 144 (inde Kandler n. 457).

---

507 litteris pulchris, Capodistriae ad portam Isolanam in aedibus n. 291.

L | M·IN·FRONT·LON·P·XXV·IN·AG |

Contuli. Habet Kandler ms. et n. 467.

---

508 Cernical, *fenile* n. 49 in fenestra.

..VS I
.LIS
VSCV.
II · VIR
OM·AR

Kandler ms.

---

509 litteris bonis, rep. sub vico Cernical a. 1857, destinata museo Tergestino.

ITES
PRIVATVM

Vidi. Habet Kandler ms. et App. 1862 n. 685.

---

510 duo fragmenta eiusdem ut vid. lapidis. Cernical in aedibus n. 38 ad portam.

M · SO
MV·F·.
V·F·SII
MV·SO
......

AVG...
BAE
.F·PAVLLA

Descripsi, ad quod exemplum ed. Kandler App. 1862 n. 686.

---

511 Lonche ad S. Iohannis.

VITSM
.LEIA·THI
VLEIO·SI
ZOSIMIANO · AP
ANN · XXII · MEN · I
ET·APPVLEIAE·THS *rpe*
CONIVGI · EIVS · .
DIER · XV · VNAP
INCIDEXVNT
SFATIDIFXXI

Loser dedit a. 1861 Kandlero descriptam diligentius quam habetur apud eundem ms. et in Istria 1850, 134 et in syll. n. 116.

Kandleri exemplum prius ex ms. apposui: ... VITEM | ... ITIATIN | ... VI·HOSP | VOSIMIANO AE | ANN·XXII MSN I | ST·APPVLEIAE T HI | CONIVGI EIVS | DIES XV VIIAN | ... NCIDERVNIN | .. FATI DII XXI.

---

512 Lonche.

IN PSON P · XXII

Kandler ms. et App. 1862 n. 684.

XI. TERGESTE COLONIA *(Trieste)*. *Tribu Pupinia.*

Tergeste formam solam agnoscunt cum lapides qui extant non pauci tum fere auctores Latini, ut Plinius 3, 18, 127 et Mela certe duobus locis 2, 57. 61; item ex Graecis Straboni (5, 1, 9 p. 125. 7, 5, 2 p. 314) eadem restituta est probabiliter. Sextus casus non differt a primo (v. n. 545. 554); contra secundo scribendum esse *Tergestis* ut habent Velleius 2, 110 et Plinius 3, 20, 133, iam Schneiderus (gramm. Lat. 2, 143) recte monuit. *Tergestum* ex Latinis habet unus uno loco ex tribus Mela (2, 55) eoque opinor corrupto; praeterea Τέργεστον vel Τέργεστρον Ptolemaeus 1, 15, 3. 3, 1, 27, hoc etiam Artemidorus (apud Stephanum s. v.); etiam minus probata sunt Τέργεστρα εὐθετίζωε Stephani. Ethnicum *Tergestinorum* Latini agnoscunt solum; sed Τεργεστρινοὺς dicunt Dionysius periegeta v. 382 et Stephanus s. v., Τεργεστινοὺς Suidas (s. v.). Tergestinorum liberti dicuntur Publicii (n. 628). — Quo iure oppidum fuerit, non ita certum est. Vicus dicitur Artemidoro (apud Stephanum s. v.) scriptori aetatis Marianae similiterque modo vicus (κώμη Καρνική 7, 5, 3 p. 314) modo castellum (φρούριον 5, 1, 9 p. 215) Straboni, quem tamen hic Artemidorum secutum esse non sine causa suspicere. Effloruit sine dubio per commercium; nam fere ut hac aetate ita antiquissimis quoque temporibus ex mediterraneis partibus Hadriam petebant via brevissima omnium per Nauportum (Ober-Laibach) et Tergeste; de quo itinere videndi sunt maxime Strabo 7, 5, 2 p. 314 et Velleius 2, 110, qui Italiam dicit iunctam barbaris Pannoniae et Dalmatiae *Nauporti ac Tergestis confinio.* Unde etiam Alpinae gentes saepe sine dubio eo excurrebant praedabundi, sicut per bella Gallica C. Caesaris accidit, ut Tergestini latrocinio atque impetu barbarorum opprimerentur (8, 24). Augustus dum Dalmatiam debellat a. u. c. 721 murum turresque ibi fecit (n. 525. 526) videturque eodem tempore coloniam ibi constituisse; certe cum attribuerit Tergestinorum rei publicae populos aliquot vicinos (n. 532 II, 3), eam rem publicam ordinavit. Coloniam fuisse auctores testantur Plinius 3, 18, 1257 et Ptolemaeus 3, 1, 27 titulis tacentibus, nisi quod fortasse huc pertinet Cittanovanus n. 376; secundum ea quae diximus Iuliam appellare licebit. Magistratus iidem fere ac Polenses, scilicet *IIviri iure dicundo* (n. 532. 545. 546. 554) sive *duoviri* simpliciter (n. 544. 549), qui cum censoria munere funguntur appellantur *IIviri iure dicundo quinquennales* (n. 545. 546) vel *quinquennales* simpliciter (n. 544) et quorum vices faciunt *praefecti iure dicundo* (n. 544); item *aediles* (n. 550. 551. 554. 558 quos item plenius dici aut *tresviros aediles* aut *quattuorviros aediles* videtur innuere titulus n. 544, quamvis et lectionis is sit non satis certae et eiusmodi diversitatis, ut collegium minus collegio maiori non respondeat, extra urbem Romam in municipiis alterum exemplum vix reperiatur. Quaesturam apud Tergestinos non magis inter honores fuisse quam Polae, sed aedilitatem primum honoris gradum fuisse et ex ea aditum patuisse in senatum ex decreto Tergestino n. 532 recte collegit iam Zumptius minor (comm. epigr. 1, 172). *Sexviri Augustales* (n. 513. 552. 555. 560) sive *sexviri* simpliciter (n. 557. 559) non omnes libertini sunt, sed Tergeste ut Mediolani etiam ingenuos tribum habentes in eum ordinem receptos esse demonstrat titulus Foroiuliensis infra edendus *Q. Caedii Q. f. Pup. sexviri Tergeste* confirmantque tituli n. 378. 555. 560. Collegii fabrum, quod et ipsum ut Polense erat sub praefecto, mentionem facit titulus n. 545 (cf. 546). Accedunt sacerdotes *pontifex* n. 544. 545; *augur* n. 545; *flamen divi Claudi* n. 534. 535; *flamen Hadrianalis* n. 545; *sacerdos divarum* femina n. 520; *sacerdos* vir, *aedituus, cymbalistria Matris deum magnae* n. 519. Tribum Tergestinorum fuisse Pupiniam tituli complures declarant.

Ager Tergestinus quatenus patuerit, ignoratur; nisi quod probabile est fluvium Formionem sive Risanum, cum secundam primam Augusti ordinationem Italiam finiret, simul finem constituisse perticae coloniae Tergestinorum. Sed praeterea ab eodem Augusto ei reipublicae novimus attributos esse Carnos et Catalos ita, ut in civitatis nec Tergestinae nec Romanae communionem venirent, sed tantummodo, ut ait decretum 2, 12, *in reditu pecuniario* essent. Catali illi et Carni ubi fuerint, aliquatenus colligitur ex Plinio (3, 20, 133), ubi recensens populos in Alpibus degentes a Pola inde ad Tergestis regionem deinceps enumerat Fecusses Subocrinos Catalos Menocaletos, quibus adiungit Noricos iuxta Carnos. Eundem Carnos supra p. 1 vidimus extendere usque ad Risanum, ita ut Tergeste quoque Carnica regione comprehendatur. Catali igitur quaerendi sunt in Histria propria infra Risanum, fortasse in agro Bujensi, quo pervenisse territorium Tergestinum supra p. 39 iam docuimus cum propter tribum Pupiniam incipientem a Quieto tum maxime propter titulum Cittanovanum n. 378 seviri ingenui, id est Tergestini; Carni sine dubio sunt montium incolae supra ipsum Tergeste, scilicet ea pars gentis Carnorum, quam Augustus cum colonia Tergestina contribuit. Ultra procedere vix licebit. Horum populorum condicionem mutavit Antoninus Pius, ut ad honorum communionem aliquam admitterentur neque tamen eiusdem iuris fierent quo erant Tergestini; nam Tergestini cum cives Romani essent omnes utpote coloni, Carni Catalique vel post Pium civitatem non assequebantur nisi aediles facti coloniae eius. Scilicet Carni Catalique a Pio non civitatem Romanam acceperunt, sed Latinitatem; neque id sine exemplo est populos cum coloniis municipiisve optimi iuris contributos non habere nisi ius Latinum: ita Euganeas gentes, quae et ipsae rem publicam non habuerunt, sed Brixianorum maxime fuerunt, Latini iuris fuisse Plinius (3, 20, 133) refert. Quare hos populos antiquitus Tergestinae rei publicae attributos ubi respicimus, late patuit territorium Tergestinorum, cuius etiam aliquod indicium dat *plebs urbana* n. 531, cum ea non soleat nominari nisi in rebus publicis territorium habentibus amplum et municipes tam urbanos quam vicanos. Potuissemus igitur Tergestina latius proferre; sed magis placuit hoc capite non exhibere nisi titulos proprie Tergestinos et vicorum proximorum Muggiae, Rozmeguae, Dollinae, Grignani, Prosecci.

Videamus de auctoribus Tergestinis.

I. Marcanova Tergestinam non habet nisi unicam n. 525 (vide supra p. 4) nec plures reperiuntur apud FERRARINVM IUCUNDUMQUE, quos saepe deprehendimus pendentes ex Marcanovanis.

II. Antiquus tergestinus qui mihi dicitur, in Tergestinis autem Antiquus simpliciter, auctor est syllogae utilissimae neque exiguae, quae complectitur titulos exceptos et Tergeste et in oppidis maritimis vicinis Muggia Capodistria Salvore, additis praeterea Celeiensibus tribus quos vide in vol. tertio suo loco. Quod corpus deprehendi in libris iis qui sequuntur:

1) Felicianus epigrammata quae huc pertinent posuit in cod. Veneto Marciano f. 138 sq. quinque et viginti, in Veronensi f. 118 sq. triginta. Quorum codicum cum praeterea ea ratio sit, ut Veronensis utpote ex Marciano descriptus non adhibendus sit nisi propter additamenta, inscriptiones Tergestinas apparet Felicianum ex eodem archetypo in utrumque exemplum rettulisse; nam Veronensis non solum quinque epigrammata habet in altero libro omissa, sed etiam verba passim magis emendata et locorum indicationes pleniores. Quare utrumque excussi. Eum autem Feliciani librum, quem Ferrarinus adhibuit, caruisse Tergestinis probabile est, cum apud hunc ea plane desiderentur. — Cum desint apud Felicianum tituli non pauci in aliis eiusdem originis corporibus obvii, e contrario alios habet in nullo eorum praeterea repertos n. 489. 514. 563. 625. 632, ut adeo duos servarit solus. Praeterea imperatoris Iustini n. 12* fictus ad originem Capodistriae oppidi illustrandam reperitur ex huius ordinis scriptoribus apud unum Felicianum et videtur confictus esse ab eo ipso.

2) Rediani libri scripti ab Alexandro Strozza a. 1474 huc pertinent Tergestinae inscriptiones duodequadraginta f. 140—145 et Muglenses sex f. 148; ad has accedunt duae postea adscriptae Capodistrianae et tertia Cittanovana f. 144. 145, quamquam hae quoque excepta fortasse n. 495 alibi nusquam reperta ex iisdem copiis fluxerunt.

3) Augustinus Tyfernas in cod. Vindobon. 3492 f. 17 habet huiusce syllogae ea sola epigrammata sex, quae pertinent ad Capodistriam.

4) Sanutus quae recenset Tergestina f. 145—147, veniunt ex hac sylloge et proxime accedunt ad Redianum, quamquam hic et plenior fere est et emendatior. Ne eum his confundas quae idem habet descripta Venetiis vel Polae vel etiam per Histriam locis diversis (cf. p. 5).

5) Martinus de Sieder in codice quem scripsit a. 1503 hodie Mutinensi vi. F. 28 f. 103—105 post urbanas posuit Tergestinas et agri Tergestini has, quas non habui plene collatas, sed ut enotata inde sufficerent. Inter Tergestinas in ipso principio interponuntur tres Aquileienses, sed loco recte indicato. Librum citat aliquoties Muratorius nomine schedarum suarum.

6) Gammarus cod. Stuttgart. f. 159—164 adiunctis foliis hodie Treverensibus 1. 2. 7 aperte eundem codicem descripsit quem Siederus, sed ut neutro recte careas; nam Sideri apographum et in locis indicandis interdum plenius est et habet titulum n. 534 a Gammaro omissum; Gammari autem exempla diligentius picta sunt et versus peraeque recte divisi.

7) Lilius Tergestina cod. Guelf. f. 88. 151—155 ex eodem omnino exemplo deprompsit versuum quoque ordine plerumque retento, sed minus plena et neglegentius scripta Liliana sunt quam Gammariana et maxime in locis indicandis parum fida. Hoc codice per Langermannum usum esse Reinesium saepe dixi. — Ceterum tres hi auctores Sieder Gammarus Lilius, qui unius deperditi libri instar sunt, praeter unum titulum n. 492 non habent nisi qui etiam apud reliquos huiusce syllogae auctores antiquiores reperiuntur, maxime Redianum; complures autem tituli desunt apud eos, qui adsunt apud Redianum aliosque.

8) Iacobi Valvasonii de Maniaco schedae hodie adservatae Mutinae inter Muratoriana seriem continent Tergestinam epigrammatum XVII uno excepto locis non adscriptis. Convenit fere cum tribus proxime laudatis Siedero Gammaro Lilio, etiam in eo quod saepe versus recte dividit; sed habet unum n. 482 quod apud hos deest.

9) Stoschianus liber (Ottob. 2967), quem Ioh. Bononius Laudensis ex Cyriacanis maxime et Iucundianis compilavit c. a. 1498, inter alia habet Tergestina quaedam et Capodistriana ex hoc corpore petita, sed pauca tantum selegit neque optima exempla sunt, ut probat decretum Tergestinum recentiorum interpolationibus inquinatum.

10) Tomitanum quem dixi nomine consueto, codex est membranaceus formae octonariae foliorum hodie 19, cum desint et f. 2 et quae post 20 sequebantur, sic inscriptus manu antiqua: 'ic. Exempla antiquitatum per | civitatem Tergestinam hinc | et inde collecta in lapidibus | parietibus affixis existentium'. Kandler (Scussa *storia cronografica di Trieste* ed. 1863 p. 202) cur scriptum credat ante bellum Tergestinum a. 1463 fortasse a Raphaele Zovenzoni poeta, nescio; mihi visus est exaratus c. a. 1500. Fuit olim, ut notatur in involucro extrinsecus manu recentiore, Danielis Tomitani Feltrini (1588—1658; vide quae de eo dixit S. Doglioni *raccolta Ferrarese* vol. 23 a. 1793 p. 113 sq.), deinde Hieronymi Asquini Utinensis, qui per Cortenoviam eum obtulit Carlio (v. ant. vol. 3 p. XLIII), mox Rossettii Tergestini (*arch. Triest.* 1, 24), hodie Kandleri, qui mihi eum exhibuit. Tergestina epigrammata leguntur f. 1—16; quae sequuntur f. 17—20 inscripta 'alia epitaphia alibi quam Tergeste collocata' titulos continent Histricos et Foroiulienses cum quibusdam selectis ex libris, quorum pleraque certe ad hoc corpus non pertinent. Tergestina autem ipsa videntur esse bipertita; nam cum prior pars n. 1—31 conveniat fere cum libris supra recensitis neque ibi sint nisi tria epigrammata n. 571. 611. 629 in iis non reperienda, quae sequuntur n. 32—52 exigua quidem ea fere fragmenta ab iisdem libris absunt omnia videnturque cum tribus illis appendiculam constituere separatam. Quod confirmat titulus n. 532, quem Tergestinus antiquus pleniorem vidit quam qui scripsit Tomitanam appendicem; unde bis in eo libro legitur plenior in ipso corpore n. 17, mutilus magis in appendice n. 48. 49. Quare hanc libri partem citavi sub nomine appendicis Tomitanae. In locis indicandis hic liber reliquis omnibus praestat.

11) Io. Bembus (cf. supra p. 8) f. 102—105 Tergestina proponit fere ut Tomitanus liber, quamquam sylloge et minus plena est et locorum indicationes dat passim confusas.

12) Peutinger cod. 526 f. 109. 110 quae habet 'Inscriptiones priscas in urbe Tergeste', eae conveniunt cum Bembinis, nisi quod interdum alteruter omisit quae habet alter, neque hic loci adscribuntur. Praecedit epistula de statua aerea Viruniensi (v. vol. III) a Petro Bonomo Tergestino episcopo (1469—1556) ex Insprugk scripta ad imperatorem, quae cum hac sylloge videtur coniuncta; nam citatur in epistula titulus Tergestinus n. 579. Eadem Bonomi epistula cum eadem Tergestina sylloge legitur quoque inter alia Peutingeri miscellanea in codice Stuttgartiensi fol. n. 243 a me non excusso. Cave autem cum his confundas Peutingeri Tergestina cod. 526 f. 34—42 descripta ex Gammaro ideoque praetermissa.

13) Bellonus, qui scripsit c. a. 1521 (nam hunc in sylloge ponit), in parte antiquiore f. 50—57 posuit 'Tergeste civitatis antiquitates', quae proxime accedunt ad auctores tres proximos. Solus tamen Bellonus interdum versus recte divisit et solus etiam addit quem ait 'nuper repertum' n. 554.

14) Marulus (v. p. 6) eadem sylloge usus est, ut habuerit etiam addita a Tomitano.

15) Ambrosianus codex C. 61 quae recenset Tergestina f. 74. 77 proficiscuntur omnino ex hac sylloge; inest ex Celeianis una male collocata Tergeste, item n. 611 ex iis, quas prima habet Tomitani appendix. Sed cum tituli pauci sint neque emendati, eos omisi.

16) Vaticanus 5250 Tergestina et Capodistriana quae habet f. 54—59 post Aquileiensem syllogen Sanutianae similem et ante Polensem item profectam ex Sanutiana (v. p. 5), ex ea parte certe cum hac sylloge coniuncta sunt, sed insunt quaedam interpolata vel conficta alibi nondum reperta, bona quae ei propria sint nulla. Habet unam certe ex iis quae non sunt nisi in Auctario Tomitani.

17) Apianus in Tergestinis simili aliquo codice usus est ac sunt Bembi Peutingeri Belloni. Cholerі autem librum abieci utpote plane similem Apiani et fortasse inde descriptum.

Hi sunt libri a me adhibiti antiquissimae syllogae Tergestinae. Extare alios complures similes probabile est; ita ex huius generis cod. Bononiensi (univ. n. 52 vol. II n. 10 p. 354) saec. XVI specimina quaedam enotavi; sed sufficiunt quos usurpavi. Fundavit eam vir quidam doctus, qui et Tergeste et per oram vicinam titulos collegit; sed accessisse deinde alia singillatim, plura addidisse Tomitani libri scriptorem ex supra relatis patet; nec nego item eodem tempore in exemplis, quae a primo descriptore acceperant, posteriores quaedam emendasse ex ipsis lapidibus et locorum indicationem subinde auxisse vel mutavisse. Retractationis eius exemplum est decretum Tergestinum n. 532 semel certe, fortasse bis emendatum ex lapide saeculo XV eodemque tempore passim interpolatum, ut alia plane forma legatur apud antiquiores Felicianum et Redianum (quamquam et hi ita differunt, ut medio inter utrumque tempore ex lapide emendatum credas) et recentiores Stoschianum Tomitanum Bembum Bellonum Peutingerum Apianum. Loci mutati exemplum suppeditat titulus n. 494, quem antiquiores collocant Capodistriae, recentiores eo loco quo interim avectus est Tergeste. Possumus etiam familias quasdam discernere: ita Sieder Gammarus Lilius Valvaso titulos habent multo pauciores, sed desumptos ex archetypo accurate picto et versuum divisionem sedulo retinente. Item inter se conspirant saepe Felicianus Redianus Sanutus, sed ut longe praestet et inscriptionum numero et fide Redianus, qui non raro etiam nexus accentusque solus servat, licet versus continuare soleat. Denique quos extremo loco posui Tomitanus Bembus Peutinger Bellonus Apianus cum exempla proponant plerumque minime emendata et in interpolationibus aliquoties pendeant ex Feliciano (ita flam pro fvlm n. 534 inde derivarunt), tamen Tomitani singularis excellentia est in locis indicandis habetque praeterea, ut dixi, auctarium sibi proprium. Ita haec auctorum multitudo molesta quidem est, sed utcumque ferenda. — De auctore primario non constat, quamquam fortasse non fallit quae prima subit cogitatio haec quoque descripta nos habere a Cyriaco Anconitano. Verum est diserto testimonio nullo constare de eius itinere Tergestino, quamquam qui saepe Venetiis moratus sit et Polam venerit Dalmatiaeque oram peragrarit, eum vix credas non adiisse Tergestini sinus oppida maritima. Verum est item haec epigrammata latuisse eo tempore, quo syllogen confecit Marcanova c. a. 1460 coepitque sua componere Felicianus, invenirі primum in libris Feliciani cum dedicatione

ad Mantegnam a. 1463/4 et in Rediano a. 1474, si quidem partes eae quae complectuntur Tergestina iis ipsis annis scriptae sunt neque posterius demum adiectae. At alia quoque ex Cyriacanis latuerunt primos illos collectores nec emerserunt nisi tempore posteriore. Praeterea Tergestina haec sylloge vel saeculo XV labente tam late sparsa fuit, ut vix credi possit excepta ab homine municipali et ignobili ipsaque illa exemplorum multitudo et varietas Cyriaco auctori recte convenit. Deinde codices duo Stoschianus qui fuit et Augustini ex eorum numero sunt, qui non habent fere nisi Cyriacana; item Lilium Gammarum Siederum, quos huiusce syllogae vel optimum exemplum ante oculos habuisse modo vidimus, usos esse schedis Cyriacanis vix ullis ulli praeterea visis supra (vol. III p. 4. 93) demonstravimus; etiam Felicianum et Strozzam ex Cyriaco hausisse nemo ignorat. Denique qui titulo n. 480 apud Felicianum legit praescriptum 'ad scopulum Salboe [Salvore] prope lucos Idaliae versus Hemoniam', is non poterit non agnoscere Cyriaco proprias elegantias. Ego tamen ne certa miscerentur incertis, malui auctorem designare nomine Tergestini Antiqui. — Ad locos quod attinet, complectitur haec sylloge praeter Tergestinos titulos, qui sunt longe plurimi, et Capodistrianos non paucos et exceptos Muggiae, Isolae, Salvore, Cittanovae; item Polenses duos, de quibus supra rettuli p. 5. Accedunt tres excepti in Stiria Celeiae vel prope Celeiam, quos dedimus vol. III suis locis; sive qui hoc corpus condidit ipse eo usque processit, sive Tergeste vel Capodistriae haec accepit descripta ab aliquo amico. Locorum indicationes quamquam perturbatae sunt saepissime, tamen libris diligenter inter se collatis satis certa ratione restitui potuerunt. Redianus liber quamquam eas iusto brevius apposuit, tamen eius praestantia in hoc quoque cernitur, quod in Tergestinis incipiunt n. 1—28 vere Tergestinae (nisi quod una n. 19 Celeiana est), sequuntur n. 29—38 Capodistrianae aliaeque agri suburbani; item in Muggiensibus n. 1—3 sunt Muggienses vere, n. 4—6 Celeianae. Etiam apud Felicianum antiqui ordinis vestigia remanent in libro Marciano, cum incipiat Salvorensis (n. 1), sequantur Tergestinae (n. 2—10. 13—20) interpositis Muggiensibus (n. 11. 12), agmen claudant Capodistrianae et Celeianae (n. 21—25). Apud recentiores autem tituli proferuntur ordine nullo, quamquam, ut dixi, Tomitanus auctor utpote scribens Tergeste omnium accuratissime locos adnotavit. — Optima fide neque imperita officio functum esse huiusce corporis conditorem abivis apparet. Falsus titulus Iustini imperatoris n. 12*, unde Capodistriae oppido Iustinopolis nomen confirmatur, adiectus videtur esse a Feliciano, quem alia quoque licet pauca corrupisse ostendunt quae adnotavimus; auctor autem codicis Vat. 5250 his Feliciani suas interpolationes superstruxit. Denique apud posteriores qui adhaeserunt lusus quidam, ut n. 16* de Lucretia, nullo negotio a genuinis separantur.

III. Vincentius Scussa canonicus Tergestinus (1620—1702) historiae Tergestinae compendium composuit nuper (Tergeste 1863. fol.) editum cura Cameronii, sed ita, ut inscriptiones aut omitterentur aut ad Kandleriana exigerentur; quare redeundum nobis fuit ad libros scriptos. Habui autem duos, qui ambo dicuntur autographi, alterum servatum Venetiis in bibliotheca Marciana Ital. cl. 6 n. 70 inscriptum '*storia di Trieste sino all' anno 1687*', alterum (quo usus est Cameronius) Kandleri (4. pp. 232) sic inscriptum '*Trieste Chronograffico compendiato dalle raccolte, inscrittioni, historie manuscritte .... dal diluvio universale sino all' anno* ... 1687', ubi accedunt supplementa ad annum usque 1695. Caput quod destinatum fuit inscriptionibus Tergestinis partis primae XVIII inscriptum '*diverse inscrittioni Romane di Trieste, che in detta città si trovano ovvero altrove apportate sono*' in neutro codice expletum est, in Kandleriano autem adscriptum: '*queste si tralasciano per non aggravare il presente compendiato Trieste*'. Sed explet defectum sylloge adiuncta libro Kandleriano perscripta in foliis extremis duobus non numeratis titulorum novem et triginta cum hac praescriptione: '*inscrittioni Romane antiche di Trieste, che in detta città si ritrovano ovvero transportate altrove essere di quella si conoscono*'; haec est sylloge quam cito numeris adiectis. Praeterea per ipsum opus sparsae inveniuntur inscriptiones, quarum item ratio habenda fuit citavique addito nomine et pagina codicis aut utriusque aut alterius utrius; nam differunt inter se, ut in altero reperiuntur quae ab altero absunt videnturque quodammodo eiusdem operis epitomae duae esse diversae. Denique Scussa et SCHOENLEBENO Labacensi Tergestina quaedam suppeditavit, quae prodierunt in Carniola eius (1681), et usus est schedis Scussae (dioecesis Triestina ms. dicitur in indice auctorum et p. 389) Irenaeus della Croce, de quo mox dicemus. — Auctor est non spernendus et satis diligens; hoc quoque utile est, quod antiquas sylloges non novit nisi ex Apiano et Lazio Apiani compilatore.

IV. Irenaeus DELLA CROCE Carmelitanus discalceatus ita sacro nomine dictus, vero autem Ioh. Maria Manarutta (cf. Kandler istr. 1846 p. 15. 291) edidit Venetiis 1698 (fol. pp. 694) volumen prius libri sic inscripti: *historia della città di Trieste*; altero, quod non prodiit, usus est vel potius abusus Mainatius. Non indiligenter titulos indagavit, sed post Scussam, a quo saepe pendet, pauca nova protulit memoratu digna.

V. Franciscus MICOR et Aldragus PICCARDI Tergestini miserunt c. a. 1746 per Franciscum Floriam Iohanni Dominico BERTOLIO inscriptiones nuper repertas Tergeste; qua de re scriptas epistulas quattuor illorum virorum servatas hodie in S. Viti oppido apud comitem Lud. Rotam edidit Paulus Iunius Zuccheri (*lettere inedite quattro*. S. Vito 1843 — non 1863, ut legitur in indice errore typographi — pp. 29. 4.). Eosdem titulos Bertolius et in secundo volumine Aquileiensium posuit, quod ineditum mansit, et eam amicis communicavit edideitque in ephemeridibus.

VI. CORTENOVIS, de quo egemus in Aquileiensibus, etiam Tergestina quaedam descripsit diligenter ut solebat et perite, quae extant et in codice eius scripto apud Pironam et inter Mariniana cod. Vat. 9128. Cum CARLIO quoque quaedam Cortenovius communicavit; alia Tergestina is habuit a Bonomo.

VII. Iosephus MAINATI in *croniche ossia memorie storiche antiche di Trieste estratte dalla storia del P. Ireneo con annotazioni ed aggiunte*, cuius tantummodo tomi primi pars prima prodiit (Venetiis 1819. 8. pp. 358), expilavit fere Irenaeum; propria habet perpauca. Eiusdem *memorie storiche sacro-profane di Trieste* (Venetiis 1817. 1818. voll. 1—6. 8.) ad nostram rem plane non pertinent.

VIII. Sylloge inscripta L'ARCHEOGRAFO TRIESTINO, quam edidit Dominicus de' Rossetti (Triestr. 8. I 1829. II 1830. III 1831. IV 1837) habet quaedam licet pauca non inutilia. Accedit eiusdem Rossetti *musaico antico scoperto nell' Aprile del 1825 a Trieste* (4. pp. 26).

IX. Ex Kandlerianis ad Tergeste potissimum pertinent commentarioli quos edidit cum G. Sforzi *esplorazioni di antichità nella città ed agro Tergestino*, qui numero tredecim prodierunt a. 1842 et 1843 cum inserti ephemeridibus *Osservatore Triestino* tum seorsum excusi, quo tempore musei lapidarii condendi causa lapides undique per agrum Tergestinum conquirebantur.

513 Tergeste in archivo hostii S. Martini FELIC. (VER.); in pariete domus magistri Ioan. Princula cerdonia prope fenestram illam ferream TOM. similiterque BEMB.; in quadam domo BELL. 18; 'in loco ubi dicitur *el pozzo di bagno*' BELL. 30.

DIANAE
C·VALERIVS
TROPHIMVS
VI·VIR·AVG
5 TESTAMENT
FIERI · IVSS

Antiquus servavit. Habent Felicianus (Marc. n. 10, Ver. n. 14); Redianus f. 142 Terg. 7 (inde Gud. 31, 8); Sanutus f. 146' Terg. n. 29; Tomitanus f. 6' n. 22 (inde Carli 3 p. XLVIII; Labus *Wiener Denkschriften* 1, 340; Kandler n. 16); Bembus f. 104; Bellonus n. 18 (inde Mur. 38, 6) et diverse n. 30. Interpolatum typum exhibet cod. Vat. 5250 f. 56.

Vv. divisi ad Bell. 30. — 1 fin. SAC add. Fel. (Marc.) — 3 TROPHIMVS Fel. (Ver.) Red., TROPHVLIMVS Tom. Bemb. Bell. 18, TROPHIMVS Fel. (Marc.) Bell. 30. — 5 TESTAMENTO Fel., TESTAMENTVM Bell. 18. — 6 IVSS Red. Bell. 30, IVSSIT reliqui. — Vat. 5250 sic exhibet: DIANAE·SVAE·C·VALER·PLOTINVS·TEST·CONSTRVENDVM·MANDAVIT.

514 in Amulia FELIC.; Muglae SAN.

DIS · DEABVS
ET · DEIS · PENATIBVS
T·VETVRIVS·EVDAEMON
PRO·SE·ET·SVIS·POSVIT

Felicianus (Marc. n. 11; Ver. n. 19); Sanutus ms. f. 255.

1 DIIS San. — 4 SE om. San.

515 magnus lapis. Tergeste *nell' orto di Patron Pietro di Nicolò* MICOR et BERT.

W·T·S·A·W·B·H·SASSVB·T·INÐVW·SAVVM T
C·E·B
L·MVTILIVS·MAGNI·L·BASSVS·H·B·M·V·S·L·M

Micor apud Zuccheriam p. 16; Bertoli inscr. Aquil. ms. n. 703 ex Piccardianis (inde Kandler n. 21) et in epistula ad Gorium 6 Mai. 1746 (cod. Marucell. A 229); Carli 2, 279 (inde Labus in actis maior. Vindob. 1, 342); Pococke p. 116 n. 10.

Pockius non habet nisi versum inferiorem eumque in duos divisit. Fortasse: *L. Mutilius Magni l. Bassus H(erculi) b(ene)m(erito)* [cf. C. I. L. 1 n. 1175. 1220] *v(otum) s(olvit) l(ubens) m(erito). B(assus) [f(aciendum)] c(uravit).*

516 evanida. Tergeste in museo.

he|RCVLI
v.s.|L·M
|THVS

Descripsi.

517 Tergeste in eccl. cathedrali in abside altaris S. sacramenti nuper rep. et illata in museum.

ISIDI
AVG·SAC

Descripsi a. 1866 ad ectypum gypseum Kandleri; ipsum lapidem non vidi.

518 Tergeste *trovato nel muro del terrapieno del vescovato vecchio* KANDL. In museo.

mo|RIS·M|AGNAE

Descripsi. Kandler ms. et n. 138.

519 basis hexagona optime facta. Tergeste rep. 1735 in aedibus Piccardi MICOR; *trov.* 1761 (?) *da Monsignor Piccardi nella propria casa e da lui inviata in dono al Conte di Villana Perlas* CARLI. Hodie ubi sit, ignoro. — Celeiae errore ORELL.

M·D·M
Q·PVBLICIVS
CHARITO
SACERDOS·E
patera 5 C·PVBLICIVS *urceus*
HERMES
AEDITVVS
ET
SECVNDA
CYMBALISTRIA

Micor apud Zuccherium p. 14, ubi datur ligno expressa; Bertoli inscr. Aquil. ms. n. 667 et in epistula ad Gorium 6 Mai et 30 Iun. 1746 (cod. Marucell. A 229) et apud Calogera *nuova racc.* 2 (1756), 501, ubi datur aere expressa; Pococke p. 116 n. 9; Cortenovis apud Marinium cod. Vat. 9128 f. 142; Carli ant. 2, 114; Orti *sulla gente Cassia* (1825) p. 7, cui dedit Hier. Asquini pro inedita.. A prioribus Labus in actis Vindob. maioribus 1, 338; Orell. 2450; Kandler n. 22.

4 E Corten. solus, T reliqui. — Pro patera, quam in latere deprehenderunt Bertoli et Cortenovis, cymbala substituit Carli.

520 basis exigua. Tergeste in ecclesia maxima in aedicula S. Nicolai TOMIT. BEMB. Venetiis in domo Francisci Capelli qui Tergeste cepit a. 1509 SAN. Patavii apud Ioh. Cavinium SCARD. apud Bassanios PINELLI. A. 1825 ex aedibus Bassaniorum in museum translata est.

M D M
I N M E M O S
V S I A E L F I L
T E R T V L L I N A E
5 SACERD · DIVARVM
MATRIS SVAE
SEX APPVLEIVS MASCELR
D D

Contuli. Tergeste vidit Antiquus apud Red. f. 142' Terg. n. 9; Tomitanum f. 8 n. 29 (inde Carli 3 p. XLIX); Bembum f. 104; Peut. 526 f. 110. Inter Venetas dedit Sanutus f. 49' corruptissimam. Inter Patavinas deinde exhibuerunt Scardeon. p. 79 (inde Grut. 322, 6); Pignorius in suppl. ad Gruterum cod. Lugd. Papenbr. 6 f. 101 et inter Pinelliana cod. Ambros. C 61 inf. f. 45 (inde Grut. 29, 4 ex schedis Pinelli, cui se dedisse testatur Pignorius orig. p. 58; ex Grutero Salomoni 1708 p. 272); Ursatus mon. Pat. 1652 p. 59, 1673 p. 40; Labus *Wiener Denkschr.* 1, 339; Furlanetto lap. Pat. p. 11 n. 8 tab. 8; Kandler n. 19; Orelli-Henzen n. 5977.

521 Grignani quarto a Tergeste lapide rep., *al torrente che separa Cedar da Miramar.* Extat in villa Miramar in museo archiducali.

P·CASSIV S
P·L·EROS
M·V·S

Kandler ms.

522 Tergeste in ecclesia S. Iusti ad pedes altaris S. Stephani RED. TOMIT. BEMB. BELLON. iisdem fere verbis. '*Era nella parte sinistra della chiesa vecchia di S. Sebastiano (S. Rocco* Cr.), *che fu poi convertita in casa, ove habita adesso Marcello Kindsberger*' SCUSSA *(Marc.)* iisdemque verbis DELLA CROCE. '*Nel muro della chiesa di S. Sebastiano, ora casa del Ven*^*o*^ *Aldegardis*' SCUSSA. (*Kandleri*). — *Era in Scolcula* KANDLER, errore puto. Inter Polenses VERG.

MERCVRIO · AVG · SACR
L·ASNIVS·L·F·PVP·BASSVS
MIL · LEG · XV · APOL
MIL · COH · I · PR
5 7·COH·II·C·R·7·LEG·XIIII·GE
7·LEG·II·AVG·7·LEG·VI·VIC
T·F·I·LOCVS·DATVS·D·D

Duo exempla extant, alterum Antiqui apud Redianum f. 142' Terg. n. 11 (inde Gud. 35, 1); Sanutum f. 146' Terg. n. 28; Tomitanum f. 4' n. 14 (unde v. 1. affert Carli 3 p. XLVI); Bembum f. 103; Bellonum n. 5 (inde Mur. 733, 7), alterum Scussae (ms. Marc. p. 22 et 29; ms. Kandl. p. 14, ubi affertur solus v. 1; syll. n. 17; ed. p. 23). Ex his, maxime ex Scussa pendent posteriores della Croce p. 113 cf. p. 195 (= Mainati 1, 1, p. 341); Mur. 48, 7 ex Crocio; Carli 2, 134; Vergottin Pola p. 43; Labus *Wiener Denkschr.* 1, 340; *Archeografo Triest.* 1, 104; Kandler Istria 1850, 297, syll. n. 15.

In vv. dividendis consentiunt Bell. Scussa. — 1 SACR antiqui, nisi quod SACRVM San.; SACE Scussa. — 2 L·ARNIVS Bell. Scussa, L·LARNIVS Red. Tom. San., L·LARTIVIS Bemb. — L·P pro L·F Scussa (Kandl.). — PVB San. Scussa. — 4 IN pro I Bemb. San. — PR om. Tom., PRAE Scussa. — 5 in. 7 om. omnes praeter Bell. — pro 7 ubivis ET San. — LEG·LEG pro LEG Red. — XIII Tom. m. 1, XII Bemb., XIII Scussa (Kandl.). — DE Tom. Bemb., SE San. pro GE. — 7 T·T·I Scussa (Marc.).

523 Tergeste sub fenestra D. Paduini in *Piazza piccola* gemini lapides (immo unus CROCE) muro inserti similiter inscripti SCUSSA, CROCK.

EX · RESPONSO
ANTISTITVM
PROSPOLOIS
C·LVCANVS·SEVERVS
1 PRO
L · LVCANO · FILIO

Scussa syll. n. 12; Schönleben 1, 225 a Scussa; della Croce p. 212 et a Scussa et ex lapide. Ex Crocio Mar. 174, 7 (cf. praef. p. 66); Carli 2, 314; Mainati 1, 1, 344; Labus *Wiener Denkschr.* 1, 342; Orelli 2202; ex eodem, non, ut ait, ex Tomitano Kandler n. 20.

1 EX Schönl. et Scussa teste Crocio; EX Scussa Kandleri et sic ex lapide Crocius. — 6 C · LVCANO Scussa Kandleri. — De sinceritate dubitare neque testimonia sinunt neque Lucanum nomen quod redit in aliis Tergestinis. Nec nimia offendit verbum mysticum προσπόλων, id est ministrorum sacrorum, sed ex numinum magis quam ex hominum numero, Graece declinatum in titulo Latino.

524 in lapide longo ped. 2, largo ped. 1, Tergeste *nel muro della corte che corrisponde alla strada publica della casa di Don. Blaguaigh* SCUSSA.

SILVANO
CASTRENSI

Scussa ms. Marc. p. 30, ms. Kandl. p. 14, ed. p. 24. Inde pendent reliqui: della Croce p. 197. 565; Carli 2, 188; Labus *Wiener Denkschr.* 1, 341; Kandler n. 17.

Uno v. Croce eiusque exscriptores.

525 Titulum hunc, qui omnium Tergestinorum primus innotuit, habemus integrum ex exemplo novicio cum subscriptione in ipso lapide apposita hac: *Fri(dericus) ter(tius) Ro(manorum) imp(erator) dux Aust(riae) et c(etera) d(ominus)q(ue) Tergesti IIII vice muru[m reedi]ficari iussit.* Fridericus ille imperator factus a. 1440 Tergestina moenia a. 1470 refecit; idem constat antea fecisse a. 1419 ducem Ernestum, cuius nomen primum ibi fuisse pro Friderico Cicogna acute conicit, cum praesertim Fridericiana inscriptio cernatur in litura restituta. Videntur autem qui haec scripserunt ita rem animo informasse, ut iterum Caesar Augustus moenia Tergestina refecerit, tertio Ernestus, quarta vice Fridericus. Titulus igitur, ad quem hunc expresserunt, cum eraderatus esse videatur c. a. 1419, recte convenit, quod recens exemplum exhibet iam Marcanova c. a. 1460. — Novicium exemplum collocant Tergeste super portam S. Laurentii TOMIT. ARMB. BELL.; Venetiis in domo Francisci Capello equitis [qui a. 1509 Tergeste expugnavit] in rivulo divi Marci SANUTUS f. 49; V. in domo Francisci Michaelis patricii GRUT.; V. in atrio domus mercatoris cuiusdam GUD.; V. apud S. Iohannem in Oleo in aedibus Io. Bapt. Allegri ASTORIUS. A. 1828 dono Antonii Molin transiit in bibliothecam S. Marci. — Postea exempli vere antiqui sive eiusdem, quod eraderatum est saeculo XV, sive alterius, prodierant fragmenta duo. Maius (v. 1. 2. 3 extr.) eorum repertum est a. 1838 Tergeste ad SS. Martyrum ecclesiam KANDL. LAB. extatque hodie in museo. Minori (v. 3 init.) '*in sasso bianco sopra di una casa di corte di Carara*' praescribit SCUSSA; hodie desideratur. — Fraude Polae tribuit VERGOTTINUS.

IMP · CAESAR|COS·DESIG·TERT a. c. 721
III·VIR·R·I·|C·ITER
MVRVM·TVR|RESQVE · FECIT ·

Contuli partem quae sola ex antiquo titulo hodie superest continentem v. 1. 2. 3, quam reperies etiam in tabula Ritscheliana vol. I. LXXXIV G; quae non habemus nisi ex Fridericiano exemplo (quod expressit idem Ritschelius tab. LXXXVI E), dedi litteris inclinatis. — Integrum titulum exhibet in Tergestinis iam Marcanova (Bern. n. 480, Mutin. f. 185') cum asseclis suis Ferrarino Regiensi f. 147' et Iucundo f. 161. Sequitur Antiquus, a quo pendent Felicianus (Marc. n. 15, Ver. n. 12); Redianus f. 142 Terg. n. 3; Stoschianus f. 103; Sanutus f. 145 Terg. 2; Sieder n. 3; Gammarus f. 159'; Lilius f. 151 (inde Reines. 2, 86 ex Langermannianis); Marulus n. 77; Tomitanus f. 4 n. 15 et in App. f. 14 n. 45; Bembus f. 102'; Bellonus n. 9 et 17; neque aliunde Volaterranus comm. urb. ed. Basil. 1530 p. 43; Apianus 554, 1 (inde Lazius r. r. p. 1204; Panvin. Rom. p. 746, fast. ad a. 721; Smetius 144, 8); Manutius cod. Vat. 5248 p. 21 ex libro Paulli Ranousii; della Croce p. 105. 275 a prioribus; Vergottin Pola p. 20 (inde Kandler n. 188). Postea Venetiis descriptum referunt Sanutus f. 49; Grut. 166, 6 a Bened. Georgio patricio Veneto; Gud. ms. 778, 2, ed. 73, 10 qui vidit; Astorius inscr. Venet. ms. (cod. Marc. Lat. 14, 200) f. 2; Kohen *archeogr. Triest.* 1 (1829) p. 79; Cicogna *iscr. Venet.* 2 (1827) p. 197, qui aere expressit optime; Labus *Wiener Denkschr.* 1, 555; Kandler Istr. 1846 p. 353. 1847 p. 322, syll. n. 35; Orelli 595, qui post Scaligerum et Maffeium male damnavit; Valentinelli *mus. arch. della Marciana* (1866) p. 161. Ex his Friderici III quoque titulum adiecerunt Sanutus et Gruterus integrum, imminutum Gudius et Labus. Rettulisse autem omnes hos auctores idem quod hodie Venetiis servatur recens exemplum neque alii copiam factam esse archetypi declarat lectio Rediani et Stoschiani ITERV, Tomitani et Belloni ITERVS, quae aperte fluxit ex recens facto exemplo sic scilicet comparato:

IMP · CAESAR · COS · DESIGN
TERT·IIII·VIR·X·P·C·ITERVS
MVRVM · TVRRESQVE · FECI·

Quamquam id scriptum est litteris ad Romanarum similitudinem scalptis, non barbaris iis, quas prae se fert titulus Fridericianus (cf. Ritschl in mus. Rhen. novo 14, 189). — Fragmentum archetypi, quod hodie in museo extat, exhibent *la Favilla, giornale Triestino*, d. 30 Sept. 1838; Labus l. c. 1, 356; Kandler syll. n. 35 (cf. *expl.* n. 1 p. 4). — Alterum servavit Scussa in codice Kandleriano p. 12 margini adiectum et syll. n. 30, ed. p. 21 (inde Labus l. c. 1, 357 et Kandler l. c., qui citat praeterea Tomitanum errore).

Caesar consul iterum factus est a. 721, consul tertium a. 723; triumvir r. p. c. iterum fuit ab a. 717 ad a. 721; quibus consideratis apparet titulum non convenire nisi anno 721, quo praeterea constat Caesarem moratum esse in Illyrico et debellasse Dalmatas. Consulem iterum propterea opinor non adscripsit, quod eos fasces ipsis k. Ian. deposuit itaque quo tempore titulus positus est, iam non fuit in magistratu.

526 Tergeste *nella contrada Crosada in casa Dolcetti* SCUSSA, CROCE; rep. ad portam Cavanam (?) KANDLER. Nunc in museo ex dono familiae de Burlo.

imP · CAESARE *divi f.* a. c. 721?
IMP · V · III · *viro r. p. c. ter*
COS · DE*sig. tertium*

Descripsi; imaginem dedit Ritschelius in voluminis primi tab. LXXXIV F. Exhibent Scussa cod. Marc. p. 27; della Croce p. 330; Kandler *espl.* n. 3 p. 3 et syll. n. 34.

Puto eodem tempore scriptam esse et item pertinere ad moenia. Certe a. 721 Caesarem probabile est fuisse imp. V, cum a. 723 propter pugnam Actiacam factus sit imp. VI.

---

527 basis Tergeste ad Capitolium rep., extat in museo.

IVLIAE
AVG

Contuli. Kandler n. 24 (cf. *espl.* n. 7 p. 6).

Titi filia, opinor, cum cognomen nullum adsit.

---

528 Tergeste *nell' orto Gustin, Nuova Arena, Rione S. Giacomo* KANDLER. Nunc in museo.

imp. CA*es. traiano*
*ha*DRIA*no*
AVG
M

Contuli. Habet Kandler ms. et n. 46.

---

529 basis litteris pravis, quae sublata inscriptione antiquiore videtur esse rescripta. Tergeste in basi turris campanariae eccl. cath. PRIORES ibidemque adhuc extat. — Inter Polenses VERG. male.

IMP · CAES
FL · CONSTANTINO ·
MAXIMO · P · F · AVG
R · P · TERG
D · N · P · E

Descripsi. Ex antiquis habet unus Felicianus (Marc. 13, Ver. 21). Postea exhibuerunt Scussa ms. Marc. p. 73, ms. Kandl. p. 34, syll. n. 3, ed. p. 34; Schönleben 1, 225 ab eodem; della Croce p. 141. 437 (inde Mur. 1085, 7; Mainati 1, 1, 266); Mur. ms. XXII, 231 a Brembatio et XVII, 204 pato a Manettio; Vergottin Pola p. 44, eodem exemplo omnes. Aliunde Carli 2, 84; Griselini *lett. odeporiche* 1, 10; Labus *Wiener Denkschr.* 1, 350; Kandler *archeogr. Triest.* 1, 159 et syll. n. 26.

5 recte non legerunt nisi Carli Gris. Labus; cum certa explicatio non suppetat, cogitare licebit de formula *devota numini pietatis eius.*

---

530 basis, rep. Tergeste ad Capitolium, extat in aedibus Regensdorff. In museo ectypum est ex gypso.

Mm
/ . / · / / /
/ a / / c c / /
/ / / / VGI E /
ORDO·TERG
D N M EOR

Contuli. Kandler *espl.* n. 3 p. 2 et syll. n. 25.

Pro v. 2. 3 4 CONSTANTINO · ET · LICINIO Kandl., perperam omnino; v. 4 fuit CONIVGI · EI(*us*).

---

531 rep. Tergeste a. 1842 in Capitolio *in contiguità al tempio delle divinità Capitoline, a sito vergine, con basamento e cornice intatti. Sotto il lastrico sopra cui stava il monumento fu rinvenuta medaglia di bronzo di modulo maggiore, di ottima conservazione, la quale da un lato presenta la testa di Tito colla leggenda:* IMP · T · CAES · VESP · M · TR · P · P · P · COS · VIII [id est anni p. C. 80], *nell' altra la Pace colla leggenda* PAX · AVGVST KANDLER. Nunc in museo.

c. CALP*ur/ tano*
RANT*i o*
QVIRINAL*i*
*va*LERIO · P · F · POMP · F*esto*
*iiii*VIR · VIAR · CVRAND · T*r. mil*
le g. VI · VICTR · QVAESTORI · SE*viro*
*equ*IT · ROMANOR · TR · PLEB · PRAE*tori*
*soda*LI · AVGVST · LEG · PRO · PRAET · EX*ercit*
*afri*CAE · COS · DONATO · AB · IMPER*atore* cos. p. C. 71
hastis PVRIS · IIII · VEXILLIS · IIII · CO*ronis*
*iiii v*ALLARI · MVRALI · CLASSICA · A*urea*
*cura*TORI · ALVEI · TIBERIS · ET · RIPA*rum*
*pon*TIF · LEG · AVG · PRO · PR · PROVINC*iae*
*pan*NONIAE ET PROVINC*iae*
HISPANIAE
PATRONO
PLEBS · VRBANA

Contuli. Habent Kandler *esplorazioni* n. 9 p. 2 (cf. n. 7 p. 6); Istria 1849 p. 31 (cf. p. 26); inscr. n. 27 (ex Kandlero Arneth in actis Vindobon. 1, 285 et Henzen n. 6495). Tractavit Borghesius *Bull. arch. Napol.* n. 4 (1846) p. 34, qui post Kandlerum supplevit.

8 f. PRAEF, 10 *has*TIS (ms. *hastis*), 11 VALLARI, 12 *cu*RATORI, 13 *po*NTIF, 14 *pa*NNONIAE Kandler *espl.*

Legationis Africanae meminit ad a. p. C. 69 et 70 Tacitus hist. 2, 98: *Valerius Festus legatus studia provincialium cum fide iuvit* et 4, 49. 50: *tum legionem in Africa regebat Valerius Festus,* ubi narrantur caedes L. Pisonis proconsulis Africae iussu Festi perpetrata (cf. Plinius ep. 3, 7, 12) et eiusdem expeditio in Garamantas (cf. Plinius h. n. 5, 5, 38); consulatus tituli duo Graecus Neapolitanus C. I. Gr. 5838 et Latinus feriarum Latinarum laterculus Marini Arv. p. 129; curationis alvei, quam sustinuit a. 72. 73, titulus urbanus quem dedi post alios vol. I p. 180; legationis Hispanicae, quam gessit a. 79, tituli complures Hispanici (vol. II n. 2477. 4799. 4802. 4803. 4838. 4847). Paullo post hunc titulum dedicatum esse significat nummus simul repertus anni p. C. 80.

532 textum vide in paginis duabus quae sequuntur.

L. Fabio [L. f.] Pup. Sev[e]r[o],
quaestor(i) urbano,
[de]cu[r(iones) et] plebs T[ergesti]nor(um).

1. 2 *. . . . . k[a]l. Novembr. | [Quod] . . . spanius Lentulus*
3 *et | . . . . . s Nepos II v[i]r(i) iur(e) dic(undo) v(erba) f(ecerunt) |*
4. 5 *[L. Fabium S]everum clarissimum vi|[rum m]ulta iam pridem in rem*
6. 7 *p(ublicam) nos|[tra]m beneficia contulisse, ut qui a pri|[m]a sua statim*
8 *aetate id ege[r]it, uti in ad|[iuva]nda patria sua et dignitate et el[o]-*
9 *quentia cres|[ce]ret; | nam ita multas et magnificas causas publi|-*
10. 11 *[c]as aput optimum principem Antoninum Aug(ustum) Pium | [a]d-*
12 *seruisse egisse vicisse sine ullo quidem aerari nos|[t]ri inpendio, ut*
13 *quamvis admodum adulescens senili|bus tamen et perfectis operibus ac*
14 *factis patriam suam nos|que insupe[r] sibi universos obstrinxerit; nunc*
15 *vero tam gr|andi beneficio, tam salubri ingenio, ta[m] perpetua ut[il]i-*
16 *tate rem | p(ublicam) n(ostram) adfecisse, ut omnia praecedentia facta*
17 *sua, quamquam im|mensa et eximia s[i]ut, facile superari[t]; nam in*
18 *hoc quoque mira|bilem esse c(larissimi) v(iri) virtutem, quod cotidie*
19 *in bene faciendo et iu pa|tria sua tuenda ipse se vincat; et id[cir]co,*
20 *[q]uamvis pro mensu|ra beneficiorum eius impares in referenda gratia*
21 *simus, inte|rim tamen pro tempore uel facultate, ut adiuvet saepe fac-*
22 *tu|[r]us, rem[u]nerandam esse c(larissimi) v(iri) benevolentiam, non ut*
illum pro|niorem habeamus (aliut enim vir ita natus non potest facere),
23. 24 *sed | ut nos iudicantibus gratos praebeamus et dignos tali decore ta|-*
25 *lique praesidio:*

q(uid) f(ieri) p(laceret), d(e) e(a) r(e) i(ta) c(ensuerunt), primo cen-
sente Calpurnio Certo.

26 *| Cum Fabius Severu[s vi]r amplissimus adque clarissimus tanta*
27 *pietate tanta|[q]ue adfectione rem p(ublicam) n(ostram) amplexus sit*
28 *itaque pro minimis ma|[x]imisque commodis eius excubet adque omnem*
29 *praestantiam | [s]uam exerat, ut manifestum sit id eum agere, ut*
30 *non modo nobis, sed pro|ximis quoque civitatibus declaratum velit*
31 *esse se non ali quam | [pa]triae suae natum et civilia studia, quae*
32 *in eo quamvis admodum | iuvene iam sint peracta adque perfe[c]ta,*
33 *ac senatoriam dig|[ni]ta[t]em hac maxime ex causa concupivisse, uti*
34 *patriam su|[am e]um ornatam tum ab omnib[us] iniuriis tutam defen-*
35 *samque | praestaret, interim aput iudices a Cae[sar]e datos, interim*
36 *aput ip|[sum i]mperatorem causis publicis patro[ci]nando, quas cum*
iusti|tia divini principis tum su[a] eximia ac [pr]udentissima oration(e) | 37
s[e]m[pe]r no[b]is cum victoria firmiores r[e]misit; 38
ex proximo vero, || ut manifestatur cael[es]tibus litteris Antoni|ni Aug(usti) 2, 1. 2
Pii, tam feliciter d[e]siderium pu[b]licum a|pud eum sit prosecutus im- 3
petrando, uti Car|ni Catalique attributi a divo Augusto rei publi|cae 4. 5
nostrae, prout qui meruissent vita atque cen|su, per aedilitatis gra- 6
dum in curiam nostram admit[te]|rentur ac per hoc civitatem Roma- 7
nam apisceren|tur, et aerarium nostrum ditavit et curiam complev[it] | 8
et universam rem p(ublicam) n(ostram) cum fomentis ampliavit adm[it]-| 9
tendo ad honorum communionem et usurpation[em] | Romanae civita- 10
tis et optimum et locupletissimum | quemque, ut scilicet qui olim erant 11. 12
tantum in redit[u] | pecuniario, nunc et in illo ipso duplici quidem 13
per | honorariae numerationem repperiantu[r e]t sin[t], | cum quibus 14. 15
munera decurionatus iam ut pauci[s one]|rosa honeste de pl[u]no 16
compartiamur. Ad cui[us rei] | gratiam habendam, ut in saecula 17
perm[a]nsu[ro eius]|modi beneficio, oportuerat quidem, si fieri poss[et 18
et] | si verecundia clarissimi viri permitteret, universos n[os] |ire et 19. 20
gratias ei iusta optimum principem agere. Sed | quoniam certum est 21
nobis onerosum ei futurum t[a]|le nostrum officium, illut certe proxime 22
fieri opo[r]|tet o (dele) *statuam ei auratam equestrem primo quoque |* 23
tempore in celeberrima fori [n]ostri par[te] poni et i[n] | basi eius 24. 25
hanc nostram c[o]nsensionem adque hoc | decretum inscribi, uti ad pos- 26
teros nostros tam cult[us] | amplissimi viri quam facta per[m]aneant: 27
petique a | [Fa]bio Vero egregio viro patris [immo patre] *Severi,* 28
uti, quando q[ui]|dem et commentum hoc ipsius sit providentiae, qua| 29
rem publicam n(ostram) in[f]atigabili cura gubernat et in hoc | plus 30. 31
publici benefici, quod talem et nobis et imperio civem p[ro]|creavit 32
adque formavit, cuius opera studioq(ue) et ornatio[res] | et tutiores in 33
dies nos magis magisque sentiamus, uti patiatu[r] | se in hanc rem ad 34
fili[u]m suum legari mandarique sibi, | uti gratius publice c[l]ariss[i- 35
m]o viro mandatu no[s]|tro agat et gaudium universorum singulorum- 36
qu[e] | ac voluntatem ut mag[i]ster talium rerum in notitia[m] | eius 37. 38
perferat. Censuerunt.

Decreti causam exposuimus in praefatione ad Tergestinas; de iudicibus ab imperatore datis (1, 35) quaedam monuimus vol. 3 p. 107; pecuniam honorariam ab aedilibus in arcam publicam illatam vel certe populi causa erogatam praeter alios etiam titulus alter Tergestinus n. 558 commemorat. Reliqua aut interpretatione non indigent aut certe non est huius loci. Unum monebimus hoc decretum exempla quaedam offerre syllabarum divisionis vero Latinae saepe hodie neglectae, ut sunt *nos|tram*, *cres|ceret*, *dig|nitas*. Contra erratum est 1, 14. 15 in *gr|andi*. Etiam in verbis decreti praeter mendas apertas 2, 23. 28 sunt quae offendant; ut 2, 13 *duplici quidem* pro *et duplici quidem* et directa oratio abrupte incipiens 2, 8.

Basis ingens oblonga. Tergeste extra muros versus austrum FELIC. in burgo S. Laurentii RED. in latere portae S. Laurentii extra muros in ruinis BEMB. BELLON. TOMITANUS. Inde ab a. 1830 in museo.

in parte antica angustiore:

L · FABI*C l. f.*
PVP · SEV*e*R*o*
QVAESTOR
VRBANO
*de*CV*r et* PLEBS
T*ergesti*NOR

p. C. 138/161

in latere intuenti

..........................K · NOVEMBR
quod ....SPANIVS · LENTVLVS · ET
.........S · NEPOS · II · V*i*R · IVR · DIC · V · F
*l. fabium s*EVERVM · CLARISSIMVM · VI
*rum m*VLTA · IAM · PRIDEM · IN REM · P · NOS
*tra*M · BENEFICIA · CONTVLISSE · VT · QVI · APRI
*m*A · SVA · STATIM · AETATE · ID · EGE*r*IT · VTI · IN AD
*iuva*NDA · PATRIA · SVA · ET · DIGNITATE · ET · EL*o*QVENTIA · CRES
ce(ET · NAM · ITA · MVLTAS · ET · MAGNIFICAS · CAVSAS · PVBLI
*c*AS · APVI · OPTIMVM · PRINCIPEM · ANTONINVM · AVG · PIVM
*o*DSERVISSE · EGISSE · VICISSE · SINE · VLLO · QVIDEM · AERARI · NOS
*t*RI · INPENDIO · VT · QVAM · VIS · ADMODVM · ADVLESCENS · SENILI
BVS · TAMEN · ET · PERPECTIS · OPERIBVS · AC · PACTIS · PATRIAM · SVAM · NOS
QVS · INSVPS*r* · SIBI · VNIVERSOS · OBSTRINERIT · NVNC · VERO · TAM · GR
ANDI · BENEFICIO · TAM · SALVBRI · INGENIO · TA*m* · PERPETVA · VTILITATE · REM
P · N · ADFECISSE · VT · OMNIA · PRAECEDENTIA · PACTA · SVA · QVAMQVAM · IM
MENSA · ET · EXIMIA · SINT · FACILE · SVPERARI*t* · NAM · IN · HOC · QVOQVE · MIRA
BILEM · ESSE · C · V · VIRTVTEM · QVOD · COTIDIE · IN · BENE PACIENDO ET IN PA
TRIA · SVA · TVENDA · IPSE · SE · VINCAT · ET · ID*eir*CO · *q*VAM · VIS · PRO MENSV
RA · BENEFICIORVM · EIVS · IMPARES · IN REFERENDA · GRATIA · SIMVS · INTE
RIM · TAMEN · PRO TEMPORE · VEL · FACVLTATE · VT · ADIVVET · SAEPE · PACTV
*r*VS · REM*u*NERANDAM · ESSE · C · V · BENEVOLENTIAM · NON · VT · ILLVM · PRO
NIOREM · HABEAMVS · ALIVT · ENIM · VIR · ITA · NATVS · NON · POTEST · PACERE · SED
VT · NOS · IVDICANTIBVS · GRATOS · PRAEBEAMVS · ET · DIGNOS · TALI · DECORE · TA
LIQVE · PRAESIDIO · Q · P · P · D · E · R · I · C · PRIMO · CENSENTE · CALPVRNIO · CERTO
CVM · PABIVS · SEVERV*s* · *v*iR · AMPLISSIMVS · ADQVE · CLARISSIMVS · TANTA · PIETATE · TAN TA
*q*VE ADFECTIONE · REM · P · N · AMPLEXVS · SIT · ITAQVE · PRO · MINIMIS · MA
*x*IMISQVE · COMMODIS · EIVS · EXCVBET · ADQVE · OMNEM · PRAESTANTIAM ·
*s*VAM EXERAT · VT · MANIPESTVM · SIT · ID EVM · AGERE · VT · NON · MODO · NOBIS · SED · PRO
XIMIS · QVO · QVE · CIVITATIBVS · DECLARA · TVM · VELIT · ESSE · SE · NON · ALI · QVAM
*pa*TRIAS · SVAS · NATVM · ET · CIVILIA · STVDIA · QVAS · IN · EO · QVAM · VIS · ADMODVM
IVVENE · IAM · SINT · PERACTA · ADQVE · PERFE*c*TA · AC · SENATORIAM . DIG
*n*ITA*t*EM · HAC · MAXIME · EX CAVSA · CONCVPIVISSE · VTI · PATRIAM · SV
am *c*VM · ORNATAM · TVM · AB OMNIB*us* INIVRIIS · TVTAM · DEFENSAMQVE
PRAESTARET · INTERIM · APVT · IVDICES · A · CAE*sar*E · DATOS · INTERIM · APVT · IP
*sum i*MPERATOREM · CAVSIS · PVBLICIS · PATRO*c*INANDO · QVAS · CVM · IVSTI
TIA DIVINI · PRINCIPIS · TVM · SV*a* EXIMIA · AC · *pr*VDENTISSIMA · ORATION
*s*EM*pe*R · NOBIS · CVM · VICTORIA · PIRMIORES *re*MISIT · EX · PRORIMO · VERO

De varia lectione ea tantum adnotabo, quae vel hodie aliquam utilitatem habeant, maxime ut ex hoc luculento exemplo constet de Tergestinae sylloges indole et auctoritate. Solitarias litteras subinde hodie deficientes antiqui solent referre tanquam ex lapide, quarum sine dubio quamquam plerasque suppleverunt, tamen alias in lapide legerunt hodie effractas. Quare ubi dubitari potest, de antiquorum lectione in his monui. Vat. 5250 sprevi totum. — In antica cave a lectione Labusiana vv. 5. 6 male suppleta *[tribuno] pleb. [cand. praet]o[ri]*. — 1, 1 ne vestigia quidem litterarum vidimus neque ego nec reliqui recentiores; absunt item a Feliciano; ut ..OVEMBER Red.; KL · NOVEMBR (NOVENBR Ap., NOVEMBRIS Bemb.) Tomit. Bemb. Bell. Apian.; F·O·M Croce, C... M... Carlino. Retinui eo magis, quod dies locusque initio desiderantur itemque hoc versu addito versuum numerus in utraque pagina efficitur aequalis. — 2. 3 S·P·LENTVLVS·NEPOS Fel., HISPANVS·LENTVLVS·ET ....S·NEPOS Red., HISPANIVS·LENTVLVS...NEPOS Tom. Bemb., HISPANIVS · LENTVLVS · NEPOS Ap. Bell., ut intellegatur antiquos hoc loco non plura legisse in lapide quam quae hodie supersunt. — 8 *iuva*NDA Zumptius recte; *i*NDA esse in lapide olim dixi errore; VTI·VI·AD·TVENDAM · PATRIAM·SVAM Fel., VTI·IN ADTVENDA PATRIA·SVA Red., VTI IN·TVENDA PATRIA·SVA Bemb. Ap. Bell. — 10 APVT Apianus, APVD reliqui. — 11 CONSERVISSE Fel. Red. pro *o*DSERVISSE. — 18 CONTVLIT·ET Fel., CONTVLIT Red. pro COTIDIE. — 19 IDCIRCO (IDCIRHO Red.) antiqui, etiam Fel. idque flagitat lapis; IDEO Kandler. — 22 REM VENERANDAM Fel. Red. Stosch. Tom. Bemb. Ap. Bell., exigua lacuna decepti. — VT · ILLVM Fel., VI·ILLVM Red. pro ALIVM. — 23 ALIVT Red. Stosch. Apianus, ALIVS Fel. Tom. Bemb. — 25 ante Q · F · P · D inserunt QVOD FIERI · PLACERE DECERE (vel DECERI) Tom. Ap. Bell., quae glossa a Felic. et Rediano et Stoschiano abest. Abest item a Bembo, sed ibi in margine legitur: *quod fieri placuit de ea re ita censuerunt.* — Ante CALPVRNIO Kandler Göttl. inserunt L, contra antiquos ipsumque lapidem. — Post CERTO spatium vacuum in lapide, unde SPATIO inserunt Apian. Stosch. In Tom. Bemb. Bellon. hic quaedam exciderunt. — 28 EIVS·EXCVBET, quod coniecit Zumptius, secunda lectione mea in ipso lapide deprehendi; PIVS EXCVBIT Felic., unde PIVS·EXCVBVIT Tom. Bemb. Bell. Stosch., PIVS·EXCVBITVR Red., PIVS EXCVBITOR Ap. — 29 *s*VAM EXERAT secunda lectione in lapide mihi esse visum est, quamquam litterae VAMEX dubiae fuerunt; AVXERIT Fel., ...XERAT Red., AVXERAT Bemb. Ap. Bell. Tomit., ADAVXERIT Stosch. — 30 DECLARA·IV·M·ID·ESSE Fel., DECLARA....IVM·VI ID·ESSE Red.; verum dant Tom. Bemb. Ap. Bell. Stosch. — 30. 31 SI·NON · ALIQVAM·PATRIAS·SVAS·NATVM Fel. Red. Tom. Bemb. Bell. Stosch. et sic, sed GRATIAM pro NATVM, Apianus. — 32 IVVENE om. in lac. Felic., ET pro IVVENE Red., habent IVVENE Ap. Bell. alii. — 35 PRAESTARET] ....ARTI Red., unde interpolavit .....RECVPERATOREMQ...... PARTIM Felicianus, SERVARET ex coniectura Ap. Bell. Tomit., SERVARE Bemb. Tom., PERSEVERARET Stosch. — 36 CAVSIS lapis, ut legerunt antiqui: CAVSISQ Kandl. male. — 38 REMISIT Tom. Bemb. Ap. Bell., quam lectionem iterum lapidem conferens probavi, INIVNXIT Felic. Redianus. REVINXIT Stosch. — EX·PROXIMO·VERO om. Felic.

Contuli bis accurate. Anticam antiqui non dederunt; legitur apud Scussam p. 56; Crocium p. 173; Rossettium et Kandlerum *Archeogr. Triest.* 1, 105. 119; Kandlerum Istr. 1849 p. 48, syll. n. 31; Labusium *Wiener Denkschr.* 1, 346. Decretum exhibent Felicianus (Marc. n. 20, Ver. n. 1); Redianus f. 140—142 Terg. n. 1 (unde v. 1. edita est in Gruteri ed. 2); Tomitanus f. 8' n. 30 (unde quaedem enotavit Carlius 3 p. LIX); Stoschianus codex (Vat. Ottob. 2967) f. 102, ubi principium deest; Vat. 5250 f. 55. 56; Bembus f. 104; Bellonus n. 21; Apianus 355 (inde Grut. 408, 1). Proficiscuntur exempla haec antiqua ex eodem quidem apographo omnia, cum pleraeque gravissimae mendae omnibus communes sint; apparet tamen illud certe semel, fortasse bis emendatum esse ex lapide, primum ab auctore syllogae Redianae, quamquam hic aliis locis magis primitivum exemplum accurate expressit a Feliciano passim interpolatum quam emendavit, deinde ab eo, a quo pendent Stoschianus Tomitanus Vat. 5250 Bembus Bellonus Peutinger Apianus inter se fere consentientes. Postea dederunt della Croce p. 145; Carli 2, 77 (inde Mainati 1, 288) ex lapide; Witte de Tergestino lapide ad Rossettium epistola (Vratisl. 1832. 4 pp. 12) item ex lapide; Kandler Istria 1849 ad p. 45 et syll. n. 32, item ad eiusdem exemplum diligenter factum C. T. Zumpt (decretum municipale Tergestinum Berol. 1837. 4); Göttling *funfzehn röm. Urk.* (1845) p. 64 ex lapide male; Arneth *Wiener Denkschr.* 1, 283 a prioribus; Labus ibidem 1, 346 item ex editis; Orell. n. 4040 ex Grutero; Henzen n. 7168 ad exemplum Kandlerianum a me emendatum.

anticam dextro:

VT · MANIFESTATVR · CAELesTIBVS · LITTERIS · A *NTONI*
NI · AVG · PII · TAM · FELICITER · DeSIDERIVM · PVbLI *CVM* · *A*
PVD · EVM · SIT · PROSECVTVS · IMPETRANDO · VT *I · CAR*
NI · CATALIQVE · ATTRIBVTI · A · DIVO · AVGVSTO · REI · *PVBLI*
CAE · NOSTRAE · PRO · VT · QVI · MERVISSENT · VITA · ATQVE · CEN
SV · PERAEDILITATIS · GRADVM · IN · CVRIAM · NOSTRAM · ADMITte
RENTVR · AC · PER · HOC · CIVITATEM · ROMANAM · APISCEREN
TVR · ET · AERARIVM · NOSTRVM · DITAVIT · ET · CVRIAM · COMPLEVit
ET · VNIVERSAM · REM · P · N · CVM · FOMENTIS · AMPLIAVIT · ADMit
TENDO · AD HONORVM · COMMVNIONEM · ET · VSVRPATIONem
ROMANAE · CIVITATIS · ST · OPTIMVM · ST · LOCVPLETISSIMVM
QVEMQVE · VT · SCILICET · QVI · OLIM · ERANT · TANTVM · IN · REDITu
PECVNIARIO · NVNC · ET · IN · ILLO · IPSO · DVPLICI · QVIDEM · PER
HONORARIAE · NVMERATIONEM · REPPERIANTVr · eT · SIt e
CVM · QVIBVS · MVNERA · DECVRIONATVS · IAM · VT · PAVCIs one
ROSA · HONESTE · DE PLeNO · COMPARTIAMVR · AD · CVIus rei
GRATIAM · HABENDAM · VT · IN · SAECVLA · PERMaNSVra eius
MODI · BENEFICIO · OPORTVERAT · QVIDEM · SI · FIERI · POSSet et
SI · VERECVNDIA · CLARISSIMI · VIRI · PERMITTERET · VNIVERSOS s ne
IRE · ET · GRATIAS · EI · IVXTA · OPTIMVM · PRINCIPEM · AGERE · SED
QVONIAM · CERTVM · EST · NOBIS · ONEROSVM · EI · FVTVRVM · Ta
LE · NOSTRVM · OFFICIVM · ILLVT · CERTE · PROXIME · FIERI · OPOr
TET · O · STATVAM · EI · AVRATAM · EQVESTREM · PRIMO · QVOQVE
TEMPORE · IN CELEBERRIMA · FORI · nOSTRI · PARte · PONI · ET · in
BASI · EIVS · HANC · NOSTRAM · CoNSENSIONEM · ADQVE · HOC
DECRETVM · INSCRIBI · VTI · AD POSTERDS · NOSTROS · TAM · VOLTas
AMPLISSIMI · VIRI · QVAM · FACTA · PERmANEANT · PETIQVE · A *fa*
BIO · VERO · EGREGIO · VIRO · PATRIS · SRVERI · VTI · QVANDO Qui
DEM · ET · COMMENTVM · HOC · IPSIVS · SIT · PROVIDENTIAE · QVA
REM · PVBLICAM · N · INSATIABILI · CVRA · GVBERNAT · ET · IN · HOC
PLVS · PVBLICI · BENEFICI · QVOD · TALEM · ET · NOBIS · ET · IMPERIO · CIVEM · Pro
CREAVIT · ADQVE · FORMAVIT · CVIVS · OPERA · STVDIOQ · ET · ORNATIOres
ET · TVTIORES · IN · DIES · NOS · MAGIS · MAGISQVE · SENTIAMVS · VTI · PATIATVr
SS IN HANC REM · AD · FILIuM · SVVM · LEGARI · MANDARIQVE · SIBI
VTI · GRATIAS · PVBLICE · CIARISSimO · VIRO · MANDATV · NOs
TRO · AGAT · ET · GAVDIVM · VNIVERSORVM · SINGVLORVMQVe
AC · VOLVNTATEM · VT · MAGISTER · TALIVM · RERVM · IN · NOTITIAm
SIVS · PSRPSRAT CENSVERVNT

II, 1 CARMINIBVS pro CAELESTIBVS antiqua exempla omnia. — ANTONINI · AVG (AVGVSTI Fel.) Fel. Red., ANTONII · AVG reliqui antiqui, qui hoc versu et sequentibus tribus plus viderint necesse est quam quod superest, nam v. 3 certe non suppleverunt coniectura. Dedi inde desumpta inclinatis. — 4 AVGVSTO (AVG Tom.) PIO · REIP · NOSTRAS Fel. Bemb. Tom., AVGVSTO · PIO · REIPVB · NOSTRAE Ap., AVG · PIO · R · P · N Bell., AVGVSTO · PRO · REI · PVBLICAE · NOSTRAE Red., AVG · PRO · R · P · NOSTRAE Stosch.; lapis PIO non admittit. — 5 TALIA pro VITA antiqui. — 7 ADISCEREN · Felic., ADISCERENTVR Red., ADIPISCERENTVR Stosch. Ap.; apud Tom. et Bemb. et Bell. haec inter alia exciderunt. — 8 DITAVIT ET · CVRIAM · COMPLEV//ET] DICTAN .... TAM COMPLEVISSET Fel., DICTAM · ETIAM · COMPLEVISSET Red., DITATVM · IAM · COMPLEVIT ET Stosch. Ap., DICTVM · TAM · COMPLEVIT ET Tom. Bemb. Bell. — 9 CVM · FOMENTIS conieci primum, mox legi; CVM · EO · MENIIS Stosch., CVM · EO · MOENIIS Fel. Tom. Bemb. Ap. Bell., CVM · EO · MONIIS Red., CVM EGMINIIS Kandl., CVM · EO · MENTIS Borghesius *Bullett.* 1834, 29. Cf. Plinius ep. 2, 7, 3: *pater hoc quoque merebatur cuius gravissimo vulneri magno aliquo fomento medendum fuit.* — 11 ET · OPTIMVM Fel. Red. Stosch. cum lapide, VT · OPTIMVM Tom. Bemb. Ap. Bell. — 14 eT · SINe in lapide fuisse vestigia produnt; ET · SI .... Fel., ET .... SI Red., VT · ET · IPSI · SINT Bemb. Stosch. Ap. Bell. Tom. — 15. 16 CVM .... ROSA Fel., CVM · QVIBVS · MVNERA · DECORIONATVS VT · PAVCI · IAM · ROSA Red., similiter, sed VT · PAVCIS · IAM · ONEROSA Bemb. Tom. Ap. Bell., item, sed ET · PAVCIS · IAM · ONEROSIS Stosch. — 16 PLENO Fel. Red., PLANO Tom. Bemb. Stosch. Ap. Bell. — 16 CVIVS · GRATIAM Fel. Red., CVIVS QVIDEM GRATIAM Tom. Bemb. Stosch. Ap. Bell. — 17 PERMANSVR Red., PERMANSVRI Fel., PERMANSVRAM Tom. Bemb. Stosch. Ap. Bell. — 18 POSSET .... SI Fel. Red., POSSET · AC SI Tom. Bemb. Stosch. Ap. Bell. — 19 VNIVERSOS ... Fel., VNIVERSOS Red., VNIVERSOS NOS Stosch., VNIVERSOS NOS NOBILIVM Bemb. Tom. Ap. Bell. — 20 LL pro EI Fel. Red. Stosch., LEGITIMAS LL admissa glossa Bemb. Tom. Ap. Bell. — 22. 23 OPO/TET · O · lapis, ubi O abundare videtur; OPORTVNO · TRIVMPHO Red., OPORTVNO TRYVMPHO Ap., OPPORTVNO · TRIVMPHO Fel. Tom. Bemb. Stosch. Bell. — 24 TEMPORE ad 25 HANC om. Felic. Red., habent reliqui. — FORI · NOSTRI Stosch. cum lapide, NOSTRI (om. FORI) Bemb. Tom. Bell., NOSTRAE · VRBIS Ap. — 26 VOLTus ego, VOLT ... Red. et recentiores, VOLVNTAS antiqui reliqui. — 28 A · FABIO · VIRO · EGREGIO · VIRO (V Fel.) PATRIS Fel. Red. Stosch., A · FABIO · VIRO · EGREGIO · PATRE Ap., A · TAM · PIO · VIRO · EGREGIO PATRE Tom. Bemb. Bell. — 31 PLVS nuper deprehendi ego, PRIVS Tom. Bemb. Stosch. Ap. Bell., PIVS recentiores, om. Fel. Red. — TALEM habent Fel. Red., om. Tom. Bemb. Ap. Bell. — 32 ET · ORNATIO recentiores, FI · ORNAT · LO Fel. Red., VT · ORNATIORES Tom. Bemb. Ap. Bell. — 33—35 SENTIAMVS · ATV · SE IN .. ANE .. REM · ADICIVM · SVVM · LIGARI · MANDARIQVE · SI · VTI Red., SENTIAMVS ATV .... SEMPRONIAE .... REM · IVDICIVM · SVVM · LIGARI · MANDARIQVE · SI · VTI Fel., SENTIAMVS · VTI · EA · PLACVISSE · IN · CIVE ... REM · ADDITVM · SVVM · LEGARI · MANDARIQVE · SIBI · VTI Stosch., SENTIAMVS (SENTIMVS Tom. Bemb.) VTI · EA · PLACVISSE · IN · HANC · REM · ADDITVM · SVVM · LEGARI · MANDARIQVE · PERMITTAT · SIBI · VTI Tom. Bemb. Ap. Bell. — 37 MAGISTER · TALIVM · RERVM · IN om. Fel. solus.

533 in epistylio litteris magnis. Tergeste in quodam horto RED., in ecclesia S. Iusti TOM. ARMA., in ecclesia S. Iusti super quadam porta BELL., in muro cath. eccl. ad laevam portam baptisterii SCHÖNL. similiterque DELLA CROCE, CARLI. Extare negat MAIN. Hodie in museo. — Polae adscribit et nunc Brixiae extare ait VERGOTT.

P · PALPELLIVS · P · F · MAEC · CLODIVS
QVIRINALIS·P·P·LEG·XX TRIB·MILIT·LEG·VII
C P F PROC AVG PRAEF·CLASSIS DEDIT

Contull. Habent ab Antiquo descriptam Felicianus (Marc. n. 5, Ver. n. 9); Redianus f. 143' Terg. n. 23 (inde Gud. 179, 2); Tomitanus f. 7 n. 23 (inde Carlius 3 p. XLVIII); Bembus f. 104; Peut. 526 f. 110; Bellonus n. 24. Item Scussa cod. Marc. p. 22, cod. Kandl. syll. n. 7 (inde Schönleben 1, 225); della Croce p. 118. 269 (= Mainati 1, 1, 272); Carli 2, 73; Kandler *archeogr. Triest.* 1, 123 et Istria 1848 p. 293 et syll. n. 37.

V. 3 litteris dimidiatis scriptus est, ut et C·P·F et G·P·F admittat. Integrum legit unus Kandlerus; T . . . . D . . . . DD . . . . N . . . . F . . . . CIL . . . . SDF della Croce; PRAEF (PRAEFECTVS Fel.) CLASSIS DEDIT lacuna celata exempla antiqua vetustiora Felic. et Red.; PRAEF·II·CLASSIS (CLASSIS Peut.) DEDIT exempla antiqua recentiora Tom. Bemb. Peut. (omisit haec Bellonus, fortasse ideo quod ea repperit in archetypo picta litteris dimidiatis); omittunt plane praeter Bellonum Scussa et Carlius.

Conferantur Tacitus ann. 16, 30 ad a. p. C. 57: *Clodius Quirinalis, quod praefectus remigum qui Ravennae haberentur velut infimam nationum Italiam luxuria saevitiaque afflictavisset, veneno damnationem anteiit* et infra n. 540.

534 Tergeste in quodam lapide longo per medium rupto SIEDER. apud vicum Ribargi ANTIQUUS (RED. TOM. BEL.). Venetiis in curia dni Francisci Capello [qui cepit a. 1509 Tergeste] in rivulo divi Marci SANUTUS f. 49. Venetiis in domo Campelli MANUT. Venetiis in aedibus Francisci Michaelis patricii GRUT. Prior pars hodie extat in museo Obiciano Catai, secunda videtur periisse. — *Nella terra di Trievi nell' Umbria* CAMERINI.

Q · PETRONIVS · C · F · PV*p*· | MODESTVS · P · P · BIS
LEG · XII · FVLM · ET · LEG · I · ADIV | *t*RIC · TRIB · MIL · COH · V · VIG
TR · COH · XII · VRB · TR · COH · V · PR · PR | *oc* · DIVI · NERVAE · ET · IMP · CAES *p.C.98/115*
NERVAE·TRAIANI·AVG·GERM·PROVIN | *c·h*ISPANIAE·CITER·ASTVRIAE·ET
5 CALLAECIARVM·FLAMEN·DIVI·CLAVD | *de*DIT · IDEMQVE · DEDICAVIT

Vidi partem priorem Catai. Tergeste excepta exempla extant partis prioris separatum apud Felicianum cod. Ver. Terg. n. 15 et Sanutum f. 145 Terg. n. 5 et f. 146 Terg. n. 17 (hic imperfecte); partis posterioris separatum apud Bellonum Terg. n. 22 (inde male Mur. 836, 3) et Sanutum f. 145' Terg. n. 7. Denique partibus duabus coniunctis habent Felicianus cod. Marc. n. 7, cod. Ver. n. 6; Redianus f. 142 Terg. n. 12; Tomitanus f. 1 n. 1 (quem citat Carlius 3 p. XLIII); Bembus f. 102; Bellonus n. 14; Apianus 352, 4 (inde Lazius r. r. p. 156. 630. 675. 709. 712. 1205; Panvin. Rom. p. 358; Ligorius ms. Taur. 17; Smet. 144, 9; Scussa ed. p. 29), eodem exemplo omnes; item coniunctis partibus, sed emendatius, Sanutus f. 147 Terg. n. 63 (postea adscriptum) et Valvassonius n. 1 et Sieder n. 13 (inde Mur. 874, 4 ex schedis suis). Venetiis exempla descripta proponunt Sanutus f. 49, ubi separantur partes, posterior autem datur imperfecta; Manutius cod. Vat. 5248 p. 5, ubi partes coniunguntur quidem, sed post priorem datur posterior versuum ordine servato in neutra; Grut. 193, 3 a Benedicto Georgio patricio Veneto (inde della Croce p. 128. 249; Vergottin Pola p. 47). A prioribus Phil. Camerini in schedis Muratorianis XVIII, 224 et Kandler n. 45; cf. Orelli 2218.

Variam lectionem dabo integram exemplarium integrorum Siederi (quocum Sanutianum 147 fere convenit) Manutii Gruteri, item in parte posteriore quae hodie desideratur Bellonianam n. 22 et Sanutianam f. 145, ex reliquis adnotabo potiora, maxime ut constet de interpolationibus posteriorum. — Versus recte divisit Grut. et fere Valvasson. — 1 PETRONIVS om. Sieder. — PV Sieder Valv. San. 147 recte, PA Man., PVP Grut., PVB Red. Fel. (scilicet exemplum integrum, nam alterum non cito) et fere exempla Antiqui. — 2 LEGVM pro LEG Manut. — FLAM pro FVLM praeter Redianum exempla Antiqui (Fel. Tom. Bemb. Bell. 14 Ap.) ex interpolatione. — AIV . . . IC Sieder, ADIVIC San. 147, AILIA (?) . . . TRIC Manut., . . . RIC San. 145, . . . SIC Bell. 22, ADIVTRIC Grut., ADIVC Red., ADIV . . . Felic., ADIV·VIC Bell. 14 Ap.; ADIV usque ad COH·V om. Tom. Bemb. — VIC San. 147 Grut. pro VIG — VIG usque ad COH·V om. Ap. — 3 XII pro TR· priore Felic., TRI· pro TR· altero Man. San. 147, TER· pro TR· bis Tom. Bemb. Bell. 14. — TRDTT pro TR·COH altero Felic. — PR·RR Manut., PR (altero PR omisso) Felic. — 4 . . . SPANIAE San. 145 et 147, . . . SPANIE Sieder, ISPANIAE Valv. Bell. 22, . . PANIAE Man., HISPANIAE Grut. et fere exempla Antiqui. — ET om. Man. — 5 CALLECIARVM Sieder Manut. — CLAVD . . . Sieder Manut. recte, CLAV Grut., CLAVDII San. 147 et Ant. — . . DIT Sieder Bell. 22, DIT San. 145, om. Manut., DEDIT Grut. San. 147 et Antiqui pleraque exempla, CEPIT Valv., CONDIDIT Felic.

535 litteris maximis; primi versus sunt unc. 8¼ altae. Prior pars reperta est a. 1725 Tergeste *nella Braida de' Sig. Capuani* et collocata in moenibus urbis NICOR; eandem in via ad eccl. S. Iusti parieti immissam viderunt LINHART et RART; hodie extat in museo. Alteri 'Aquileiae in ecclesia iuxta altare S. Herasmi super quodam lapide fracto' praescribunt BELLONUS et SANUTUS; Aquileiae POC.; hodie quod inde superest, relatum Tergeste cura opinor Kandleri (cf. eius *esplor.* n. 1 p. 5), item extat in museo Tergestino.

q · *petroni* | VS · C · F · PVP · | M *o d e s t u s*
p. p. bis leg xii ful | M · ET · LEG · I · ADIV | *tric. trib. mil.*
coh. v. vig. tr. coh. x | II · VRB · TR·COH·V·PR·P | *rae. divi nervae et*
imp. caes. nervae t | RAIANI · AVG · *GERM·PRO*v *hisp. cit. asturiae et*
callaeciarum f | LAMEN·DIVI· *CLAVDI·DEDIT idemque dedicavit*

Descripsi quod superest. Priorem partem exhibent Nicor apud Zaccheriam p. 13; Bertoli inscr. Aquil. ms. n. 765 ex Piccardianis; Pococke p. 116, 12; Linhart Krain 1, 356; Cortenovis in schedis Marinianis cod. Vat. 9128 f. 142; Kert apud Mainatium 1, 1 p. 312 sq. (inde male Labus in actis Vindobon. maioribus 1 p. 357); Kandler n. 44. — Partem secundam olim Aquileiensem proponunt integram Bellonus in Forojul. n. 3 et Sanutus f. 40 n. 33 et Vat. 5250 f. 65 n. 40 (ex Bellono per Bertolium Mur. 846, 7 et Bertoli ipse p. 264 n. 377, ex his Kandler *archaeogr. Triest.* 1, 122), partem superiorem adhuc extantem Mur. 661, 3 a Bertolio; Bertoli p. 159 n. 161; sched. Fontaniniannae et in bibl. cap. Utin. et inter Muratoriana; Pococke p. 125 n. 15; Kandler ll. cc. Dixerunt de duorum horum titulorum fatis Labus l. c. et Kandler Istria 1848 p. 56, hic et brevius et melius multo.

536 litteris magnis et bonis. Tergeste in eccl. cathedrali in abside altaris S. Sacramenti nuper rep. et illata in museum.

PVP · PRO
leg. xxi I · PRIMIG
*pr*AEF · GAESA
*toru*M · HELVET
leg. V · MACE *d*

Descripsi a. 1666.

Gaesati, ante hunc titulum repertum non noti nisi ex iis quae memoriae tradita sunt de debellatione Gallorum Cisalpinorum saeculo urbis sexto incipiente, Polybio (2, 22 sq.) teste Galli fuerunt accolae Alpium et Rhodani ab Insubribus et Boiis mercede data acciti et inde dicti Gaesati (διὰ τὸ μισθοῦ στρατεύειν· ἡ γὰρ λέξις αὕτη τοῦτο σημαίνει κυρίως) nec multum discedunt a primario auctore reliqui (Plutarch. Marcell. 3; Oros. 4, 13; Strab. 5, 1, 6 p. 212. 5, 1, 10 p. 216). Gaesa autem quamquam Gallis omnibus aliisque etiam populis tribuuntur, tamen maxime propria sunt ipsorum illorum Alpinorum ad Rhodanum, unde apud Caesarem b. G. 3, 4 dantur Sedunis et Veragris et *Alpina gaesa* dicuntur Vergilio (Aen. 8, 661) et Silio (1, 629). Quod denuo videtur confirmare titulus Tergestinus licet mutilus; nam post praefectum usus requirit non tam ethnicum nudum quam militiae generis definitionem. Quare cum hoc *praefecto gaesa[torum]* . . . . *am Helvet[iorum]* composuerim *praefectum levis armaturae Hispaniensis* (Henzen 6735) et magis etiam *praefectum Raetis Vindolicis vall[is] Poeninae et levis armatu[r(ae)]* (Henzen 6939), cuius milites et ipsos gaesatos fuisse non sine causa conicias.

536a rep. 1767 in territorio Tergestino loco dicto Romagna CORTENOVIS. Periit KANDL.

D · M
L · SATRIVS
SILVINVS
P S R
CAESIDIAE
AMABILI
CONIVGI·CARIS
FECIT

Cortenovis servavit in cod. p. 76; idem misit Marinio cod. Vat. 9128 f. 143 et Carlio 2, 267 (inde Kandler n. 108).

6 habet Carli, om. cod. et Marinius.

D. M. L. Satrius Silvinus p(rocurator?) s(ummarum?) r(ationum?) Caesidiae Amabili coniugi caris(simae) fecit.

537 litteris magnis, Tergeste rep. *presso il castello nel podere Pillepich.* Nunc in museo.

..DIVM·S *acrar et*
..RVM *publicor*

Contuli. Kandler *archeogr. Triest.* 1, 122.

538 prope Tergeste *nel monte di Scorcola nella vigna de' Signori Bottoni* SCUSSA, DELLA CROCE. — Inter Polenses VERG. fraude.

TI · ATTIO · TI · FIL · PVP
NILARO
DEC·EMERITO·ALAE·I·FL·FID
ANTISTIA·ILIAS·CONIVGI·V·F
LIB·LIBQ·POSTQ·EOR

Scussa ms. Marc. p. 22, ms. Kandl. syll. n. 27, a quo pendent reliqui: della Croce p. 124 cf. p. 139 (inde Mur. 787, 6; Mainati 1, 1, 342); Carli 2, 97; Vergottin Pola p. 47; Kandler n. 62.

1 PVB omnes, ut solet Scussa sic PVP sibi non intellectum corrumpere. Cf. Rossetti *archeogr. Triest.* 1, 106.

539 Trieste *presso il castello nel podere Pillepich* KANDLER. Nunc in museo.

Q · BAIEND
P·FIL·PVP
KLASSIAN
PRAEF·COH·II·AST
..RIS / VII

Contuli. Kandler *archeografo Triestino* 1 (1829), 121 et inscr. n. 30; Labus *gazzetta di Venezia* 1829 n. 272 et in actis Vindobon. 1, 354.

Margo inferior latet sub durissima calce.

540 rep. Tergeste m. Iun. 1787 MARINI; *trovata a Trieste nella contrada esterna di Romagna sulla strada di Aquileja* KANDLER; *esiste dove fu trovata, nella grande caserma nel muro del secondo cortile* MAINATI. Nunc in museo.

P CLODIO · QVIRINAL
MILITI·LEG·XV·APOL· ET·
BLASSIAE · L · F · PLACIDAE · VXORI
sic ET·CDMINIO·VERO·MIL·LEG·XIII·G
ET·A·TVLLIO·CHRYSANTO·AMICO
P·CLODIVS · CHRESTVS ·
V · F · SIBI · ET · SVIS
CAESERNIAE · SEVERAE

notis rolis expunctis

Contuli. Habent Marini cod. Vat. 9128 f. 143, cui misit comes Rambaldus degli Azzoni; Carli 2, 269 delineatam a Bonomo; Mainati 1, 1, 330; Kandler n. 77.

Nota partem v. 1 et totum v. 6 scalpro erasos. Hunc Kandler postea additum esse scribit, non recte.

Pater fuit fortasse naturalis P. Palpellii P. f. Maec. Clodii Quirinalis eius quem supra habuimus n. 533.

541 Tergeste rettuli, quoniam primum innotuit Venetiis ex domo domini Francisci Capello eius qui a. 1509 cepit Tergeste, in qua domo cum praeterea fuerunt lapides scripti, eos omnes constat origine esse Tergestinos. — Venetiis PANV. in domo domini Francisci Capello in rivulo divi Marci SAN.; in domo Campelli MAN.; in atrio domus privatae mercatoris cuiusdam GUD.; ad S. Iohannem in Oleo apud Io. Bapt. Allegri ASTORI MAFF. Ex aedibus olim Michieli nunc Dom. Molin a. 1828 illata est in museum Marcianum CICOGNA *iscr. Ven.* 2, 197. VALENT. Ibi extat hodie.

D · M · T·DOMI
TI · GRACILIS
NA · DITIO
VIX · AN · L ·
MIL · AN · XIII ·
IIII · PADO
H E R E D E S
L·PLASTOR·VS
BASSVS ET ·
L · MVRRANIVS
SVPER · B · M · P

Contuli. Habent Sanutus cod. Ver. f. 49; Manutius cod. Vat. 5248 p. 5; Panvinius cod. Vat. 6036 f. 80'; Gudius ms. 774, 1, ed. 163, 5 qui vidit a. 1663; Astorius inscr. Ven. (cod. Marc. Lat. 14, 200) f. 4 et *Giornale de' lett.* vol. 38 (Venetiis 1727), 182 (inde Mur. 811, 3); Maffei M. V. 381, 7; Valentinelli *mus. arch. della Marciana* (1866) p. 166.

1 DOMI bodie nec plura viderunt ne antiquissimi quidem San. Panv. — 3 DELM pro DITIO Mur.

D. m. T. Dom[i]ti Gracilis na(tione) Ditio(nis); vix(it) an(nos) L, mil(itavit) an(nos) XIII (quadriremi) Pado. Heredes L. Plastorius Bassus et L. Murranius Super b(ene) m(erenti) p(osuerunt). Ditionum notus est populus Dalmatiae.

542 Tergeste rep. ad SS. Martyres retro MAINATI. Nunc in museo.

Q · IVLO · AN
FELICI · MIL
LEG · IIII · F · F
AN·XL·STI·XIIX
F · I ·
VS·SE

Contuli. Habent Mainati 1, 1, 340; *Archeografo Triestino* 1, 95; Kandler n. 92.

6 IVLIVS SEVER Main., IVLIVS SEC... Arch., Q·IVLIVS·SEC Kandl., ex supplemento opinor omnes.

543 arca marmorea. Tergeste apud S. Lazarum RED.; in ecclesia maxima infra capellam SS. Lazari et Servuli TOM. BEMB. Erat in aede maxima pro ara; nunc est in museo KANDL.

L·SEVGONI· AGRIPPIN·EVOK
AVG · N COH · VIIII · PRAET
P · V · SEVERIAN · SEXTILIA
MAXIMILLA · HERES
ITEMQ · VXOR · CONIVG
KARISSIMO
SPE RANTI

Descripsi. Descripserunt antea Antiquus apud Redianum f. 143' Terg. n. 24 (inde Gud. 202, 7) et Tomitanum f. 7 n. 24 (inde Carli 3 p. XLIX) et Bembum f. 103' et Peutingerum 526 f. 110 et Kandlerus n. 109.

V. 1 Rediani et Tomitani et Bembi et Peutingeri dabo, ut denuo appareat et ab eodem exemplo pendere omnes et Redianum apographum reliquis multo minus corruptum esse. — SEVCO·AGRIPINAE (AGRIPPAE Peut.) praemittunt Tom. Bemb. Peut. — 1 SEVCONI Tom. Bemb. Peut. — SVO Red. Tom. Bemb. Peut. — 2 AVG I... H Red., AVG·COH Tom. Bemb. Peut. — 3 S ... SIAN vel SSIAN Red. Tom. Bemb., S·RISN Peut. — 5 CONIVGI Bemb. — 6 KARISS Peut.

Sperans Agrippinus dicitur ideo, quod mortuus est eo ipso tempore, quo fieri debebat centurio; comparandus optio tituli urbani (I. N. 6816), cui *re[stabant] dies LI ut fieret* ⊃; item miles cohortis II praetoriae singularis tribuni spe beneficiatus, qui decurio fit *ob spem processus* (Orell. 3530); item optiones Lambaesitani Romam proficiscentes *ad spem suam confirmandam* (Henzen n. 6790); item *optio spei leg. II adi. p. f. Antoninianae* in titulo anni 218 edendo inter Aquincenses. Vide quae dixi apud Renierium *mélanges* p. 239.

544 Tergeste simpliciter RELIQUI, in via publica prope ecclesiam S. Sebastiani TOMIT. SAN.

M·SVRINVS · M · F · MARCELLVS
III·VIR·AED·PRAEF·I·D·II VIR·PONT·PRAEF·FABR·QVINQ·D·D
M·SVRINVS · M · F · MARCELLVS · FILIVS

Antiquus servavit. Exhibent Felicianus (Marc. n. 3, Ver. n. 29); Redianus f. 142' Terg. n. 8 (inde Gud. 139, 3); Sanutus f. 146 Terg. n. 22; Valvassonius n. 8; Sieder n. 9; Gammerus f. 160; Tomitanus f. 7' n. 28; Peutinger 526 f. 110; Don. 5, 225 ex ms. antiquo, Rediano opinor (inde Carli 2, 308; Kandler n. 115); Mur. 748, 3 ex schedis suis (id est e Siedero) et Donio. A prioribus Orelli 3837.

Versus divisi ad Gammerum. — 1 MAR·SVRINVS Valv. — MARCELVS Red., MARCELL Peut. — MARCELLVS·FABER·QVINQ· Felic. mediis omissis. — 2 III VIR·AEDIL San., III VIR ED Sied. Gamm., III VIR (om. AED) Valv., III·AED (om. VIR) reliqui. — PONT Gamm. Tom. Peut., PONTIF reliqui. — 3 om. Peut., Sanutus postea adiecit. — MACCLIVS Valv. — FILIVS om. Sied. Gamm., qui v. extremum repraesentant litteris dimidiatis.

2 fin. puto legendum *donum dedit;* nam *decurionum decreto* explicantes in molestias incidimus. Praeterea vide dicta p. 53.

545 Tergeste in fundamentis campanilis ecclesiae FELIC. (VER.), in turri ecclesiae RED., in basi hostii turris seu nolarii STOSCH., in calce turris eccl. maioris TOM. BEMB., sub turri in ecclesia S. Iusti BELLON. *A man sinistra della porta del campanile della cattedrale* DELLA CROCE ibidemque extat adhuc. — Inter Polenses VERG. male.

L · VARIO
PAPIRIO
PAPIRIANO
II VIR·I·D·II·VIR·I·D·QQ
PRAEF · FABR · ROMAE
ET · TERGESTE
FLAM·HADR·PONT·AVGVR
COLLEGIVM·FABRVM
PATRONO · MERENTI

Descripsi. Exhibent ex antiqua sylloge Felicianus (Ver. n. 11 melius quam Marc. n. 14); Redianus f. 142 Terg. n. 5; Stoschianus f. 103; Sanutus f. 145 Terg. n. 3; Sieder n. 14; Gammerus f. 161; Lilius f. 153; Tomitanus f. 5' n. 18; Bembus f. 102; Peut. 528 f. 109'; Bellonus n. 6; Apian. p. 354, 2 (inde Fabricius p. 65; Lazius r. r. p. 356. 411. 1204; Manut. 375, 27; Smet. 161, 6; Grut. 483, 2). Ex lapide exceptam denuo dant Manut. cod. 5248 'ex libro Paulli Rhemn.', id est Rannusii; Scussa f. 20 cod. Vno., p. 10 cod. Kandler., syll. n. 1, ed. p. 19, item apud Schönlebenum 1, 224; della Croce p. 159. 207 (= Mainati 1, 1 p. 36. 267); Bertoli inscr. Aquil. ms. n. 766; Carli 2, 91; Vergottin Pola p. 44; Labus *Wiener Denkschr.* 1, 351; Kandler n. 33.

L. Vario Papirio Papiriano IIvir(o) i(ure) d(icundo), IIvir(o) i(ure) d(icundo) q(uin)q(uennali), praef(ecto) fabr(um) Romae et Tergeste, flam(ini) Hadr(ianali), pont(ifici), augur(i) collegium fabrum patrono merenti. Praefectum fabrum Romae et Tergeste sic intellege et ea praefectura fabrum eum functum esse, quae est inter munera militaris equestris dignitatis rei publicae Romanae, et fabris Tergestinis eum praefuisse praefectum et patronum, quales habemus Polae n. 60 et alibi passim.

546 basis, rep. Tergeste in campanili eccl. S. Iusti m. Iulio a. 1642 KANDLER. Extat in museo.

donis donato
OB·BELLVM·PARTH· *torquibus*
ARMILLIS · PHALERIS · CO*rona*
L·VARIVS·PAPIRIVS·PAPIRIANV*s* PA*tr* R
II VIR·I·D·II VIR·I·D·QVINQ·TERGEST
PRAEF · FABRVM · ROMAE · ET · TERG

Contuli. Ed. Kandler n. 26 (cf. *sppl.* n. 7 p. 7) male suppletam.

Cf. e. c. Henzen n. 6749: *donis donato a divo Traian. bello Parthic. corona murali torquib. armillis phaleris.* Bellum Parthicum intellegi Traiani sequitur ex n. 545, ubi is ipse qui hunc titulum dedicat dicitur flamen Hadrianalis.

547 Tergeste in pariete monasterii S. Benedicti *de la cella.*

T·VIDIVS·FORaN*ana*
MIL · LEG · V·ALAV*dae*
MIL · ANN · XXVI
CAMVLA · VX*or fec*

Tomitanus in App. f. 13 n. 41 (inde Kandler n. 119).

1 FORAMVN cod. — 2 MI. cod.

548 *Trieste trovata sotto le mura nella braida Francol contigua alla chiesa distrutta* MICOR, BERTOLI.

SCIT · PISCINA
DIVS · TRIBVNV
TORVM·S·L·ORVM

Micor apud Zuccherium p. 15; Bertoli inscr. Aquil. ms. n. 716 et apud Calogerà n. r. 4 (1758) p. 388 ex Piccardianis; Carli 2, 315, hi omnes fortasse ex eodem exemplo. Ex lapide Pococke p. 116 n. 8. A prioribus Kandler n. 38 (cf. Istria 1852, 198).

1 FCIT Carli. — 2 TRIBVNV Poc., TRIBVN reliqui. — 3 TORVM·S·L·ORVM Poc., TORVM·SL/ORVM Carli, TORVS·L/ORVM Bert., TORV EL·ORNA Micor.

549 Tergeste rep. 1829 ad SS. Martyres, extat in museo.

L·APISIVS·T·F·PVP·II·VIR APISIA

Contuli. Ed. Rossetti *archeogr. Triest.* 1, 98; Labus in actis Vindobon. 1, 363; Kandler n. 36.

550 basis optime scripta, rep. Tergeste in campanili eccl. S. Iusti a. 1842 KANDLER. Nunc in museo.

L · APPVLEI*o*
L · FIL · P*up*
TAVRI*o*
DECVR*ioni*
AEDI*li*
—*h*—

Contuli. Ed. Kandler n. 29 (cf. *sppl.* n. 7 p. 7) suppletam.

551 Tergeste in museo.

SEX·CA
AED

Descripsi.

552 Tergeste rep. ad SS. Martyres, nunc in museo.

SEX · CAESIVS · SEX
LIB · CINNAMVS
IIIIII·VIR·AVGVSTALIS
H S E
ET · TIBI ST · TV

Contuli. Ed. Kandler n. 82.

553 ibidem (praecedit Mugiae in ecclesiae maiore) RED. Tergeste in vico Ribargi SEMS. Inter Tergestinas s. l. FELIC.

M · CASSIDIVS	ATTIA
M · F · DECVRIO	SECVNDA
FIERI · IVSSIT	VXOR

Antiquus servavit. Habent Felicianus (Marc. n. 18, Ver. n. 4); Redianus f. 143' Mugl. n. 2. 3 (inde Gud. 119, 9); Bembus f. 102'.

1 M Bemb., M Red., M Fel. — 3 IVSIT Red. — Titulum secundum separat et alteri praeponit Red.

554 tabula quadrata litteris concinnis et nitidis aetatis Severianae GUD. Tergeste in burgo S. Laurentii nuper repertum BELLON. Inter Tergestinas UTIN. Venetiis in domo domini Francisci Capello [qui a. 1509 cepit Tergeste oppidum] in rivulo divi Marci SAN. Venetiis in domo Campelli MANUT. in aedibus Francisci Michaelis patricii Veneti PANVIN. GRUT. In atrio domus privatae GUD.

C · GETACIO
PVP
SEVERIANO
AED·II·VIR·IVR·D·
TERGESTE
C · GETACIVS
SEVERIANVS
PATER *p*

Sexies descripta est Bellono Sanuto Manutio Panvinio Grutero Gudio. — Bellonus n. 38 (inde Mur. 1085, 8, ex hoc Carli 2 308), ubi extrema est Tergestinarum neque venit ab Antiquo Tergestino, cum dicatur nuper reperta neque accurate, ut solet ille, sed misere corrupta proferatur; Sanutus f. 49'; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 138'; Manutius cod. Vat. 5248 p. 5; Grut. 388, 1 a Benedicto Georgio patricio Veneto (inde della Croce p. 169; Carli Calogerà 28, 205, ant. Ital. 2, 92; Vergottin Pola p. 45); Gud. ms. 774, 2, ed. 126, 1 qui vidit. Kandler n. 89 nescio unde.

Vv. ord. neglegit Manutius. — 1 CEVACIO Grut., GEMATIO Man. — 2 SVS San. — 4 IVR om. San. — 5 TREGESTE Panv. — 6 CETACIVS San. Grut., GAETACIVS Kandl. — 7 ANIANVS San., INANVS Man., om. Panv. Grut. — 8 om. omnes excepto Bellono, qui sic titulum deformavit: CAIO · GEVATIO · PVPILIANO·SEVERIANO·EDILI·II·VIRO·IVRA·DICENTI·TERGESTE (TERGESTI corrigitur) CAIVS GEVATIVS·PVPILIANVS PATER DICAVIT.

555 Tergeste ante altare S. Georgii RED. in ecclesia S. Iusti ad altare S. Serci BELL. ante altare S. Gregorii eccl. S. Iusti TOM. BEMB. in eccl. cathedrali in aedicula S. Caroli ad laevam portae SCHÖNL. ibi in pavimento DELLA CROCE. Nunc in museo. — Feltre *'trovata l' a. 1590 poco discosto dal ponte delle Teze'* CORNO; Polae VERG.; male uterque.

T · MÁRCIVS · SECVNDVS
IIIIII · VIR · AVG
MARCIA·T·L·QVARTA·VXOR

Descripsi. Exhibent Felicianus Marc. n. 4, Ver. n. 8 pessime; Redianus f. 143' Terg. n. 25; Sanutus f. 145' Terg. n. 11 et denuo f. 147 Terg. n. 34 (hic postea adscr.); Valvassonius n. 9; Sieder n. 10 (inde Mur. 201, 4 ex schedis suis); Gammarus f. 159'; Lilius f. 131 (inde Reines. 6, 66 ex Langerm.); Tomitanus f. 7 n. 25 = f. 7' n. 27; Peutinger 526 f. 110; Bembus f. 103'; Bellonus n. 3. Item habent Scussa syll. n. 6; Schönleben 1, 225 a Scussa; della Croce p. 213 (= Mainati 1, 1, 281); dal Corno Feltre p. 135; Carli 2, 126 ex Crocio; Vergottin Pola p. 43; Kandler n. 42.

Vv. ordinem retinent ex antiquis Valv. Lilius Gamm. Bellon. — M·D·M·TVLLIVS·MARTIVS·SECVNDVS cet. Felic.

556 elementis mutilatis, Tergeste in contrata Chavane et apud torcular Petri Pauli de Argento TOM. *ritrovata nel 1828 nella fu piazza del sale;* sed periit KANDL.

P·MS
POLLIO
deCVR·POLAE

Tomitanus f. 16' ubi postea addita est; Kandler *arch. Triest.* 1, 119, syll. n. 134.

1 P·M Tom., I·ME Kandl. II. — 3 CVR Tom., deCVR Kandl. I, DECVR Kandl. II.

557 Tergeste in muro monasterii S. Benedicti *de la cella* TOM.

ABIVS
prIMIGEN
IIIIII VIR
V·F·SIBI·ET
CAESENAE

Tomitanus in App. f. 13' n. 42 (inde Carli 3 p. L, Kandler Istr. 1848, 293 et syll. n. 55).

Vv. disposui lacunasque signavi ex coniectura. — 3 CAESENIAE Kandl. Istr.

558 Trieste *era ad uso di panca presso la porta del campanile del duomo* LABUS; *pilastro rotto, ricuperato da un muro presso la cattedrale, ora stava capovolto* KANDLER *(espl.).* Nunc in museo.

IMILIAE
EX · PECVNIA
HONÓRAR
ADIECTA · IN
PÉNSA·SVA
SPINTHER
AÉDIL

Contali. Ed. Kandler *esplor.* n. 1 p. 5 et syll. n. 43; Labus in actis Vindobonens. 1, 364.

559 Tergeste in ecclesia SS. Martyrum TOM. rep. in puteo sacro, nunc in pavimento ecclesiae DELLA CROCE.

AS·IIIIII·VIR
A·L·L / / / / TEVCER
A·L·L·AMMIA
· V · F

Tomitanus in App. f. 11' n. 33 (inde Carli 3 p. LII). Exiguum fragmentum a della Croce p. 533 propositum VIR · | SVGE, quod ipse de virgine Eugenia interpretatus est, huc revocavit Rossettius *archeogr. Triest.* 1, 94. Inde Kandler n. 131.

1 LIIIIL Tom. — 2 EVGS Croc. — 3 T·A· Tom.

560 basis ingens Tergeste in pede altaris S. Iohannis Baptistae maioris ecclesiae RED. BEMB. in eccl. cath. ad altare S. Iohannis Baptistae sive ad baptisterium ACUSSA, DELLA CROCE. Nunc in museo.

C · VÍBIVS
VALENS
patera VI · VIR · AVG · T · F · I *vas*
EX · HS · XX
FELIX·LIB·VIVIR AVG F

Descripsi. Exhibent Redianus f. 144 Terg. n. 27 (inde Gud. 142, 1); Sanutus f. 146 Terg. n. 18; Valvassonius n. 10; Sieder n. 7; Gammarus fol. Trev. 2; Lilius f. 151; Tomitanus f. 6 n. 20 (inde Carli 3 p. XLVII); Bembus f. 103'; Malvasia p. 472 ex schedis Vatic. Item Scussa p. 13 et syll. n. 4 cod. Kandler., ed. p. 23 (inde Schönleben 1, 225, ex hoc per Brich. Columbum Mur. 2026, 1); della Croce p. 224 ligno incidit (inde Mur. 205, 6; Mainati 1, 1, 318); Carli 2, 126; Mariniianae schedae cod. Vat. 9128 f. 142'; Kandler n. 35.

561 Tergeste in museo.

p VP
) · AF

Descripsi.

562 Tergeste supra portam S. Martini RED. TOM. BELL. BEMB. in limine (in archivo FEL.) ostii ecclesiae S. Martini FELIC. STOSCH.

L·ALFIVS·L·L·ISOCHRYSVS
MEDICVS
L · ALFIVS · ISOCHRYSI · L
SVDEMVS · V · F
SIBI · ET · PATRONO · ET
ALFIAE · L · L · ATTICAE
VXORI · ET · SVIS
BONVS · HOMO ET · TV

Servavit Antiquus. Exhibent Felicianus (Marc. n. 8, Ver. n. 7); Redianus f. 143 Terg. n. 22 (inde Gud. ind. LXXX); Stoschianus f. 103; Sanutus f. 145 Terg. n. 4; Sieder n. 15; Gammarus f. 160'; Lilius f. 153' (inde Reines. 11, 1 ex schedis Langerm., ex Reinesio della Croce p. 307 et Carli 2, 128); Tomitanus f. 3' n. 8 (inde et ex Reinesio Kandler n. 49); Peutinger 526 f. 109'; Bembus f. 102'; Bellonus n. 1. Non aliunde Spon. *recherches* p. 434. Incertae originis est exemplum Fabrettii 669, 531 sumptum ex schedis nescio quibus Vaticanis. Manutius cod. Vatic. 5248 p. 21 non habet nisi v. 1. 2.

In vv. div. secutus sum Gammarum Lilium Bellonum. — 1 ISOCRHRVS San., ISOCRHRVSVS Tom., ISOCRYSVS Sied. Gamm. Lil. — 3 ISOCHRYSI·L Red. solus, ISOCHRYRLI·L Bell., ISOCRISI (om. L) Gamm., ISOCRYSI · F San. Sied. Lil., L·L·ISOCHRYSI Bemb. Peut., L·L·ISOCRISI Tom. — 4 EVDEMVS Sied. — 5 SIB· Red. solus. — 6 ALTIAE Red. solus. — L·L·ATTICAE om. Tom. Bemb. Peut. — 'deficit in fine' Red. — Felicianus sic pervertit in Marc.: ALPHIVS·II·SOCROLSVS·MEDICVS·L·ALPHIVS·ISOCROL·II·SVDEMIVS·V·F·SIBI·ET·PATRONO·ET·ALPHIAS·L·L·ATTICAS·VXORI·ET·SVIS (rel. om.); in Veronensi: L·ALPHIVS (m. 2. hic et alibi reposuit ALFI —) ·L·L·ISOCHRYSVS·MEDICVS·L·ALPHIVS·ISOCH . . . I·II· (m. 2 ISOCHRYSI·L) EVDEMIVS (rel. ut in Marc.); Stoschianus sic: L·ALFIVS·ISOCHRYSVS·L·L·MEDICVS·L·ALFII·ISOCHRYSI·SVDEMVS·V·F·ET·ALFIAE·ATTAE·L·L·VXORI·ET·SVIS·BONVS·HOMO·ET·TV. Fabrettii exemplum hoc est: L·ALFIVS·L·L·ISOCHRYSVS·MEDICVS|L·ALFIVS·ISOCRISI·FIL·EVDEMVS|SIBI·ET·PATRI·ET|ALFIAE·L·L·ATTICAE·VXORI|SIBI·ET·SVIS|BONVS·HOMO·ET·TV

563 Tergeste in contrata Riburgi RED. APIAN. Istriae in archivo ostii S. Martini FELIC. (VER.). Venetiis apud Franciscum Capellam [qui a. 1509 cepit Tergeste] in curia SANUTUS. V. in domo clarissimi viri Caroli Cappellii eq., Francisci eq. filii, in Iudaica penes pontem lapideum qui ducit ad Cruceiam (?) aedem MANUTIUS. V. apud Franciscum Michaelem patricium GRUT. '*Dovrebbe trovarsi in Adria*' KANDLER Istr. 1851 p. 24, nescio qua ex causa.

CONSTANTIVS · MVNERARIVS · GLADIA
TORIBVS · SVIS · PROPTER · FAVOREM · MV
NERIS · MVNVS · SEPVLCRVM · DEDIT ·
DECORATO · RETIARIO · QVI · PERRMIT ·
CAERVLEVM · ET · PEREMPTVS · DECI
DIT · AMBOS · EXTINCXIT · RVDIS · VTRO
SQVE · PROTEGIT · ROGVS
DECORATVS · SECVTOR · PVGNARVM · VIIII
'*sic*' *Grut.* VALERAE·VXSORI·DOLORE·PRIMVM·RELIQVIT

Quattuor exempla extant, Antiqui, Sanuti, Manatii, Gruteri, Tergeste exceptum illud, haec tria Venetiis. Illud proponunt Felicianus cod. Marc. n. 2, cod. Ver. n. 28; Redianus f. 142 Terg. n. 2; Stoschianus f. 103; Bembus f. 102; Peutinger 526 f. 109; Bellonus n. 15; Apianus 353, 1 (ex hoc Fabricius p. 199; Lazius r. r. p. 1205; Ligorius cod. Taur. 17). Sanuti legitur in cod. f. 49, Manatii in cod. Vaticano 5248 p. 5, Grutero a Benedicto missum in syll. 333, 4. Ex his pendent Scussa ed. p. 29; della Croce p. 252; Cam. de Silvestris Calogerà 7 (1732) p. 207, cui dedit Thom. Mar. Marinellus descriptam opinor ex Apiano; Carli 2, 242; Kandler n. 68.

Ne damna lapidem certis testibus defensum et ita antiquis, ut superent ipsam fraudium Patavinarum aetatem. V. 1. dabo integram. — In vv. div. sequor Gruterum, nam Manatiam vidi versus non retinere in titulo simul descripto n. 534. — 1 CONSTANCIVS Red. Ap. — NVMERARIVS Fel. (Marc.), MVNLRIVS Stosch. — CLAVDIATORIBVS Fel. (Marc.), GLAVDIATORIBVS Red., GLADIORIBVS San. — 3 SEPVLCHRVM exempla Antiqui (praeter Red.) et Manat. — 4 RECIARIVS Red., RAETIARIO Bell. Bemb., RHAETIARIO Ap. — PMIT Bemb., PERMIT Ap. — 5 CERVLEVM Fel. Stosch. San. — DE pro ET Red. — 6 EXTINCXIT Fel. (Ver.) Manut. Grut., EXTINXIT reliqua exempla Antiqui et Sanutus. — VTROSQ. Red. Ap. — 7 PROTEGAT Sanutus. — 8 ..... TOR pro SECVTOR Manut. — PVGNAR Bell. Grut. soli. — VIVI pro VIIII Sanutus. — 9 VALERIAE Red., VALRTE San. — V SS X ORI Bell., VXORI Fel. Bemb. Ap., om. Stosch. — DOLLORE Red., DOLOREM Bemb. Bell. — PRIMVM Red. Bemb. Bell., PRIVVM reliqui. — RELIQVT Fel. (Ver.), RELINQVIT Red.

Constantius munerarius gladiatoribus suis propter favorem muneris munus sepulcrum dedit. Decorato retiario, qui peremit Caeruleum et peremptus decidit. Ambos extincxit rudis; utrosque protegit rogus. Decoratus secutor pugnarum VIIII Valer(i)ae uxsori dolore(m) primum reliquit.

Infimae aetatis esse declarant et nomina Constantii et Valeriae et ipsae sermonis argutiae et compositorum vocabulorum decidendi et protegendi usus minus proprius vel, si magis placet, absurdus et quod extrema sententia pessumdata est ea nota formula coniugem tum primum doluisse de coniuge, cum moreretur.

564 Tergeste rep. a. 1842 in ara maiore eccl. S. Iusti KANDLER. Nunc in museo.

L·MVSSIVS· SAL · F
POL·FANO·FORT
NAT·ANN·XX·HIC
SITVS · EST
P·MVSSIVS · SAL · F
RVFVS · FRATER

Contuli. Kandler ms. et n. 96.

565 Tergeste in maioris ecclesiae choro RED. SCUSSA in eccl. maiore ad altare S. Stephani TOM. BEMB. BELLON. Postea duo fragmenta tituli extiterunt strata in pavimento ecclesiae eiusdem DELLA CROCE, quorum maius hodie est in museo.

P · AELIVS·*AVG*·*LIB*
FELIX *P*·*F*·*SIBI*·*ET*
CAESERN*IAE*·SATVRNINAE
CONIVG *I*· CARISSIMAE
ET·AELIO FIRMIN *O FILIO*·PIENTISSIMO A·*I*

Descripsi partem priorem. Exhibent integram Felicianus (Marc. n. 9, Ver. n. 13); Redianus f. 143 Terg. n. 15 (inde Gud. 189, 8); Sanutus f. 146' Terg. n. 27; Tomitanus f. 5 n. 16 (inde male Carli 3 p. XLVI); Bembus f. 103; Bellonus n. 25 (inde Mur. 989, 2), ex antiquo omnes. Priorem vv. 1—5 partem habent Scussa syll. n. 8 et della Croce p. 323 (inde Mur. 1291, 3 ex schedis suis, Carli 2, 285), secundam particulam vv. 3. 4. 5 extr. della Croce p. 230 (inde Carli 2, 292, Mainati 1, 1, 343).

Marmor scissum dicit Tom. — Vv. divisionem ex antiquis retinet solus Bellonus. — 1 AVG·LI traditur; AVGVSTALIS·LIB San. — 2 FOELIX Fel., FEIX Scussa. — VIVENS·F Tom. Bemb. — 3 SATVRNINAE·CAESARINAE Fel., CAESARINAE·SATVRNINAE San., CESERNIE·SATVRNINE Tom. Bemb., CAESERN Scussa. — 4 CARISS Fel.; CARISSIMAE Tom. Bemb. hic omittunt et addunt in fine tituli CARISSIM·M. — 5 ALLIO Croce. — FIRMINO Bell. cum reliquis, HERMINIO Fel., ERMINO Red. Tom. Bemb., FIRMIO San. — PIENTISS Fel. — extr. A·I / A·F (sic) Bell., A Croce, M San., om. reliqui.

566 Trieste *in casa in Riborgo sasso spaccato, posto per muro di porta* SCUSSA.

Q· AED
SCAEV
V
Q· POS
//ITRA
IO IN·/R
IN ·AGR

Scussa syll. n. 24 (inde male Kandler n. 60).

6 IO INTR traditur.

567 Tergeste prope ecclesiam S. Martini in pariete cuiusdam domus TOM. BEMB.

ALFIAE · Ɔ · L CHILAE·MATRI
FELIX·FILIVS·V·F·SIBI·ET·SVIS

Servavit Antiquus apud Redianum f. 143' Terg. n. 21 (inde Gud. 250, 13) et Tomitanum f. 3' n. 9 (inde Carli 3 p. XLV et sub falso nomine Crucii Kandler n. 50) et Bembum f. 102' et Peutingeranum 526 f. 109'.

568 Tergeste in latere eccl. S. Sebastiani ad forum magnum CROCE. Ex ecclesia S. Silvestri extracta venit in museum KANDL.

ALFIAE M
L·HETAERA
· PATRON ·
FELIX · LIB

Descripsi. Ed. della Croce p. 309 (inde Mur. 1517, 3; Carli 2, 298); Kandler *epl.* n. 10 p. 5 et syll. n. 52.

A dextra intuenti lapis fractus est, sed inscriptio integra mansit.

569 lapis magnus litteris magnis, rep. Tergeste in turri campanaria S. Iusti KANDLER, extat in museo.

P·ALLIVS·Q·F
P·ALLIVS·P·F
SEVERVS

Descripsi. Habet Kandler ms.

570 Tergeste *nell' orto grande dell' ospitale di S. Giusto* STANCOVICH. Nunc in museo.

D M S
ANNALI
P AELIVS
FIRMVS
AMICVS ET
BAEBIA QVINTA
CONIVGI

Contuli. Stancovich *anf. di Pola* p. 130 tab. 6 n. 18; Kandler n. 51.

5. 6. 7 quae inclinatis dantur, postea adiecta sunt.

571 Tergeste.

APVLEIA · SATVRNINA
MARCOSENA · SVCCESSA
FILIA·AGATE·CHERAVNIA
CROCALE

Tomitanus f. 3 n. 5 (inde non recte Carli 3 p. XLIV et Kandler n. 130); Bembus f. 102'; Peut. 526 f. 109.

1 APVLEIA Tom. — 3 AGATAE Tom.

572 Dollinae rep. 1806 KANDLER (MS.). Nunc Tergeste in museo.

P · ARACLOVI
TERTIAE · VXORI · SVAE
AN·LXV·TESTAMNTO *sic*
fieri · IVSSIT

Contuli. Kandler n. 61.

573 Tergeste in ingressu SS. Martyrum TOM. in ecclesia martyrum AP. SCUSSA.

D · M
L · ARRI
MAXIM
IANI · L · AB
EIVS · MAXI
MIANVS · FILIO
PIENTISS
IMO · V · F

Antiquus servavit. Habent Redianus f. 143 Terg. n. 13; Tomitanus f. 4 n. 12; idem in App. f. 15 n. 50; Bembus f. 102; Peutinger 526 f. 109' = 110; Bellonus n. 28; Apianus p. 353, 2. Inde reliqui: Lazius r. r. p. 1204; Grut. 670, 8 ex Lazio; Scussa cod. Marc. p. 28, cod. Kandl. syll. n. 29 (ex eo Rossetti *archeogr. Triest.* 1, 94); della Croce p. 202; Carli 2, 280 ex Apiano; Kandler n. 58.

Vv. divisi ad Bell. — 8 om. Bell. — in Scussa, IMO om. Peut. I. — F · F pro V · F Tom. II Peut. II., om. Red.

574 Trieste *nel muro d'un campo de' Sig. Franceli nella valle di Zaule.*

TI · AT . . .
H V A . . . .
ATTIA . . . .

Della Croce p. 341.

575 Trieste *in contrada Ponzano* sive S. Iacobi. Nnne in museo.

V · F
. . . B V B I A E
. . . X S O R I
. . . E B I A E · T E R

Contuli. Ed. Kandler n. 66.

576 Tergeste in museo.

. . . VI . . .
S A B B I
ET · BA . . .
P R O C
F A B S N

Descripsi.

579 tabula ingens bipertita; Tergeste in porta maiore ecclesiae cathedralis et viderunt ANTIQUI ('In valvis ecclesiae maioris Tergesti sunt hec tria epithaphia tribus ordinibus figurarum subscripta in uno lapide, qui nunc divisus in duas partes facit antas valvarum' BEMBUS) et prostat adhuc ibidem.

protome	*protome dirupta*	*protome*
L · BARBIO ·	L · BA E B I O	L · BABBIO
L · F · LVCVLE	L · L · ADDÆ ·	SP · F · RVFO
PATRONI S		FILIO
protome	*pro to me dirupta*	*protome*
L · BABBIO	B A R BIA · L · L ·	L · BABBIO
L · L · FAVSTO	PHILOSTRĀ ·	L · L · FELICI
FILIO	SIBI · ET · VIS · FIERI	FILIO
	IVSSIT	
protome cum hasta		
T V L L I A E · B O I · / S S C V N D A E		BABBIAE · L · L · OPTATAE FILIAE

Descripsi. Exhibent Felicianus (Ver. n. 17); Redianus f. 143' Terg. n. 28 (inde Gud. 341, 6); Sanutus f. 145' Terg. n. 15; Valvassonius n. 5; Sieder n. 2; Gammarus fol. Trev. 1; Lilius f. 88 (inde Reines. 12, 14 auctore non laudato); Tomitanus f. 5.' 6 n. 19; Bembus f. 103; Peutinger 526 f. 109'; Bellonus n. 10. 11. 12. Secuti sunt Scussa syll. n. 5; Schönleben 1, 225 a Scussa; della Croce p. 343 ex schedis Iac. Grande, p. 544 (inde Mur. 1575, 4, Mainati 1, 1, 277) ex lapide; Pococke p. 116, 2; Cortenovis apud Marinium cod. Vat. 6128 f. 142; Carli 2, 111 qui aere expressit; Kandler n. 64.

Antiqui deteriores titulos confuderunt versuum divisione non servata adduntque supplementa omnes, ut in secundo legere solent THADAEO (Red. Gamm. alii, TADDAEO Tom., ADDEO Fel.), in septimo BONAE (Red. Gamm.) vel BOLAE (BOLET Fel.).

577 Tergeste '*ricuperata dal vecchio pavimento del duomo*' KANDLER (*esplor.*). Extat in museo.

A · BABBIVS · EPINICV S	
A · BARBIVS · EPAPRODITVS	
Q · PETRONIVS · PARENV S	*haec pars remansit non scripta*
SEX · COSSVTIVS · CHEMVS	
L · GALLIVS · FELI X	
L · VSIVS · LASCIVOS	
L · LOPSIVS · CLYMENV S	
L · LOPSIVS · APRIO	PONTIENA PEREGRI N
L · PVBLICIVS · IVSTVS	PVBLICIA · PRIMIGENIA

Contuli. Kandler ms. et *esplor.* n. 1 p. 6 et syll. n. 41.

578 Tergeste.

. . . BBI
RIDIN
BABBIVS · S . . .
CHARISTVS
CVM · SECVND · PAT

Kandler ms. bis diverse et Istria 1846, 308 et syll. n. 65.
2 RIDIN Kandl. ex. 1. — 3 P pro R Kandl. ex. 1. — 5 om. Kandl. ex. I.

580 *trov. 1752 in Rizmagna, diocesi di Trieste, dove la pietra serviva per mensa all' altare di S. Giorgio* CORTENOVIS iisdemque verbis CARLI. *S. Giuseppe villa* KANDL.

SIBI · ET · CA . . .
LVPERCAE · LIB · ET · VXORI
CAESIAE · SVCCESSAE · LIB
LIB · LIBERTAB

Cortenovis ms. p. 77 neque aliunde Carli 2, 279; Kandler n. 71.
1 SIBI·ET·CAESIAE Kandl. — 3 SVCCESSAE Cort., SVCCESSAE Kandl., SVAS CES/AE Carli.

581 arca. Tergeste fuit in aede maxima, est in museo.

CALVENTIAE · PROCLINE
CALVENTIVS · FELICIANVS · MAT

Contuli. Kandler n. 72.

582 Tergeste *trovata in un muro presso la possessione Calò* CARLI; *tratta dalla contrada esterna di Rozzol presso la strada antica* KANDL. In museo.

. . . IRIO . . .
C A N V L E I V S
P A R D E N O S
ET · VOLTILI . . .

Contuli. Ed. Carli 2, 278; Kandler n. 54.

583 litteris non ita bonis. Tergeste *rinvenuta in Donota presso le antiche mura della città* KANDL. (*espl.*). Nunc in museo.

L · CASSIVS
LONGINI · L
PHOEBVS
H · S · E

Contuli. Kandler *espl.* n. 1 p. 6 et syll. n. 75.
Huius liberti patronum II virum Polae habes supra n. 54.

584 Tergeste in regione Calvolae *nella campagna fu Doletti, poi S. M. Levi* KANDLER. Nunc in museo.

MAX
DECEP . . .
CAVSORIA · VALENTINA . . .
NIVGI · ET PATRONO KARISS . . .

Contuli. Kandler ms. et n. 80.

585 Tergeste *era in casa in Androna S. Saverio* KANDLER. Nunc in museo.

se
Q·CERVIVS
NATALIS
MATRI

Contuli. Kandler ms. et n. 79.

586 Tergeste litteris magnis et elegantibus BELL. qui haec adnotat: 'ista elemente sunt in urna lapidea more antiquorum, in qua nuper inventi sunt cineres sub tegmine plumbeo'. Venetiis apud Fr. Capellum [qui a. 1509 Tergeste expugnavit] SANUTUS. Venetiis in aed. Cappelletti ad S. M. de Carmelo, *serviva di base ad un mortaja* CAPPELLETTI.

OSSA
CERVVLAE
LENTVLI

Tergeste descriptam habet Bellonus Terg. 19, Venetiis Sanutus f. 49, item Cappelletti lapidis hodie dominus, qui dedit Cicognae.
2 CERVLAE Bell.

587 Tergeste in limine domus.

T · C E S
S A L*vius*
TESTAMEN*to fieri*
IVSSIT · SIBI *et*
MOILICO
LIGEMIA

Tomitanus in App. f. 14' n. 47 (inde Carli 3 p. LIII melius quam Kandlerus n. 132).

588 Tergeste in ecclesia maiore TOM.; in cath. in chori pavimento SCUSSA; in pavimento eccl. cath. ad altare Conceptionis immaculatae CROCE.

Q · CLODIO . . .
IVCVN*do*
TVLLIA · IN*genua*
IVCVNDA . . . .

Tomitanus in App. f. 12 n. 35 (inde Kandler n. 69). Deinde ex lapide Scussa syll. n. 9; della Croce p. 205 (inde Carli 2, 100; Mainati 1, 1, 343).

Tria exempla haec sunt, nisi quod primi versus dispositi ad reliqua duo:

Tomit.:	*Scussa:*	*Croce:*
Q · CLODIO	:LODIO	. . . CLODIO . . .
IVCVNL . . .	:VCVN	. . . IVCCVN . . .
TVLLIA INCL . . .	IA INCL'	. . . IAI . . . .
IVCVNDA	IVCVDA	. . . IVCVNDA . . .

589 Tergeste *nella corte della casa vecchia Codoppi* SCUSSA SCHÖNL. CROCE. *L'an 1688 il publico ripose questa nella piazza maggiore in patente vista* SCUSSA in margine et CROCE. *L'anno 1728 venne riportata ed attaccata al muro di fuori la ch. di S. Pietro in piazza* adnotetur IN EXEMPLO SCUSSAE BIBL. PUBL. TERGESTINAE (inde Scussa ed. p. 22). *Sulla facciata della ch. di S. Pietro* MAINATI. Nunc in museo.

L CLODIVS
L · LIB
SERVATVS
V · F · SIBI · ET · SVIS
CLODIAE · L · LIB
AMANDAE · VXORI
L · CLODIO
AMANDO · FIL
ANN · XXVIII

Descripsi. Exhibent Scussa ms. Marc. p. 28, ms. Kandl. p. 13, syll. n. 14, ed. p. 22; Schönleben 1, 227 a Scussa; della Croce p. 204 (inde Mur. 1330, 11; Carli 2, 98; Mainati 1, 1, 284); Mur. ms. XXII, 231 a Brembatio et XVII, 204 pato a Manettio; Pococke p. 116, 7; Linhart Krain 1, 441; Vergottin Pola p. 45; Kandler n. 81.

Initio quod addunt D · M · S Scussa et Brembatius, fuit in lapide separato.

590 litteris maximis. Nuper rep. Tergeste in via S. Iacobi prope veterem aquaeductum a vico Bagnoli ducentem KANDLER. Nunc in museo.

T · C
p · CLVEM *sic*
LVC

Contuli. Habet Kandler ms. et in Istria 1847, 92 et in syll. n. 76.
2 P · CLVEN Kandler ed. contra ms. et lapidem.

591 Tergeste in museo.

A · V
SVIS · ET
CRISPIN · E
IVO

Descripsi.

592 *Muggia vecchia* prope Tergeste ad ecclesiam S. Columbani MANZ. TOMM. POC. CARLI. Nunc Tergeste in museo.

P · DOMITIVS · ASBEST*u*S
ET · FESTA · PARENTES ·
CERIALI
FILIO · ANNORVM ·
XX · D · S · D

Descripsi. Habent Manzuoli *descr. d'Istria* 1611 p. 27 (inde Tommasini ms. p. 689, ed. p. 508); Pococke ms. et p. 119; Carli ant. 3 p. XXXVI a Gravisio; Kandler n. 513.
1 *P* · habent priores praeter Kandlerum, hodie deest.

593 cippulus quadratus. Tergeste in museo.

P · EG*n*ATIVS

Descripsi.

594 Tergeste in moenibus oppidi rep. *sulla salita al duomo*, extat in museo.

EQVASIA
M · CASS

Contuli. Kandler ms. et *espl.* n. 5 p. 6 et syll. n. 140.

595 Tergeste in pariete monasterii S. Benedicti TOM.: *nel muro della clausura di S. Benedetto verso ponente* DELLA CROCE. Nunc in museo.

FLACCIA
Ↄ · L · MOSC*hi*s
H · S · E
i · M · IN · AGR · P · *II*
INF · R · X

Descripsi. Exhibent Tomitanus in App. f. 13' n. 43 (inde Carlius 3 p. LI aere expressit); Scussa syll. n. 20 (inde della Croce p. 239; ex hoc Carli 2, 297 et Mainati 1, 1, 310); Kandler n. 53.

V. 1. 4. 5 auctiores proponit Tom.

596 Trieste *all' altare di S. Giusto.*

FLAMINIVS
SECVNDVS

Kandler in schedis.

597 Tergeste.

A . . .
MAIA · TER
FLAMINA P

Kandler ms. et n. 102.

598 arca fracta, Tergeste fuit in aede maxima, nunc est in museo.

FLAVIVS VEN
ET ERBONIA
VIVI SIBI POSV

Contuli. Habet Kandler n. 83 suppletam.

599 arca rep. a. 1656 in ruinis eccl. S. Marine *del mare* extra portam Cavanam CROCIUS.

GALLIAE · CLEMENTIANAE · ANNOA · X · M · VIII
CAESIDIVS · EVPHAOSINVS · NEPTI · DVLCISS

Della Croce p. 233. 511. Inde Mur. 1466, 1; Carli 2, 292; Kandler n. 87.

1 CLEMENTIANE Croce 511. — ANNAE pro ANNOA Croce 233. — 2 EVPHAOSINVS traditur.

600 Trieste *trovata nella casa Dache* n. 1316 *in contrada S. Michele ed ivi appoggiata* MAINATI. Nunc in museo.

P · GALLONIVS · P · LIB
SECVNDVS·V·F·SIB·ET
FORTVNATAE · CONIVgi
ET·P·GALLONIO· AVFO·F
H · M · H · N · S

Contuli. Ed. Mainati (1819) 1, 1, 334; Kandler n. 88.

5 legitur in lapide diverso, sed qui et ipse extat in museo quemque Mainatius coniunxit cum praecedentibus.

601 Tergeste rep. 1731 in ecclesia SS. Martyrum NICOR CARLI. Nunc in museo imminuta.

ABB·L·GAVILLI·L·L·F
L·GAVILLI·L·L·Acci
L · M · Q · Q · V · P · F

Contuli quod superest. Habent Micor apud Zuccherium p. 13; Bertoli inscr. Aquil. ms. n. 783 ex Piccardianis; Pococke p. 116 n. 11; Carli 2, 277; Cortenovis ms. p. 78; Kandler n. 85.

2 L·L·ACCI Micor Cort. alii, FLACCI Poc.

602 Tergeste rep. 1728, extat super portam episcopatus MICOR. prope aedes episcopi CORT. ex necropoli SS. Martyrum KANDLER.

P · GAVIL
GAVIL
P · GAV

Micor apud Zuccherium p. 16; Bertoli inscr. Aquil. n. 773 (inde opinor Kandler ms. et ed. n. 86); Cortenovis ms. p. 78.

3 P · GAVIL Kandler ed. contra ms. et reliquos. — Cortenovius non vidit nisi unum versum GAVIL.

603 arca Tergeste *al convento dei Conventuali vicino al pozzo* in horto SCUSSA. *Trovata a Trieste nel cimiterio della ch. di S. Francesco per incontro la porta maggiore* CROCE. *Ora murata in casa 1006 del Sig. Barreaux, piazza Lipsia* MAINATI. Nunc in museo.

GETACIAE · SERVAN
genius DAE · PARENTES *genius*

Descripsi. Exhibent Scussa Marc. p. 28; della Croce p. 169 (inde Mur. 1259, 4; Carli 2, 287; Mainati 1, 1, 317) ligno incisam et Kandler Istr. 1852 p. 26, syll. n. 73.

604 Tergeste in cathedrali CORTENOVIS. Nunc in museo.

ET · L · HELVIO · SVAVI · L

Contuli. Habet auctiorem Cortenovis ms. p. 51 et apud Marinium cod. Vat. 9128 f. 142.

NELVIV Marini. — In fine L ego et Cort.

605 Tergeste in aed. Novareti SCUSSA.

N S A M S S
I V L I O E
I V L I A E
AGELE·FIL
ANN · VIIII
F

Scussa syll. n. 19 (inde della Croce p. 292; ex hoc Mur. 1585, 2; Carli 2, 299; Mainati 1, 1, 346; Kandler n. 91).

4 AGLE (om. FIL), 6 om. Croc.

606 Tergeste in monasterio SS. Martyrum FEL. (VER.) in eccl. SS. Martyrum TOMIT. *nel muro della casa Argento in Piazza Vecchia* SCUSSA *in piazza del Rosario nella facciata della casa Rusconi* n. 38 KANDLER (ARCH.), MAIN. Nunc in museo.

C · HOSTILIO · C · F
FAVGIONI
C · HOSTILIO · C · F
NEPOTI · F
L · MVTILLIO L I
NYMPHODOTO F
HOSTILIA · C · L
PROVINCIA
V F

signum, a quo pellis (?) pendent forceps (?)

Descripsi. Exhibent ex antiqua sylloge Felicianus (Marc. n. 17, Ver. n. 3); Redianus f. 142 Terg. n. 6; Sanutus f. 145' Terg. n. 8; Valvasonius n. 2; Sieder n. 4; Gammarus f. Trev. 2; Lilius f. 151' (inde Reines. 16, 24 ex Langermannianis ligno incisam); Tomitanus f. 11 n. 31 (inde Kandler *arch. Triest.* 1, 125); Bembus f. 102; Bellunus n. 26; Peutinger 526 f. 110. Denuo ex lapide Scussa syll. n. 10; Schönleben 1, 225 (inde per Bricherium Mur. 2058, 9) a Scussa; della Croce p. 324 (inde Carli 2, 101; Mainati 1, 1, 303) ligno incidit; Kandler *arch. Triest.* 1, 126 et syll. n. 70.

Vv. ad lapidem diviserunt ex antiquis soli Gamm. Valv. Lil.

607 in Amalia FELIC. Muglae in ecclesia maiore sub saxo baptismatis RED. 148 similiterque SAN. 255. Muglae in baptismatis fonte BEMB. TOM. *In Muggia vecchia nella chiesa maggiore, mensa di altare* MANZ. TOMM. KANDLER. — Tergeste RED. 144 (sed in serie suburbanarum) SIEDER GAMM. SAN. 145 MARULUS PEUT.

C · IVLIO
NICOSTRATO
FIL · PIISSIMO
ANN·XVIII·M·VIIII·D·XII
C·IVLIVS·NICOSTRATVS
ET · IVLIA · NYMPHE
PARENT·INFELICISS·V·F

Ex antiquis habent Felicianus (Marc. n. 12, Ver. n. 20); Redianus bis f. 144' Terg. n. 35 et f. 148 Mugl. n. 1; Sanutus f. 145' Terg. n. 12 et f. 255; Valvasonius n. 11; Sieder n. 16; Gammarus f. 162; Lilius f. 153' (inde Reines. 12, 50 ex schedis Langermann.); Marulus n. 76; Peutinger cod. 526 f. 110'; Tomitanus f. 19 (inde Carli 3 p. LV); Bembus f. 105. Denuo ex lapide Manzuoli Istr. 1611 p. 27 = *arch. Triest.* 3, 180 (inde Tommasini Istr. p. 508) et Kandlerus ms. et n. 512. A prioribus della Croce p. 294.

In vv. div. sequor Kandlerum, quocum ita convenit Gammarus, at extr. V·F suum versum explent. — V. 1 plenam adscripsi tantummodo Red. Valv. Manz. Kandl. — 4 ANN Red. Gamm. Valv. et antiqui plerique, item Kandl. ms., AN Kandl. ed., ANNO Manz. — XXIII Tom. Bemb. Peut., XIII Kandl. ms. — M · IX Manz. — 5 C · IV om. Kandl. ms. — 6 ET·IVLIA om. in lacuna Kandl., totum v. om. in lacuna Manz. — NYNPHE Kandl. ms. — 7 PARENT · INFELICISS (INFELISS Valv.) V·F Red. Valv. et fere antiqui, ...FELIC Kandl. ms., LEG·S Kandl. ed., om. Manz.

607a *presso Trieste nella campagna Pontini nel muro della casa dominicale.*

L·L·F·IN·F·P·XV
IN·AG·P·XVI

Mainati 1, 1 p. 337.

608 Tergeste.

L A E T I
VS · Sib et
P·LAETI
COS
A I N I A

Pococke p. 116, 4. Cf. n. 802, quae potest esse eadem.

609 prope Tergeste in vinea Tobie aurificis TOM. BEMB. rep. a. 1691 in ruinis curiae antiquae SCUSSA *in epp.* — Vico S. Canciani male tribuit CARLI 2, 101.

protome

C · LVCANVS | SEX·F·PVP
COMINIA·L·L·| A L E T I A
COMINIA · M · | L · FAVSTA
M·VALERIVS·L | ·F·PVP
VIVVS · VIVO · | DEDIT

Integram exhibent Sanutus f. 148' Terg. n. 30; Tomitanus f. 4 n. 11 (inde Carli 3 p. XLV et Kandler n. 93); Bembus f. 103; Peutinger 526 f. 109'; partem priorem Scussa in addendis p. 232 et syll. n. 13 eod. Kandl., ed. p. 142 (inde della Croce p. 338; ex hoc Mur. 1702, 12; Carli 2, 101).

1 L · pro LVCANVS San. — 2 om. Scussa Kandleri loco secundo. — 4 L om. idem eodem loco. — PVE San. — 5 V·V·D Kandler male.

610 Trieste *trov. 1688 nella chiesa cattedrale scavandosi nel coro che riguarda l'altare di S. Giusto.*

LVCR·II·C
A N N O R
VII · M

Della Croce p. 327 (inde Carli 2, 298; Kandler n. 99).

611 in villa Prosecchi dioecesis Tergestinae TOM. BEMB. Tergeste MARULLUS. Venetiis in domo domini Francisci Capelli (qui a. 1509 cepit Tergeste) in rivulo divi Marci SAN. Venetiis in domo Capelli MANUT.

Q·LVRIVS·Q·L·APOLLOPHANES
HEIC · CVBAT

Prosecchi vidit is, e quo habuerunt Tomitanus f. 3' n. 10 (inde Carli 3 p. XLV, ex hoc Kandler n. 94); Marulus n. 80; Bembus f. 103; Peut. 526 f. 109. Contra descripserunt Venetiis Sanutus f. 49'; Manutius cod. Vat. 5248 p. 5 (inde Donius cod. Barb. 30, 182 f. 50' et 34, 73 p. 222. 234, ed. 15, 23 ex sched. Manut.; Fabrett. 750, 575 ex schedis Barb.; Orelli 4485 e prioribus).

Vv. divisi ad Manutium. — 1 APOLOPHANES Tom. Bemb. Peut., APOLOPHANTIS San. — 2 HIC Tom. Bemb.

612 Tergeste in pariete domus domini Vicarii in capite plateae TOM. *vicino al Pozzo di Mare nella casa Aldrago Piccardo* DELLA CROCE.

Q·MANLIVS

Tomitanus in App. f. 13 n. 39 (inde Carli 3 p. LII, Kandler n. 142). Ex lapide della Croce p. 327 (inde Carli 2, 298).

MANIVS Croce.

613 Trieste *scop. 1752 nel monistero delle Benedettine.*

D · M
C · MANLIO
Q · L
B L A S I O
MANLIA · THE
OCRINE · V · F
SIBI · ET · CON
PIENTISSIMO
et · LIB · LIBER
TISQ · POSTQ
EOR

Bertoli, cui descripsit Sigefridus medicus Tergestinus, apud Calogerà n. r. 4 (1758) p. 382 et inscr. Aquil. ms. n. 781; Cortenovis ms. p. 77, fortasse eodem exemplo. A prioribus opinor Carli 2, 277 et Kandler n. 100.

1 om. Kandl. — 2 C·MANLIO omnes excepto Bertolio in Aquileiensibus. — 4 BLASIO traditur. — 5 MANIA Bert. Carli Kandl. — 9 LI Bert. Carli Kandl., L Cort. pro ET. — 10 POST (om. Q) Corten. Carli Kandl.

614 Trieste *nel muro del giardino del l'escovato in faccia alle prime camere di sopra episcopali.*

L · MAN . . . .
CEL . . . .

Scussa syll. n. 22 (inde opinor Kandler n. 126).

615 Tergeste in angulo basilicae SS. Martyrum FELIC. (VER.); in ecclesia SS. Martyrum RED.; in lapide parietis post ecclesiam SS. Martyrum TOM.; in coemeterio SS. Martyrum BELL.; apud Tergestas extra urbem SAN. GAMM. SIEDER; *nella ch. de SS. Martiri fuori Porta di Cavana* SCUSSA CROCE. *Estratta nel 1810 dalla chiesa de' SS. Martiri sul vicolo di S. Lucia, ora presso il Rossetto* ROSS. Nunc in museo. Inter Feltrinas CORNU, male.

MÁNLIA · PIA
Q · MÁNLIO
HERMÉTI · ET
MANLIAE · EPIGONE
PARENTIBVS · V · F

Descripsi. Exhibent Felicianus (Marc. n. 16, Ver. n. 2); Redianus f. 143 Terg. n. 17 (inde Gud. 257, 12); Sanutus f. 145 Terg. n. 6; Gammarus f. 159; Sieder n. 1; Marulus n. 78 (inde Spon. 11); Tomitanus f. 1' n. 3; Peut. 526 f. 109; Bembus f. 102; Bellonus n. 4; Scussa syll. n. 18; della Croce p. 327 (inde Mur. 1265, 6; Carli 2, 298; Mainati 1, 1, 346); Cornu Feltre p. 136; Rossettus *archeogr. Triest.* 1, 93; Kandler n. 101.

Accentus praeter me unus habet Redianus.

616 Tergeste in valvis ecclesiae S. Silvestri BEMBUS.

MARCOSENA · FILONE
SEPTIMIA · CERCOLA · VXOR
ANA · V · F

Bembus f. 102'; Peut. 526 f. 109. Sequitur statim n. 571.

1 FILONI; 3 ANA V F A Peut.

617 Tergeste in aede maxima.

P · MERCV|
. . . . D . . .

Kandler ms. et n. 104.

618 litteris bonis et antiquis. Tergeste *nella casa del Beneficio di S. Carlo* SCUSSA; *dietro il vescovato nella casa Bertis* CROCE MAINATI. Nunc in museo.

L · METEC · SEX ·
F · METRA · SEX ·
L · CAESVLLA

Descripsi. Exhibent Scussa syll. n. 21; Croce p. 328 (inde Mur. 1711, 7; Carli 2, 299; Mainati 1, 1, 308); Kandler n. 97.

619 Tergeste *era nella base della torre della chiesa di S. Silvestro* MICOR, KANDLER. *Salendo dalla Muda vecchia alla ch. di S. M. Maggiore nel muretto, che sostiene la gradinata dell' ingresso alla chiesa della comunità Evangelica* MAINATI. Nunc in museo.

MVSAE
ANNORVM
XXVI

Descripsi. Habent Micor apud Zuccherium p. 12; Bertoli inscr. Aquil. ms. n. 820 ex Piccardianis; Pococke p. 116 n. 3; Mainati 1, 1, 311; Kandler n. 98.

620 Tergeste.

A NICE

Kandler ms. et n. 137.

621 cista urnata fortasse urbanae originis; fuit olim in ecclesia aliqua eleemosynis recipiendis destinata. Tergeste prodiit *nella contrada esterna di S. Bartolommeo* KANDL. *(espl.)*. Nunc in museo.

D M
Q · OCTAVIO
HERMETI
Q · OCTAVIVS
ANENCLETVS
LIBERTO BENE
M E R E N T I
FECIT

Contuli. Kandler *espl.* n. 1 p. 6 et syll. n. 105.

622 Tergeste *frammenti trovati nella fabbrica delle nuove scuole normali a S. Antonio Vecchio.*

H·OPTATA

VRI
CONIV

Kandler ms. et n. 135. 136.

623 rep. 1767 in territorio Tergestino loco dicto Romagna CORTENOVIS.

PACONIAE
BASSILIAE
ANNOR·IIII
M·IX·D·XVI
C·PACONIVS
SALVTARIS·ET
PACONIA
CALLISTE
PARENTES

Cortenovis ms. p. 76; ab eodem pendent Marini cod. Vat. 9128 f. 143 et Amaduzzi anecd. 3, 473 (inde Donat. 370, 13), cui misit Ianus Planeus Ariminensis, et Carli 2, 267 (inde Kandler n. 121).

1 PACCONIAE Amad. — 2 BASSILIAS reliqui, BASSILLAE Amad. ex em. — 3 III Cortenovii cod. ms.

624 Tergeste in choro ecclesiae maioris ante altare S. Mariae in terra ANTIQ. (TOM. 17, BEMB.). In ecclesia S. Iusti TOM. (APP.).

ARBITR
L·PATRONI·DIDAE
PRIMVS·L·TESTAM
IVSSVS F·C
L·M·Q·Q·V·P·XXX

Duo exempla extant, plenius Antiqui apud Redianum f. 143 Terg. n. 16 (inde Gud. 309, 2), Tomitanum f. 5 n. 17 (inde male Carli 3 p. XLVII, Kandler n. 124), Bembum f. 103, Peutingerum 526 f. 109', minus plenum in Appendice Tomitani f. 15 n. 48. 49.

Versus divisi ad Tom. II. — 1 sic Tom. II et Red., ARBIT Tom. I Bemb. Peut. — 2 sic exemplum plenius, nisi quod DIDE Bemb., P-NIBLDAE Tom. II. — 3 sic exemplum plenius, A·TESTAM Tom. II. — 4 IVSSV·FECIT Red., IVSSVS·FELICIT Tom. I Bemb. Peut., F·C Tom. II. — 5 subiungit, sed separat a praeced. Tom. II.

625 inter Tergestinas.

PLANITIAE·L·L·SBANATEAE MERCVSIN

Felicianus (Ver. n. 18). Alibi non repperi.

626 Tergeste TOM. BELL. 29 ad S. Silvestri BEMB. extra portam Cavani in porta cuiusdam orti BELLON. 8. Venetiis in curia Francisci Capelli [qui a. 1509 cepit Tergeste] SANUTUS.

D·M
L·PLAVTI
MARCELL
INI·AN·VII
M·X·PIAnI
VS·MARC
ELLINVS·ET
LAELIA·SEP
TIMINA
PAREN
TES·FIL·DVL

Tomitanus in App. f. 12' n. 38 (inde Carlius 3 p. L) et Bembus f. 105' et Peut. 526 f. 110 et Bellonus n. 8 = 29 (inde Mur. 1201, 3). Sanutus f. 49. Kandler n. 125 a prioribus.

Vv. divisi ad Bell. — 2 L om. Peut. Bell. 8. — 3. 4 MARCELL||INI Bell. 8, MARCELLI||INI Bell. 29. — 4. 5 ANN·VII·MENS Peut. — 5. 6 PANI||VS Bell. 29, PANIVS Tom. Bemb. PANL||IVS Bell. 6, ligatura opinor decepti. — 6. 7 MARCE||LLINVS Bell. 29, MARCEL·L·L·INVS Tom., MARCEL·II·INVS Bemb. — 8 AELIA Tom. Bemb. Peut. — 9 TIMIA Tom. Bemb. Peut. — 11 FILIO Bemb. — Sanutus sic corrupit: D·M·PLAVTI·MARIERIA·ET·SVBDIT; nam credo esse hanc.

627 Tergeste.

prOCVLI
IM
TTIXX

Kandler n. 155.

628 Tergeste in pariete domus vici Riburgi AP. In quadam domo RED. in muro Ioh. Franc. Bonhomi ad portam Riburgi SCUSSA SCHÖNL. CROC. Pasdorfi in Austria (*Viertel unter dem Mannhartsberg*) in castro SEIDL. — Male Polae VERG.

Q·PVBLICIO·TERGEST
L·|FELICI·SEPTV
MIA·SP·F·|SEXTA
Q·PVBLICIVS·|FELI
CIS·L·INGENVVS|
V·F

Reperitur ea sylloge Antiqui apud Felicianum (Marc. n. 6, Ver. n. 10); Redianum f. 142 Terg. n. 10; Sanutum f. 146 Terg. n. 19; Valvassonium n. 6; Siederum n. 12; Gammarum f. 160'; Lilium f. 153 (inde male Reines. 19, 35 ex Langermannianis); Peuting. 526 f. 109; Bembum f. 102; Bellonum n. 23 = 27; Apianum 352, 5 (inde Lazius r. r. p. 1205). Rursus ex lapide protulit Scussa p. 11 cod. Kandl. et syll. n. 10 et ed. p. 20, cuius exemplum repetiverunt Schönlebenius 1, 225; della Croce p. 137 (= Mainati 1, 1, 342); Linhartus Krain 1, 440. A prioribus Carli 2, 97; Kandler Istria 1847 p. 42 (inde Henzen 6397), syll. n. 122; Vergottin Pola p. 44. Denuo repertam ed. Seidl *Archiv f. K. öst. Geschichtsq.* 13 (1854) p. 86.

Seidelium sequor in vv. dividendis, sed ut lineolis indicetur versuum divisio ea quam retinet Bell. 27 habentque similiter Valv. Gamm. Lil. Scussa. — Litteram T ter eminentem dedi ad Gammarum. — D·M·S praemittit Valv. — 1 QVINTO Peut. — PVBLITIO Peut., PVBLICIVS Seidl. — TERGESTI Scussae codex quem vidi, TERGESTS exscriptor eius della Croce. — 2 FOELICI Felic., FELICIS Valv. — SEPTVMA Scussae codex, SEPTIMA Fel. (Marc.), SEPTIMIA Fel. (Ver. m. 1). — 3 SENTA Seidl, SEX Fel. (Marc.). — 4 PVBLI (om. CIVS) Fel. (Marc. et m. 1 Ver.) — 5 in FELICIS desinit della Croce. — CIVS pro CIS Seidl. — INGENIVS Seidl. — 6 V om. Scussa loco secundo et Schönleben.

629 Tergeste in lapide quodam Ser Iohannis Cigoti TOM.

SESTVTAE·MARIORVM·ANCILIAE
ANN·XXIIII·MEN·VII·D·X
SESTVTVS·FIL·eT·SPICTETVS·CONIVNX
V·F·ET·SIBI

Tomitanus f. I' n. 2 (inde non accurate Carli 3 p. XLIII et Kandler n. 129); Bembus f. 102; Peutinger 526 f. 109.

Vv. divisio incerta. — 1 ANCILIAE Tom. Bemb. Peut. — 3 FILI (FIL Peut.) P·T·E·P·T·CTETVS traditur. — CONIVX Peut.

630 arca, Tergeste in eccl. S. Martini nuper diruta rep. 24 Dec. 1686 SCUSSA CROCE.

D·M
SALVIAE SEVERIANENI · QV|ae vi
XIT ANNOS · XVII MESES VIIII | DIES
XXIIII CON QVA VIXI · | ANNOS VD DIES XX
LVRIVS | FOSSIANVS COIVGI · |
BENE · MERENTI

Scussa Kandleri p. 184 et syll. n. 37. Della Croce p. 234 (cf. p. 214) ligno incidit. Inde pendent posteriores Mur. 1399, 11; Carli 2, 292; Kandler n. 107.

In vv. dividendis sequor Crocium; Scussae I versus indicant lineolae; Scussa II item differt. — 1 om. Scussa. — 2 lacunam non indicat Scussa. — 3 MENSES Scussa II Cr. — 5 LXRIVS FOERIANVS Scussa, LVRINS FOERIANVS Croce. — CONIVGI Scussa.

631 Tergeste in ecclesia S. Mariae super altare magnum BELLON. in ara Sanctae Mariae maris TOM. BEMB. super altare S. Mariae RED. — Aquileiae MARULUS et AMBROS.

D · M
SAVFEIA·THREPTE·V·F
H·M·H·N·S

Servavit Antiquus. Habent Redianus f. 143 Terg. n. 20; Sanutus f. 145' Terg. n. 10 = f. 146 Terg. n. 20; Valvassonius n. 4; Sieder n. 5; Gammarus f. 159; Lilius f. 152 (inde Reines. 17, 107 ex Langermannianis; ex Reinesio della Croce p. 238 et Carli 2, 259; ex Crocio, non ex Scussa Kandler n. 113); Tomitanus f. 1' n. 4 (inde, non ex Crocio, Kandler n. 112); Bembus f. 102'; Peutinger 526 f. 102; Bellonus n. 2 (inde Mur. 1741, 8); Marulus n. 84; cod. Ambros. C. 61 f. 77.

In vv. div. sequor Red. Valv. Sied. Gamm. Lil. Bell. Ambr. — 1 habent Red. Lil. Mar. Gamm. om. reliqui. — 2 SALFEIA Tom. Bemb. Peut. — THREPE Bell., TREPTAE Valv. — VI Red.

632 inter Tergestinas.

L · SEMPRONIVS · FAVSTVS
SIBI · FIERI · IVSSIT · ET
LIBERTIS·LIBERTABVSQ·SVIS

Felicianus (Marc. 19, Ver. 5) habet solus.

633 Tergeste. *Trovata nella possessione de Fin presso il borgo di S. Lorenzo e donata alla chiesa di S. Rosario per farne l'altare* SCUSSA.

M · SEPTIMIVS · M · F
RVFVS
TESTAMENTO
FIERI·IVSSIT·SIBI·ET
L · FIGILIO · T · F
STATIO·FRATRI·SVO
ET · L · FIGILIO · T · F

Scussa syll. n. 28, a quo pendent reliqui: Schönleben 1, 227 (inde per Columbum Mur. 2082, 10) et della Croce p. 282 (inde Mur. 1277, 8; Carli 2, 300; Mainati 1, 1, 346) et Kandler n. 110.

5 L·FIGILLO Croce, I·FIGILLO Schönl., IVLIO·FIGILLO Scussae codex. — 6 STAIO Schönl. — PATRI Croce. — 7 FIGILLO Croce Schönl., FIGILLIO Scussa. — Infra fractam esse notavi ego.

634 Tergeste *dietro il castello del Borgo di S. Lorenzo in una vigna* CROCE.

P · SEPTIMIVS · B
ROMANVS · ST · PAPI
OMNIA·LARGITVS·EST·TSB

Della Croce p. 281, a quo pendent Carli 2, 300; Mainati 1, 1, 345; item, quamquam Tomitano acceptam refert, Kandler n. 39.

635 Tergeste in eccl. SS. Martyrum.

SEVERA·CONDITA·DEXTRIS

Antiquus servavit. Redianus f. 143 Terg. 14; Tomitanus f. 4 n. 13 (inde Carli 3 p. XLVI, Kandler *archeogr. Triest.* 1, 126 et syll. n. 111, ubi male acceptam refert Crocio); Bembus f. 102; Peut. 526 f. 109.

D·M·S in fine addunt reliqui praeter Red. — Aut corrupta aut recens.

636 Tergeste prope monasterium TOM.; in monasterio S. Benedicti CARLI; in monasterio S. Cypriani SANDI.

TAVRVS
TAVRIVS
FEDERATO
OMINS
DE S...

Tomitanus in App. f. 14 n. 44 (inde Carli 3 p. LII, qui aere expressit, Kandler n. 133).

637 Tergeste in aedium quarundam pariete rep., extat in museo.

TOTTIA ·
HIC · SI
ROBITAT
PIETATS·Q
OBSEQV

Contuli. Kandler ms. et n. 78.

638 pars monumenti octogoni, Tergeste rep. in hortis episcopalibus.

SIO | TROSI
IS

Kandler n. 139.

639 Tergeste in museo.

..OSIO·SEX·F — Descripsi.

640 Tergeste *scoperta in una braida dietro il castello* CARLI; rep. ad Capitolium SANDI. Nunc in museo.

ab una parte:
P· *TROSIVS*
PEREGRINVS
V·F·SIBI·ET
P·TROSIO·SEVERO

ab altera:
P·TROSIO
P·F
COMMVNI

Contuli. Carli 2, 263, cui misit Andr. Ios. Bonomo a. 1787; Kandler n. 127. 128.

1, 1 TROSIVS hodie deest, habent Carli et Kandler, quorum ille anticae v. 4 et posticam non affert.

641 Tergeste in museo.

SIBI · ET
A·TVLLIO
INC

Descripsi.

642 Mugiae.

C · VALERIO · SABINO · PATRONO
C · VALERIO · SABINO · F
CEBELLIAE · CLEMENTI · CONIVGI

Sanutus f. 255.

Vv. divisio incerta. — 2 bis scripsit Sanutus.

643 rep. Tergeste a. 1787 m. Iunio AZZO. rep. 1787 in loco dicto Romagna prope Tergeste CORTENOVIS. *Esiste nella grande caserma nel muro del secondo cortile* ROSSETTI MAINATI. Nunc in museo.

mulieris protome — *viri protome*
L · VISIVS · L · F
PVP · POLLIO
FLORIA · C · L · HILARA
VXOR·FIERI·IVSSIT
INF·P·XX·IN·AG·P
A · VIA · AD · LIMITEM

Contuli. Habent Marini cod. Vat. 9128 f. 142. 143 missam et a Cortenovio et a comite Rambaldo degli Azzoni; Carli ant. 2, 57 (inde Mainati 1, 1, 331), cui misit Andr. Ios. Bonomo; Rossetti *archeogr. Triest.* 1, 105; Kandler in add. ad editionem Scussae p. 205 (in syll. deest).

5 extr. post P spatium vacuum remansit.

644 Tergeste in turri ecclesiae maioris S. Iusti circa mediam altitudinem in latere cuiusdam fenestrae TOM. BEMB. Nunc in museo.

VIBIA · C · *f*
TERTVLLA · *fec*
SIBI·ET·L·AFARO·NER·
ET · C · AFARO · CELER · ·
ET · M · AFRANO · GXO
CONTVBERNAL
LIB · LIBQ · SVIS ·
ET · VIBIAE · DORCADI · ET · T · SA
TRIO · SATVRNINO · CONIVG · EIVS
ET·L·SATRIO·VALERIANO·FIL·EOR
H·M·H·N·S

Descripsi. Exhibent Redianus f. 144 Terg. n. 28; Tomitanus f. 6 n. 21; Bembus f. 103'; Peutinger 526 f. 110; Apianus p. 354, 3; Lazius r. r. p. 1205; Manutius orth. 251, 94 ex Apiano; Grut. 1001, 3 ex Apiano et Lazio; Scussa syll. n. 2 aperte ex Antiquo; della Croce p. 226 (cf. p. 141, Mainati 1, 1, 261) mira de hoc titulo commentus; Carli 2, 99; eodem exemplo omnes. Ex lapide Kandler n. 117.

645 Tergeste rep. ad SS. Martyres, nunc in museo.

protomae duae
protomae tres
C · VO *hidina* C F FVSC
TESTAM · FIERI · IVSSIT
C·VOLTIDIO GAZAEO PATRI
PETRONIAE · Q · F · MATRI ·
T·VOLTIDIO·C·F·FRATRI·
VOLVMNIAE T L GRATAE ·
VXORI

Contuli; lecta difficilis est utpote deleta data opera. Kandler *la Favilla, giornale Triestino* 30 Sept. 1838 et syll. n. 118.

646 Tergeste in pariete domus Ser Odorici de Iulianis TOM.

ONRATVS
LI·VRSI·ET
AE·CLARAE

Tomitanus in App. f. 15' n. 51 (inde Carlius 3 p. LIII).

1 ORNATVS em. Carli.

---

647 Tergeste rep. in campanili S. Iusti a. 1842 KANDLER. Extat in museo.

ab una parte:
D M S

ab altera:
L · VSIVS · L · LIB
PHILIPPVS · V · F

SIB·ET·L·VSIO·FIDO·F
L·VSIO·THASO·ANN·V
5 L·VSIO·VENVSTO·DEL
TVLLIAE·A·L·CYPARE
ATTIAE·TI·L·COGITAT
L·VSIO·L·L·EVANGELO
COSSVTIAE · TYCHE

10 LIB LIBQ

Contuli. Kandler ms. et n. 120.

---

648 fr. Trieste *in terra sotto la Madonna di Crosada* DELLA CR. Extare negat MAIN.

Scussa: AQIL
della Croce: QLIF V·F

Scussa syll. n. 26 (inde Kandler n. 154); della Croce p. 117 (= Mainati 1, 1, 342).

---

649 arca marmorea, Tergeste erat in aede maxima, nunc est in museo.

VIAE
ERINAE *arbor*
RIMA F IN
TRI

Descripsi; evanida est. Ed. Kandler n. 106. SALVIAE | CELERINAE | . . . PRIMA · F · IN | MATRI Kandl. omnino ex supplemento.

---

650 Tergeste olim in gradu altaris, nunc in museo.

IO
AR
I SAL
ATRI
5 OROR
IVS
VS

Contuli. Ed. Kandler n. 144 non recte.

---

651 Tergeste in oppido rep., extat in museo.

SIBI·ET·
CITAT
ANOR
ASPAN
5 VXO

Contuli. Kandler ms. et n. 63.

652 Tergeste in museo.

I·FEG
AE·TA
V·XVIII

Contuli. Kandler n. 145, ex quo addidi v. 3.

---

653 Tergeste *escavata nella costruzione del muro a S. Giusto.*

F E C
A N I
ERVE
M I
5 M

Kandler ms.

---

654 tria fragmenta, Trieste *nella porta della ch. di S. Michele Arcangelo.*

N I N C
F·FED·L
FED · I

Della Croce p. 329.

---

655 Trieste *in un casale, sasso spaccato.*

D...
EM·II....
VIT ....
SINA . . .

Scussa syll. n. 25.

---

656 *tronco di colonna in lettere di tempi bassissimi,* in museo Tergestino.

IRAC

Kandler *espl.* n. 1 p. 7 et syll. n. 156.

---

657 Trieste *contrada della Madonnina, nel taglio al fu bosco Pontini* 18 Mart. 1847.

C
CINVEN
LVC

Kandler ms.

---

658 fr. Tergeste *vicino alla casa Montanelli* DELLA CROCE.

della Croce: LIBE
Scussa: LIBER

Della Croce p. 334; Scussa syll. n. 26 (inde Kandler n. 150).

---

659 Tergeste in calce cuiusdam domus prope S. Martinum.

AVG·L·

Tomitanus in App. f. 12 n. 36 (inde Carli 3 p. LI, Kandler n. 141).

---

660 Tergeste post ecclesiam S. Silvestri cum elementis supinatis.

SO·L·S

Tomitanus in App. f. 12' n. 37.

661 basis quadrata, rep. Tergeste in foro antiquo; *serviva di pietra di muro nell antico giardino dei Capitani di Trieste* KANDL. Extat in museo.

in latere: simulila figura — M·P / XXVII — *in latere: mulier nisi arcum tenens*

Descripsi et recognovi diligenter. Kandler ms. et n. 48. 147; cf. *esplor.* n. 1 p. 5.

Kandler sic: M·P·XXVII (vestigia v. prioris omittuntur n. 147), legens *ab* AQUILeia M·P·XXVII. At certe lapis non est miliarius neque fuit in eo M·P.

---

662 Trieste *nel luogo hora detto Brulet nel campo di Giovanni Kuffersin vicino alla marina.*

. . . .
ET·SVIS *fecit*
IN·Suo

Scussa Marc. p. 30, Kandleri p. 14, ed. p. 23 (inde della Croce p. 199).

3 in *neptuni sacello* della Croce.

---

663 Tergeste.

N
M
ENA

Kandler n. 149.

---

664 Trieste in Belvedere.

della Croce: QR
Kandler: R·RV

Della Croce p. 341; Kandler ms.

---

665 in superiore parte arcae. Tergeste in Capitolio rep., extat in museo.

A — K
X — D
S·S — M
PE — AE
haec pars excisa est basi in arcam conversa
ANI ACCEPTA IN EISDEMOP

Contuli. Ed. Kandler n. 47.

---

666 fragmentum, Tergeste in museo.

LLO
ACI

Descripsi.

---

667 litt. bonis Tergeste in museo.

PE
P
FE
R

Descripsi.

---

668 Trieste *tr. nel Luglio* 1856 *nel giardino delle monache in Guardiella.*

. . . .
LAS·SIT·TIBELE
LVER·OFFICIS·

Kandler ms. et App. 1862 n. 683.
3 aut LVER aut EVER.

669 Tergeste in museo basis quadrata ex parte.

////ITIO
//VXICACLP
////VIAE

Descripsi.

670 in museo Tergestino.

C · EN
TI · BA

Descripsi.

671 Tergeste rep. et serv. in aed. Regensdorf prope eccl. cath.

...
· M
· N A
O ·

Descripsi.

671a fr. Trieste *vicino alla casa Montanelli.*

VIVS
POST.

Della Croce p. 334.

672 basis magna, Tergeste in museo.

D · M · S

Descripsi.

673 Tergeste in museo.

D · M · S
vel pars non scripta

Descripsi.

674 Tergeste in quodam lapide optime imaginibus inciso rapto SIXDER.

D M S

Habent Sanutus f. 146' Terg. n. 25; Sieder n. 11; Gammarus f. 160.

675 Tergeste *nella parte inferiore della porta del horticello del castello* SCUSSA. *Nel piano della porta dell' orto, che risguarda l' entrata nel castello* DELLA CROCE. Nunc in museo.

L · M
INF · P · XI
IN · AGI *sic*
P · XXX

Contuli. Habent Scussa syll. n. 23; della Croce p. 239 (inde Carli 2, 298); Kandler n. 146.

Scussa sic ut dedi, nisi quod XII pro XI et AGR pro AGI. — L · M || IN FROTE P · XII || IN AGRO XXX della Croce; est tamen eadem sine dubio.

676 Tergeste in museo.

H · M · H
margo adest infra et in lateribus

Descripsi.

677 Tergeste in museo.

L · M
INF · P · XII
IN · AGR ·
P · XV

Descripsi.

678 Tergeste in angulo cuiusdam domus post hortum Ser Iohannis Stellae TOM.

IN · P · P · XII
IN · AGR · P · XV

Tomitanus in App. f. 15' n. 52. Fortasse eadem illa quae praecedit.

679 *sutile di finestra Trieste, in casa Luzzato a Riborgo.*

IN · FRONTE · P · XII · IN · AGRVM · PARI

Kandler n. 158.

680 Trieste *in un cortile della ch. di S. Servolo.*

IN · FR · P · XII

Micor apud Zuccherium *lett.* p. 13.

681 Tergeste in museo.

L · M
IN · P · P · X
IN · AGR · P · X ...

Descripsi.

682 Tergeste in museo.

INF · P · XV

Descripsi.

683 litteris optimis et maximis Tergeste in museo.

LOC · INF · P · XL · INAG · P · XX

Descripsi. Habet Kandler ms.

684 Tergeste.

L · A · I · P · P · XVI
I · A · P · XX

Kandler n. 148.

685 Trieste *nel muro della possessione di Ponzano de' Sig. Giuliani.*

AFR · P · XVI
AGR · P · XX

Della Croce p. 239 (inde male Carli 2, 297).

686 Tergeste in pariete cuiusdam domus prope monasterium, a parte superiore litteris inversis et mutilatis TOM.

I M IN/RO · P · L
AGRVM P XXXVIII

Tomitanus in App. f. 13 n. 40; Kandler n. 143. MIN · RO · P · L · AGRVM · XXXVIII Tom., L · M · IN · FRO (*sic*) P · L · IN · AGRVM · P · XXXVI Kandler fortasse ex Tomitano.

687 Tergeste in museo.

LOC · M · IN · FR · I

Descripsi. Habet Kandler ms.

688 Tergeste in museo.

L · M · IN · F · I

Descripsi.

689 Trieste *nel convento dei Cappuccini.*

G · R · P · XX

Della Croce p. 239.

690 Tergeste *in molte parti della città si vedono pezzi d' iscrittione con lettere spitamale.*

IN · AGR · AG · P · XXII · P · XII

Scussa syll. n. 26 (inde Kandler n. 151. 152. 153 separans in tres titulos).

691 Tergeste.

IN · AGR · P · XXX · || IN · AGR · || XXIIII

della Croce p. 240.

692 Tergeste in museo.

INAG · P ·
muris sculis quae videtur circumagi

Contuli. Ed. Kandler n. 157.

693 Tergeste in pariete cuiusdam domus, nec plus est TOM.

P · XXVIII

Tomitanus in App. f. 12 n. 34.

694 Tergeste in templo divi Georgii extra muros VAT. 5250; in ecclesia sanctorum martyrum TOM. BEMB.; *nella chiesa campestre di S. Maria Maddalena sopra li Pisi* MICON NOV. FIOR. BONOMO; nunc in museo.

†
† HIC REQVIESCI
T · IN PACE MAVRE
NTIVS V I QVI VIXI
5 T · ANN · PLM · XXXIIII
DEPOSITVS EST XV
KAL NOVEMB ·
IND · V · PC · DN · IVS p. C. 571
TINI · IMP · †

Descripsi. Exhibent cod. Vat. 5250 f. 58; Tomitanus in App. f. 11' n. 32 (inde Carli 3 p. LVI et *archeogr. Triest.* 1, 126); Bembus f. 102'; Pococke p. 116 n. 1; Micor apud Zuccherium p. 15; Bertoli inscr. Aquil. ms. n. 944 et in epistula ad Gorium 6 Mai. 1746 (cod. Maruceli. A. 229); Lami ms. (epp. vol. 42 bibl. Flor. Riccard.) adscripto die 12 Mai 1764 et *Nov. Fior.* 1765, 11 (inde Donat. 203, 4); Carli 3 p. LVII (= Mainati 1, 1, 329) cui descripsit Bonomo; *Osservatore Triestino* 22 Apr. 1786; Kandler *arch. Triest.* 1, 127 ex lapide.

Indictio quinta incipiens a. 571 Sept. 1 annum requirit quem indicavi, qui fuit post consulatum Iustini imperatoris tertius; hunc numerum omisit qui titulum scripsit.

695 Trieste, *trovata 1656 nel cavar fondamenti alla incenerita chiesa di S. Maria del Mare fuori le mura et porta di Cavana* SCUSSA. — *Trovata 1550 nella villa di Pederana* (prope Feltriam) *e posta nel campanile di S. Rocco con gran dolore degli amatori dell' antichita* CORNO.

RVFINVS·CVSTOS·PRO·VOTO·SVO·FIERI
CVRAVIT·PAVIMENTVM·ANNO
D·X·V

Scussa Kandleri p. 14, ed. p. 38. 128, a quo aperte pendet della Croce p. 237. 511, ab hoc qui fraude rettulit inter Feltrenses dal Corno (1710) p. 155. A prioribus Kandler in Istria 1847 p. 38.

2 post CVRAVIT hiatum indicat Corno. — 2. 3 ANNO || D·X·V Scussa et della Croce 511, AN·DXV idem 237, ANN·DXV Corno; LONG·P·DXV emendat Kandler; ego puto fuisse *anno [(illo) imperatoris (illius) in]d(ictione)* XV.

696 lapis Tergeste *alla Madonna del mare* rep. 1825 una cum pavimento musivi operis.

VSCVMSV
.....EDDIDID

Rossetti *musaico scop. in Trieste* p. 16 et tab. II.

697 Tergeste in museo.

IN PACE BON
SIMEONSVB
TATEA
ES.V

Descripsi.

XII. *Ager inter Tergeste Aquileiam Alpes Iulias.*

Tergeste cum propter commercium ex Hadriatico ad regiones Danuvianas celebris et sit et fuerit, mirum est viae, per quam Tergestini eo commearint, tam exiguam memoriam superesse; scilicet scribit solus Strabo 7, 5, 2 p. 314: *καὶ ἐκ Τεργέστε κώμης Καρνικῆς ὑπέρθεσίς ἐστι διὰ τῆς Ὄκρας εἰς ἕλος Λούγεον καλούμενον* significatque praeterea Velleius 2, 110 ea aetate plerumque ad Pannonios iter factum esse per Tergeste et Nauportum. Ocram montem constat esse partem Alpium Iuliarum maxime depressam (*Birnbaumer Wald*), item Nauportum ibi fuisse ubi nunc est Oberlaibach; paludes Lugeae igitur videntur indicari eae quae sunt ad Laibacum vel hodie notissimae. — Saepius ut par est (nam Aquileiam ea aetate longe magis floruisse quam Tergeste nemo ignorat) memoratur via similis ab Aquileia ducens Nauportum et Emonam relata etiam in itineraria, unde quae huc pertinet partem Cisalpinam subscripsimus:

Itin. Ant. p. 128:	*Itin. Hierosol.:*	*Peutingerana:*
Aquileia	Aquileia	Aquileia
	XI	XIIII
XXXVI	ad Undecimum	
	XII	ponte Sonti
	ad Fornolos	.....
fluvio Frigido	XII	fluvio Frigido
XXII	castra; inde surgunt Alpes Iuliae	XV
	VIIII	
	ad Pirum; summas Alpes	
	X	in Alpe Iulia
		V
Longatico	Longatico	Longatico

Ex his pons Sontii memoratur in historia belli gesti a. 489 inter Odoacrem et Theodoricum, qui ex Illyrico veniens illum primo vicit Venetiarum fines ingressus ad pontem Sontii testibus Cassiodorio var. 1, 18 et chr. ad h. a. et anonymo Valesiano c. 50 et fastis chronographo a. 354 adiunctis ad a. 490 et Iordane c. 57. Fluvium omnes dicunt Sontium excepto chronico Cassiodori, ubi est Isontius; eundem esse ad quem substitit Maximinus distantem ab Aquileia m. p. XVI (Herod. 8, 4), recte observavit Cluverius p. 187. Pontem autem eum ipsum videri, quem una cum via Gemina a porta ad eum ducente restituit idem Maximinus imperator c. a. 235 p. C., demonstrabitur in miliariis. Ad fluvium Frigidum devicit Theodosius Eugenium a. 394 testibus Claudiano (in tertium cons. Honorii v. 99: *Alpinae rubuere nives et Frigidus amnis mutatis fumavit aquis*) aliisque. Sontius hodie quoque nomen retinet; Frigidus fluvius is est qui nunc dicitur Wippach. — Tertia denique, quae per has partes transit, via est quae ducit Aquileia ad Timavum, quo numerantur m. p. XII secundum itinerarium Antonini p. 270. 273. Ibi bivium est proceditque dextrorsum m. p. XII (secundum itin. Ant., XIIII secundum Pentlogeranum; non recte Plinius 3, 1, 28 Aquileia Tergeste numerat m. p. XXXIII), per castellum Pucinum vino nobile (Plin. 3, 1, 28 cf. 14, 6, 59. 60. 17, 4. 31 et Ptolemaeus 3, 1, 28) quaerendum circa Nabresinam, ad coloniam Tergeste. Sinistrorsum vero itur Tarsaticam (cf. vol. 3 p. 388) per mediterranea Histriae et Dalmatiae stationibus his indicatis in solo itinerario Antonioiano p. 273: fonte Timavi — m. p. XII — Avesica — m. p. XVIII — ad Malum — m. p. XVII — ad Titulos — m. p. XII — Tharsatico. Hae ignotae sunt omnes; incidit autem in haece partes vicus Materia, unde prodiit titulus memorabilis n. 698 qui nominat agrum nescio quorum Rundictium, in hoc caput, licet loco fortasse non suo, relatus maxime ob eam causam, ut in confiniis Italiae Dalmatiae Pannoniae reperti tituli ne cum Histricis certis confunderentur. Contra clara et ampla memoria superest Timavi sive fontis (itin. Ant. l. c.; Peutingerana; Vergilius Aen. 1, 244; Plin. 14, 6, 60; Vibius Sequester p. 22 Ob.; cf. Strab. 5, 1, 8 p. 214) sive lacus (Liv. 41, 1. 2) sive stagni (Claudian. de tertio cons. Honorii v. 120) sive fluvii (Plin. 2, 103, 225. 229. 3, 18, 127; Posidon. apud Strab. 5, 1, 8 p. 215), quippe coniuncti cum antiquis fabulis Argonautarum (Martialis 4, 25; 8, 28, 7). ut ipse Hister inde olim prorumpere crederetur in Hadriaticum (supra p. 41: Posidon. l. c. collato Strabone 6, 2, 9 p. 275 et Plinio 3, 18, 127), nobilitatique cum sacrario Diomedis ipsi fonti cognomine (Strab. 5, 1, 8 p. 214) tum Livii annalibus carminibusque Vergilii (Aen. 1, 244; georg. 3, 475; ecl. 8, 6). Hic sufficit remisisse lectores ad praeclaram de Timavo Claverii expositionem (p. 189 sqq.) et ea adscripsisse, quae magis spectant ad res nostras. De loco Timavi constat cum per numeros itinerariorum tum propter naturam locorum singularem et antiquis relationibus congruam. In agro Aquileiensi Timavum fluere diserte scribunt Sequester l. c. et Plinius h. n. 2, 103, 225 et Martialis 4, 25; denique Aquilis fluvius nominatus apud unum Zosimum 5, 29 (non erramus enim qui male eum compilavit Sozomenum hist. eccl. 1, 6, apud quem Aquilis adeo influit in Eridanum) videtur esse ipse Timavus. Fontes ibi fuisse calidos Plinius auctor est (2, 103, 229. 3, 25, 151) et sunt ibidem hodie, unde balneae quoque et nunc sunt ibi et fuisse aetate Romana significant turres duae adpictae in Peutingerana.

Tituli in his partibus incultis et horridis reperti sunt perpauci nec magni momenti. Duo n. 703. 704 docuerunt aetate liberae rei publicae stetisse ultra Timavum aedem Minervae dedicatam a sociorum portitorum sive servis sive libertis; quod tuto referemus ad fines Italiae Galliaeve Cisalpinae qui fuerunt ante Augustum. Aliam aedem Spei Augustae dedicatam esse ad ipsos fontes Timavi declarant tituli n. 706. 707. 708. Denique publici aedificii titulus fractus legitur n. 713. Reliqui vero qui hoc capite eduntur sive sacri sive sepulcrales argumenti sunt mere privati.

Proprie ad hunc tractum pertinent commentarii tres hi: Iovitae Rapicii vel Iacobi Valvasonis de thermis ad Timavi ostia commentarius insertus sylogae sic inscriptae '*de balneis omnia quae extant apud Graecos, Latinos et Arabas scriptores*' (Venetiis apud Iuntas 1553 fol.) f. 307; *Memoria delli sigg. abb. G(iuseppe) B(erini), L(eonardo) B(rumati), G(ian) B(attista) V(atta) intorno a tre iscrizioni Romane nel muro della chiesa di S. Giovanni di Duino* (Udine 1820. 4. pp. 14); Iosephi Berini *indagine sullo stato del Timavo e delle sue adjacenze* (Udine 1826. 4. pp. 64). In topographiam solam inquirit Kandleri *discorso sul Timavo* in nuptiis Guastalla-Levi celebrandis editus Tergeste a. 1864.

698 non longe a vico Materia, qui distat a Tergeste horis II in via publica versus Fiume, rep. et a fundi domino Negovetich a. 1842 data museo Tergestino.

ANC · VIAM · DERECTAM
PER · ATIVM · CENTVRION · POST
SENTENTIAM DICTAM · AB · A · PLAVTIO
LEGATO · TI · CLAVDI · CAESARIS · AVG
GERM · ET · POSTEA · TRANSLATAM · A *sic*
RVNDICTIBVS · IN · FINES · C · LAECANI
BASSI · RESTITVIT · IVSSV · TI · CLAVDI
CAESARIS · AVG · GERM · IMPERATORIS
L · RVFELLIVS · SEVERVS · PRIMIPILARIS

Contali. Ed. Kandler *esplorazioni* n. 10 p. 3 (cf. n. 11 p. 8) et in Istria 1851 p. 87 et in inscr. n. 524 et in supplementis ad Scassam ed. p. 205; Henzen *Bullett. dell' Inst.* 1858 p. 74 et syll. n. 6618 ad exemplum meum et ad idem Rudorff in Lachmanniana agrimensorum editione 2, 463.

[H]anc viam, derectam per Atium centurion(em) post sententiam dictam ab A. Plautio legato Ti. Claudi Caesaris Aug(usti) Germ(anici), et postea translatam a Rundictibus in fines C. Laecani Bassi, restituit iussu Ti. Claudi Caesaris Aug(usti) Germ(anici) imperatoris L. Rufellius Severus primipilaris. A. Plautius cos. suff. a. p. C. 29 is est qui Britanniam domuit a. p. C. 43; C. Laecanius Bassus consul a. p. C. 64 (Henzen 6858 al.) obiit imperante Vespasiano (Plinius h. n. 26, 1, 5). A. Plautius in qua legatione hanc sententiam dixerit, potest dubitari; si dixit provinciae legatus, quod probabile est, non tam Pannoniae praefuit quam Dalmatiae, cum praesertim fines Italiae iam imperante Augusti prolati videantur esse ad Nauportum (Oberlaibach), de finibus autem inter Dalmatiam et Histriam per has partes mediterraneas nullo modo constet. Sed res eo magis incerta est, quod agitur de via primum derecta per Rundictes nescio quos, deinde translata in fines Laecanii Bassi.

---

699 *in Copriva partendo della chiesa a due tiri di fucile a levante in mano destra si va ad uno scoglio largo 1 Klafter, alto 4 piedi.*

X····TCL········
P·

Io ritengo che possa essere stato luogo di xenodochio eretto da Ti. Claudio Nerone Druso, di cui qui era il confine Romano al 43 di Cristo. Kandlero Lud. de Tenner Oct. 1858.

---

700 litteris antiquis. Rep. Nabresinae in lapidicinia, ubi videtur incisa esse alibi collocanda nec collocata KANDLER. Nunc Tergeste in museo.

VIEAM
PRECARSM

Descripsi. Ed. Kandler *espl.* n. 4 p. 2 et in Istria 1852 p. 81 et inscr. n. 519; C. I. L. I n. 1464 et in tabula Ritscheliana LXXIa.

---

701 Nabresinae rep., illata Tergeste in museum.

TVer
PRIVA

Descripsi. Ed. Kandler *espl.* n. 4 p. 2 recte, male in Istria 1852 p. 81 et in syll. n. 518.

---

702 Nabresinae ad litus rep.

L · PARIL///
//FE · SIBE//
ASTIMIO///
///////

Kandler ms. et in Istria 1847, 314 et in syll. n. 84.

---

703 epistylii pars. *A Praprod, dieci minuti da S. Pelagio [Polaj] di Duino sul Carso, scop. sotto catasta di legno nel di 12 Giugno 1842.* KANDLER. Nunc Tergeste in museo.

PORTITOR · SOC · S
_I · L · L · AGATO · SOC · S
COLVMNASQVE MAG · FI
'O MENERVAI D D L M

Descripsi. Kandler ms. et *espl.* n. 5 p. 8 et syll. n. 521; C. I. L. I n. 1462 et in tabulis Ritschelianis LXXIb.

Titulo denuo examinato visum est antea fuisse SOC · S, deinde hoc deleto rescriptum esse PORTITOR · SOC · S. Scilicet prima littera visa est P ex S facta, item tertia R ex C, quinta I ex S; secunda mansit non mutata, litterae autem quarta et sexta T utraque tam artum spatium occupant, ut videantur postea demum insertae. In litteris sex extremis OR · SOC · S apparent liturae nullae.

---

704 rep. 1842 ad S. Pelagii [Polaj] di Duino, nunc Tergeste in museo.

ABENNAEVS · CAT | ?I · M · S · MACERIEM
RINNAE ET AVSTIA · DE · S | . . FECIT · MINERVAE · DE

Descripsi. Ed. Kandler *espl.* n. 5 p. 6 et syll. n. 516. 517; C. I. L. I n. 1463 et in tabula Ritscheliana LXXIc.

Lectio certa est etiam dimidiatarum litterarum.

---

705 ad S. Iohannis del Carso in Iapydia VALV. — Male in portu Caprulano MUR.

FATIS · OCTAVIA
SPERATA · VOTVM
SOLVIT · LIB · MVN

Valvasoni ms. (inde Mur. 89, 4; Bertoli p. 428 n. 683; Orelli 1772).

---

706 prope Castel Duino in ecclesia S. Iohannis Baptistae de Tuba ad fontes Timavi vidit iam SANUTUS, qui locum appellat in itinerario *San Zuane dil Timaro, loco delo Imperador* ecclesiamque illam dicit novam: *qu è una chiesia fabricata di novo, perhoche intender si dia che questo S. Zuane è una villa, et in tempo di Turchi che vene in Friul fo vastata e mal conditionà.* Eundem locum indicant POSTERIORES omnes in muro presbyterii pone chorum iuxta viam publicam. — Errore Tergeste in ecclesia S. Iohannis de Tuba BEMBUS.

S · A · S · PRO SAL
AQVILINI
VILICI · AVGG
ET · TITI · IVLI
AQVILINI
IVLIA
STRATONIC
V · S

Sanutus itin. 1483 p. 146 et syll. f. 147'; Istriani auctores antiqui Tomitanus f. 16, Bembus f. 105', Peutinger 526 f. 110'; Iac. Valvasone in epistula ad Marcum Savornianum (inde Manut. cod. Vat. 5248 f. 23); idem apud Iovitam Rapicium l. c. in praefatione f. 308 (inde Grut. in corr.; Don. 7, 205 ex auctoribus variis de balneis; Mur. 888, 6 ex Donio); Grut. 115, 7 a Verderio, qui vidit; a Turre p. 320 (cf. err. typ.) a prioribus opinor (inde Bertoli p. 111 n. 97, Carli 2, 311); Cortenovis ms. et apud Carliam 3 p. LIV; *Memoria delli sigg. abb(ati) G(iuseppe) B(erini), L(eonardo) B(rumati) e G(ian) B(attista) V(atta) intorno a tre iscrizioni Romane nel muro della chiesa di S. Giovanni di Duino* Udine 1820. 4; Berini Timavo (1826) p. 8, cuius etiam schedas vidi Vindobonae inter Steinbücheliana (*s. Wiener Jahrb. A. B.* 48 a. 1829 p. 89). Epistulam de his titulis insertam in Giorn. delle prov. Venete t. II (1822) p. 274—277 non vidi. A prioribus Orell. 1834.

Variam lectionem dabo Sanutiani exempli utriusque, Tomitani, Valvasoniani, Rapiciani, Verderiani, Cortenoviani, Beriniani. — 1 S · A · S] S · A · I San. it., S · S San. syll. — SAL] SAI San. Tom. Rap., SAT Verd. — 3 VILLICI Rap. Cort. — AGG Verd. — 4 ET] E San. syll. — 5 om. San. — 7 STRATONICI Verd.

S(pei) A(ugustae) s(acrum) pro sal(ute) Aquilini vilici Aug(ustorum) et Titi Iuli Aquilini Iulia Stratonic(e) v(otum) s(olvit). De Silvano Augusto ne cogites in hac, quamquam similiter notatur passim in Aquileiensibus, facit non tam formularum diversitas quam quod tituli simul reperti n. 707. 708 probant hoc loco ad Timavi fontem aedem stetisse dedicatam Spei Augustae. Eiusdem Aquilini titulum sepulcralem positum a coniuge Iulia Stratonica dabimus in Noricis.

707 adservatur cum praecedente.

SPEI · AVG
G · SACCON
IVS · VARR
O · TRIB · CO
H · I · MILIA
RIAE · DEL
MATARV
M · V · S

Sanutus ll. cc.; Istriani auctores tres ll. cc.; Iac. Valvasone l. c.; Iovita Rapicius l. c. (inde Grut. in corr.; Don. 6, 33); Grut. 102, 3 a Verderio qui vidit; Lucius inscr. Dalm. p. 15 ex Grutero, sed addita v. l. schedarum suarum; a Turre p. 320 p. 320 a prioribus opinor (inde Bertoli p. 68 n. 41; Carli 2, 140. 310); Bertoli ms. n. 692 cui descripsit Milles; *Mem. del Valvasense* Oct. 1756 p. 71; Berini ll. cc. A prioribus Orell. 1833.

Dabo v. l. Sanuti, Tomitani, Valvasonis, Rapicii, Verderi, Millesii, *Mem.*, Berinii fere consentientium. — 2 C pro G Valv. *Mem.*, om Rap. — 5. 6 MILLIARIAS Rap. MILITIAE Tom. — 7. 8 MATARVM M San. Valv. Rap. — 8 V · S om. Verd.

708 servatur cum praecedentibus.

s p e i Λ v g
I AVCONIVS
OPTATVS · EQ · R
DEC · ET · IIVIR · CL · AG
PRO · SALVTE
TAVCONI · OPTATI
FILI · SVI · EQVIT · ROM
V · S · L · M

Pococke p. 124; Berini ll. cc.; Kandler *espl.* n. 4 p. 5.

1 AVG Kandl.; totum v. om. Poc. — 2 /AVCONIV/ Kandl. — 3 FIATVS Kandl. — EQ · R Kandl., EQS Poc., EQP Ber. — 4 DEC I F Ber., DIC (om. ET) Kandl., OEC (om. ET) Poc. — 5 SALVTI Kandl. — 7 FILII Poc., *h* Kandl. — LIQVIT pro EQVIT Poc. — 8 S · L om. Ber. Kandl.

709 fuit cum praecedentibus.

...TVT...
VOTV...
L
...TILIA...
MAT....

Iac. Valvasone l. c.; Iov. Rapicius l. c.; Grut. 130, 7 a Verdero.

1 III, 3 ⊥ Grut.

710 in ecclesia S. Iohannis de Tuba TOM.; Tergeste PEUT.

M · IN · FR · P · XE
IN · AGR · P · XXE

Tomitanus f. 16; Peutinger 526 f. 110.

711 Gorianscae KANDL. Gorianscae prope Tübein ad ecclesiam LINHART. — Coleiae APIANUS cum asseclis.

C · CORNELIO
LVCVLLO
ANN · XXX
ET · CORNELIAE
TERTVLLAE · ANN · XXV
ET · C · CORNELIO
PROCVLO · ANN · XXXX
FILIS · PIENTISSIMIS
C · CORNELIVS · FIRMVS
ET · VOLSARIA · PAVLLA

Antiquus Austriacus apud Cholerum f. 138 et Apianum 379, 1 (inde Smetius 170, 9; Boissardus ms. p. 510; Lasius r. r. p. 1180; Grut. 679, 1; Muchar *Steierm.* 1, 363, quamquam hic etiam Linhartum videtur adhibuisse). Denuo ex lapide Linhart *Krain* 1 (1788), 438, qui ineditam dicit; item Kandler ms. et *espl.* n. 5 p. 6 et syll. n. 523.

Vv. recte divisit etiam Apianus. — 1 in. C om. Ap. (non Chol.) — 8 FILIIS Chol. Ap. — 9 in. C om. Chol. Ap. — PRIMVS Chol. — 10 VVLSARIA Linh. — PAVLLA Kandl. syll., PAVLA Chol. Ap.

712 Vocigrad prope Comen.

D M S
VETVRIAE
CELERINAE
DEFVNCTE
AN XV MS//
TITVS VETVRI
VS · ET · VOLCIA
PRISCILA

Kandler *espl.* n. 5 p. 6 et syll. n. 522 eodemque exemplo Steph. Kociancic in arch. Agram. 3 (1854) p. 194.

4 DEFVNTE espl. — 5 MS · IIII syll. et Kociancic. — 7 VOLGIA Koc.

713 litteris pulchris. Rep. Iuvanigrad ad viam, quae Aquileia ducit Emonam; extat Tergeste in museo.

METELLVS
F OPTATVS
//VS · DE C S
NOS · XII

Contuli. Ed. Kandler n. 520.

3 lege *de c(onsilii) s(ententia).* — 4 non est in titulo *lo*NG · P · XII.

714 Billiae ad fl. Vipacco in aedibus Pauli Radenzig.

ARTORIA · L · F
PRISCA · V · F
SIBI · ET · MINVCIAE · M · F
MARVMAE · MATRI
ET · M · MINVCIO · AVO
ET · L · LIVIO · C · F

Zandonati misit Pirouae.

715 *Heidenschaft in dem Hause eines Lederers gefunden 1818, in einem der vier Hauptpfeiler welche den Dachstuhl tragen, hoch oben eingemauert* HATTINGER.

P · PVBLIC · VRBIO · V · S · P · ET
CONIVGI · KARISSI · VOLTILIAE
SATVRINE · DVM
SALIVS · PVBLI
COS · CVRO · DE*dicavi*
HOC · IN · PRIVATO · SACELIO

Hattinger ms. (inde non accurate Kandler in Istr. 1847, 317 et syll. n. 525). Idem addit ibidem vidisse se titulum Caligulae(?) in lapide quodam inverso super rivulum iacente.

4 SALIVS, 5 DECADI (pro DEDICAVI vel DICAVI), 6 SACELO traduntur.

716 fragmentum Aidussinae.

TEI
MAR

Kandler ms. a P. Hitzinger.

716a prope Heidenschaft in silva Birnbaumensi in pariete ecclesiae dirutae.

I · S · N V · N · A

Kenner *Archiv öst. Geschichtsquellen* 33, 64 a Petruzzio, qui vidit a. 1855 lapidemque integrum esse contendit.

XIII. HISTRIAE INCERTAE.

717 locus non indicatur.

VEICAS
NORICEIAE
A · POBLICIVS · D · L · A///
P · POSTVMIVS · P · PAV
COIS
e

Kandler ms. ab Hattingero; unde edidi C. I. L. I n. 1465.

718 locus non indicatur.

D M
ESOSSSE
DVOAVC
NANTSSSS
TVIASSOCR
DOMINER
ENEMSREOS
TITVLVMPO
ISCNSPIIII
TERAS

Zuccolo in schedis quae videntur spectare ad Histriam.

719 inter Histrica. Praecedit Salvorensis, sequitur Umagensis.

IO · M · P
M · FRATRI
FAVSTO · L · FRATRI
MELEAGRO · L
FRATRI
COMMODO · L
FRATRI

Bartoli cod. Marc. cl. X n. 219 f. IV.

1 MARCI · FILIVS, 2 MARCO · FRATRI, 3. 4. 6 LIBERTO pro L traduntur; cf. quae dixi de exemplis Bartolianis vol. III p. 275.

720 inter Histrica. Praecedit Umagensis.

traditur:

CAIO LVCRETIO
SEXTI FILIO ANNORVM NOVEM HORAE
SEMIS VEL HEREDIBVSQVE SVIS
CAIAE ELIATAE SECVNDAE

scribe:

C · LVCRETIO
SEX · F · AN · VIII · H · S
CAELIA · T · F · SECVNDA

Bartoli cod. Marc. cl. X. n. 219 f. VIII.

721 inter Histrica.

AAII . . . .
AEDE . . . .
M · TROSIVS
MAGNVS

Bartoli cod. Marc. cl. X n. 219 f. XI.
3 MARCVS traditur.

722 inter Histrica.

traditur:

VALERIO OPTIMO GLADIATORI
ARINO AEDILI ATINO AEDILI DVM
VIRO QVE QVINTA VALERIA PROBA
CAIA ILLA FILIA PATRI VIVENTES
FECERVNT

scribe:

. . VALERIO P · F · CLA
SABINO · AED · ALTINO · AED · II
VIRO · QQ · VALERIA · PROBA
CL · F · PATRI · V · F

Bartoli cod. Marc. cl. X n. 219 f. X.

723 inter Bajensia.

IN · FR · P . XX
RETR · P · IX
C O
C

In schedula solitaria inserta epistulae, quam Io. Matth. Madrucci ex Buje 7 Iul. 1676 dedit ad Sert. Ursatum, servatae hodie Patavii in bibliotheca municipali.

724 inter Histrica.

. . . . OLIIFIL
. . . . AERNAE
. . . . IN · HONO
. . . . VL · POPVLO
5 . . . . NEMERENT

Kandler ms.

XIV. MVN. AQVILEIA *(Aquileja)*. *Tribu Velina.*

I. Antiqua. — Cyriacum Anconitanum adiisse a. 1439 Aquileiam epigrammataque ibi descripsisse comperimus ex epistula eius ad Ludovicum patriarcham Aquileiensem citata ad titulum editum inter miliarios, item ex epistula alia ad Poggium quam laudavimus ad n. 781; denique epigramma n. 1260 Cenninus (cod. Magl. *conv. soppr.* II. IX. 14) diserte acceptum refert eidem Cyriaco. Unde tam duo hi tituli quam alii quidam (n. 767. 1071. 1261) reperiuntur in omnibus fere etiam minoribus sylloges saeculi XV quae pendent a Cyriaco, ut sunt praeter Cennianam Tragurini (Marc. Lat. XIV, 124), Vaticani 6875, Stoschiani sive Vat. Ottob. 2967, Parmensis, Riccardiani 996, Chigiani I. VI. 203, Angelicani D. 4. 18. Neque aliunde opinor Iacobus de Utino in epistula quam de civitate Aquileiae scripsit a. 1448 ad Franciscum Barbarum (ed. Lirati *misc. di var. oper.* 2 a. 1740 p. 99 sq.) quattuor quae affert epigrammata (n. 1071. 1260. 1386 et miliarium) habuit, cum praesertim primum eorum relatum supra inter Cyriacana certa exhibeat similiter corruptum. Septem illa de quibus modo egimus epigrammata cum redeant omnino ad Cyriacum, iis qui sylloges scriptas perscrutabuntur non inutile erit hic indicata habere coniuncta:

n. 767 dis deabusque
n. 781 Iunonibus sacrum. M. Magius
(inter miliarios) Imp. Caes. .... invictus
n. 1071 Anicia P. l. Glacera
n. 1260 domum aeternam Iulia Agape
n. 1261 Iulia Barachus (plerumque confunditur cum tertio)
n. 1386 M. Statius Surio.

At eiusdem aetatis corpora duo alia multo pleniorem Aquileiensium syllogen exhibent, scilicet Marcanovae, cuius codex optimus Bernensis scriptus a. 1460 Aquileiensia recenset in parte priore quattuor tantum (cod. n. 349 = 450. 350. 448. 449) eaque ex vulgaribus illis de quibus modo diximus, at in parte posteriore longe plura n. 572—614 (in Mutinensi autem libro posteriore et minus bono Aquileiensia omnia exhibentur coniuncta); deinde Redianum sive Alexandri Strozzae scriptum a. 1474, ubi f. 134—136' leguntur Aquileiensia epigrammata quadraginta tria, f. 138—139' Gradensia viginti sex. Ex simili libro, qui eo tempore fuit apud Luiggium Canonicum Venetum, Cortenovius excerpta dedit p. 67—72 codicis Pironiani (v. infra c. XXII); qui codex quo iam pervenerit, ignoro, certe ab hoc diversus est, quem antequam vidissem existimabam eundem esse, codex Olivanus hodie servatus inter alios libros Canonicianos Oxoniae (cf. vol. 3 p. 273). Aut ipso Rediano libro aut simillimo Marcellum usum esse inveni. Similiter sub nomine schedarum Iacobi Valerii et Capponianarum apud Muratorium latet Marcanova. Quibus secundariis auctoribus reiectis, cum Cortenovianus liber sane eximius parum notus sit, rediimus ad veros auctores Marcanovam Bernensem Redianumque vel potius ad Redianum solum; eius enim sylloge cum Marcanovana ita convenit, ut perpetuo hanc vincat et copia titulorum et lectionum bonitate. — Cuiusnam vero haec sylloge sit cum quaeri possit, mihi videtur non esse nisi plena Cyriacana, ut septem illa epigrammata de quibus supra diximus selecta inde Cyriacus cum amicis communicarit, sylloge autem Rediana Marcanovanaque veniat ex ipsis Cyriaci commentariis. Certe redeunt in hac septem illa epigrammata omnia cum iisdem erroribus estque haec eius communionis explicatio omnino probabilior quam si statuas alterum descriptorem receptis Cyriacanis alia adiecisse ex lapidibus. Cum tamen res incerta sit, ne nostras coniecturas legenti obtruderemus, placuit epigrammata haec tam septem illa quam quae addunt Marcanova et Strozza accepta referre *Antiquo*. — Exempla satis recte excepta sunt et Cyriaco digna, nisi quod versuum divisionem veram tantummodo in fragmentis quibusdam retinuit Redianus.

II. Felicianus quae in libro antiquiore Marciano primo tempore posuit f. 46. 62 Cyriacana sunt vulgaria; postea vero addita tam in Marciano quattuor epigrammata quam in Veronensi f. 112. 113 quindecim, peculiarem syllogen constituunt, quae alibi nusquam redit neque adeo adhuc a quoquam adhibita est. Auctorem laudat Felicianus in Veronensi libro amicum Nicolaum Stellam Veronensem.

III. Hieronymus Bologna (1454—1517) in sylloge inscriptionum, quam scriptam partim manu eius, partim manu filii Iulii servat Cicogna (codd. n. 1873. 1874), rettulit inter alia etiam Aquileiensia epigrammata (cod. 1874 f. 28—31) repetita deinde in eiusdem antiquario (cod. ms. bibl. Tarvisinae quem scripsit filius Iulius) f. 36 sq., ubi haec praefatur: 'sequuntur Aquileiensia .... loco antiquo (urbem sitam esse ostendunt) vetustissima monumenta, quae ipsemet quandoque ruinas illas diligentissime perscrutatus solita curiositate perscripsi'. Quod verum esse repperi; loca non indicantur accurate, exempla optima sunt et Accursianis comparanda. In antiquario autem cum syllogen ante oculos habuerit, ubi inde discedit, peccat; itaque ad syllogen solam attendi. Bononiensis his cum usus sit Ferrarinus, quem constat diem obiisse c. a. 1493, sequitur ut aliquanto ante hunc annum Bologna ea exceperit.

IV. Appendix Bologna. Repperi in libro Bolognae modo citato a. 1873 schedulam cum Aquileiensibus epigrammatis undecim satis accurate exceptis et locis adscriptis, quamquam versuum ordo non retinetur. Ferrarinus ea non habuit.

V. Ferrarinus Regiensis in libro Traiectino f. 58. 59. 74. 75. 114, item in Parisino f. 55. 76 quae affert Aquileiensia, sunt Cyriacana vulgaria; contra quae proposuit in iis quae adiecit postea ad librum Parisinum f. 157—159 et in corpore libri Regiensis f. 68'—70 (ubi rursus deficiunt Cyriacana vulgaria excepto uno) descripta sunt alia ex Marcanovanis, alia ex Bologna, at utraque a Cyriacanis vulgaribus in Parisino libro distinguit etiam calamus diversus. Temporum autem rationes minime impediunt, quominus Ferrarinus defunctus c. a. 1493 haec habuerit a Bologna. Ferrarinum deinde sub nomine schedarum Farnesianarum, scilicet exemplum syllogae eius a Thoma Scandiano perscriptum, citat Muratorius. Itaque cum sub nomine Ferrarini schedisque Farnesianis lateat modo Bologna modo Antiquus, haec omnia abieci, citato tamen ubivis nomine Ferrarini, ut syllogae eius late sparsae memoria aliqua extet.

VI. Iucundus sex tantum habet inscriptiones Aquileienses, quarum quattuor ultimae sunt ex vulgaribus Cyriacanis; reliquas duas (n. 833. 1631) et ipsas pervulgatas unde habuerit nec liquet nec multum interest.

VII. Iohannes Bemous in sylloge inscriptionum scripta c. a. 1505 (nunc cod. Monac. Lat. 10801) praeter Aquileiensia duo epigrammata ex Marcanova petita f. 107 sedecim alia rettulit f. 72. 73 versibus quidem plerumque non divisis nec locis accurate indicatis, sed praeterea optime descripta non ab ipso, sed ab alio nescio quo viro docto. Sylloge exigua, sed non inutilis passim affinis est Sanutianae et Apianae.

VIII. Ioannis Candidi commentariorum Aquileiensium libri octo ab ultimis temporibus usque ad indutias quinquennales a. C. 1517 (Venetiis 1521 fol. foll. 46) eo nomine tantum memorandi sunt hoc loco, quod ad Candidum videatur redire fraudes quaedam antiquissimae, nempe tres tituli n. 1807. 1808. 1864 non prorsus ficti, sed pessime interpolati ex genuinis tribus, quorum duo adhuc extant, tertium vidit Cyriacus.

IX. Secundus. — Auctor syllogae antiquissimae et copiosae, de qua iam dicendum est, plane latet; nisi quod cum ea ipsa fuisse videatur, quam Mariangelus Accursius citat tanquam libellum a monialibus sibi mutuo datum (v. ad. n. 1102), verosimiliter proficisci putatur ab ecclesiastico aliquo Aquileiae saeculo XV degente. Nos auctorem diximus Secundum. De tempore, quo sylloge facta est, non satis constat et fieri potest, ut non tam uno tempore elaborata sit quam creverit per gradus. Nam cum inveniantur in exemplis quotquot extant tituli duo falsi Maniagenses, quos modo diximus proficisci videri ex Candidi commentariis editis a. 1521, post hunc annum videtur absoluta esse; contra extitisse eam iam anno 1483 efficitur ex iis quae infra dicemus de Sanuto, quae ipsa tamen non satis fida esse ibidem adnotavimus. Huius syllogae late sparsae exempla discedunt tanquam in duas familias, quarum alteram constituit Rambertus, alteram reliqui fere auctores, inveniunturque in altera utra familia complura quae in altera desiderantur, item lectiones non raro in partes discedunt, ut tamen ex eodem primario auctore utraque familia pendeat. Fieri igitur potest ut sylloge haec subinde aucta sit et pars exemplorum veniat ab archetypo minus etiamtum pleno; ut potiora et meliora in exemplis omnibus pariter fere redeunt. Sylloge ipsa omni fide digna est, nam praeter titulos quos modo dixi auctorem adscivisse videri ex Candido, nullus in ea est iustae suspicioni obnoxius. Derivarunt autem sua ex Secundo auctores hi:

1) Benedicti Ramberti syllogae alibi (vol. 3 p. 413) dixi adhibuisse me exempla duo antiqua Patavinum et Marucellianum, in quo tamen ex Aquileiensibus non repperiuntur nisi n. 1—26. 35. 41. 52. 57. Praeterea inter schedas olim Ortii, hodie bibliothecae municipalis Veronensis (hist. XCI, 4, saec. XVIII) offendi Ramberti Aquileiensia sine nomine auctoris et imperfecta (nam inscriptione libellus caret foliis duobus primis avulsis) quae putaverunt omitti. Exemplum Ramberti a nostris diversum et interdum emendatius habuit Capodaglio, quod citavi sub eius nomine, ita ut ubi Rambertum simpliciter laudo, intellegantur tantum codices duo illi (quamquam Marucelliani errores minores non attuli) vel ubi deficit Marucellianus, solus Patavinus. Usi sunt Ramberto praesertim Turrius per Capodaglium, Bertolius, Donius.

2) Codex Vaticanus 5250 olim Manutii in fasciculis duobus ita ordinandis f. 61—70. 51—60 nec nisi per glutinatorem cum reliquo volumine coniunctis hanc syllogen continet exemplis per se bonis et interdum versuum ordinem retinentibus, sed a librario Manutiano passim corruptis, cuius errores minores tacite praetermisi. In fine adhaerent tituli aliquot Histrici et Concordienses.

3) Antonius Bellonus Utinensis notarius patriarchae Aquileiensis Marini Grimani, qui inter a. 1529 et 1545 scripsit de vitis et gestis patriarcharum Aquileiensium (Muratori SS. R. I. XVI), codicem inscriptionum exaravit nunc servatum in Marciana (Lat. XIV, 192), in quo (f. 62—77 partis antiquioris) sylloge haec comparet sub titulo 'ex variis Foroiulii monumentis reperta'. Indicationes locorum plane conveniunt cum Rambertinis, nisi quod quae apud Rambertum Latina sunt, hic efferuntur vulgari sermone. Ordo titulorum diversus est, sed antiquior Bellonianus; incipiunt ibi ecclesiarum lapides, deinde ante n. 61 praescribitur: '*hec diversis in aedibus Aquileiae antiquitates reperiuntur*', finiunt suburbani. Usus est Bellono Bertolius. — De secunda manu quae passim conspicitur vide infra c. XI.

4) Marinus Sanutus praeter pauca hinc relata in itinerarium a. 1483 inseruit syllogen universam codici inscriptionum nuper Ortii, nunc bibliothecae municipalis Veronensis f. 38—48. Qui legit quae de titulo n. 1102 in itinerario narrat aqua se eam lavisse itaque legisse, non poterit non auctorem universae huiusce syllogae credere Sanutum eumque per aetatem sane aptum: at obstat huic opinioni, quod exempla Sanutiana cum alia tum huius ipsius tituli longe minus fida sunt quam quae exhibent reliqui auctores, ut interpolationis adeo indicia quaedam prae se ferant: ita in hoc ipso titulo cum pro INFISCO Secundus dedisset INFLELCO, Sanutus ex INFLEL fecit IN FLETIB(VS). Ceterum ad Bellonum proxime accedit. Versuum ordinem Sanutus nusquam retinet. Quaedam affert ab nullo alio huius ordinis auctore relata et aut nusquam alibi reperta aut communia sibi cum Antiquo Bembo Apiano, ut praeter Secundi syllogen aliunde etiam lapides Aquileienses adsumpsisse videatur.

5) Accursium quoque vidisse hanc syllogen supra diximus, neque tamen quidquam inde affert nisi v. l. ad n. 1102.

6) Ex rotulorum a. 1533 libro servato in tabulario capituli Aquileiensis quae affert Bertolius, ut n. 1052, item exscripta sunt ex sylloge Secundi.

7) Iosephus Sporenus in Foro Iulio scripto c. a. 1533 (ed. apud Liruttium *misc. di var. oper.* vol. 3 a. 1740 p. 1 sq.) quae posuit Aquileiensia, deprompsit ex sylloge Secundi.

8) Sebast. Macci in syllogae manuscriptae vol. II (cod. Paris. 9694) f. 37—40 seriem epigrammatum rettulit, quasi Mutinensia essent, quae vere sunt Aquileiensia sumpta aut ex Bellono aut ex Sanuto. Ea examinata reieci.

X. Mariangelus Accursius Venetiis profectus die 5 Oct. 1524 venit Aquileiam die Nov. 3 epigrammataque ibi ex ipsis lapidibus descripsit triginta duo, quae leguntur in codice bibliothecae Ambrosianae O. 125 sup. in fasciculo separato foll. 10. Tituli excepti sunt solita Accursii doctrina et industria.

XI. Apianus in Aquileiensibus quas dedit p. 351 expressit Iucundum; eae vero quae praecedunt p. 349. 350, quibus accurate respondet liber scriptus Choleri f. 225. 226, syllogen videntur constituere propriam. Ea ipsa praeterea usum esse inveni eum qui librum Belloni (supra c. IX, 3) et emendavit et ad Aquileienses ibi titulos n. 105—109 addidit, nam hae emendationes additionesque ita cum edito Apiano conveniunt, ut interdum ei praestent, aliis vero locis magis corruptae sint (ita ad n. 1077 emendator Bellonianus initio addidit D·D, scilicet clausulam tituli apud Apianum praecedentis n. 824), plerumque autem praetermitti potuerint. Eiusdem denique syllogae praeter Secundi copiam

videri fuisse Sanuto supra adnotavi. Quidam tituli (n. 946. 1368) ex syllogis antiquioribus in hac sola inveniuntur; alia ibi leguntur aperte adsumpta ex Cyriacanis vulgaribus.

XII. Manutius Pighius Ligorius reliquique collectores saeculi XVI Aquileienses copias non auxerunt, nisi quod per Pighium accesserunt tituli complures Beleno dedicati Aquileia a. 1548 delati Venetias in domum Iohannis Grimani patriarchae Aquileiensis et a Pighio descripti Venetiis. Ipse Manutius, cui antiquorum corporum copia erat, paucissima tantum inde edidit; unde factum est, ut Ligorius quoque ab Aquileia manum omnino abstineret.

XIII. Gruterus quoque perpauca habet Aquileiensia, ex syllogis supra enumeratis nullam nactus praeter editam Apiani perparvam. Adhibuit praeterea quae Puteanus et Pigafetta descripserant Aquileiae satis accurate, sed admodum pauca, item schedas Verderi non multum uberiores, ex quibus traxit titulos fere eosdem, quos postea Capodaglio refert n. 93—103 cum hac praescriptione: '*li seguenti 12 epitaffii furono trovati nelle pertinenze dell' abbazia di Beligna e l'anno 1548 furono mandati in dono a Gio. Grimani patriarca d'Aquileja da Giovanni Savorgnano patrizio Veneto*'. Quod ex parte verum est, nam quosdam ex his titulis Pighius aliique complures viderunt Venetiis in domo Grimana; sed alii relati et ipsi a Verdero remanserunt Aquileiae et postea ibi ab aliis descripti sunt. — Unica Aquileiensis quam ex Velseri schedis traxit Gruterus n. 25* parum fida visa est.

XIV. Sertorius Ursatus Patavinus Aquileiam adiit et quosdam ibi titulos descripsit, quorum partem ipse edidit in monumentis Patavinis (Patavii 1652 fol.), partem ex schedis eius protulit Sponius, quas schedas servatas hodie Patavii in bibliotheca municipali ibi ego quoque excussi. Denique quosdam lapides Aquileia Patavium deferendos curavit, qui nunc extant Veronae in museo Maffeiano. Schedis Capodaglii eum usum esse non crediderim, sed quae profert ipsum excepisse.

XV. Ioh. Iosephus Capodaglio Udinensis, subcanonicus Aquileiae et capituli secretarius, item parochus villae Lavariani, natus a. 1634, mortuus Lavariani a. 1679, praeter librum quem edidit inscriptum *Udine illustrata* (vol. 1 Udine 1665. 4) scriptum reliquit de Aquileia commentarium sic inscriptum: *de' fragmenti d' Aquileia libri III. MDCLXVI*, quem autographum servat hodie doctor Vincentius Ioppi Udinensis; ego Udine morans a. 1857 primum adhibui exemplum, quod Pirona describendum curavit ex codice scripto a comite Gorgo servato tum apud presbyterum Flumignanensem Casparem Gasparini, emendavit postea ex maiore libro comitis Ioh. Mar., postea Antonii Berettae, nimirum eo ipso qui nunc est Ioppii. Postea a. 1864 eiusdem Ioppii singulari comitate factum est, ut ipsum archetypum Berolinum mitteretur, ubi cum exemplo contuli. Kandlerus quae in Istria edidit et separatim quoque excudi iussit selecta ex commentariis Capodaglii capita, sumpsit ex illo Pironae libro. Praeterea contuli apud Pironam similem titulorum Aquileiensium syllogen anonymam quidem, sed per omnia cum Capodagliana convenientem, nisi quod titulorum ordo diversus est et permulta desunt, in his ea quae postea addidit Capodaglius omnia, contra addantur perpauca eaque fere non Aquileiensia, sed Friulana; qui codex cum vices faciat secundi exempli sylloges Capodaglianae, ubi eum adhibere utile visum est citatur sub indicatione *Capodaglio II*. — Capodaglii sylloge, fragmentorum illorum libro tertio inserta, complectitur epigrammata CLXIV, quibus ipse auctor numeros apposuit tantummodo ad n. usque CXVII. Praefatur autem ei sic: *Molti epitafi parte intieri e parte in rottami spezzati nella medesima città* (Aquileiae) *e nei luoghi convicini ancora si vedono e d'alcuni altri, che da un centinajo d' anni in quà sono stati altrove traslatati, ho avuto fortuna di haverne l'esemplare; di ciascheduno di questi, tanto di questi quanto di quelli, n' ho qui sotto con ogni più isquisita diligenza trascritto il tenore.* Scripta sylloge, quam nactum esse se scribit Capodaglius, Secundi est eius fere formae, quam nos novimus sub nomine Ramberti; nam desunt apud Capodaglium quidquid habent Secum di exempla alia, abest a Ramberto, redeunt autem apud eum Rambertini tituli omnes quattuor exceptis, qui cum et ipsi adsint in sylloge ea, quam supra diximus Capodaglianam alteram, ex hac casu tantum excidisse putandi sunt. Etiam eos lapides quos ipse vidit Capodaglio ubi sunt etiam apud Rambertum inde describere solet, de loco tantummodo subinde monens ex visu. Leguntur autem Rambertini tituli apud Capodaglium maxime in prima sylloges parte numerosque tenent hos: 1. 2. 4—7. 10. 12. 14—39. 41—43. 45—66. 69. 70. 72—78. 80. 82. 83. 87—89. 104. 106. 107. 109—111, ut ad additamenta omnino non perveniant. Denique Capodaglium usum esse meliore huius sylloges exemplo quam sunt ea quae nos novimus Rambertina supra iam monuimus. — Praeterea Capodaglium petivisse n. 93—103 ex schedula anni 1548 Verderiana simili item supra adnotavimus agentes de copiis Gruteri. Item praescribit titulis n. 142—150 '*da un manoscritto antico*', qui tituli excepto uno Aquileiensi, altero falso Histrici sunt omnes. Reliquos titulos, qui sunt n. 3. 6. 9. 11. 13. 40. 44. 67. 68. 71. 79. 81. 84—86. 90—92 a. 105. 108. 112—141. 151—160, nisi omnes certe plerosque ipse Capodaglius ex lapidibus excepit. Exempla satis emendata sunt retinentque versuum ordinem.

XVI. Philippus a Turre (del Torre) Foroiuliensis episcopus Adriae (1659—1717) in libro: *Monumenta veteris Antii. Accedunt diss. de Beleno et de aliis quibusdam Aquileiensium diis et de colonia Foroiuliensi.* Romae 1700. 4. pp. 400 (ed. altera Rom. 1724 praeter vitam auctoris additamenta nulla habet) quas protulit inscriptiones Aquileienses, eas sumpsit fere ex Capodaglio, cuius schedas autographas complexas circiter CL inscriptiones ex lapidibus descriptas fere omnes nactum se esse ipse scribit (p. 290). Praeterea propria habet perpauca, ut titulum n. 771 denuo conferri iussit cum lapide.

XVII. Nicolaus Madrisio *apologia per l'antico stato e conditione della famosa Aquileja.* Udine 1721. 12 pp. 148. Titulos edidit non multos a Bertolio fere acceptos.

XVIII. Iusti Fontanini Sandanielensis (1656—1736) praeter librum editum (*di S. Colomba vergine sacra della citta d'Aquileja.* Romae 1726. 4. pp. 124) adhibui cum epistulas servatas Utini in bibliotheca capitulari (ms. n. 7.) tum schedas varias alias ibidem repositas (ms. n. 19), alias quae extant Utini apud comitem Brazzaco, habentes et Friulana quaedam et Aquileiensia.

XIX. Ioh. Dominicus Bertoli canonicus Aquileiensis (1676—1755) per annos complures sedulo collegit antiquas inscriptiones Aquileienses museumque inde sibi formavit, quod postea factum comitum Cassis et ab his auctum etiam nunc extat. Tam his copiis usus quam libris editis scriptisque Belloniano et Rambertino Aquileienses lapides et cum Muratorio communicavit et ipse edidit praeclaram syllogen inscriptionum et anaglyphorum numero DCLXV sic inscriptam: *le antichità di Aquileja profane e sacre per la maggior parte finora inedite* (Venetiis 1739 fol. pp. 444). Praeter commentarios minores, quos supplementorum loco postea edidit in Calogerana sylloge (vol. XXXIII et novae syll. vol. I. II. IV) actisque societatis Columbariae Florentinae, scriptam reliquit ipsius operis continuationem additis eidem observationibus quibusdam ad vol. I editum; continuationis secundo volumini in exemplo certe Goritiensi praescriptum est: *le antichità Aquilejesi, che dopo scritto il secondo tomo ho potuto rinvenire sino al giorno d'oggi 25 Marzo 1751 le ho registrate in questo terzo.* Scriptorum horum voluminum mihi innotuerunt exempla haec:

1. olim Rinaldi de Renaldis, deinde Hieronymi Asquini, nunc bibliothecae archiepiscopalis Utinensis (hist. n. 4 fol. pp. 676). Exemplum est accurate scriptum aut ab auctore aut moderante eo, compluribus postea adiectis, subinde etiam mutatis, ita absolutum indicibus quoque additis, ut typothetam expectasse videatur. Pervenit a n. DCLXVI ad n. MXCIV. In margine adsunt adnotationes Asquinii.

2. Vincentii Ioppii Utinensis (fol. pp. 419), item autographum, perveniens a n. DCLXVI ad n. MC.

3. apud comites Rotas Bertoliorum heredes degentes in oppido S. Viti, item autographum, constans voluminibus duobus, quorum prius continet n. DCLXVI—DCCCCLXXV, alterum n. DCCCLXXVI—MCXXVIII (vel secundum alios MCXXVIIII). Iidem Rotae servant epistolarium Bertolianum. Huiusce exemplaris duo extant apographa, alterum Utini apud marchiones Mangelli, alterum ex hoc sumptum Goritiae apud Iosephum Dominicum della Bona. Simile exemplum est, de quo nuper egit Kenner *Mitth. der Centralcomm.* 10 (1865), 106. — Ego ex his excussi exemplum Utinensis bibliothecae, vidi praeterea Ioppianum et Bonae. Insunt autem in supplementis Bertolinis cum sigilla et anaglypha aliaque permulta ab his nostris studiis aliena tum tituli non pauci ex libris editis petiti aut Aquileienses aut aliqua ratione pertinentes ad Aquileiam; insunt praeterea complures Friulani adeoque Tergestini, ut vere additi ad Aquileienses non sint multi, quorum insigniores Bertolius ipse edidit maxime in sylloge Calogerana. Ceterum merita auctoris eadem in his quae in edito volumine apparent.

XX. Muratorius Aquileiensia habuit multa a multis, cum ex libris, maxime Turrii, syllogisve antiquis deprompta tum missa sibi a Fontaninio et Bertolio, de quibus supra relatum est, et Beretta Utinensi, quae etiam scripta adhuc extant Mutinae inter schedas Muratorianas et conveniunt fere cum Bertolinis.

XXI. Io. Dom. Coleti Veneti (1727—1798) syllogae inscriptae 'inscriptiones aliquot Aquileienses quae in Bertoli desiderantur 1789' epigrammatum XXXIII excussi exemplum a Cicogna (cod. n. 2119) descriptum ex autographo Coleti servato a. 1843 apud heredes Honorii Arrigoni, inspexi praeterea et adhibui subinde alterum exemplum servatum Venetiis in bibliotheca Correria n. 226 minus plenum. Dedicatus est commentarius 'Rambaldo de Azzonibus Avogaro canonico Tarvisino ex Sperceniaco VI id. Sept. 1789'. Insunt in his cum alii tituli Aquileiae excepti tum non pauci ex inventis a. 1788. Coletus unde eos traxerit, non indicat; non omnes autem ab ipso descriptos esse ex lapidibus inde constat, quod Asquiniani suspecti vel falsi ibi proponuntur continuo ordine n. 22—25. A Cortenovio tamen Coletus nihil videtur habuisse.

XXII. Angelus Maria Cortenovis Barnabita praepositus collegii Utinensis (1727—1801), vir eximius et dignus, qui amicus esset Marinii, insignem et fructuosam operam posuit in Friulanis titulis colligendis, maxime Aquileiensibus. Edidit ipse perpauca, quae ad haec studia pertinent, nempe commentariolos *lettera al Minotto sopra una tessera antica e due conii di monete Romane trovati nel Friuli ed altre antichità* (Udine 1780 pp. 68) et *sopra una iscrizione Greca d' Aquileja*, Procopii scilicet, (Bassani 1792. 8 pp. 23), ad quos accedunt post mortem editi *sopra le antichità di Sesto* (Udine 1801. 8. pp. 47) et *de Opitergio* (s. l. et a. propter nuptias Beretta-Colloredo ed. Utini). Multo magis utilia fuerunt collectanea inscriptionum Aquileiensium et Friulanarum adiectis Histricis quibusdam, quae autographa servat Pirona Utinensis mihique utenda permisit. Sylloge est titulorum comprehensa paginis 154 descriptorum inter annos 1780 et 1799, ad quam accedunt manu scripta itineraria quattuor pertinentia et ipsa ad provinciam Friulanam. Plerosque titulos ex ipsis lapidibus excepit diligentissime et peritissime; alios descriptos ab amicis accepit vel ex libris sumpsit, inter quos sunt excerpti ex collectaneis Tomitani Feltrensibus et ex codice de quo supra egi Canoniciano, denique ex inscriptionibus Brixianis Sebastiani Arragonensis. Praeterea quae ad Bertolium in margine exempli sui, hodie item servati apud Pironam, adiecit Cortenovius, item diligenter enotavi. — Eadem inscriptionum exempla descripta accepi ex schedis Marini (cod. Vat. 9128), ad quem Cortenovius quae repperisset statim transmittere solebat; gemella fere sunt, ut tamen ubi differunt plerumque Utinensia Romanis et pleniora invenerim et magis emendata. Citavi igitur solum codicem autographum nec nisi ob certam causam Mariniana.

XXIII. Rodari et schedium Pironae a. 1788. Utini in bibliotheca capitulari incidi in folium quo continentur tituli Aquileienses tredecim sic inscriptum: *Copia di tutte le iscrizioni delle lapidi che presentemente si ritrovano nella cava scoperta li della...*, subscriptum vero sic: *furono copiate dal sig. Carlo Rodari e spedite dal Monastero ove ha la bottega alquanti passi distante dalla cava il di 23 di Maggio 1788.* — Item inter collectanea Iacobi Pironae Utinensis repperi schedium sic inscriptum: *Aquileiae inventa hoc anno 1788 inter rudera monasterii olim monialium ordinis S. Benedicti*, quo continentur lapides undeviginti maximam partem eo anno effossi. — Neuter commentarius magnae utilitatis est, cum quae inventa sunt in his effossionibus, instituitis opinor in ipso foro Aquileiae antiquae, cum complures protulerint bases honorarias, vel aliunde satis nota sint vel extent etiam nunc; servarunt tamen soli quaedam mox deperdita, ut titulum n. 863 M. Aurelii Cottae proconsulis. In Pironianum praeter veras Asquiniana una falsa se insinuavit.

XXIV. Hieronymi Asquini Utinensis (1762—1835; cf. *Biografia degli Italiani illustri* Venetiis 1840 vol. 7 p. 386 sq.) huc pertinent commentarii hi: ad libellum Hier. Gravisi *dell' Illirico Forogiuliese* (Udine 1789. 8. pp. 94) adiecta ab Asquinio titulorum scriptorum mantissa; *lettera al Venturi sopra un vecchio sigillo e sugli antichi confini del territorio della provincia Veronese col Trentino* (Veronae 1828. 4. pp. 23); *del Forogiulio dei Carni e di quello d' altri popoli Traspadani* (Veronae 1827. 4. pp. 76); *lettera sull' antico pago degli Arusnati con note sullo stesso argumento di Gio. Gir. Orti* (Veronae 1828. 4. pp. 31 et app. pp. 8); *la giardiniera suonatrice o sia illustrazione di un antico sepolcro in Osopo* (Veronae 1830. 4. pp. 48); *lettera al Labus sopra una antica lapide inedita scoperta in Giulio Carnico* (Mediolani 1834. 8. pp. 14). Praeterea ex eiusdem epistulis schedisve alia Labus edidit, alia Pirona excerpsit. Asquinius etsi primus protulit non pauca certae antiquitatis tam ex archetypis descripta quam petita ex libris, ut ex codice Cyriacano hodie Parmensi, qui fuit Asquinii ipsius, tamen longe plura apud eum admodum suspecta sunt vel potius certo falsa, ita tamen comparata, ut auctor et eruditior et ingeniosior quam solent esse falsarii vulgares non ita facile deprehendatur et adhuc plura latuerit. Quam ob rem necessaria visa est harum fraudium demonstratio aliqua quamvis pro huius libri indole brevissima. Titulum notissimum L. Ogii Patrocli, quem dabimus infra n. 2171 in Venetis, Asquinius saec. XVI scribit extitisse Colloredi, ut eum ad Iuliam Carnicam referret; at eundem iam a. 1457 constat fuisse Torcelli, ubi per plura saecula mansit, donec transferretur in bibliothecam Marcianam, illaque de Colloredo fabula, nata ex fraude nugatoris vetustioris Lazii titulum eundem collocantis 'Vellach in ruderibus Iulii Carnici' sane inepte, tam falsa est quam nunquam extiterunt litterae Ramusii Patavini nescio quae, quas Colloredi se legisse affirmat Asquinius. Titulum n. 858 imperatoris cuiusdam, cuius nomen deest, sed quem patet vixisse saeculo tertio, idem rettulit Ti. Caesaris nomine praescripto. Idem scribit reperisse se in codicibus Iucundi et Feliciani, quos vere nunquam tractasse Veronae aliunde constat, titulum L. Caecilii C. f. Pob. Carbonis descriptum in vico Prun vallis Policellae; at is neque apud Iucundum invenitur neque apud Felicianum et fictus sit necesse est, cum monstrum proponat seviri Augustalis eiusdemque praefecti iure dicundo. Idem inter Iulienses edidit titulum fractum n. 1843 pleniorem quam antea prodierat et maxime in fine sic auctum: DECVR. COL *lul. kar.* BALINEum, scilicet secundum Cortenovium, cui eum acceptum refert; at cum extent huiusce collectanea integra, titulus de quo agitur ibi desideratur, quaeque praeterea extant exempla eius partim nuper facta, partim quinquaginta minimum annos ante Cortenovium excepta consentiunt in lectione hac: ...DECV...AN..., ut coloniae mentio et maxime balinei in titulum illata sit sola interpolatione. Haec pertinent ad titulos sinceros mala fraude corruptos. Iam expendemus quae proposuimus coniuncta in suspectis huiusce voluminis, sustenta unius Asquinii testimonio eoque plerumque teste non de visu, sed schedis uso. Primum schedae hae plerumque inveniuntur ita comparatae, ut aut necessario quodammodo lateant (exempli causa 'notas manuscriptas Baptistae Leoni ad marginem Ptolemaei Itale versi a. 1561' quomodo indages?) aut adeo citantem refellant; ita Zuccoliana et Sinuviana quae saepe excitantur utpote satis alte sepulta in tabulariorum profundis, postquam nihilominus reperta sunt, non magis responderunt testanti quam Iucundi

liber et collectanea Corteneviana. Item mirum est saxa ipsa de quibus agitur nescio quo fato evanuisse omnia. Deinde titulos ipsos reperies ita comparatos, ut nomina et vulgaria reliqua, quod facile quivis assequatur, plerumque recte procedant, ubi ad difficiliora progrediare eaque quae rerum antiquarum veram intellegentiam et requirunt et produnt, hominem saepenumero deprehendas turpiter et pueriliter adeo lapsum. Ita in bello illo tractatu de horticultrice psaltria tituli n. 70* — *un romanzetto d'antiquaria* non male dicitur censori Italo (*Biblioteca Italiana* Mediol. 1830 tom. 60 p. 350) — verba extrema sane obscura *gardina sinis* vere significare mulierculam quae in horto opus faciens simul sonet, Celtice scilicet, fortasse mirabere tantum modo; ut in eadem illa quod ↃSERVAE scriptum est, id est *conservae*, non ridiculum solum est, sed etiam suspiciosum, eoque magis, quod semidoctus horticultricis patronus ut defendat notam insolitam, provocat ad titulum Goritianum notissimum, in quo ↃSC est pro contrascriptore. Denique, ut aliquando finiamus, missa faciemus non solum deliramenta de quibusdam Dantis poetae locis Celtice si diis placet interpretandis (cf. Valentinelli bibliogr. Friul. n. 3466—3468), sed etiam quae ad nostras res pertinent, *praefectos collegii* (non *collegiorum*) *fabrum et dendrophorum* n. 59* 65* et *curatorem viae Carnicae* n. 65* et *paganos Metrienses pagorum duorum* n. 42*, scilicet *di Medea di sopra e di Medea di sotto*, et *matronas vikanas* n. 60* et egregium triumphi de Tauriscis monumentum aetatis plane Augustae n. 39* aliaque talia, et solum considerabimus titulum n. 40* omnium Asquinianorum sine dubio principem habentem cursum honorum talem, ut equestris ordinis homo post equestres militias fiat curator viarum praefectusque alimentorum, deinde legatus Africae, mox curator nescio qui Illyrici nescio cuius et Histriae; quae qui defendere volet, subvertat necesse est antiquariam scientiam universam. Quam ob rem ego Asquiniana omnia, scilicet quae nullo alio testimonio idoneo defenderentur, paucis iisque exigui momenti exceptis, quae cur fingeret non apparebat, reieci inter suspecta.

XXV. Leopoldus Zuccolo pictor iussu regis Eugenii antiquitates harum partium exploravit et instituit effossionibus eo tempore institutis Aquileiae et Iulii Carnici. Relationes eius ad Eugenium eiusque praefectos scriptae Mediolani in tabulario publico mea causa quaesitae sunt nequiquam; sed plerasque earum exhibuit mihi Kandler Tergestinus, nempe secundam Nov. 1807, tertiam Iul. 1808, quartam Dec. 1808, quintam Iul. 1809, sextam Dec. 1809, octavam Apr. 1811, nonam Sept. 1812, decimam Iun. 1813; ex his excerpsi inscriptiones ibi relatas diligenter cum accurata locorum indicatione et saepe peritissime delineatas. Ad easdem effossiones spectat quam homo Gallus, qui item de antiquitatibus Pictaviensibus librum publici iuris fecit, Stephanus Maria Siauve edidit epistulam ad commendatorem Somenzari inscriptam *sugli ultimi scavi di Zuglio* (Veronae 1812. 8. pp. 26*); alii quoque huiusce docti peregrinatoris commentarioli cum in indice auctorum recensiti tum ephemeridibus inserti, ut Guattanii memoriis encyclopaedicis a. 1805, passim ad explorationes eas respiciunt. Eiusdem Siauvii, quem in iis socium habuit Zuccolus, epistulas et schediasmata varia offendi inter Zuccoliana.

XXVI. Steinbuechelius quae descripsit Aquileiae, edidit a. 1820 in vol. 12 annalium Vindobonensium (*Jahrbücher der Litteratur, Anzeige-blatt für Wissenschaft und Kunst*); quae cave confundas cum Moschettinianis editis ab eodem in iisdem annalibus a. 1829 (v. c. XXVII).

XXVII. Hieronymus Moschettini per annos circiter triginta effossionum antiquarum nomine certe moderator, sed homo indoctus pariter et incuriosus, in aedibus non publicis, sed suis non paucos titulos collocavit, quorum multi adhuc extant ibidem parieti immissi reliquis translatis in baptisterium; idem quosdam, non multos tamen misit museo Vindobonensi (cf. Zandonati p. 176). Idem relationes de antiquitatibus Aquileiae dedit ad praefectos eiusdem musei, quarum ego vidi ibi fasciculos quinque exaratos, quantum intellegi potuit, inter a. 1820 et 1826. Similia extant etiam apud Pironam et alibi, sed Vindobonensia sufficere visa sunt. Ex hac sylloge Iosephus Bernini is de quo diximus p. 75 titulum Graecum C. I. Gr. III, 6750 edidit in commentariolo sic inscripto: *monumento dell' apoteosi fatta in Aquileja ad una attrice di teatro tratta dalla raccolta inedita delle inscrizioni Aquileiensi scoperte dal Moschettini direttore degli scavi in questo luogo* (Udine 1825. 8. pp. 5). Plura inde publici iuris fecit Steinbuechelius in ephemeride Vindobonensi (*Wiener Jahrbücher, Anzeigeblatt*, 1829). Eaedem inscriptiones saepe ibi redeunt crescentibus ita ut fieri solet mendis corruptelisque; insunt etiam ex editis perperam descripta et in his una certe vere urbana errore relata ad Aquileiam (v. a. 48, 9*); neque tamen malae fidei suspicio in auctorem cadit. Ceterum plerique tituli apud Moschettinium relati cum adhuc extent, ex ipsis lapidibus emendari potuerunt.

XXVIII. Vincentius Zandonati pharmacista Aquileiae degens per complures annos curavit ut quae ibi ruderarentur ad se deferrentur itaque comparavit museum domesticum minime spernendum. Idem etiam titulis describendis vacavit ediditque libellum *guida storica dell' antica Aquileja* (Goritiae 1849. 12. pp. 230), sed quo caute utaris; nam pleraque sumpsit a prioribus, maxime ex Bertolianis et Moschettinianis, et non tam mala fraude quam incuriosa lectione aliquot titulos apud auctores eos repertos Romanos Hispanos alios ita repetivit, quasi Aquileiae reperti essent. Idem quae postea inventa cum Pirona communicavit, in eius syllogen recepta excussi; ipsas enim Zandonatii schedas non habui.

XXIX. Iacopus Pirona director emeritus lycei Utinensis de provincia Friulana optime meruit cum instituta bibliotheca patria (cf. Valentinelli *bibliografia del Friuli* p. 6. 20), in qua vix quicquam desideres non editorum tantum, sed etiam scriptorum librorum Foroiuliensium, tum elaborato inscriptionum antiquarum eius provinciae corpore. Idem vir optimus eximia liberalitate non solum Corteneviana aliaque quae custodit subsidia epigraphica mecum communicavit, sed etiam inscriptionum syllogen illam domi excutiendam mihi misit Berolinum. Subsidiis illis et supra indicatis et aliis (nominabo Anonymi cuiusdam de Gradensibus titulis in Pironae exemplo Bertoliano adnotationes) quantopere adiutus sim, ex ipsa sylloge patet; nec Pironianum corpus non utile fuit, quamquam Pirona ipse in titulis describendis operam non posuit quosque refert ex schedis amicorumve epistulis desumptos, eorum plerosque aut ex iisdem schedis habebam descriptos aut ipse videram.

XXX. Kandler Tergestinus, de quo supra p. 2 diximus, cum Histricis suis operam daret, etiam ad vicinam Aquileiam curam extendit quaeque collegit, eorum partem in ephemeride *l'Istria* edidit, omnia vero mecum communicavit. Eiusdem autem condicionis sunt Aquileiensia eius ac Histrica; sumpta sunt alia ex ipsis lapidibus, musei publici praesertim, diligenter et perite descriptis, alia habuit ab amicis Huttingero Zandonatio aliis, alia ex libris adscivit; auctoritates et locorum indicationes raro adscripsit nec semper veras, ut in iis, quae aliunde ignota essent, non raro haesitaverim quo referrem. Idem nuper edidit mappam Aquileiae antiquae (*piano topografico d'Aquileja*) additis in margine paucis titulis nuperrimae inventionis.

XXXI. Musea. Aquileia urbs primaria olim, hodie ad exiguum vicum redacta quamquam pro ea condicione quae nunc est titulos non paucos adhuc servat tribus maxime locis, nimirum in baptisterio, quod nunc musei vices facit, et in domo comitis Cassis, quod est museum Bertolianum (v. supra c. XIX), et in aedibus Moschettinianis (c. XXVII), tamen nemo mirabitur titulos Aquileienses quasi turbine quodam dispersos ubivis fere inveniri, scilicet ablatos inde partim medio aevo aedificandi causa, partim recentiore tempore propter studia litterarum. Et ad illud genus quod attinet, quamquam probabile est per oras vicinas repertorum titulorum bonam partem origine esse Aquileiensem, quae suspicio pervenit ad Capodistrianos et Isolanos (s. c. n. 482) et maxime ad Venetos, tamen eiusmodi titulos, nisi alia accederent et gravia originis Aquileiensis

---

*) Alter eiusdem libellus *Scavi di Zuglio in Carnia, fatti in Agosto e Sett. 1804, rapporto di F. M. Ricchieri vice-prefetto di Tolmezzo con note di St. M. Siauve* Utini, Pecile, 1808. pp. 6. 4. (Valentinelli *bibliografia Friulana* n. 3654) a me reperiri non potuit.

indicia, loco non movi, ne cum certis incerta permiscerentur. Titulos, quos Aquileia delatos esse aut constat aut probabile est, mihi visos Vindobonae Tergeste Goritiae Utini Venetiis Veronae (et in museo publico et apud Mongas et Smaniam) Patavii Ateste Mantuae antiquis sedibus restitui. Hoc vellem licuisset accuratius explorare agrum Aquileiensem et Utinensem; neque enim dubium est in villarum latibulis non paucos titulos adhuc superesse, quos edere debui fide aliena, ego autem non vidi fere nisi qui servantur Butrii apud comitem Toppi antiquitatis patronum strenuum, cuius hospitium grato animo recordor. Itaque sperandum est, ut post me veniant alii quibus datur eiusmodi peregrationibus vacare.

Romani cum Gallos Transalpinos in Venetiam transgressos a. u. c. 571 prohibuissent ab oppido condendo ad duodecimum lapidem ab eo loco, ubi postea Aquileia fuit, et domum eos remisissent oppido deleto (Liv. 39, 22. 45. 54. 55; L. Piso apud Plinium h. n. 3, 19, 131; Strabo 5, 1, 8 p. 214), tam ob huiusmodi invasiones in perpetuum arcendas quam propter imminens bellum cum Philippo Macedoniae rege Latinam coloniam Aquileiam deducendam esse decreverunt. Nomen utrum sit Latinae originis derivatum aut ab aquila (quod placuit Graecis, ut Iuliano imperatori in oratione 2 p. 72 Spanh. aliisque) aut ab aquis (cf. Herod. 8, 2 fin.) an barbarum Latino ori aptatum, non definio. In agro Gallorum deducta cur dicatur (Liv. 40, 34), supra relata explicant; scilicet Romani agrum a Transalpinis occupatum non accolis restituerant, sed coloniae condendae causa sibi retinuerunt. Aetatis imperatoriae scriptores verius Aquileiam collocant in Carnis (Plinius 3, 18, 126; Ptolem. 3, 1, 29; Strab. 4, 6, 9 cf. 12) idque confirmat quodammodo ipse Livius (43, 1, 5). Deducendae coloniae tres viri creati a. u. c. 571 P. Scipio Nasica consul a. 563, C. Flaminius consul a. 567, L. Manlius Acidinus consul a. 575 deduxerunt eam a. 573 (Liv. 40, 34; Vell. 1, 15). Acidini etiam basis extat fortasse aetatis non multum posterioris, certe libera etiamtum re publica scripta cum titulo (n. 873) *L. Manlius L. f. Acidinus triu vir(um) Aquileiae coloniae deducundae.* — *Tria milia peditum*, Livius ait (40, 54), *quinquagena iugera, centuriones centena, centena quadragena equites acceperunt;* deinde querentibus Aquileiensibus coloniam suam infirmam inter infestas nationes Histrorum et Illyriorum esse (Liv. 43, 1) a. u. c. 585 *mille et quingentae familiae ex senatus consulto scriptae triumvirique qui eas deducerent missi sunt T. Annius Luscus P. Decius Subulo M. Cornelius Cethegus* (Liv. 43, 17). Legiones, quae Italiam ab Alpinorum incursionibus defenderent (et vel Augusti aetate Iapydes infestasse Aquileiam scribit Appianus Ill. 18), saepenumero hiemasse ad Aquileiam consentaneum est confirmatque id Caesar bell. Gall. 1, 10. Deinde cum post quieta duo saecula arma denuo inciperent Italiae obstrepere et maxime Aquileiae, quam Marcomannos et Quados Marco imperante obsedisse Ammianus (29, 6, 1) auctor est, Aquileia ut defensorum numero insignis (ἰδίων δήμων πολυάνθρωπος καὶ .... πολύ τι πλῆθος ἐνοίκων ... ξένων τε καὶ ἐμπόρων Herod. 8, 2; μεγάλη καὶ ἀτεχνῶς πολυάνθρωπος Procop. bell. Vand. 1, 4) et moenium firmitate (cf. Ammian. 22, 11, 2: *Aquileiam ... urbem situ et opibus [munitam] murisque circumdatam validis*; Ausonius de clar. urb. 7: *moenibus et portu celeberrima*) saepius multo quam reliquae urbes Italiae superioris suas partes secuta suo Marte pugnavit. Sufficit hoc loco breviter meminisse obsidionis ab imperatore Maximino frustra temptatae a. 238 (Herodian. 8, 2—5; vita Maximini c. 21—23), qua occasione muros per saecula neglectos et magna ex parte collapsos restitutos esse tradunt; militum Constantii partes secutorum, qui ibi diu defenderunt se contra Iulianum a. 361 (Ammianus 21, 11. 12. 22, 8, 49); Maximi a Theodosio ad Aquileiam debellati a. 388; denique eversionis Attilanae (Iordanis Get. 42 al.). Sed ut in bellis locum suum teneret, effecit commercium inter Illyricum et Italiam, cuius emporium praecipuum fuisse Aquileiam auctores testantur, maxime Strabo 5, 1, 8 p. 214: ἀνεῖται ἐμπόριον τοῖς περὶ τὸν Ἴστρον τῶν Ἰλλυριῶν ἔθνεσι· κομίζουσι δ᾽ οὗτοι μὲν τὰ ἐκ θαλάττης, καὶ οἶνον (cf. Herodianus 8, 2) ἐπὶ ξυλίνων πίθων ἁρμαμάξαις ἀναθέντες καὶ ἔλαιον, ἐκεῖνοι δ᾽ ἀνδράποδα καὶ βοσκήματα καὶ δέρματα. Si tacerent auctores, viae solae id demonstrarent ex Pannonia utraque convergentes omnes ad Aquileiam (cf. Strab. 4, 6, 10 p. 207 7, 5, 2 p. 314). Denique aetate liberae rei publicae etiam portorium exactum esse prope Aquileiam Cicero (pro Fonteio 1, 2) et eius aetatis tituli n. 703. 792 testantur, ut Italiae fines in re vectigaliaria iam tum eo usque pertinuisse appareat. Unde ditem Aquileiam iam Mela (2, 2, 61) praedicat auctor antiquus et in talibus parcus; et cadente quoque imperio Aquileia diu statum tenuit. Ibi saepissime moratos esse imperatores praeter Aquileiensis palatii memoriam (paneg. Max. et Const. c. 8) et Iustiniani imperatoris de ea re testimonium (nov. 29 praef.) constitutionum subscriptiones testantur; ibidem Beleni Apollinis et Solis templa restituta esse ab ipsis imperatoribus Diocletiano et Maximiano inscriptiones n. 732. 803 docuerunt. Ibidem Notitia collocat et *praepositum thesaurorum per Italiam* (p. 47) et *procuratorem monetae Aquileiensis* (p. 48), cuius copiosissimi extant nummi, denique *procuratorem gynaecii Aquileiensis* (p. 48) et *praefectum classis Venetum* (p. 118); etiam correctorem Venetiae et Histriae ibi sedem habuisse statuunt plerique probabiliter, cum metropolis Venetiarum appelletur a Iordane l. c. ibidemque ab antiquissimo inde tempore sedes fuerit harum partium summi episcopi. Iordani (l. c.) quidem si fides est, Attila urbis vix vestigium reliquit nec dubium est, quin splendorem urbis attriverit; sed tamen quam caute talia admittenda sint, nemo ignorat videturque fide magis digna narratio eorum qui de rebus Langobardicis scripserunt, his invadentibus Italiam c. a. 568 Paulinum Aquileiae patriarcham sedem inde transtulisse Gradum, unde deinde a. 1450 translata est Venetias. Ceterum non ad ipsum litus Aquileia sita fuit, sed ut nunc ita antiquo tempore a mari paullo plus LX stadia secundum Strabonem (5, 1, 8 p. 214) vel XV m. p. secundum Plinium (h. n. 5, 18, 12, 6), ad fluvium Natisonem, qui videtur esse rivus hodie dictus Attia sive Natissa proxime ab Aquileia ad occidentem.*) Extitit igitur sine dubio etiam antiquo tempore prope Aquileiam vicus portensis, quamquam Gradus oppidum non memoratur ante epocham Langobardorum effloruitque sine dubio post urbis eversionem.

Aquileiam ex colonia Latina post adeptam civitatem, lege Iulia opinor a. u. c. 664, municipium factam esse dubitari non potest (cf. Marquardt enchir. 3, 1, 48), eodemque statu certe meliore aetate mansisse constat et ex silentio scriptorum de colonia Aquileiam deducta, quod in tanta urbe aliquid ponderis habere nemo negabit, et ex Vitruvii loco 1, 4, 11: *circum Altinum Ravennam Aquileiam aliaque quae in eiusmodi locis municipia sunt*, et maxime ex duobus titulis n. 903, ubi Aquileiae nominantur *municipes et incolae*, et n. 968 de donatione facta *municipio Aquileiensi.* Obstat, quod coloniam dicunt ut Plinius 3, 1, 29 ut Ptolemaeus 3, 1, 29, denique in titulis duobus n. 1084. 1127 nominantur servi *colonorum*; nec nego Aquileiam similiter ac Mediolanum ab Hadriano vel Pio nomen illud honorificentius scilicet abstulisse; Plinius tamen omnimodo cogitavisse putandus est de colonia Latina, eo magis quod eodem loco citat L. Pisonis de Aquileia condita relationem. Denique, si vere postea coloniae nomen Aquileia usurpavit, magistratuum condicionem propterea non mutavit. Hoc notabile est Maximinum imperatorem, cum ipsum contra quem mox Aquileienses senatus partes secuti pertinacissime se defenderunt, in titulo edendo inter miliarios dici *Aquileiensium restitutorem et conditorem.* — Tribui Aquileienses adscripti fuerant Velinae (cf. Grotefend imp. Rom. trib. discr. p. 31). — Magistratus nominantur praeter duo viros nescio quos, sed vix iure dicundo, tituli antiquissimi et plane solitarii n. 971 *quattuorviri* passim, ut adiciatur subinde *iure dicundo quinquennalis* (n. 989. 1012, ubi iidem homines dicuntur et *IIIIviri i. d. quinq.* et *IIIIviri i. d.* simpliciter; n. 1010) vel *quinquennalis* (n. 1015) vel *iure dicundo* determinatio; contra quattuor viri aediliciae potestatis nullum exemplum repperi, *aedilis* unum n. 1015, ut videantur secundarii hi magistratus latere maluisse sub simplici titulo quattuorvirali. *Praefectum iure dicundo* invenias n. 961, *praefectum aedilicia potestate* n. 749. Quaestores nominantur nulli nec dubium est id officium Aquileiae locum non habuisse inter honores. Sacerdotia quoque in titulis enuntiantur rarissime; adest *pontificatus* n. 1015 et *auguratus*

*) Certum de ea re iudicium ferre vix licet, cum aquarum cursus in hac regione qui nunc est ab antiquo videatur aliquantum diversus esse neque improbabile sit Natisonem hodie imminutum esse, olim autem in eum incidisse Turrum torrentem, qui nunc in Sontium influit.

n. 1016; Beleni, quem vel imperatores Aquileiae coluerunt et auctores celebrant (v. ad n. 732), sacerdotes publici in titulo nullo comparent, cum adsint Bonae deae magistrae (n. 757. 758. 759). — *Sex viri* abundant et condicionis sunt libertinae omnes; contra *sex viri et Augustales* quattuor tantum adsunt (n. 828. 832. 1004. 1758; cf. n. 985) eorumque secundus sic eum honorem effert, ut appelletur *sex vir et decurionum decreto Augustalis*, quasi alterum officium solum ei iniunctum sit ordinis decreto. Quod confirmat titulus n. 827, in quo duo homines nominantur alter *sexvir*, alter *Augustalis decurionum decreto*. Titulus autem Cividalensis n. 1768, in quo videtur nominari sexvir Augustalis Aquileiae, non satis certae lectionis est. Praeterea in inscriptione n. 1012 posita opinor imperantibus Severo et Caracalla collegium videtur dici *Sept(imiani) Aureli(ani) Aug(ustales) seviri* vel ei mavis *Sept(imi) Aureli Aug(ustorum) seviri*. Pro splendore municipii splendidum fuisse etiam *collegium fabrum* (cf. n. 866. 1012. 1020) consentaneum est; splendoris indicia sunt inter alia *praefectus et patronus* (n. 749) et *decurialis* (n. 731); notabilis est *dolabrarius* collegii eius (n. 908). Cum hoc inaguntur solito more duo collegia similia *centonariorum* (n. 749. 1012. 1020) et *dendrophorum* (n. 1012). *De collegio veteranorum* n. 784 suo loco quaedam adnotavimus, ut item ad n. 893 de militum legionis XI Claudiae titulis Aquileiae repertis, coniunctis fortasse cum Sarmatis gentilibus labente aetate in Venetia imperatorum iussu collocatis. — Eius modi rei publicae facultates cum amplae fuerint necesse est, non mirum est praeter vilicos summarum servos eius (n. 737 et n. 1038) complures reperiri et servos eius et libertos, qui tam masculi quam feminae dici solent *Aquileienses*. Denique antiquissimae originis quamquam pro re exigua, tamen non spernenda indicia etiam tituli servarunt ex sermonis scripturaeque proprietate ad liberae rei publicae aetatem referendi, quales sunt praeter eos quos vol. I. n. 1456—1461 composuimus n. 971 aliique.

Proponuntur hoc capite primum tituli reperti Aquileiae et ad Aquileiam, maxime in tractu inter fluvios Suntium (Isonzo) et Alsam (Ausa) a litore maris et Grado oppido ad Palmam, ubi vici pagique omnes vestigia monstrant antiqui splendoris urbis Aquileiae. Contribui autem cum his item et repertos trans Isontium ad S. Canciani, Ronchi, Monfalcone, Gradiscam, et qui sparsi sunt per vicos inter Palmam et Utinum Gonars Castions Lavariano Chiasottis Percoto Camin Buttrio Rosazzo, et adservatos Utini, cum praesertim plerique qui inde innotuerunt non tam eruderati sint ibi quam delati ex ruderibus Aquileiae in domus villasve nobilium et honestiorum quae ibi inveniuntur. Nec quicquam in harum partium titulis observavi, cur separarem ab Aquileiensibus reliquis.

---

725 Gradi iuxta ecclesiam POC., a regione cathedralis ecclesiae CORT., apud Zanettos ASQ.

diis . patri
ET·AERECVRAE
M · AVRELIVS
CAVRVS
VET·EX·VOTO
V·S·L·M

Pococke p. 126, 8; Cortenovis ms. p. 85, qui vidit a. 1786; Anonymus Pironae; Asquini apud Pironam; Hattinger descripsit Kandlero (inde pars edita est in Istria 1848 p. 294).

I habet Poc. solus; a v. 2 incipiunt reliqui auctores, e quibus fracturam adnotat Cortenovis; contra Anonymus Pironae: '*lapide intiero, ma sopra può aver posata un altra*'. — 2 ET Cort. Anon., EF Poc., B·F Asq., --L Hatt. — AERE·CVRAT Cort. Anon., A·FRICVRAE Asq., AERE·CVRA·· Hatt., AE·RECVRIAE Poc. — 3 M· om. Hatt. in lac. — AVRELLEO Asq. — 4 SCAVRVS Cort. solus. — 5 inter EX et VOTO inserit C** Hatt.

De Aerecura vide quae dixi apud Gerhardum *archaeol. Anz.* 1865 p. 88.

726 Aquileiae apud Moschettinium.

AESCVLAPIO
AVG·SAC

Descripsi.

727 Aquileiae apud Moschettinium.

E G I R V S
M · L · M · S
AESCL·V·S·L·M

Moschettinius ms. duobus exemplis, inde Steinbüchel *Wiener Jahrb. A. B.* 48 (1829) p. 85.

EGIRIVS | M·B·M·S | AESCVL·V·S·L·M exemplum posterius. Tribus litteris M·L·M tria nomina domini significantur.

728 Aquileiae apud Moschettinium.

*ae*SCLAPIO
*a*VG
*sacr*VM
NIA

Descripsi.

729 Aquileiae apud Moschettinium.

AESCV
LAPIO
AVG·
SAC
MAC

Descripsi.

730 Aquileiae apud Moschettinium.

AESCVLAPIO
ET · HYGIAE
AVG
ODIA

Descripsi.

731 Aquileiae rep. 1818, extat apud Moschettinium.

A E S C V L A P
ET · HYGIAE
A V G · S A C R
C · S T A T I V S
M O S C H V S
IIIIII·VIR·AQVL
D E C · C O L L
FABR
V · S · L · M

Descripsi. Exhibent Moschettini ms.; *Wiener Jahrb. A. B.* 12 (1820) p. 28; Zandon. p. 209.

732 Aquileiae in aedibus Faccini BERT., *in casa privata alla colonna del fenile che conduce alla stalla* CORT.

apollini BELENO
imperatores ES·CAESARES
*c. aur. val. di*OCLETIANVS·ET
*m. aur. val. m*AXIMIANVS
*p. f. invict*I·AVGG
DEDICAVERVNT

Beretta ms.; Bertoli apud Mur. ms. at 1987, 6 et in syll. p. 433 n. 643; Moschettini ms. (ex hoc Zandonati p. 212); contulit Cortenovis a. 1778; item fortasse Kandlerus.

2 ES·CAESARES Cort., 2 CAESARIS Mosch., CAESARER Kandl., CAESARES rel. — 3 sic Ber., OCLETIANVS (om. ET) Bert., DVOCLETIANVS·ET Mosch., IANVS.ET Kandl.; — 4 MAXIMIANVS Mosch., AXIMINIANVS Bert. ms., MIANVS Kandl. — 5 II·AVGG Cort., DI AVGG Ber., B AVG···· Mosch., AVGG Bert., Kandl. — 6 DEDICAVERVNT Ber., DEDICAVERVNT Kandl., EDICAVERVNT Bert., EO DEDICAVERVNT Mosch.

Cf. praeter titulum n. 803 ab iisdem imperatoribus dedicatum Soli Herodianus 8, 3: *καὶ χρησμοί δέ τινες ἐδίδοντο ὡς δὴ τοῦ ἐπιχωρίου θεοῦ νίκην ὑπισχνουμένου· Βέλενον* (*Βέλιν* cod. Ven.) *δὲ καλοῦσι τοῦτον, σέβουσί τε ὑπερφυῶς, Ἀπόλλωνα εἶναι ἐθέλοντες. οὗ καὶ τὴν εἰκόνα ἔλεγόν τινες τῶν Μαξιμίνου στρατιωτῶν φανῆναι, πολλάκις ἐν ἀέρι ὑπὲρ τῆς πόλεως μαχομένην.* Item quae Herodianum secutus scribit qui Maximini vitam enarravit c. 22: *deum Belenum per haruspices respondisse Maximinum esse vincendum; unde etiam postea Maximiniani milites iactasse dicuntur Apollinem contra se pugnasse debere nec illam Maximi aut senatus, sed deorum fuisse victoriam.* Tertullianus apolog. 24: *unicuique etiam provinciae ... suus deus est, ... ut Norici Belenus*, item ad nat. 2. 8: *quanti sunt qui norint .... Belenum Noricum.* Ausonius profess. 4 de rhetore Gallo: *tu Baiocassis stirpe Druidarum satus, si fama non fallit fidem, Beleni sacratum ducis e templo genus et inde vobis nomina: tibi Paterae (sic ministros nuncupant Apollinares mystici)* et de fratre eius ibidem c. 10: *nec reticebo senem nomine Phoebicium, qui Beleni aedituus nil opis inde tulit ... stirpe satus Druidum.* Tituli tamen Beleno sacri non reperiuntur nisi in Carnis, non Aquileiae solum, sed etiam Iulii Carnici et Concordiae; extra Carnos autem reperti, ut Venetiae complures et Arimini unus (Tonini Rimini p. 231), eo translati videntur ex Aquileiae ruderibus. Origini igitur sive Noricae, sive Celticae eius numinis minime respondent nec satis caute, opinor, Iac. Grimm (*deutsche Myth.* p. 579) eo usque processit, ut Beal Celtarum nescio quem Solem cum Beleno componeret. Nam Ausonius sine dubio ut tum solebant docte magis quam perite in nomine lusit Belenum usurpans pro trita Apollinis Phoebive appellatione; Tertullianus autem nomen proprie Carnicum pro numine habuit provinciae vicinae errore in eiusmodi scriptore minime incredibili. Belignam vicum ab Aquileia proximum orientem versus ab huius numinis templo appellatam esse multi observarunt. Ceterum Beleni forma frequentior est, sed etiam Belinus scribitur non raro.

733 litteris pulchris CORT. Belvedere in coemeterio.

...IICLA/N
BEL VOTI
SOLVESS · LIB

Cortenovis in itinerario ms.; Zuccolo ms.
1 ...IOLA Cort.
Videtur esse clausula carminis:
... *Beleno voti solvere libentes.*

---

734 arula rep. Aquileiae 1849 *al Muro forato* SANDLER. Extat apud Zandonatium.

BELINO
AVGVS
L·ANNIVS
FIDELIS

Contuli. Kandler ms. et in Istria 1852 p. 96.

---

735 basis Veronae apud Smaniam. De Aquileiensi origine non constat testimonio diserto.

APTHONETO *sic*
FRATRI
THEODORO
FILIO
ACHILLAEVS
PATER
ΒΕΛΕΝΙ

Descripsi.

Titulus videtur esse ex genere eorum, qui medium quodammodo locum obtinent inter sacros et sepulcrales, deo cuidam maxime Silvano, sed etiam Beleno Feroniae Veneri dedicati in memoriam defunctorum, honorem ('et benivolentiam' additur n. 831) superstitum, qui alibi rarissimi (cf. vol. II n. 4458 5026). Aquileiae passim reperiuntur.

---

736 Aquileiae VERD. in villa Belvedere II m. p. ab Aquileia BERT. Inter lapides a. 1548 Venetias in museum Grimaniorum delatos recenset CAPOD., errore. Picta legitur in aedibus Moschettinianis.

C·AQVILEIENSIS
DIADVMENVS
B·V·S

Grut. 37, 3 a Verdero; Henr. Palladius p. 82; Capodaglio n. 102; a Turre p. 270; Bertoli p. 90 n. 59; Moschettini ms., eodem exemplo omnes. Ex lapide rursus Bertoli apud Mur. 24, 5 et in syll. p. 91 n. 62.

In exemplo antiquo huic praefixa est tanquam huius principium n. 754 FONTI·BEL. Quod inde separandum esse inde colligitur, quod brevem hunc titulum Venetiis Pighius vidit, alterum nostrum prope Aquileiam Bertolius. Apud Gruterum praeterea ad finem adhaesit titulus n. 743. Versus divisi ad Cap. et Bert. n. 62.

In titulis dedicatis Aquileiae nomen dei per simplex B indicatum recte opinor explicabitur de Beleno, ubi eius modi explicationi nihil obstat. Cf. n. 759.

737 Beliniae rep. dicit et a. 1548 missam Io. Grimano Venetias CAP., hoc errore, nam fuit apud Bertolium extatque adhuc fracta in museo Cassis.

APOLLINI
BELENO
C·AQVILEIENS
FELIX
QVOD·VILIC
SVMMARVM

Descripsi quae dedi litteris rectis. Grut. 36, 12 ex Verderii schedis similiterque Henr. Palladius p. 83; Capodaglio n. 103; a Turre p. 259. Ex lapide rursus Fontanini, qui misit Buonarotio 18 Mai. 1720 (cod. Marucell. A. 43 f. 110); Madrisius p. 134; Mur. ms. et 13, 23 a Beretta; Bertoli p. 94 n. 68.

3 AQVILEIENSIS Cap. — 4 FILIX Ber. — 5. 6 om. Grut. Pall. Cap. — 5 VILLC Madr. Ber. — 6 ÇVMARV Ber. (CVMMARVM Mur. ed.)

Apollini Beleno C. Aquileiens(is) Felix quod vilic(us) summarum [fecit, libertus posuit]: talia fere supplenda sunt. *Vilicus summarum* municipii servus non differt a servo municipii infra n. 1038 simpliciter dicto *summarum*; componendus est cum vilico summarum servo vicesimae hereditatium (Fabrett. 36, 178) et cum *dispensatore summarum* vel *arcae summarum* municipum, de quo dixi supra ad n. 83.

---

738 Belvedere rep. et cum aliis multis iubente Victore Grimano adducta Venetias SPOREN. prope Belinam rep. et a. 1548 missa Venetias Io. Grimano CAPOD. similiterque PIGH. Ibidem viderunt MANUTIUS, TH. BARTHOLINUS, GUDIUS, CICOGNA; nuper veniit extatque hodie Veronae apud Gazzolam.

BELINO·AVG
SACRVM
VOTO·SVSCEPTO
PRO·A·AQVILLIO
C·F·POM·VALENTE
IIII·V·I·D·DESIG
PHOEBVS·LIB
V·S·L·M

Descripsi. Sporenus (c. a. 1550) p. 314; Manutius cod. 5248 p. 10; Pighius cod. mus. f. X, Herc. p. 265 q. v. (inde Lips. p. 33); Panvinius cod. Vat. 6035 f. 134; Ligorius ms. Neap. et Taur.; Grut. 36, 13 ex Pighio et schedis Verderii (Bartholinum vidisse praeterea monetur in ed. 2); Henr. Palladius p. 83; Ossan p. 589 ex schedis Gudii; Capodaglio n. 99; a Turre p. 263 cf. p. 269; Muratori ms.; Bertoli ms. apud Mur. et p. 93 n. 67 a prioribus; Cicogna vidit.

---

739 Beliniae rep., unde dicitur a. 1548 missa Venetias in museum Grimanianum.

BELENO
V·S·L·A
P·C····
········
········

Capodaglio n. 101.

740 prope Belinam rep. et a. 1548 missa Venetias in museum Grimani CAPOD., ubi viderunt PIGH. et CICOGNA. Nuper veniit extatque hodie Veronae in aedibus Gazzolae.

BELINO
SEX
CAESRONIVS
FAVSTVS
IIIII·VIR
V·S·L·M

Descripsi. Habent Ligorius ms. Taur.; Pighius cod. mus. f. X, Hercul. p. 268 qui vidit (inde Lips. p. 33; Grut. 36, 14); Cod. Lugd. XXIV Papenbr. 14; Henr. Palladius p. 83; Capodaglio n. 100; Bertoli ms. apud Mur. et p. 91 n. 64 a prioribus; Cicogna vidit.

---

741 Aquileiae in eccl. S. Cosmi.

APOLLINI
BELENO · AVG
TIB · CL · ARISTIO
ET · CORNELIA · EVTYCHIAN
CONIVNX·CVM·FILIS·CLAVD
CONSTANTE·FEROCIANO
EVTYCHIANE·ARISTIONE
EX·VOTO·POSVER·SIGNVM
CVPIDINIS · L · D · D · D

Secundus servavit. Inde Bellonius n. 42; Sanutus f. 42 n. 79; Vat. 5250 f. 53 n. 82; Rambertus n. 62; Capodaglio n. 24; a Turre p. 259 ex schedis suis; Mur. 24, 1 ex Turrio; Bertoli p. 96 n. 70.

1 APOLINI Bell. San. Capod. — 3 TIBI CL Ramb., TIBR CL San., TIBEC Vat., TIBC CI Bell. — ABSTIO Bell. — 4 EVTYCILAN Bell., EVTICIAN San., EVTICILAN Ramb. Cap., EVTICILIVE Vat. — 5 CONIONX Bell. — FILIIS Ramb. — CLAVD Cap. San., C·HAV Bell., C·CLAVD Ramb. Vat. — 6 FEROCLANO Bell. San. Cap., PEROCLANO Ramb. — 7 EVTICHIANE Ramb. Cap. Vat., EVTICHIANAE San., EVTICIANAE Bell. — ARISTIONE Bell. San. Cap., AERISTIONI Vat., ÆV.ISTIONE Ramb. — 8 POSVERE Vat.

---

742 prope Belinam rep. et a. 1548 missa Venetias in museum Grimani CAPOD. ubi viderunt PIGH. et CICOGNA; nuper veniit vidique ego a. 1867 Venetiis apud negotiantem rerum antiquarum Richettium in domo quae fuit Marcella.

BELENO
AVG · SACR
L · CORNELIVS
L · FIL·VELL
SECVNDINVS
AQVIL
EVOC·AVG·N
QVOD·IN·VSV
DONVM·VOV
AQVIL
PERLATVM
LIBENS·POSVIT
L·D·D·D

Descripsi. Panvinius cod. Vat. 6035 f. 107; Ligorius ms. Neap. et Taur.; Pighius cod. mus. f. X, Herc. p. 285 qui vidit (inde Lips. p. 33; Grut. 36,15); Capodaglio n. 97; Henr. Palladius p. 83; Bertoli ms. apud Mur. et p. 87 n. 55 a prioribus; Cicogna ms.

743 Aquileiae VERD. Venetiis in domo patriarchae de Aquileia PIGH. in aedibus Grimani MAN. Inter lapides a. 1548 Venetias in museum Grimanium delatos recenset CAPOD. Picta visitur in aed. Moschettini.

M·HOSTILIVS
AVCTVS
IIIIII VIR
S D S

Manutius cod. Vat. 5248 p. 10; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 123; Pighius cod. mus. f. X; Ligorius ms. Taur.; Grut. 37, 3 a Verdero; Henr. Palladius p. 82; Capodaglio n. 92; a Turre p. 270; Bertoli p. 90 n. 61; Moschettini ms.; praeter Manutium ex eodem exemplo ni fallor omnes.

Apud Grut. solum male coaluit cum duabus titulis eodem loco et tempore descriptis n. 736 et 754. — 3. 4 sic Man. curis secundis, IIIIII·R·S·D·VIR Grut., IIIIII·VIR]R·S·D plerique, IIIIII·VIR·R·D·S·V Man. ante eta.

744 prope Belinam rep. et a. 1548 missa Venetias in museum Grimani CAPOD. Ibi viderunt BARTHOLINVS *et* ZENO.

BELEN · AVG
IN · MEMOR
IVLIOR
MARCELL · ET
MARCELLAE · E
IN · HONOREM
IVLIARVM
CHARITES · ET
MARCELLAE·FILIAR
ET·LICIN·MACRON
IVNIOR·NEPOTIS
C·IVL·AGATHOPVS
IIIIII·VIR·AQVIL
L·D·D·D

Pighius cod. mus. f. X, Herc. p. 266 qui vidit (inde Lips. p. 33 et Grut. 36, 16, adhibitis praeterea schedis Ursini et Ligorii, qui habet in ms. Taur.); cod. Lugd. XXIV Pap. 14; cod. Barb. 38, 100; Reines. 1, 52, cui descripsit Thomas Bartholinus; Henr. Palladius p. 82; Capodaglio n. 96*b*; Zeno *lettere* 1, 18 a. 1698 a se diligenter descriptam misit Fontaninio; a Turre p. 263 cf. p. 268. 269 ex lapide; Bertoli ms. apud Mur. et p. 89 n. 58 a prioribus; Orell. 1967 a prioribus.

1 AVC Pigh. — 5 E pro E Rein. — 9 MARCELLA Lugdun. — 12 IVLIVS Rein. Zeno.

745 Aquileiae in eccl. S. Felicis in pavimento altaris maioris SAN. BELL.; *in una casa del capitolo* CAPOD.; deinde apud Bertolium, nunc in museo Cassis.

B E L I N O
A V G · S A C
L · I V N I V S
S V C C E S S V S
V · S · L · M
DOMV · ALTINAS

Descripsi. Exhibent Bellonus n. 36; Sanutus f. 44 n. 88; Vat. 5250 f. 58 n. 90; Capodaglio n. 40; a Turre p. 263; Madrisio p. 134; Mur. 24, 2 a Bertolio ms. et 1022, 6 a Beretta; Bertoli p. 92 n. 67; Moschettini ms.

746 prope Beliniam rep. Io. Savorgnanus a. 1548 Venetias misit Io. Grimanio CAP. similiterque PIGH. Ibidem viderunt MANUTIUS GUDIUS CICOGNA; nuper veniit. Aut hunc titulum aut alium similem Ricchettius negotians rerum antiquarum Venetiis vendidit paullo ante a. 1867 comitissae Zichy et misit ei in Austriam.

BELENO
MANSVETIVS
VERVS
LAVS · LAV
ET · VIBIANIA
IANTVLLA
V·S

Manutius cod. Vat. 5248 p. 10. Pighius cod. mus. f. X, Herc. p. 265 qui vidit (inde Lips. p. 33). Panvinius cod. Vat. 6036 f. 55. Ligorius ms. Taur. Grut. 36, 17 ex Pighio et Verderii schedis. Henr. Palladius p. 82. Ex Gudii schedis Orsato p. 569. Capodaglio n. 95. Bertoli ms. apud Mur. et p. 86 n. 53; in ed. certe a prioribus sumpsit. Cicogna ms.

2 MANSVETVS Manut. Gud. Capod. — 4 LAV·LAV Pall. — 5 L·T Cap., T Pall. pro ET. — VIBIANIA Man. Lig. Cic. Bertoli ms. (non ed.), VIBIANA reliqui. — 6 IANTVLIA Pall.

747 Aquileiae VERDER. prope Beliniam repertam Io. Savorgnanus a. 1548 Venetias misit Io. Grimano patriarchae Aquileiensi CAPOD. Venetiis in domo patriarchae Aquil. URSIN.

T · MASIVS
APTVS
VESCELLEN
ET
ASIATICVS
MAri·BELEND
V·S·L·A
P · C

Grut. 37, 1 a Verderio eodemque exemplo Capodaglio n. 94. Diverse Grut. 879, 11 ex Ursini adversariis. A prioribus Henr. Palladius p. 83; a Turre p. 270; Bertoli p. 91 n. 63.

In vv. div. sequor Grut. 879 et Cap. — 6 MAN·BELENO Grut. 37 Cap., MANNEI Grut. 879. — 7. 8 om. Grut. 879.

748 basis quadrata. Gradi in aedibus Pinetti BERT. In aedibus plebani CORT. GREG. Barbanae FIL. Deinde Altichieri prope Patavium in villa Quiriniana FERR. FURL. Inde a. 1832 transiit in museum Patavinum. — In insula Corgle POC.

A P O L L I N I
B E L E N O
A V G · S A C ·
C · PETILIVS
V E N V S T V S
TRIB
PRAETORIAN
V · S

Coatuli. Pococke p. 126, 3; Bertoli ms. n. 674 et in Calogerà *nuova racc.* 4 (1758) p. 370, cui misit socius Pocockii Milles; Cortenovis ms. p. 65, qui vidit a. 1784; Iac. Gregori Gradensis *raccolta Ferrarese* vol. 18 (1786) p. 148 = 20 p. 173; Filiasi mem. ed. 1 3, 387, ed. 2 2, 365; Ferretus inscr. Patav. ms. 4, 45; Furlanetto lap. Pat. p. 15 n. 2 tab. V. A prioribus Orell. 1968.

749 Aquileiae in ecclesia S. Cosmi SECUNDUS. Aquileia ex fano Beleni Venetias delata in museum Iohannis Grimani patriarchae Aquileiensis PIGH. Ibidem solam omnium quae olim ibi fuerunt relictam repperi a. 1867.

A P O L L I N I
B E L E N O · A V G
I N · H O N O R E M
C·PETTI·C·F·PAL
PHILTATI · EQ · P
PRAEF · AED · POT ·
PRAEF · ET ·PATRON
C O L L E G I O R V M
F A B R · E T · C E N T
D I O C L E S · L I B
D O N V M · D E D I T
L · D · D · D

Descripsi. A Secundo Bellonus n. 48, Sanutus f. 43' n. 80, Vat. 5250 f. 53 n. 63, Rambertus n. 63, Capodaglio n. 25. Aliunde Manutius 5246 p. 2; Pighius cod. mus. f. X, Herc. p. 265 qui vidit (inde Lips. p. 33); cod. Lugd. XXIX Papenb. 14; cod. Barb. 38, 100; Grut. 36, 11 ex Pighio et Ursino (allata in ed. 2 lectione Scaligeri pessime confusa); Bertoli ms. apud Mur. et p. 95 n. 69 a prioribus; Cicogna ms.

750 Belvedere sub Aquileia in limine ianuae cuiusdam domus.

P · TROSIVS · C · F · CINNA
B · S

Vaivasson ms.

751 in abbatia S. M. de Barbana RED.; extra Gradum in insula Barbanzae MASC.; *nella sommità della facciata sopra il coperto della chiesa della B. V. di Barbanza* CAPOD.

BELINO
SACR
L·VETTONIVS
L·L
SECVNDVS
IIIIII·VIR

Antiqui exemplum exhibent cod. Canonici n. 24; Redianus f. 139' Grad. n. 22; Marcanova (Bern. n. 614, Mut. n. 47); ex Marcanova per Sirmondum Grut. 1066, 8; ex Grutero Bertoli p. 92 n. 65. Ex Marcanova sumpsit sine dubio etiam Paulus Ramusius, qui adscripsit ad exemplum orth. Manut. hodie Rovigi in academia servatum. Denuo ex lapide Capodaglio n. 118.

Vv. divisi ad Capod. — 1. 2 BELLINO SACRVM Capod. — 3 VETTONIVS Canon. Red. Capod., VECTONIVS Marcan. Ram. — 4 L·F Capod.

752 Belignae in ecclesia S. Martini CAP. Aquileiae GSSO. Ex feudis suis Aquileiensibus transtulit Vrnetias in domum suam Cannaregiensem Franciscus Savorgnan GIORN. DE' LETT. Nunc Catai in museo Obiciano.

B E L E N O
AVG
T · V Í B I V S
A S A S C A N T V S
IIIIII·VIR·AQVIL
DÓNVM · DED

Descripsi. Capodaglio n. 81 (inde a Turre p. 263; ex hoc Mur. 24, 3, Bertoli p. 88 n. 57); *Giorn. de' letterati* 38 (Venet. 1727) p. 186; Gregori *racc. Ferrarese* vol. 20 (1768) p. 173; Cavdoni Cataja p. 108; Furlanetto lap. Pat. p. 15 n. 13.

753 Belvedere prope Aquileiam FONTAN. Ex feudis suis Aquileiensibus transtulit Venetias in domum suam Cannaregiensem Franciscus Savorgnan GIORN. DE' LETT. Venetiis apud comites Savorgnanos BERETTA. Nunc in museo Nanio.

APOLLINI
BELENO
AVG
C·VOLVSIVS patera

Costall Leguari. Fontaninius in schedis bibl. cap. Utin.; *Giorn. de' lett. d' Italia* t. 28 (Venet. 1727) p. 185; Mur. ms. et 24, 4 a Beretta; Biagi mon. Gr. et Lat. p. 168; Driuzzo n. 9 (81) aere expressit.

754 ara Aquileiae VERDER. Aquileia translata Venetias in mus. Grimani PIGH. Prope Belinam reperta a. 1548 missa est Venetias Ioh. Grimanio CAPOD. Picta legitur in aed. Moschettini.

FONTI·BEL

Pighius cod. mus. f. X, Herc. p. 286 qui vidit (inde Grut. 94, 4; Bertoli p. 90 n. 60). Aliunde Grut. 37, 3 a Verdero; Capodaglio n. 102. A prioribus omnino Henr. Palladius p. 82; a Turre p. 270; Bertoli p. 90 n. 59; Moschettini ms.

BEL Cap., a Pigh., SELENO Verd. Ceterum cf. ad n. 736.

755 rep. Monisteri prope aedes Guerrae.

FONTI·S et
SACR
T·KANIVS
IANVARIVS
u·S·L·M

Bertoli ms. n. 677 et in Calogerà *nuova racc.* 4 (1758) p. 369; Cortenovis ms. p. 5.

1 FONTI| Bertoli ms., sed a esse in lapide diserte testatur in ed. Nisi esset titulus n. 754, suppleremus FONTIBVS vel tale quid. Sacerdos idem nominatur n. 778. — 3 KANIV.. Cort. — 4 om. Cort. — 5 sic Bert. ms. Cort., V·S·L·M Bert. ed.

756 Aquileiae apud Capodaglium.

BONAE
DEAE·AVG
SACRVM
. . . .

Capodaglio n. 139 (inde per Liruttium Bertoli p. 419 n. 606, ex hoc Mur. 1981, 1).

757 Aquileiae in ecclesia S. Stephani BELL. SAN. VALV.; in ruinis ecclesiae S. Stephani GUERRA; in aedibus doctoris Salvatoris Zanini CORT. in iisdem nunc Zandonatii ZAND. Ego ibi non repperi.

ANINIA·M·F·MAGNA·ET
SEIA·IONIS·ST·CORNELIA·EPHVRS
MAGISTRAS·S·D
PORTICVM · RESTITVERVNT · ET
AEDICVLAM · FONIONIS

Secundi exemplum proponunt Bell. n. 52 (inde male Bertoli apud Mur. 133, 5 et in syll. p. 107 n. 89); Sanutus f. 42 n. 63; Vaticanus 5250 f. 63 n. 18. Ex lapide Valvasson ms.; Bertoli ms. n. 720, cui misit Guerra a. 1758; Cortenovis ms. p. 82 (ab eo Marini Arv. p. 544, ex hoc Orelli 2427); Moschettini ms.; Zandonati p. 207; Kandler ms. et Istr. 1852 p. 95.

Moschettini v. l. omisi. — 1 ANNINIA Bell. San. Valv., ANNIMIA Vat., AMINIA Guerra. — 2 LONIS Bell. San. Kandl. (ms.) — CORNELIA·PHYRS Guerra, CORNELIAE·EPHIRAE Zand. — 4 ET om. Bell. San. Vat. Valv. — 5 FONIONI Zand.

758 extra Aquileiam *nell' angolo di una casa verso ponente posta presso S. Stefano* CAP.

FONIONI
SAC
SEIA·IONIS
MAG
D·D

Capodaglio n. 152 (inde a Turre p. 295; ex hoc Mur. 101, 2; Bertoli p. 99 n. 74; Marini Arv. p. 619, Orell. 1994).

759 origine opinor Aquileiensis; certe una cum n. 779 in exemplum suum Scardeonii eam rettulit Ramusius. — Patavii in domo Ramusia RAMUSIUS PINELLI PIGNORIA; Ateste in aedibus Contarenis URS. Hodie desideratur.

AVRISVS
S·D·D
PETRVSIA
PROBA
MAGISTRA
GALGESTI
HERMEROT

Ramusius in add. ms. ad Scardeonium p. 84 et in cod. Marc. n. 13; Pinelli cod. Ambros. C 61 inf. f. 41', cod. S. 80 sup., cod. D 438 inf. bis et apud Grut. 89, 6; Pignoria symb. epist. 1628 p. 150; Ursatus 1652 p. 262. A prioribus Orell. 1524 et Furlanettus p. 49 n. 54.

Quam Gudius proposuit interpretationem: *auribus B(onae) d(eae) d(edit)*, eam commendant tituli qui sequuntur, nec in hac cogitare licet de Beleno deo propter sacerdotem feminam. Ceterum etsi inaures deabus non ita raro dedicantur (cf. vita Alexandri c. 51), tamen haec eiusmodi dedicationis forma adhuc quod sciam sine exemplo est nec satis certa.

760 Aquileiae '*nel capitolo in casa di M. P. Domenico Beluzzo*' RAMB. in aedibus Claudii Colloreti canonici SPOR. Postea apud Bertolium, nunc in museo Cassis.

AVGVS|*TAE · Bonae deae?*
CASTRE|*NSI · EX*
FERONIA·LI|*BANI·LIB·*
TI·CLAVDIV|*S·STEPHANI us.*

Descripsi quod superest. Exhibent pleniorem Sporenus p. 316; Rambertus n. 53; Capodaglio n. 36; Don. 3, 5 ex Ramberto; a Turre p. 311; Mur. 33, 7 ex Turrio; Bertoli p. 21 n. 15, p. 108 n. 90; fractum ut hodie est Fontanini ms. et Madrisius p. 138 et Beretta ms.

Quod non vidi, dedi inclinatis. — Turrius refert ad Iuliam Domnam matrem castrorum.

761 Aquileiae in ecclesia maiore.

AVGVSTAE·BONAE·DEAE
CERERIeS·SACRVM
////VSTIS·L·TeCNE · AEDEM
////I·DE·PECVNIA·SVA·FECIT
FAVSTVS·BARBONIVS·IIII·VIR·D·D

Capodaglio n. 71 servavit. Inde a Turre p. 309 (cf. err. typ.); Mur. 33, 8 ex Turrio; Bertoli p. 107 n. 88 (inde Orelli 1521).

2 CERERIE 3 TICHE traduntur.

Augusta bona dea Cereria non videtur diversa esse a Bona dea pagana tituli sequentis; composuit recte Orellius cum Bona dea agresti tituli sui n. 1521. Etiam *mater deum magna Cereria* n. 796 recte huc referetur.

762 Aquileiae in domo cuiusdam canonici RED. in domibus domini Antonii de Strasoldo SAN. *nel capitolo in casa contigua a quella del P. Domenico Beluzzo* RAMB. in domo quadam civitatis SPOR.

BONAE·DEAE·PAGANAE
RVFRIA · C · F · FESTA
CAESILIA·Q·L·SCYLACE
MAGISTRAE
D · P · S

DECIDIA · L · F · PAVLina
ET·PVPIA·L·L·PEREGRINa
MINISTRAE
BONAE · DEAE
AEDEM · FECERVNT
D · P · S

Duo exempla extant, Redianum f. 135 Aquil. n. 17 (inde Gud. 54, 4; Don. 4, 23 ex vetere ms.) et Secundi apud Bellonam n. 68. 69, Sanutum f. 42' n. 71. 72, Vat. 5250 f. 63' n. 22. 23, Rambertum n. 54. 55, Capodaglium n. 38. 37. Ex priore pendet Mur. 133, 3. 4 per Donium, quamquam auctorem laudat Turrium, et Donat. 87, 6 ex Donio; ex altero Sporenus p. 318; a Turre p. 309; Fabrett. 694, 157. 158 ex schedis Vatic., i. e. ex Ramberto; Mur. 33, 5 ex Turrio; Bertoli p. 106. 107 n. 86. 87; Orell. n. 1519, ubi in add. Henzenus condemnavit sine idonea causa opinor.

Titulos hos Gud. Don. continuant, Secundi exempla iuxta collocant separatos; videntur in eodem lapide scripti fuisse. — Vv. divisi ad Secundi meliora exempla. — I, 1 praemittunt VALESIVS·PROS Bell. San. Vat. — BONAE·DEAS·PAGAIAE Red. Bell. San., BONAE·FAGANAI Ramb., ADNAE·PAGANAE Spor. Capod. — 2 RVFIA Red. — 3 SCYLACE Red. Bell. San. Cap., SCILACS Vat., SCYLACI Ramb. — II, 1 L·F·APVLEIA Red., L·F·PAVLIA Bell. San. — L·F·PARTIA Vat., LEP·PAVLI// Ramb., PAVLI (om. L·F) Spor., L///PAVLI/// Capod. — 2 DE pro ET Red. — PEREGRINA Red. Bell. San. Vat., PEREGRIN// Ramb. Spor. Capod. — 4 SIBI pro DEAE Ramb. — 6 D·P·S Red., P·S Bell. San. Vat. Spor. Capod., om. Ramb.

763 Aquileiae rep. a. 1805.

CAVTO	CAVTI
Q·BAIENVS	Q·BAIENVS
PROCVL	PROCVL
PATER	PATER

Siauve apud Gnattanium *mem. enciel*, 5 (1805) p. 76. 77; Labus *annali dell' Inst.* 1846 p. 269 et *mon. Bresc.* p. 44 (inde Henzen 5850. 5851).

In priore CAVTO·P | Q·BAIEN | PROCVL | PATER, in secunda BAIEN Labus; in quibus cave ne lateat interpolatio Asquiniana. Idem homo redit n. 784 et in suspecta n. 37*.

764 rep. a. 1829 Venetiis in ecclesia S. Marci, ubi fuit in aedicula baptisterii pro mensa altaris, nunc ibi in museo seminarii patriarchalis ad Salutem. — Aquileiensem esse originе constat ex n. 763.

S O L I
SACR
Q·BAIENVS
PROCVLVS
PATER
NOMIMVE

Descripsi. Labus *gazzetta di Venezia* 2 Dec. 1829 (inde *Bullett.* 1630 p. 80) et apud Orellium 5059 et *annali dell' Inst.* 1846 p. 271. et *Wiener Denkschr.* 1, 354; Moschini *chiesa della Salute* p. 96; Kandler *iscr. Istr.* n. 18.

765 Belignae post domum parochi reperta ZUCC. SIAUVE. Deinde Utini apud Cernazzaiam GREATTI.

CAVTOPAT
AVG · SAC
CALLISTVS
— O —

Zuccolo ms. delineavit, item in aere incidendum curavit per Io. Ant. Sasso; Siauve apud Gnattanium *memorie enciclopediche Romane* 5 (1805) p. 76; Labus *annali dell' Instituto* 1846 p. 269 et *mon. Bresc.* p. 44 (inde Henzen 5852); Greatti descripsit.

1 CAVTOPA... Gnatt. Lab. — 4 O Gnatt., Q Lab.

766 litteris malis. *roco di colonna posta capovolta a capo di campo a Monasterio nel predio Ritter* KANDLER.

ATTE · PATA
THEVD·THEV·F
D · D · L · M

Kandler ms. et in Istria 1852 p. 120 a Rittero.

1 nam fuit CAVTIPATI? — 2 THEVDAT·THEV·F ed.

767 sine loco, sed inter Aquileienses Cyriacanas TRAG. FERR. MARCAN. Aquileiae in agro extra moenia RED. CANON. MARULUS. — Inter urbanas PARM.; Neapoli AUGUSTINUS, APIANUS; N. in domo quondam Actii Sinceri PIGH. errore.

DIS·DEABVSQVE
SACR
EX·VOTO
VICTOR·AEDITVVS

Cyriacus cod. Parm. f. 96; Vat. 6875 f. 63'; Tragurinus f. 157'; Felicianus cod. Marc. f. 62'; Marcanova in prioribus (Bern. n. 350; Mutin. n. 2); Ferrarinus cod. Trai. f. 74; Augustinus cod. Vindob. 3528 f. 39; Lilius f. 161'; Ambros. C. 61. inf. f. 79; Redianus f. 135 Aquil. n. 18 (inde per Lirutiam Bertoli ms. n. 694); cod. Canonici n. 8; Marulus n. 85; Apianus 123, 5 (inde Grut. 2, 7; I. N. 2590); Pighii cod. Berol. f. 12 et mus. f. XIX. Pendent, opinor, a Cyriaco omnes, sed ex epistulis eius alii tra xerunt, ex plena eius sylloge Aquileiensi Red. Canon. Marulus.

Vv. ordo incertus. — 1 DIS Parm. Vat. 6875 Trag. Marc. (Bern.) Aug. Ap. Pigh. Mar.; DIIS Marc. (Mut.) Red. Canon. — QVE non habent nisi Red. Canon. Marul. — 2 SACR Vat. 6875 Trag. Marc. (Mut.).

768 Aquileiae in aedibus prope ecclesiam monasterii.

D D O

Bertoli p. 310 n. 442.

D(is) d(eabus) o(mnibus), opinor, nisi subest formula L·D·D·D similisve.

769 Aquileiae in hortis monasterii rep. 1731.

DEO
AETERNO
PRO·SALVTE
L · COMAT
DIONYSI
CLODIA
CHRYSA
V·S·L·M

Berettа ms.; Bertoli p. 329 n. 480; Mur. 106, 7 magis ab hoc quem non nominat quam ab auctore citato Beretta. A prioribus Orell. 2140.

7 CHRIEA Bert.; Berettae exemplum hoc est: DEO | AETERNO | PRO SALV.. | L·COMAT.. | DIONYSI | MOR....

770 ara parva. Aquileiae in aedibus Laur. Caramanto ad Natissam ZUCC.; ad novam domum Cassis KANDL. Nunc Veronae apud Smaniam.

D · AET
M · VALER
PHILIPPVS
ET · IVLIA
IVLIANA
CONIVX
////

Descripsi. Habent Zuccolo ms.; Kandler in Istria 1852 p. 99; Orlandi ms.

771 Aquileiae in domo Nordii de Nordis nobilis Cividalensis CAPOD. TURR.

D I A N
AVG · SAC
FLAVIVS
SEVERVS
CVM·SVIS·LAB
RESTITVIT

Capodaglio n. 11; a Turre p. 313; Mur. 36, 6 ex Turrio; Bertoli p. 108 n. 92, quod exemplum cum lapide contulit Cortenovis.

1 DIANAE Cort. — 5 LAR Capod., quod tamen scriptum est a m. 2 nec satis apparet quid fuerit antea. 'In schedis Capodalei est LAR, in archetypo lapide, quem Aquileiae adhuc extantem exscribi nuper curavi, legitur LAB' Turr. Videtur legendum non *labrum*, quod proposuit Muratorius, sed *laborantibus*, ut alibi similiter nominantur discentes.

772 arula Aquileiae apud Moschettinium ZUCC. Ibidem adhuc.

DIANAE · AVG
IN HONOREM
L · VIBI · LVCVLLI
PATRONI
INDVLGENTISSIM
EPAGATHVS · LIB
V E L M

Descripsi. Exhibent Zuccolo in relat. Dec. 1808; Moschettini ms.; *Wiener Jahrb. A. B.* 47 (1829) p. 68 (inde Henzen 5705).

773 Aquileiae *in una colonna, qual' è alla sacrestia nell' entrar nella chiesa del monastero di S. Benedetto* RAMB. CAPOD.

DITI
PATRI

Servaverunt Sanutus et Bologna. Ex illo Rambertus n. 73; Capodaglio n. 77; a Turre p. 303; Mur. 39, 1 ex Turrio; Bertoli p. 105 n. 83. Ex Bologna n. 9 sumpsit Ferrarinus cod. Reg. n. 10 (inde Mur. 89, 2 ex schedis Farnes.). Titulus urbanus Fabrett. 696, 174 cur ab hoc diversus non sit (v. Orell. 1467), non perspicio.

Turrius male conflavit eum titulo apud Ramb. praecedente n. 1261. Item apud Ferr. male coaluit cum n. 833, qui titulus sequitur apud Bolognam.

774 Aquileiae in domo Thomae Bossolino RAMB. in domibus domini Danielis canonici Aquileiensis SAN. VAT.

D O M N A B
SACRVM
SEX · BAEBIVS
BAI·F·VET·EX·CLASSE
VESTIARIVS
V · E · L · M

Secundus servavit apud Belloonm n. 72; Sanutum f. 40 n. 31; Vat. 5250 f. 66 n. 38; Rambertum n. 58; Capodaglium n. 39; Don. 8, 74 (inde Mur. 941, 4) ex Ramberto; a Turre p. 311; Mur. 33, 6 ex Turrio; Bertoli p. 108 n. 91 et p. 432 n. 642; Donat. 56, 3 ex Bertolio. A prioribus Orell. 3643, ubi in add. Henzenus condemnat immerito.

1 DOMNA·B Bell. San. Vat. Ramb., DOMNAE·B Capod. Lego *domnabus*. — 4 BAL San. — F·VET·EX Bell. San Vat., FIL·VET·EX Cap., FVIT IN Ramb. — 5 VESTIANVS Vat.

775 Aquileiae rep. ad S. Stephani, extat apud Zandonatiam.

FATIS · DIVIN
ET · BARBARIC
V · E · L · M
POSTVMIA · P · L
CALLIRHOE

Descripsi. Labus *ant. mon. scop. in Brescia* (1623) p. 109 (inde Orell. 1774). cui misit Hier. Asquini; Pirona ms. a Zandonatio.

Fata vel potius fati barbarici non videntur esse posse nisi numina eius generis in barbarico culta, id est peregrina, quibus opponi Romana tamquam vere divina notabile est.

776 Aquileiae FONT. Deinde Venetiis apud abbatem Bellotium, nunc Veronae in museo n. 97 BERT.

AR / / / / / /
FERONIAE · SAC
IN MEMORIAM
/ MINEI · PRISCI · FIL
T · KANIVS · IANVR
SAC · GRATVITVR
ANNO · XXXX
D · D

Descripsi. Fontanini in epist. bibl. cap. Utin.; Madrisio p. 138; Beretta in schedis Muratorianis; Bertoli p. 19 n. 13 cf. p. 22; Maffei Ver. p. 96 inscr. n. 21 (inde Mur. 92, 7; Orelli 1317) = M. V. 80, 3.

Idem T. Kanius Ianuarius nominatur n. 755.

777 Aquileiae apud Monarium.

VARIA VENVS
FORTVN
V · R · L · M

Contuli. Kandler ms. et in Istria 1832 p. 98.

778 Aquileiae *escavata al muro forato dal sac. Suppancich 5 Febbr. 1827* (non 1847) ZAND.

FORTVNAE
VIRVNIENRI
patera IMPER · OCTAVIA *urceus*
QVINTA · L · L · P

Moschettini ms., a quo pendent Steinbüchel *Wiener Jahrb. A. B.* 47 (1829) p. 70 (inde Henzen 3794) et Zandonati p. 208. Ex lapide fortasse Kandler ms.

2 VERVNIENSI traditur; VIRVNENSI proposuit Kellermannus *Bullett. dell' inst.* 1833 p. 42.

779 Aquileiae *nelle case poste in un angolo presso le case delle torri, ora di M. Pietro Aleandro* RAMB. similiterque BELL. SAN.; in domo D. Francisci canonici ACCURS. Patavii apud Rhamnusios RAMUS.; in domo procuratoris Contarini PIN. (apud Grut.) TOM. 'Monumentum hoc (Ateste) apud senatorem Contarenum paucis abhinc annis eo inscio in fundamenta aedium absumptum est' ORSATO.

ISI · SACR
L · MAGIVS
PHILEAR · VIVIR
AQVIL · OR
SALVT · GRATTIAN
FIL · ET · GRATTIAE

Tria exempla supersunt, Secundi, Accursii, Ramusii. Illud exhibent Bellonus n. 63; Sanutus f. 43 n. 76; Vat. 5250 f. 63 n. 33; Rambertus n. 61; Capodaglio n. 41. Accursianum est apud eum n. 23. Ramusius habet in add. ms. ad Scardeonium p. 84 (inde Orsato 1652 p. 267. 322) et in cod. Marc. 10, Barb. 8, ubi Pinellius negat se vidisse. Inde igitur pendet Pinellius, qui refert et in codd. Ambros. S 80 sup. et D 436 inf. et apud Grut. ms. et ed. 82, 6. Tomasinus manus aeneae diluc. (Amstel. 1669) p. 37 vix ex lapide. A Turre p. 314 ex Orsato et Capodaglio. Bertoli p. 50 n. 29 = p. 109 n. 93 ex Ramberto et Turrio. Furlanetto lap. Pat. p. 42 n. 42 a prioribus.

1. 2. 3 initio fractos facit Capod. — 3 PILEAS Bell. — 3 SALVI Bell. San. Vat. Ramb. Cap. Ram. — GRAITIAN Ramb., GRATTIAN Vat. Bell., GRATIANI San. — 6 FILII · ET Ram., FIT pro FIL · Bell. — EI San., RI Bell. — GRATIAE San. Ramb. — Infra fractam fuisse notavit Accursius solus.

780 Aquileiae extra moenia in campo rep. 14 Mart. 1749.

IVNONIBVS
SACRVM
SEX · LICINIVS
VERECVNDVS

Bertoli ms. n. 689 et in Calogerà *nuova racc.* 1 (1755) p. 204 (inde Donat. 12, 13) et in epistula ad Gorium scripta Mereto 2 Apr. 1749 (cod. Marucell. A. 77), a qua epistula pendet Zaccaria *stor. lett.* 1, 302 (inde Donat. 12, 7). Bertolio misit amicus, scilicet, ut ait Zaccaria, comes Florio canonicus.

4 om. epistula ad Gorium quique inde pendent.

781 Aquileiae ad aedem pontificis TRAG. in ecclesia maiore STOSCH. MARCAN. in eccl. maiore iuxta altare S. Erasmi in pavimento in pulchro marmore SECUNDUS navi dextera cultis characteribus ACCURS. in pavimento eccl. metropolitanae CORT.

IVNONIBVS · SACRVM
M · MAGIVS · M · L · AMARANTVS
IIIIII VIR · ET
MAGIA · M · F · VERA · MAGIA · M · L · ILIAS
AEDEM · SIGNA · III · PORTIC · CVM · MACERIS *et*
CVLINA · ET · LOCVM · IN · QVO · EA · SVNT
VOTVM · SOLVERVNT
LOCO · PRIVATO

Kiriacum descripsisse hoc epigramma constat ex epistula eiusdem Mediolano data ad Poggium (nova fragm. p. 28), ubi mittens alterum Iunonum epigramma haec addit: '*Et olim ex Aquileia vetusta civitate compertam eiusdem generis inscriptionem ad te misisse scio, qua prima in parte* IVNONIBVS · SACRVM *erat, quod te non facile credidisse sum memor, sed putabas ab me errorem sumptum et* IVNONI · BIS · SACRVM *in lapide scriptum opinarier te et dixisse cognovimus.*' Quod exemplum Kiriacanum exhibent libri eiusdem Parmensis f. 105; Vatic. 6875 f. 83; Tragurinus f. 157; Chig. I. VI. 203 f. 10; Ricc. 996 f. 39; primum v. dat Vat. 3250 f. 23'. Pendent a Kiriaco Redianus f. 134 Aquil. n. 1; Marcanova (Bern. n. 349 = 450. Mut. n. 1); Felicianus (Marc. f. 46, ubi postea adiecta est, et f. 62; Ver. f. 111); Ferrarinus cod. Trai. f. 74; Lilius f. 161'; Gammarus f. 95. Denuo ex lapide Secundus apud Bellonum n. 4 = 108, Sanutum f. 38' n. 9, Vat. 5250 f. 66' n. 41, Rambertum n. 1, Capodaglium n. 94 (inde Turre p. 304, ex hoc Bertoli p. 106 n. 85). Tertium descripsit Bologna n. 6 (Ferr. Reg. non habet), quartum Accursius n. 13. Incertioris originis sunt exempla Stoschiani libri f. 103; Bembi f. 73; Apiani 330, 23; Grut. 24, 2 ex Apiano eiusque exscriptore Lazio, item ex schedis Boissardi Putenni Ursini. A prioribus Orell. 1322. A. 1784 Cortenovis vidit loco antiquo fragmentum vv. 1—4 extremos complexum. Denique ego repperi in aedibus n. 5 fragmentum IVNONIBV| fortasse et ipsum ad hunc titulum referendum.

In vv. dividendis conveniunt Secundi exempla bona, Accursius, Cortenovis. — 1 IVNONI Apianus ex interpolatione. — SAC Red. — 2 AMANTVS exempla quaedam Kiriacana (Parm. Trag. Chig. Marc. Bern. 349. 450), AMANTIVS schedae Ursini, AMARANTIVS Apian. (inde AMARANT · IVS Grut.). — 4 M · F pro M · L Marc. Bern. 349. — ILLIAS Marc. (Bern. 450. Mut.), ILLAS Bell. 108 Vat. 5250. — 5 SIGN Marc. Bern. 450, SIGNAVIT Ap. (inde SIGNA · VIIII Grut.) — IN pro III Sanutus. — PORTIC · CVM Bologna Accursius, PORTICCVM ex Kiriacanis Redianus, ex Secundi Vaticanus; PORTICVVM Kiriacani libri quidam (Trag., Vat. 6875, Marc. Bern. 349 et Mut.), PORTIC . . . Parmensis, PORTICVM reliqui. — II pro ET traditur; omiserunt Sanutus (hic in litura) Bell. Vat. 5250. CVLINAE Bell. 4 Vat. 3250 idemque videtur fuisse apud Sanutum.

782 Aquileiae.

IVNONIBVS
SACRVM
M · MOGETIVS
HOSPES · V · S

Cortenovis ms. p. 47 ex schedis.

783 Aquileiae rep. 1817, extat apud Moschettinium.

IOVI
DIANO ·
C · HERRE
N · NIVS · *sic*
CANDIDVS
V · S · L · M

Descripsi. Exhibent Moschettini ms.; *Wiener Jahrb. A. B.* 12 (1820) p. 26 (inde Henzen 5622); Orti *Bull. dell' Inst.* 1839 p. 130.

784 Fiumicelli in aedibus Stabile.

I · O · M
COLLEGIVM
VETERANORum
POSVIT · SV
B · PATRE · TI
TIANO · SCR
ISSIT · VLpius
AMANTIVS · S

Coletus ms. n. 28; Cortenovis ms. p. 99 qui descripsit a. 1790, plane consentientes.

Supplementa retinui Coleti.

785 Aquileiae in Monasterio CAP. in angulo supra hortos BERT.

I · O · M
A V R E L I V S
C A S S I A N V S
B A R B A R I C A S
DEC COL FOR
I V L I I R I E N S
EX REGION CYRRO

(inferius dextra hastam, sin. equum tenens)

Capodaglio n. 119. Beretta ms. Bertoli apud Mur. 1108, 5 (qui de hoc lapide disseruit in syll. Calogerana vol. 31 a. 1744) et in syll. p. 16 n. 10, ubi aere expressit. Asquini apud Gravisium *Illir. Forogiul.* p. 82 ex lapide et a Cortenovio. A prioribus Zandonati p. 205, ex hoc Henzen 5111.

1 L · OM Cap. Ber., I · O · S Mur. err. typ. — 3 CAS///NVS Ber. Bert. — 4 sic omnes, nisi quod SARS/RICAS Bert., BARSARICHS Ber. — 5 EOR Cap. Bert. Ber. — 6 sic omnes sine puncto, nisi quod IVLII · RIENS Cap., IVLII RIENS vel IVLI TRIEHS Beretta; IVLITRIENS dicitur legisse Cortenovius. — 7 RECION Ber., RECTON Bert. — CYRRO reliqui, CYPRO Cap.

I(ovi) o(ptimo) m(aximo) Aurelius Cassianus barbarica(n)s(?) dec(urio) col(oniae) For(i) Iuli Iriens(ium) ex region(e) Cyrro. Barbaricans pro barbaricario si tolerari non potest, crediderim hoc ipsum fuisse in lapide obscuratum propter litterarum contignationem. Forum Iulium Iriensium praeter hunc titulum nominatum in altero Orell. 73 constat esse Vogheram prope Tortonam. Cyrrus oppidum est Syriae non ignobile, unde oriundus Cassianus Iriae ad curiae honorem pervenit. Regio pro territorio minime rarum.

786 Aquileiae in museo Cassis.

I O V I
OPTVMO
MAXIMO
L · CANTIVS
VERVS
SACERDOS

Contuli. Moschettini ms.; Steinbüchel *Wiener Jahrb. A. B.* 12 (1820) p. 28.

787 Campolongi tertio ab Aquileia lapide in domo comitum de Michelis. — In monte Medea repertam dicit ASQVINI fraude, v. ad n. 42*.

I · O · M
SACR
PETRONIA
LAVDICIA

Descripsi partem superiorem. Beretta ms.; Bertoli p. 15 n. 9; Mur. 5, 11 ab utroque; Asquini apud Gravisium *Ill. Forogiul.* p. 85; Coletus ms. n. 27; Zandonati p. 230 cf. p. 176.

4 LAVDICEA Ber. Asq., LAODICIA Bert. Col. Zand.

788 Aquileiae rep. a. 1854 ad S. Stephani in fundo Antonii Stabilis; extat apud Zandonatium.

I · O · M
M · VLPIVS
POTENTIAN
OB · GRAT · REFER
PRO SALVTE SVA
ET · SVORVM
V · S · L · M

Descripsi. Pirona ms. a Zandonatio.

789 Aquileiae.

I · O · M · AET

Moschettini ms.; inde Steinbüchel *Wiener Jahrb. A. B.* 47 (1829) p. 60.

790 arula, Aquileia delata Goritiam in hortos olim Romano, nunc Antonii Sbuels *contrada S. Rocco* n. 103.

I · O · M · S
TAMI · SA
G R V S
P R I M V S
OPERI · POS
L · L

Descripsi post Kandlerum. Lectio certa. V. 3 post G fortasse adest punctum; versus pars extrema vacat.

791 Aquileiae in aedibus Faciniorum BERETTA, apud sac. Suppancich KANDL. BAND., in aed. Rizzi n. 43 EGO.

SEX · FABIVS · SEX · L · STEPHANVS
SEX · FABIVS · STEPHANI · L · LAETVS
DE · PECVNIA · SVA · LARIB · SACR
DEDERE

Descripsi. Mur. ms. et 85, 8 a Beretta, 121, 5 ab Ant. Scotto; Bertoli p. 80 n. 49; Kandler ms.; Zandonati p. 210. A prioribus Orell. 1656.

792 nuper rep. Aquileiae in monasterio intus, est ibi pro limine lavacri in hortis BERT. *Ora soglia nella stalla di una casa in faccia alla chiesa del Monastero* CORT.

AVI · L · LICINIVS	LARIB · SACR	EPAGAT · PARI
TAVI · CN · LICIN	MAg · DANT	TRAE · SOC · POR
TILI · L · L · SINNAE		DIPHILVS · VIBI · M

Beretta ms. (inde Mur. 86, 2); Bertoli p. 80 n. 50. Cortenovis contulit.

1 fin. FABII Bert. — 2 MAC traditur.

Nota *socios portorii.* Nomina non expedio nisi alterius ordinis primum et tertium servilis solitae formae *Epagathus Fabi* [*M.* s.] et *Diphilus Vibi M.* [s.]

1837 Zuglio nuper rep. ASQ. in muro aedium olim Venturini, nunc Riolini-Leschiutta LUC.

EX · INDVLGENTIA
SACRA · DOM · N · INVICTI
IMP · M · AVR · ALEXAND · AVG p. C. 222/235
MACELLVM · RESTITVTVM ·
CVRANTE · FALERIO · FALERIANO

Hier. Asquini *lett. al Labus sopra una inedita iscr. di Giulio Carnico* (Mediolani 1834) p. 8 (inde per eph. Arcad. Henzen 6603). Cumano et Luciani descripserunt.

1838. 1839 tabulae aheneae duae repertae Zuglii a. 1811, extant Cividale in museo.

1838

C · BAEBIO · P · F · CLA
ATTICO
II VIR · I · d · PRIMOPIL
LEG · V · MACEDONIC · PRAEF
CIVITATIVM · MOESIAE · ET
TREBALLIAE · praeF · ciVITAT
IN · ALPIB · MARITVMIS · Tr · MIL · COH
VIII · PR · PRIMOPIL · ITER · PROCVRATOR
TI · CLAVDI · CAESARIS · AVG · GERMANICI p.C.41/54
IN NORICO
CIVITAS
SAEVATVM · ET · LAIANCORVM

1839

*c. b*AEB*io p. f. cla*
*att*ICC *ii vir. i. d. primo*
pilo LEG · V *macedonicae*
*praef. ci*VITA*tium moesiae et tre*
*balli*AE · PR*aef. civitat. in*
*alpib. m*ARIT*umis tr. mil. coh. viii*
*pr. pri*MO · P*ilo iter. procurator*
ti. claudi CAESA*ris aug. germanici*
IN NORI*co*
...

Contuli. Habent Zuccolo ms. diligenter delineatas; Siauve in epistula *sugli ultimi scavi di Zuglio* (Veronae 1812) p. 14. 15, item in epistula de antiquis Norici viis urbibus et finibus (Veronae 1812) p. XV, cuius vidi exemplum ab ipso auctore emendatum; Labus qui vidit in praef. ad Ph. A. Visconti et Guattanii *mon. du musée Chiaramonti* (ed. Mediol. 1822) p. LXI tab. C. D (inde Asquini *Forogiulio* p. 62, Arneth *Wiener Denkschr.* 1, 277); Kandler in Istria 1847 p. 40; Henzen n. 6938 et ex libris et ab Orlandio.

In priore 3 II VIR I /// Zucc., II VIR// ego; litterae D fragmentum agnovit Siauve, pro O habens. — 6 TREBALLIAE// Zucc., TREBALLIA/// ego. — In altera v. 1 dedi ex Zucc. et Siauvio. — 10 ... ego mihi videre visus sum, ... Siauve et ita Zucc., nisi quod secundam litteram omittit. In editis exemplis haec desunt. — Cum Saevatum civitate conferendi sunt Sevaces (Σευάκες), qui teste Ptolemaeo 2, 13, 2 in Norico occidentali ad septentrionem sedem habuerunt, item quod iam contulit Henzenus, *Sebatum* secundum itinerarium Antonini p. 280 quaerendum ad oppidum S. Laurentii in valle *Pusterthal.* Laianci plane ignoti, nisi forte latent in populo quem cum Sevacibus istis componit Ptolemaeus ΑΛΑΥΝΟΙ, quod potest corruptum esse ex ΛΑΙΑΓΚΟΙ.

Tribus et magistratus videntur indicare Atticum oriundum fuisse ex Iulio et hunc ei honorem habitum esse a Norici civitatibus in patria. De primipili iteratione v. ad n. 867.

1840 ex Iulio Carnico in angulo ecclesiae plebis Tulmetii HERM. *Nel muro della chiesa della nostra pieve di Tolmeggio* AMBROS. similiterque MANUT. *Nella chiesa di Pieve sopra Tolmezzo* VALV.

M · IVVENTIVS
M · F · CLA
OCLATVS · VET
COH · VIII · PRAET
T · F · I · SIBI

Valvasoni *descr. della Cargna* n. 8 (inde a Turre p. 400, ex eo Mur. 828, 2 et Bertoli p. 172 n. 181); Hermacoras ms. et ed. p. 25 (inde male Grassi Carnia p. 56); cod. Ambros. R. 125 sup. scr. c. a. 1580 eodemque exemplo Manutius cod. Vat. 5237 f. 139 a R. Cyllenio (inde male Donius 6, 164 ex schedis Manut.). A prioribus opinor Liruti *misc. di var. oper.* 4, 311.

4 CHO Herm.

1841 *hora in Udine in casa Brazzachi* VALV. 1565, referens post Iulienses et fortasse Iulio advectum esse significans. Utini in curia nobilium de Crussaco COD. CAPIT. C. a. 1640 Iulii cum aliis titulis Dominici Ruzini Veneti praetoris iussu effossus, nunc Utini in aedibus Caisellorum LIRUTI, de anno certe errans. Ibidem adhuc.

C RETINACIVS
C · F · II · VIR · T · F · I
RETINACIA · L · F · SE
CVNDA · VXOR
RETINACIA · L · F · GAIA
L · RETINACIVS · L · F · ...

Contuli. Valvasonius *descr. della Cargna* n. 6 (inde Henr. Palladius p. 69 et Grassi Carnia p. 59); cod. bibl. capit. Utin.; Fabretti 642, 362; Liruti *misc. di var. oper.* 4, 305 qui ligno incidit; Mur. ms. et 739, 8 a Beretta; Bertoli p. 245 n. 327 qui vidit; Pococke p. 124, 12.

1842 apud Iuliom: antiquissima Carnorum civitas in provincia Foriiulii PARM. *Vedesi murata nel basso di una casa di Zulio* LEONI.

D · M
M · VOLVMNIVS
M · F · CLA
VERANVS
DEC · COL · IVL · KAR
II VIR · I · D
M · VOLVMNIVS
ARDEATINVS
PATRONO · E · M
ET · IVLIAE
IVCVNDAE
VXORI · KARIS

Codex Parmensis Kiriacanus f. 56, unde ed. Viviani in versione eclogarum Vergilianarum q. n. v. et Asquini *Forogiulio* p. 5 coll. p. 54. Asquinius citat praeterea titulum ex adnotatione a notario Baptista Leoni ex pago Venzone adscripta ad Ptolemaei Italice versi ed. a. 1561; quae allegatio vide ne ficta sit.

12 KARISS Asq.

1843 Iulii Carnici ad parietem domus Venturini LIR. DE RIVO GRASSI.

lectio vera:	*lectio interpolata:*
...	SERENNIVS
CORN	*cn.* CORNELIV*s. cn. f.*
QVINC	*m.* QVINCTIL*ius m. f.*
X · ERBO	*se*X · ERBONI*us sex. f*
DECV	*d*ECVR · CO*l. iul. kar*
AN	SALINE*am e solo*

Liruti *misc. di var. op* 4 (1741) p. 309; de Rivo p. 9; Grassi Carnia p. 55; Lucianius descripsit. Asquini *giard. suon.* p. 23 ligno expressam profert tamquam emendatam ex schedis Cortenovii, in quibus non extat. Supplementa quae adscripsi sunt Asquinii.

Quattuor testes idonei plane consentiunt, nisi quod Grassius praescribens '*due frammenti di marmo attuccati in una muraglia*' huic continuat n. 1844: M · ADDVXE NOC · VITOR. Quem errorem cum committere non posset, si transcripsisset ex Lirutio, non ex ipsis titulis, typus eius firmat omnino eum quem dedimus. Quibus cum accedat apud Cortenovium, quem auctorem laudat Asquinius, titulum hunc desiderari et sane suspiciose ex paucis litteris quas Asquinius addit subito emergant coloniae decuriones balineaque, supra p. 81 iam monui mihi et de hoc titulo actum esse videri et Asquinii fidem multis praeterea nominibus suspectam hoc vel maxime labefactari.

1844 duo fragmenta marmorea in vico Iulio in quodam muro inserta HERM. similiterque LIRUTI. Pars inferior nunc est Cividale in museo.

lapis lapidesve Zuglii visi:	*fragmentum musei Cividal.:*
PVB · CONSIDIVS	
M · ADDVXERE	
NOC · VITOR	
REGONTIVS	REGONTIVS
SEMENTI	SEQVENS

Hermacoras ms. et ed. p. 26; Liruti *misc. di var. oper.* 4, 323 ex lapide et Hermacora; Bertoli p. 444 n. 665 ex Hermacora, quem citat sub falso nomine Valvasonis; Grassi Carnia p. 55, ubi confunditur cum altero fragmento n. 1843; Cortenovis in corrig. ad Bertolium; Lucianius descripsit.

Totam refert solus Herm.; Liruti Grassi Cortenovis Lucianius non dederunt ex lapide nisi v. 2. 3. — 2 M · ADDVXERE Herm. indeque Liruti Bert., M · ADDVXER Luciani, M · ADDVXE Grassi Cort. — 3 sic Liruti Grassi Cort., \NOC · VITOR Luc., HOC VICTOR Herm. a me visus, INOC VICTOR Bert. — 4. 5 om. Bert., 5 etiam Liruti. — Fragmentum hodie Cividalense num sit inferior pars tituli ab Hermacora quondam descripti, potest dubitari; magis tamen crediderim esse. Immo v. 1. 2. 3 et v. 4. 5 fortasse plane separandi.

1845 rep. saec. XVII exeunte in fundo prope Zuglio, deinde in aedibus Morocuto: *giacque lungo tempo nel cortile, poi collocata per inavvertenza per base della colonna di mezzo di detto portico* MOROCUTO. In iisdem aedibus LIRUTI, DE RIVO.

APINIA · M · F · EX
TE *haec portio*
TA *latet*
M · APINIVS · FIDE
5 LIS
LIB · FEC

Morocuto ms. 1712 f. 3 (inde Grassi p. 50); Liruti qui vidit et *misc. di var. oper.* 4, 326 ligno expressit et dedit Muratorio ms. per Berettam et Bertolio p. 226 n. 280 (ab hoc Mur. 1519, 3); de Rivo n. 11.

APINIA TERTIA MARCI FILIA | EX TESTAMENTO FIERI IVSSIT | .... M · APINIVS FIDE | LIS .... FECIT Moroc. — 1 PINIIAPM, 6 EIR ... FEC de Rivo.

1846 Iulii Carnici in ecclesia VALV. Iacet in via CUM.

ARGENTILLAE
ET · SVIS

Valvasonius *descr. della Cargna* n. 4 (inde Henr. Palladius p. 69; Liruti *misc. di var. oper.* 4, 324, extare eam negans; Mur. 1636, 7 ex Palladio; Bertoli p. 243 n. 323). Descripsit Cumano.

1847 Iulii Carnici PARM. in aedibus Morocuti MOROC. LIRUTI GRASSI. Iacet in via CUMANO.

M · BAEBIO · M · F
VEL · VRBINIANO
FILIO

Parmensis codex Kiriacanus f. 56. Morocuto f. 3. Liruti *misc. di var. oper.* 4, 319 ubi ligno incidit (cf. Friuli 1, 287); idem dedit Bertolio p. 226 n. 279 neque aliunde Mur. ms. et 1141, 6 a Beretta. De Rivo n. 12. Grassi Carnia p. 51. Mihi descripserunt Cumano et Luciani.

1 BALBIO Liruti misc.

1848 in Tulmetio oppido Fori Iulii FELIC. 62'. 115', MARC. (Mut. 183) FERR. (Trai. et Reg. 87). In Foro Iolii in Tolmez BEMBUS. In Laviocis VALV., quod non intellego. Ex Iulio Carnico Tulmetii in aedibus Iosephi Gotardis HERM. *In Tolmeggio nel muro della casa di M. Iosefo Gottardi* AMBROS. R. 125 similiterque MANUT. Tolmezzo *casa Gottardi* LIRUTI (apud Mur.). Tolmezzi in aedibus Petri Gismani Iacotti GRASSI. Tolmezzo *nella casa fu Iacotti poi Zinutti nel muro* CUMANO, LUCIANI. — In oppido Frizaco agri Foriiuliensis RED. In provincia Strize ducatus Austriae in Frizao oppido florentissimo FELIC. 115. In Frisingo (Fuzingo AP.) provinciae Stiriae ducatus Austriae IUC. AP. In Fusiaco prope Graecium BOISS. In Fuczel ad Satlam fl., ubi Lazio est Aquaviva XVIII M. P. a Poetovione, LAZ. Fuziaci Stiriae sive Valeriae prope Graecium GRUT. — Tergeste DELLA CROCE ex coniectura.

L · COMINIVS · L · M · L
NATIRA
L · L · L · PHILOSTRATVS
V · F · SIBEI · ET · S V I S
L · L · L · C I L O
L · L · L · RAETVS
L · L · L · PRINCEPS
COMINIA · L · L · VRBANA
L · L · L · GALATA

Ex auctoribus antiquis habent cum vera loci indicatione Felicianus (cod. Marcian. f. 62'. 115', Ver. f. 110); Marcanova (cod. Mut. f. 183); Ferrarinus (Trai. f. 75, Reg. f. 87'); Gammarus f. 108; Manutius cod. Vat. 5237 f. 124 ex sylloge nescio qua vetusta. Contra Frisaci collocant et iidem alibi Felicianus (Marc. f. 115), Marcanova (Bern. n. 442, Mut. f. 204), Ferrarinus (Reg. f. 130) et alii: cod. Angel. f. 31', Redianus f. 131, Iucundus f. 177, Sanutus f. 269, item Apianus p. 386, 1, Boissardus ms. p. 501, 2 pendens ex Apiano edito, Lazius r. r. p. 1173, Grut. 969, 13 ex Apiano et schedis Boissardi. Denuo ex lapide Io. Bembus f. 16. 146 qui descripsit a. 1494; Valvasonius *descr. della Cargna* n. 7; Hermacoras ms. et ed. p. 26 (inde Bertoli p. 443 n. 664, ex hoc Mur. 2087, 10, item della Croce p. 336 ex schedis quas dedit Germanicus dell' Argento, quae fuerunt Hermacorianae, Carli 2, 299 ex della Croce); cod. Ambros. R 125 sup. scr. c. a. 1580 aperte a plebano Tolmezzensi; item cod. Ambr. C. 61 inf. f. 86'. 95' eodemque exemplo Manutius cod. Vat. 5237 f. 139 a R. Cyllenio; Liruti et apud Mur. ms. per Berettam et *misc. di var. oper.* 4 (1741) p. 307; Grassi Carn. p. 57; Asquini ms. apud Pironam; descripserunt Zuccolo, Cumano, Luciani.

Cum optima quaeque exempla Bembi Manutii Lirutii Zuccoli Cumani Lucianii ad litteram consentiant, non opus est reliquorum v. l. afferre.

1849 Cividale in museo.

OS...
ERBONI
IN VEN

Descripsi.

1850 in rudi saxo Iulii Carnici *ritrovato 1747 li 7 Sett. da Giambattista di Oswaldo Pascoli nel suo orto vicino alla casa sua* DE RIVO. Hodie Sandaniele in aedibus Concina LUC.

C · P · OPPONI

De Rivo n. 15; Bertoli ms. n. 925, cui misit idem abbas de Rivo; Cortenovis ms. p. 39; Lucianius descripsit.

Leg. G(aius) P(ublius) Opponi.

1851 in rudi et ingenti saxo rep. a. 1747 una cum n. 1850 DE RIVO. Zuglio in aedibus Pascoli CORT. Rep. 1781 GRASSI errore. Hodie Sandaniele in aedibus Concina LUC.

M · ORBICI
L · M · L · NICETONIS
R · ESQ · P · LICI · COS

De Rivo n. 14 et ab eodem Bertoli ms. n. 838; Grassi Cargna p. 55; Cortenovis ms. p. 39; Lucianius descripsit.

Undique fractam dat Bertoli contra Cortenovium. — 2 NICETONIS Luc., NICETONS reliqui. — 3 TRES pro R·ES Grassi, ESO pro ESQ Luc. — Cogitavi de *tribus Q. P. L.* qui posueriot, item de *lictore consulari*, sed neutra coniectura mihi satis facio. Consulatum nullum hic latere satis constat.

1852 Zulii in pariete domus ad viam.

O ...
... X · PC
SA

Liruti *misc. di var. oper.* 4, 326.

1853 Iulii Carnici rep. a. 1747 cum n. 1850 DE RIVO.

C · PVPI · C · L
GENT

De Rivo n. 14 et ab eodem Bertoli ms. n. 826.

1854 litteris antiquis. Zuglio delata Cividale in museum.

C · TVS · T ·
GAES

Descripsi. Ed. Sianve *sugli ultimi scavi di Zuglio* (Veronae 1812) p. 13.

Id est *C. Tus(idius) T. l. Gaes(atus?).*

1855 in columnae fragmento Zuglii in culina aedium privatarum.

OSSA
.... PLONICAI
Q ..... A · L

Liruti *misc. di var. oper.* 4, 306 et paullo aliter apud Mur. ms. per Berettam et apud Bertolium p. 197 n. 226.

2 M·PLONICAI Bert. Beretta. — 3 O pro Q Bert.

1856 Cividale in museo.

... · M · IN · FR · P · XX · IN · AGR · P · XX ...

Descripsi.

1857 ex Zuglio ut videtur Cividale in museo.

C CASTI
... · TITIVS
... BAEBIV ...

Descripsi.

1858 apud Iulium Carnorum in vertice montis in ecclesia sanctorum Petri et Pauli marmor fractum PARM.

HIC IN PACE Q|*uiescit*
IENVARIVS H|*uius*
SC ECL PRESV|*i qui cum*
REXIT ANN X|
DEPOSIT PRID|
NOBEMBRS CO|*ns fa* p. C. 490
VSTI VC IVNI|*oris*

Parmensis cod. f. 56' (inde Asquini *Forogiulio* p. 25).
1 Q traditur.

1859. 1860. 1861 fragmenta Cividale in museo.

1859
SE · L
/LIA
OI
TIC

1860
VMILI

1861
OL
XXV
AT

Descripsi.

1862 saxo vivo inscripta in monte *della Croce* (*Pleckenalpe*) in latere quod ad Italiam vergit, ad ipsam viam, quae hodie in usu est, in loco qui dicitur *Mercato vecchio*, paulo plus hora dimidia a summo monte itaque inferiore loco quam is est in quo prostant tituli n. 1863. 1864.

MVNIFICENTIA · D D D · AVGG QVE ·
N N N · HOC ITER VBI HOMINES ET ·
ANIMALIA · CVM · PERICVLO ·
COMMEABANT · APERTVM · EST ·
CVRANTE · APINIO PROGRAM
MATIO · CVR · R · P · IVL KAR
sic D · D · D · N N N VALENTINIANO p. C. 373
ET VALENTE · AVGG · IIII · COS

Contuli. Habent Bertoli in antiq. Aquil. ms. n. 709 a parocho de Riva; Grassi in Carnia (1782) p. 12. 123 bis diverse, scilicet altero loco ad Rivae exemplum, altero de visu; Cortenovis ms. p. 52, qui vidit (inde Marini Arv. p. 697); Filiasi *mem. de' Veneti* ed. 1 (1796) 2, 248 = ed. 2 1, 457, cui descripserunt Asquinius et Cortenovius; Asquini *Forogiulio* p. 53 addens vidisse se a. 1782 cum Cortenovio et suum exemplum male editum esse a Filiasio; Siauve *Moniteur* 26 Febr. 1809; Kandler in Istria 1849, 81 ad exemplum negotiantis Rovis, ib. p. 82 ad exemplum Silverii parochi Paluzzae; Iabornegg *Archiv für Kärnten* 1849, 54 et apud Ankershofenum 1, 553 (inde Steiner 4060).

1 D, 2 N primae videntur excisae esse. Priorum errores non adnotavi, nisi quod non omittendum est exemplum Asquinianum interpolatum *sic*: MVNIFICENTIA DD AVGG QVE | INN · IN HOC PERVIO · HOMINES ET | ANIMALIA · CVM · PERICVLO | PERTRANSIBANT (.. TRANSIBANT Cort.) APERTVM · EST | CVRAM · HABENTE · ET · PROCVRANTE (HABENTI .. PROCVRANT Cort.) || M · ATTIO (MATTO Cort.) CVR · R · P · IVL · PAT (RP ... IV .. R .. N .. Cort.) | DD · NN · VALENTINIANO | ET · VALENTE · AVGG · III · COS. Adieci variam lectionem Cortenovii, cuius exemplo et ipsi non ex simplici lectione oriundo, sed derivato ex antiquissimo Rivae pessumdato magis quam emendato, insistens Asquinius sua commentus est, inserens praecipue mentionem Iuliae Paternae.

1863 in monte *della Croce* (*Pleckenalpe*) in latere quod ad Italiam vergit centum fere passibus sub summo monte in rupe, quae eodem circiter spatio distat a via antiqua. Litterae pessimae sunt huius fere formae G L e F.

/ / / M
//////////////// VIIS CETERISQVE DIB/ sic
ARAM C ////// O SOLLEMNE VOTVM D/
HERMIAS · SVCCEPTOR · OPERIS AETERNI/ sic
TITVLVM IMMANEM MONTEM ALPINVM /
INGENTEM LITTERIS INSCRIPSIT QVOT SAEPE
INVIVM COMMIANTIVM PERICLITANT sic
POPVIO AD PONTEM TRANSITVM NON sic
PLACVIT CVRAE ET ATTID BRAETIANO
Q EORVM · VIRO ORNATO · VIAM NOV
DEMONSTRANTE HERMIA MVLTA · NI
MIE FIDES OPERISQVE PARATVS · VNA
NIMES OMNES HANC VIAM EXPLICVIT

Descripsi diligenter scalis admotis. Habent Grassi Carn. (1782) qui vidit; Cortenovis ms. p. 52 qui vidit (ab eo Marini Arv. p. 690); Filiasi *mem. de' Veneti* ed. 1 (1796) 2, 249 = ed. 2 1, 458, cui dederunt Asquini et Cortenovis; Hohenwarth *botan. Reisen* 2 (1812) tab. 2 cf. p. 41, qui vidit a. 1806; Asquini *Forogiul.* (1827) p. 53 qui vidit; Siauve *Moniteur* 26 Febr. 1809; Iabornegg *Archiv für Kärnten* 1849, 52 et apud Ankershofenum 1, 552; Kandler in Istria 1849, 82 ad exemplum Silverii parochi Paluzzani.

[*I(ovi) o(ptimo)*] *m(aximo)* [*triviis quadri*]*viis ceterisque dib(us) aram o*[*b solutum merit*]*o sollemne votum d*[*ed(it)*] *Hermias succeptor operis aeterni; titulum immanem, montem Alpinum ingentem litteris inscripsit, quot saepe invium, comm*[*e*]*antium periclitante popu*[*l*]*o, ad pontem transitum non p*[*raeb*]*uit, cura*[*nte*] *Attio Braetiano q(uaestore) eorum viro ornato, viam nov(am) demonstrante Hermia. Multanimis fides operisque paratus — unanimes omnes — hanc viam explicuit.* Titulum pessumdedit et qui concepit et qui exaravit. V. 10 *eorum* videtur referri ad populum v. 8, ut intellegatur populus rei publicae Iuliae Karnicae. V. 9 pro PLACVIT CVRAE ET omnino incidendum fuit PRAEBVIT CVRANTE fierique potuit ut litteras contignatas NTE male solveret faber per AE ET. Extrema videntur ad versus prope accedere et metri studio ita corrupta esse.

1864 in monte *della Croce (Pleckenalpe)* in latere quod ad Italiam vergit ad viam antiquam (quae fuit ad sinistram venienti ex Italia viae eius quae nunc est) centum fere passibus sub summo monte titulus extat in ipsa rupe incisus, evanidus admodum, ut litterarum vestigia satis explicare non potuerim, licet examinarim diligenter et scalis admotis et clara luce.

RESPECTVS T KAL
I/XR//IOPPVRC:/
GAL:/ILLYR SER · VI
. . . C . . . .
/ER IN . . . .
PER / ON / : . . . . .
PERICLITA / IA . . . .
TAM · T . . . . . .
/ EX TI D . . . . . .

V. 1 T post S certa est; sequens littera videbatur esse X, et H pro ea vix admittenda; denique litterae AL satis certae. — 2 in. I certa est, sequens vero ambigua, utrum X fuerit an E; septima potest fuisse O vel C. — 9 extrema littera fuit aut D aut O.

Respectus T. Kal . . . . . . c(onductoris) p(ortoriorum?) p(ublicorum) vec[ti]gali[s] Illyr(ici) ser(vus) vil(icus) . . . . . .

Contuli. Primos, qui descripsit, parochus est Io. Bapt. Hyacinthus de Riva († 1752), cui acceptam referunt et Bertoli in antiq. Aquil. ms. n. 708 et Grassi in Carnia (1782) p. 11; quamquam utrumque exemplum satis differt. Ex Grassio repetivit Filiasi *mem. de' Veneti* ed. 1 (1796) 2, 246, ed. 2 1, 456, addens Cortenovium et Asquinium tempore impeditos hanc describere non potuisse. Cortenovius tamen in codice suo p. 52. 53 habet duo exempla, quorum alterum Bertolianum est, alterum ex lapide certe emendatum. Habet item Asquinius *Forogiulio* p. 54, testatus se vidisse a. 1782 cum Cortenovio. Descripserunt deinde Siauve, qui item edidit in eph. *Moniteur universel* 26 Febr. 1809 et *sugli ultimi scavi di Zuglio* (Veronae 1812) p. 3; Ankershofen 1 adn. p. 38, qui vidit 30 Aug. 1834; Iabornegg *Archiv für Kärnten* 1849, 53; Cumano a. 1857 qui mihi dedit; Steiner 4061 e prioribus; M . . . . in Carinthia 1858, 67. — Subieci sex potiora exempla cum propter interpolationes, maxime Asquinianas, tum propterea quod Siauvianum (quod lapidem examinanti mihi vellem ad manus fuisset) diligentissime factum eoque tempore, quo scriptura paullo plenior etiamtum erat, certe dignum est quod expendatur. Recentiora autem Ankershofeni Iaborneggi Cumani propriam utilitatem nullam habent itaque ea omisi.

Bertoli:	*Grassi:*	*Cortenovio:*	*Siauve:*	*Asquini:*	*Anon. in Carinth. 1858:*
				. . . .	
CES FECIT . . . L	/ ICES FECIT / / / L / / /	RESPECTV · DIVI	RESPECTVS · T · IVL	RESPECTV *cui* · IVL	RESPECTVSTHS .
III VIROS	/ / / III VIROS	CAESARIS III VIROS	PER / / ICII · P · VECTI	SAR . . . . . VECTI	N · R · ICHNIVECP .
CALEND·R·SEP . . .	GALLI///LIBER SERVI//	GAL C LIB ET SERV	GAL·S·ILLYR·SER·VIL	GAL . . . . . SER·VIL	GALLI · R · SERV .
	/ / / / / / / / / / / / / / / /	/ / / / E / / / / / / / /	STAT · CV / / IEM////	STAT · *r. p.* *inLIENs*	. . . .
SI IN	/ / / REN	/ / / / / PERENNIS	/ / / GRIN / / / / /	. . . . . RIN	. . ALPIN . . . . .
ER MONT	BENEFICEN / / /	/ / ERENN / / /	PER / ONT / / / / /	. . E . . *m*ONT*em alpis*	PER . . . .
PERICLITAN	PERICLITAN / / /	PERICLITANTE / /	RICLITARANT / /	PERICLITAN*te pop*	RICLITA . . . . VN
VIAM SEMP	VIAM STABI / / /	VIAM STABILEM	TAM STABI / / /	VIAM · STABI*lem*	TAM ST . . . . . .
. . . .		/ / / / / / / / / / / / /	EXERCITV · IN / / /	. . . .	SEXTO . . . .

Horum titulorum aliquam notitiam habuerunt iam qui his rebus operam dederunt saeculo XV. Nam Marcus Antonius Coccius Sabellicus in commentario de vetustate Aquileiensis patriae (fol. *A. VII'* cf. *B. VIII'* ed. principis s. l. et a.) scripto c. a. 1482 haec habet: 'In monte Crucis 'praerupta rupes occurrit cum calle angustissimo militari opere munito, 'ut ex vetusto epigrammate praecipiti saxo sculpto, sed magna ex parte 'ob vetustatem abolito datur intelligi. Eius principium eiusmodi est: 'C·IVLIVS·CAESAR; reliqua tum loci asperitate tum vetustate, ut dixi, legi 'nequeunt'. Secutus Io. Candidus (comm. Aquil. 1521 f. 1) 'Montis 'Crucis', inquit, 'a Iulio Caesare accessibilis via facta, idque ex anti'quissimis litteris medio ferme montis ascensu praecipiti saxo excisis 'constat, [item] ex Iulia modo Zulii. Verba sunt: C · IVLIVS · CAES · VIAM. 'INVIAM · SOLERT · S · ET · IMPENDIO · ROTAB · REDD'. Posteriores pendent ex Candido omnes; habent autem inter alios hanc confictam inscriptionem Tacuinus 1525 f. 76 (inde Grut. 149, 1); Lazius r. r. p. 1209 (qui pro ROTAB· dedit NOTAM); Ligorius ms. Taur. 8; Valvasoni *descr. della Cargna* ms. 1565 sic: '*Si vede ancora nel sasso della montagna* [Montis Crucis] '*il seguente epitaffio di lettere sesquipedali:* C · IVL · CAESAR · VIAM · INVIAM· 'ROTABILEM · REDD, *ed alle radici del detto monte ve n' è un altro, e 'l terzo 'nella sommità; li quali per esser guasti dall' antichità non si possono 'leggere altrimenti'*; Pinelli c. a. 1580 cod. Ambros. R 125 sup.; Ermacora in antiquit. Carniae scriptis post a. 1584 p. 25 ed. Ital. (in ms. ego non observavi), ubi sic refertur: IVLIVS · CAESAR HANC · VIAM · INVIAM· ROTABILEM · FECIT, vel, ut ex schedis Ermacorae refert Grassius (Carnia p. 10): C·IVL·CAES·VIAM·HANC·ROT·S; Henr. Palladius de reb. Foroiul. p. 71; Morocuti ms. 1712, qui addit se ipsum vidisse in monte Crucis alterum titulum incipientem a verbo MVNIFICENTIA et tertium evanidam; Muchar Nor. Rom. 1, 250, qui dicit descriptam esse ab episcopo Linzensi Hohenwarth (inde Orelli 583); Kandler in Istria 1849, 81 ex relatione Rovis negotiantis Mautheniensis (inde per Seidlium Henzen in add. ad Orell. l. c.). — Discedit ab his Pigafetta in relatione ms. d. 10 Febr. 1580 (cod. Ambros. R. 125 sup.) f. 6: *A mezo il monte* [*della Croce*] *in salendo su la via alla destra in loco detto il mercato vecchio è un sasso grando, in uno quadro del quale sono intagliate lettere Longobarde che non si possono intendere e cominciano così* MVMERENIRADAVCOVE [id est n. 1862] *et sono molte lettere: alcuni dicono essere in lingua Hunghera . . . Nella sommità di detto monte et in certo sito, ove s'alza un cingio ben grande, sono in lui scolpite fra quattro linee, che formano un piccolo quadrato longo cavato poco adentro in quel sasso, alcune lettere latine . . . dal tempo . . . consumate. Le prime lettere si vegono tanto che si può leggere* PET *e poi di sotto* ROT [n. 1864]. *Questo è quanto ho potuto comprendere . . . Ben afermo non esservi segni di lettere, che esprimono* C · IVLIVS · CAESAR, *si come dicono il Candido di Udine ed altri letterati del Friuli.* — Praeterea Lirutius in schedis ms., quas vidi Utinae apud Pironum, item similiter Eckhelius ms. 8, 15 (ubi praescribitur 'in Pecsen inter Paulnes et Mautern') haec habent, quae ipse Lirutius damnat, data Lirutio a duobus fratribus monasterii servorum S. M. de Lican tamquam descripta a. 1745 (nam Eckhelius auctorem non enuntiat): IVLIVS CESAR ETERNA PIORVM MEMORIA CVM POPVLO ROMANO ET IVNIO BRVTO TRIVMVIRO ROMANO HANC VIAM ANNO CIↃ DEMONSTRAVIT OPERISQVE PARATVS SEMITAM VNANIMES OMNES AVGVSTAM EXPLICVIT, in quibus aegri somniis quaedam apparent desumpta ex n. 1863.

1865 *Comeglians nel canal di Gorto, serve per base esteriore d'un angolo della chiesa di S. Giorgio* BERT. LUC.

femina sedens et stamina ducens

L · VIRTIVR
L · F · ALBINVR
ST · REGIA · L · F
O M M O N T A
VIVI · FECERVNT
SIBI · SVIRQVE
LIB·LIBQ·POSTQ·EOR
H · M · H · N · S

Bertoli ms. n. 736 cui misit Hyacinthus de Riva; item Grassi Carn. p. 149 eodem fere exemplo; melius Cortenovis ms. p. 58, ubi pessimum exemplum amici ipse ex lapide emendavit, et Zuccolo ms. Misit item Lucianius a. 1867 descriptam a sacerdote Iac. Beorchia.

1 L · VIRTIVS Bert. Gr. — 2 LI Bert. Gr. — 3 sic Zucc., STRIGIALI Cort., ITRIG · ALPI Gr., TPIG . . . ALP Bert. — 4 OMMONTA Cort., OMMONT\ Zucc., OMMONTI Gr., OMNO . . . Bert. — 5 VIVI FICERVNT Zucc., VIVI RIOLVNA Cortenovianus amicus, VIVIR · CLAR . . . Gr., VI · VIA . . . CLA Bert. — 6 SIBI SVISCVT Cortenovii amicus, SIMVS . . . Gr., SIMVS Bert. — 7 POSTQ·EOR Cort., POSTQEORI Zucc., EOSTONI Cortenovii amicus, om. Bert. Gr. — Lucianius sic: ⊢VIRPIVS | IF ALBINVS | IFRICIA LR | /OMMONT | VIVIIC//// | SIII SVIS CVI IIPIIBO///// · II M II N //

XX. COL. IVLIA CONCORDIA (*Concordia*). *Tribu Claudia?*

Concordiae inventos titulos tradiderunt auctores multi et varii, de quibus tamen paucis hoc loco defungemur, cum sint fere iidem a quibus habemus titulos Aquileiae Venetiaeque universae. — Saeculo XV unus tantum titulus Concordiensis n. 1894 reperitur in syllogis vulgaribus; sed plures suppeditant codices duo tamquam gemelli REDIANUS et CANONICIANUS a Cortenovio usurpatus. Eadem aetate Caorlenses duo tituli n. 1956. 1958 reperiuntur tam in aliis syllogis quam in Rediana, sed ita in hac, ut non ex illis syllogis repetantur, sed ex lapidibus melius et plenius descriptis. Auctores cum non nominentur, fieri potest, ut quaedam horum veniant a KIRIACO. — Sequuntur deinde saec. XVI Iohannes AEMIUS, BELLONIUS, VALVASONIUS, ANONYMUS a. 1574 (cod. Marc. Lat. XIV, 175) qui quaedam soli servarunt. Etiam PANVINIUS et ex libro cardinalis S. Crucis PIGHIUS et HENRICUS PALLADIUS († 1568) afferunt Concordiensia pauca nec hodie magni momenti. Denique lapides Concordiae a se optime et sollicite descriptos Grutero dedit PUTEANUS. Item in addendis manuscriptis ad Gruterum, quae servat bibliotheca Leidensis, de Concordiensibus titulis quaedam adnotavit PINELLIUS solita sollertia. — Saeculo XVII IOH. FRANC. PALLADIUS patrui laborem et edidit (1659) et continuavit (1660). Praeterea Concordiae fuit OUDIUS ibique titulos diligenter descripsit. Eiusdem aetatis videntur esse collectanea Anonymi servata in CODICE CICOGNAE n. 1025, ubi inter alia epigrammata optime et perite delineata inveniuntur etiam Concordiensia quaedam. Denique tam DONIUS quam BARBERINIANI AUCTORES Concordiensia quaedam nescio unde acceperunt. — Hos excipiunt auctores iidem fere qui in Aquileiensibus elaborarunt, scilicet auctorem laudans passim Henricum Altanum comitem Salvaroli Philippus A TURRE (1700), cuius ex schedis nec tamen ex edito libro videtur pendere in Concordiensibus ut in aliis Foroiuliensis FABRETTIUS (1702), FONTANINI, BERTOLI, POCOCKE, MAFFEIUS. Anno 1787 Maria PELLEGRINI titulos Concordiae descriptos misit Marinio hodie servatos in cod. Vat. 9057. ZUCCOLO ut Aquileiensia ita Concordiensia quoque non multa, sed optime rettulit. Concordienses titulos codicis Cicognae n. 979 examinavi, non citavi; nam vidi omnes eos ipse. Peculiarem de Concordia librum edidit Antonius ZAMBALDI (*monumenti storici di Concordia ed annali di Portogruaro.* San Vito 1840. 8. pp. 383) lapidesque quoque inseruit, sed magna ex parte ex editis neque auctoribus indicatis. Collectanea denique Iacobi PINOSAE quaedam subministrarunt nuperrime reperta, postquam ego Concordiam adii a. 1857 ibique descripsi cum alios titulos tum collectos diligentissima et utilissima cura ab Iohanne MUSCHIETTI Portogruarensi.

Concordiam primi nominant Mela 2, 61 et Strabo 5, 1, 8; Carnorum mediterraneis oppidis adnumerat Ptolemaeus 3, 1, 29. Aetate liberae rei publicae non videtur rem publicam habuisse, sed vici loco fuisse; certe eo ducit eius aetatis titulus n. 1890 quattuor magistros homines ingenuos nominans. Deinde coloniam appellant Plinius 3, 18, 126 et Ptolemaeus l. c. (cf. n. 1903), *Iuliam Concordiam* tituli et infra relati n. 1884. 1901 et urbanus Grut. 549, 7 et Celeianus III, 5238, unde probabiliter existimabitur deducta antequam Caesar Augustus fieret a. u. c. 727. Ex lege coloniae eius plura affert Fronto in epistula (ad amicos 2, 7; cf. ep. 6) ad Arrium Antoninum data de causa Volumnii Sereni scribae et decurionis Concordiensis. Magistratus ei praefuerunt II viri testibus titulis tribus n. 1892. 1895. 1904; quattuorvir n. 1888 quo pertineat, item quinquevir n. 1883, ignoratur. Aedilis item reperitur n. 1895. 1904. Augur invenitur n. 1905. Ad exemplum Aquileiensium etiam Concordiae videntur fuisse et sexviri n. 1884. 1886. 1887. 1889. 1997 et Augustales n. 1894. 1896. 1897 et illi honoratiorem locum obtinuisse, cum in eis inveniantur ingenui duo n. 1889. 1977. Tribum Concordiensium Claudiam fuisse praeter titulos infra relatos confirmant Aquileiensis n. 977 et urbani Grut. 549, 7 et Mur. 803, 4.

Composui hoc capite cum titulis prolatis ex ipsa Concordia et vicino oppido hodie florentiore Portogruaro qui prodierunt in vicis circumiacentibus Summago Nogare Villanova Vado Cordovado Sesto, item in distantioribus paulo S. Stini ad Livenzam et Varmi Latisanaeque trans Tagliamentum. Ad Portogruaro oppidum solent referre Plinii 3, 18, 26 *flumen portumque Reatinum* (nam ita libri meliores, cum *Romatinum* inde faciant deteriores) sine idonea causa; immo portus is Reatinus sive quo alio nomine fuit rectius fortasse componetur cum *Reunia Tiliamenti* Fortunati (vide supra p. 168 et Claverium p. 201).

1866 punctis scripta in coxa sinistra sigilli ahenei Beleni alti 25 cent., rep. a. 1862 in agro Concordiensi, empti ab equite Vincentio Lazari Veneto.

M · PORC · TERTIVS
BEL · AVGVS · CONCORD ·

Th. Gar misit descriptam a Ferdinando de Stefanis.

Num legendum sit *Bel(eno) Augus(talis) Concord(iae)*, non definio.

1867 basis magna. Concordiae COD. REDIANUS. Locum non indicat, sed inter Istriana et Friulana post Cividalensia refert PEUTINGER similiterque TOMIT. Aquileiae FELIC. 'Ex Aquileia aut Altino', inquiens titulum se vidisse Venetiis, RHMAUS. Venetiis in domo de Philotis AUCTARIUM IUCUNDI. Venetiis in domo Marini Silvestrii, in qua olim Franciscus Feletus disertissimus causarum patronus habitabat, penes turrim sacram deiparae in Subanico MANUT. Nunc Patavii in domo Francisci Quirinii ad omnium sanctorum aedes *al Portello* IDEM POSTEA ADSCRIPSIT. Patavii in vico omnium sanctorum olim apud Franciscum Quirinium patricium Venetum Hieronymi filium, nunc divendita domo apud Aloysium Priolum RAMUSIUS ms. (de quo male rettulit Ursatus 1652 p. 257). Patavii in aedibus Contareni PINELLI (Grut.). Ateste in aedibus Contareni DRS. GUD. Deinde in museo Veronensi n. 106 MAFF., EGO.

	FORTVNAE	
pinus aut alia arbor	AVG·SACR	*cornu*
et guber-	C · OPETRIVS	*copiae,*
naculum quod	PHILETVS	*in quo mala*
imponitur	V·S·L·M	*et uvae et*
globo subiecto		*alia*

Contuli. Cod. Redianus f. 133'; Felicianus (in additis cod. Marc. f. 46' et in cod. Ver. f. 112) et Tomitanus ms. f. 20 et Peutinger cod. 526 f. 110', hi tres eodem exemplo; Auctarium Iucundi (cod. Cicognae f. 226 inter Venetas n. 15); Io. Bembus f. 147'; Manutius cod. Vat. 5248 p. 1; Ramusius in add. ms. ad Scardeonium p. 68 et in cod. Marc. n. 30; Pinellius cod. Ambros. C 61 inf. f. 37' et apud Grut. 74, 3; Sirmondus cod. Paris. 1419, 378; Gudius ad Grut. l. c. ed. 2; Orsato mon. Pat. 1652 p. 254 ubi aere expressa est, item 1678 p. 40; Maffei M. V. 85, 3; Furlanetto p. 38 n. 34 ex Orsato et Maffeio.

1 FORTVNATAE Felic. Peut. Tom. — 3 C·PETRIVS Felic. Peut. Tom. — 4 FILETVS Fel. Tom. Peut. — 5 V·P·L·M Fel., H·S·L·M Tom. Peut. Haec apposui, ut constaret de horum exemplorum auctore communi.

1868 arula exigua Portugruari in aed. Muschietti.

IXVS · L·
GENIO DOMINI
V·S·L·M

Descripsi.

1869 Portogruari in aedibus Muschietti.

C·F·
LACO·ISIDI

Contuli. Ed. Zambaldi p. 42.

1870 tabella aerea litteris minutis scripta rep. a. 1863 in pago Villae Novae prope Concordiam, deinde Portogruari apud Matth. Persico.

I O·P·M
DOLICHINO
PRO SALVTE · IMP
COMMODI · AVG
PII · FEL · VAL · MAXI
MVS CENIVRIO LEG *sic*
IIII FLAV ET PRO SVIS
EX VISO FHCID

Pirona et Cicogna viderunt miseruntque.

1 inter I et O spatium vacuum esse trium litterarum capax testatur Pirona; post O interpungitur in exemplo utroque. — 2 DOLICHINO 'sic' Pir., DOLICHENO Cic.

1871 litteris bonis, Concordiae in platea ante lodiam ANON. a. 1574. Nunc in curia.

PROVIDENTIAE
AVGVSTAE

Contuli. Exhibent Anon. a. 1574 (cod. Marc. XIV, 175 f. 27); Ursatus ms. ex schedis Tomasini; Donius cod. Vat. 7113 f. 10; I. F. Palladio Friuli 1, 4; Fontaninius ms bibl. cap. Utin.; Beretta inter schedas Muratorianas; Bertoli apud Mur. 90, 6 et in syll. p. 23 n. 17; Pococke p. 126 n. 2; Zambaldi p. 31.

1872 Portogruari apud Muschiettios.

/IRI AVG
LIB ATTIAE
S·EVHODVS·A\
*in*TVITIONEM H*s* *n. dedit*

Descripsi.

1873 Portogruari apud Muschiettios.

*i*MP · CA*esari*
*d*IVI · TRA*iani*
*p*ARTHI*ci fil*
*di*VI · NER*vae n*
*t*RAIAN*o ha*
driano

Descripsi.

1874 rep. Concordiae a. 1852 a Lud. Iac. Cicogna (cf. Em. Cicogna *atti dell' Ist. Veneto* 1855/6 p. 302) una cum ruderibus muri magnis saxis superpositi. Nunc Portogruari in aedibus Muschietti.

c. ARRIO ... *f*
*q*VIR · ANTO
NINO · PRAE*f*
AER*a*RI SATVRN*i*
IVRID*i*CO PER ITALIAM *re*
GIONIS TRANSPADANAE PR*i*
MO·FRATRI·ARVALI·PRAETORI
CVI · PRIMO IVRISDICTIO PVPILLA
RIS · A SANCTISSIMIS · IMP · MANDATA
EST · AEDIL · CVRVL AB ACTIS SENATVS · SE
VIRO · EQVESTRIVM · TVRMAR · TRIBVNo
LATICLAVIO · LEG · IIII · SCYTHICAE · IIII ·
VIRO · VIARVM CVRANDAR · QVI PRO
VIDENTIA · MAXIMORVM · IMPERAT MIS
SVS · VSGENTIS · ANNONAE · DIFFCVLI *sic*
TATES · IVVIT · ET · COSVLVIT SECVRI *sic*
TATI · FVNDATIS · REIP · OPIBVS ORDO
CONCORDIENSIVM · PATRONO OPT
OB INNOCENTIAM · ET LABORI *sic*

Contuli; ad meum exemplum recognita legitur in opp. Borghesii 5, 422. Ed. Muschietti *sopra antica lapida onoraria Romana-Concordiese inedita.* Portogruaro 1853. 8. pp. 19; item ego *Berichte der sächs. Ges.* 1852 p. 268 ad exemplum a Borghesio missum; Zumpt comm. epigr. vol. 2 p. 3 sq.; Borghesi *annali* 25 (1853) p. 188 = opp. 5, 381 sq. cui miserat Labus, cum emendationibus *Bullett.* 1854 p. XII; Kandler *iscr. dell' Istria* n. 2; Henzen 6485 cum add.; Cantù *ill. del Lombardo-Veneto* 2 (1858) p. 400.

[C.] Arrio . . [f. Q]uir. Antonino prae[f(ecto)] aer[a]ri Saturn[i], iurid[i]co per Italiam [re]gionis Transpadanae pr[i]mo, fratri Arvali, praetori cui primo iurisdictio pupillaris a sanctissimis imp(eratoribus) mandata est, aedil(i) curul(i), ab actis senatus, seviro equestrium turmar(um), tribuno laticlavio leg(ionis) IIII Scythicae, IIIIviro viarum curandar(um), qui providentia maximorum imperat(orum) missus urgentis annonae difficultates iuvit et consuluit securitati fundatis rei p(ublicae) opibus, ordo Concordiensium patrono opt(imo) ob innocentiam et labor[es]. — Praenomen supplevit Henzen ex actis arvalium scriptis Commodo imperante (Henzen 7419 a). Quaestura deest. Videatur quae ad hanc Transpadanae regionis iurisdictionem pertinet de causa Volumnii Sereni scribae Concordiensis epistula Frontonis ad hunc Arrium Antoninum (ad amicos 2, 7).

1875 Concordiae RELIQUI; in aedibus Furlanis BERTOLI. Nunc apud Muschiettium.

*T · DESTICI*O
T · F · CL ·
IVBAE · C · V
PRAETORIO
ORDO
CONCORD
PATRONO

Descripsi. Exhibent a Turre p. 340, cui dedit Henr. Altanus comes Salvaroli; Fabrett. 618, 158 a Turrio; Fontaninius ms. bibl. cap. Utin.; Bertoli p. 295 n. 411 qui vidit; Maffei M. V. 377, 2; citat Liruti Friuli 1, 237; Zambaldi p. 25.

1 integrum habent priores omnes. De Desticio Iuba legato Britanniae sub Valeriano et Gallieno cf. Huebner in mus. Rhen. novo 11, 6. 12, 71.

1876 *in marmo ovato*, Nogharetti III M. P. a Concordia FONT. In agro Concordiensi TURR.

D · M
DEST
PHILENIDI
ANN · XXX
· LIB ·
T · DES · TI · CI
IVBAE · C · V ·
POTENTINVS
SER · FEC

Fabrett. 618, 159 a Turrio; a Turre p. 343 (inde Bertoli p. 137 n. 132, Zambaldi p. 40); Fontaninius in epistula a. 1722.

In vv. div. sequor Fabr. Font.

1877 Portogruari apud Muschiettios.

SEST *iot*
CLA · SEV
EG · X · GE
pra EF · VI *pil*
PROV

Descripsi

1878 basis magna. Concordiae in platea ante lodiam ANON. a. 1574. Hodie in curia. — Romae DON.

T · TREBELLENO · L · F
CLA · RVFO
Q · TR · PL · LEGATO
CAESARIS · AVGVSTI
PLEBS

Contuli. Cod. Vat. 5250 f. 59; Anon. a. 1574 (cod. Marc. Lat. XIV, 175 f. 27); Ursatus ms. ex schedis Tomasini; Donius cod. Vat. 7113 f. 10, ed. 5, 30, ubi errore dicitur vidisse; cod. Barb. 29, 148 manu Aleandri iunioris; Gudius ms. 474, 1 qui vidit; I. F. Palladio *Friuli* 1, 4; Fabretti 652, 447; a Turre p. 340, cui dedit Henr. Altanus ex comitibus Salvaroli (inde Mur. 750, 10; Bertoli p. 297 n. 413); Pococke p. 126; Zambaldi p. 26.

Cf. Tacitus ann. 2, 67 ad a. p. Chr. 19: *Thracia in Rhoemetalcen filium . . . inque liberos Cotyis dividitur iisque nondum adultis Trebellenus Rufus praetura functus datur, qui regnum interim tractaret.* Cf. 3, 38. 6, 39. Primo loco codex *Trebellenus*, reliquis duobus, si fides silentio collatorum, *Trebellienus;* illud verum esse titulus ostendit iam a mendis descriptorum purgatus. Videndus item Borghesius opp. 3, 272.

1879 Portogruari in aed. Muschietti.

F
in AE
CRO
VFO
TILIO
AVIO
aviro ad DIC

Descripsi.

In fine non deest versus totus scriptus.

1880 ex ruderibus Concordiae MDXXI BELL.

FL · VICTORI · DVCENARIO · PRINCEPS · STABVLI
DOMINICI · QVI · VIXIT · AN · LXII · ET · MILI
TAVIT · SVE · AVGVSTO · ANNIS · XIII · AVR
MAVRA · VXOR · CONIVGI · CARISS · QVOD
DEBVERAT · VIRGINIVS · VIRGINIAe
SVS · FECISSe · MODO · VIRGINIA · FECIT · CVM
QVO · VIXIT · BENE · AN · XXXV · FECIT · ET · SIBI
SI · QVIS · VOLVERIT · POST · OBITVM · NOSTRVM
IN · SO · LOCO · PONI · DABIT · IN · RE · PVBLICA · DE
NARIORVM · FOLEX · SEXCENTOS

Servavit Bellonus n. 99 (inde Bertoli p. 171 n. 179; Mur. 815, 1 a Bertolio; Zambaldi p. 31).

1 S in PRINCEPS expunxit et superscripsit I Bell. — 2 LXII Bell., LXXII Bert. male. — MILITI Bell. — SVE · AVGVSTO suspectum et fortasse delendum, v. ad v. 5. — 5 VIRGINIAE · FILIAS Bell. ex interpolatione. — FECISSET Bell.

Cf. n. 374 et Not. Dign. Or. c. 13: *sub dispositione comitis rerum privatarum . . . . praepositi gregum et stabulorum.*

1883 Portogruari in platea ante fontem AUCT. a. 1574. Nunc Concordiae in curia. — Male Rhegii PIGH., ubi vera loci indicatio CONCORDIAE ipsi inscriptioni adhaesit.

C · AQVILLIVS
C · F · CLA · MELA
EX · DSCVRIA
ARMAMENTARIA
QVINQVE · VIR · BIS
FIERI · IVSSIT

Descripsi. Pighius cod. Luzac. p. CV et cod. mus. f. XXXI et apud Smetium 31, 5 (inde Grut. 100, 7), teste Smetio ex libro card. S. Crucis; cod. Vat. 5250 f. 59; Sanatus f. 99; Anon. qui vidit a. 1574 (cod. Marcian. XIV, 175 f. 26'); cod. Barb. 29, 148 manu Aleandri iunioris; emendarunt Pignorius in corr. ms. ad Grut. et Fabrett. em. ad Grut. p. 2; I. F. Palladio Friuli 1, 3; cod. Halensis orphanotrophei a. 33 'dedit Ap. Zenus 1699'; a Turre p. 340 (inde Mur. 783, 3), cui dedit Henricus Altanus comes Salvaroli; Bertoli p. 167 n. 171; Zambaldi p. 27; Cantù *ill. del Lombardo-Veneto* 2, 403.

Priores videntur vidisse integram. — Vide quae observavi de obscuris scribis armamentariis in novo museo Rhen. 6, 41. Redeunt in titulis duobus aliis Orellii et Henzeni 3489. 6796.

1884 Concordiae PRIORES. Nunc deposita Portogruari apud Muschiettios.

M · ARMONIO ·
M · L · ASTVRAE
PATRONO · SEX · VIR · FORo
CORNELI · ET · SEX · VIR · IVLIA ·
CONCORDIA ·
M · ARMONIO · M · L · AVCTO
OPPONIAI · C · L · TERTIAI ·
M · ARMONIVS · M · L · SALVIVS ·
SEX · VIR · IVLIA · CONCORDIa
TESTAMENTO · FIERI · IVSSIT ·

Contuli. Grut. 365, 1 a Puteano; Gud. ms. 473, 1; I. F. Palladio Friuli 1, 4; Fabretti 606, 55; a Turre p. 344 (inde Bertoli p. 123 n. 113); Zambaldi p. 28; Cantù *ill. del Lombardo-Veneto* 2 (1858), 399.

1885 Porti RED.

M · ARRIVS · C · F
D E C V R I O

Redianus f. 137' n. 3 (inde Gud. 315, 8; Orell. 3753) et cod. Canonici n. 9.

1881 Portogruari apud Ludovicum Cicognam.

D M
M · AVREL · VALERIVS · Q
SIG · LEG · V · MACED
VIXIT · ANN · LX

Ex schedis Muschietti.

2 Q delendum.

1882 Porti in moenibus.

C · BAEBIVS · P · F · CLA	PEDANIA · L · F	BAEBIVS · P · F
P · BAEBIVS · P · F · CLA	SECVNDA	PATER · HONORIB
P · BAEBIVS · P · F · CLA	MATER	VSSVS · IR · MIL
LEG · XIII · GEMINAI · EQVES		
ARMILL *is*		

Redianus f. 137' n. 4 (inde Gud. 155, 3) et 5 (inde Gud. 180, 2) et cod. Canonici n. 10. 11.

Titulum alterum tertiumque libri sic proponunt: PEDANIA · L · F · BAEBIVS · P · F | SECVNDA · PATER · HONORIB · MATER | VSSVS · IR · MIL (MILL Canon.). Versuum divisio et hiatus indicatio meae sunt.

1886 lapis utrimque scriptus rep. Concordiae a. 1858 m. Febr., dum sternitur via nova; extat in curia.

A · SRV T TIVS · A · L
SS CVN DVS
IIIIII · V IR
PRAEF · ARC HIT
CREPIDINES · IN TER
M VRVM · ET · PON TEM
PRO PARTE · DIMIDIA · ET
TE RTIA
DEDIT

Pirona dedit.

Quae inter duas lineas media sunt, supersunt in exemplo utroque; contra alterum exemplum primas, alterum postremas cuiusque versus litteras servavit solum.

Praefectus (intellege operi faciendo ei, ad quod crepidines eae pertinebant) *architectus* mihi novus accidit; de praefecto architectis ne cogita.

1887 Concordiae in fundo Mariae Benedicti Carnier nuper rep. ZAMB. Nunc in seminario.

Á · RRVTTIVS · A · L
TARTO
IIIIII · VIR
e REPÍDINES · INTER
DVOS·PONTES

Contuli. Ed. Zambaldi p. 44.

1888 Concordiae apud Muschiettios.

IIII·VIR·PRAEF·FABR
Q · DECIVS · Q · F
CALVÎNVS
d OROBIS · FILIO
s · P · I

Contuli. Ed. male Zambaldi p. 32.

1889 Porti RED. In portu Romatino ad S. Mariae Annuntiatae A TURRE. Portogruari in aedibus privatis PELL.

// ENNIVS · L · F
RVNCHO
IIIIII · VIR · D

Redianus f. 137' n. 2 (inde male Gud. 122, 7) et cod. Canonici n. 8; a Turre p. 343 (inde Bertoli p. 122 n. 110; Zambaldi p. 30); Pellegrini misit Marinio a. 1787 (cod. Vat. 9057).

1 //ENNIVS Red. Can., ENNIVS aut ANNIVS Pell., //NNIVS Turr. — L·I Pell. — 3 IIII VIR Pell.

. . *Ennius L. f. Runcho IIIIII vir d(at).*

1890 in Portu Romatino (= Portogruari) A TURRE. — Fori Iuli apud Iulium Severum FABRETT., in oppidi nomine errans.

C · FVLVIVS · S · F
M · MVTTENVS · A · F
L · IVVLIVS · C · F
L · TROSIVS · M · F
MAGISTREI

Fabretti 242, 664 et a Turre p. 400 (inde Mur. 954, 11; Bertoli p. 242 n. 319; Zambaldi p. 39), eodem exemplo opinor. Inde dedi vol. I n. 1455.

2 MVTIENVS Fabr.

Aetatis est liberae rei publicae.

1891 Portogruari apud Muschiettios.

L·LANCIDIVS · Q · F · D
VIR·D·D·S·CRYPTAA

Pirona descripsit.

1892 Portogruari apud Muschiettios.

P · MINNIVS · P · F
CLA·SALVIVS
PRÎMIP · DECVR · GRAT
ORNAM · II VIRALIBVS ·
VIAS · CIRCA · AEDEM
MINERVAE
LAPIDE · TVRBINATO
TESTAMENTO · STERNÎ
IVSSIT

Contuli. Orti *Bullett.* 1839 p. 135 (inde Henzen 6616); Zambaldi p. 44.

Lapidis turbinati item mentio fit in titulo Parmensi Mur. 475, 2. Cf. Cavedoni *Bullett.* 1846 p. 23 de via antiquae Mutinae: *Il selciato consiste di macigni di varie forme e grandezze, ma tutte di forma piramidale o turbinata nella parte inferiore, che posava sopra uno strato di ghiaja. Questa particolarità parmi ne dia la vera interpretazione della frase:* viam lapide turbinato sternere, *poichè i macigni del nostro selciato vanno a finire in punta come di diamante e Plinio* (37, 4, 56) *dice del diamante naturale:* laterum sexangulo levore turbinatus in mucronem. — Ornamenta autem duoviralia cum non soleant concedi vivo nisi ei, qui per legem duovir fieri non possit, crediderim et hic et in aliis similibus (ut Henzen 7172), ubi ingenuis ea tribuuntur, significari ornamenta post mortem decreta sepulturae causa.

1893 basis quadrata cava, cui impositum est operculum rotundum serpente circumdatum addito utrimque leone. Nuper rep. Concordiae, extat in curia.

L · NVMISIO · C · F
AEDILI · FOBO · CORN
GRACCONIA · C · F

Descripsi.

1894 apud Concordiam antiquam Italiae civitatem ANTIQUI PLERIQUE. — Aquileiae IUC. cum suis.

A · RITIVS · A · L · TERTIVS · AVGVSTALIS
TESTAMENTO · VIAM · STERNI · IVSSIT
IN · QVOD · OPVS · EROGATA · SVNT · HS · XXX

Cyriacus videtur descripsisse; certe quae extant exempla, ab eodem antiquissimo auctore proficiscuntur omnia. Habent cod. Tragurini f. 159'; Vat. 6875 f. 91; Redianus f. 133'; Lilius f. 58'; Marcanova Bern. n. 338; Ferrarinus (Par. f. 164, Reg. f. 129); Marulus n. 82; Gammarus f. 96; Iucundus Ver. f. 189 (inde Apianus 351, 3; Grut. 152, 3 ex Apiano et Lazio; Manutius cod. Vat. 5253 p. 411); Bembus f. 108; Sanutus f. 99 eodemque exemplo Valvasoni f. 7'; Ligorius ms. Taur. 6; Fabretti 672, 10. 708, 293 ex schedis Vaticanis (inde a Turre p. 365, ex Turrio Zambaldi p. 29); Don. 5, 230 ex ms. antiquo; Mur. 483, 2 a schedis Iucundi et Farnesiis Donioque; Bertoli p. 125 n. 115 a prioribus.

Vv. divisio incerta; secutus sum Lilium. Varia lectio fere nulla est. — Initio P·F adhaesit apud San. et Valv. — 1 ARICIVS Marcanova, ARATIVS Valv., ARIVS Apian. Manut. — TERCIVS Marcan. — 2 VIAM om. Iuc. quique ab eo pendent. — 3 ROGATA San. Valv. — HS om. Lil.

1895 Concordiae in platea ante lodiam ANON. a. 1574. Hodie in curia.

MEMOR · P · TERENTÎ
L · F · CLA · AED · II VIRÎ
T · VETTIVS · GNESIVS
IN OPVS ORNAMENT
HS CCCC DED XX P R D *sic*

Descripsi. Anon. a. 1574 (cod. Marc. XIV, 175 f. 27); Grut. 473, 7 a Puteano; cod. Barb. 29, 148 manu Aleandri iunioris; I. F. Palladio Friuli I, 4; Fontanini ms. (bibl. cap. Utin.); cod. Halensis orphanotrophei n. 33: 'dedit Ap. Zenus Venetiis 1699'; Fabrett. 243, 667; a Turre p. 340 cui dedit Henr. Altanus comes Salvaroli; Bertoli p. 305 n. 428; Zambaldi p. 26, denuo pessime p. 33.

Memor(iae) P. Terenti L. f. Cla(udia) aed(ilis) II viri. T. Vettius Gnesius in opus ornament(a sestertium) CCCC (milia), ded(ucta vigesima) p(opuli) R(omani), d(edit). Cf. vol. III n. 2922.

1896 Concordiae VALV. In platea ante lodiam ANON. a. 1574.

un huomo con un spada da ansa in mano de rilievo

L · VARIVS · L · L
MYRO
A V G V S T A L I S
SIBI · ET
ACILIAE · PRIMIGENIAE
MATRI
L · VARIO · EPHEBO
LIB · LIBQ
V · F
H · M · H · N · S

un porco cingiale

un' huomo con un porco

Valvasoni ms. (inde Mur. 754, 3. 2025, 7; Bertoli p. 429 n. 634; Zambaldi p. 30); Anonymus qui vidit a. 1574 (cod. Marc. XIV, 175 f. 26').

Anaglypha descripsit Anon. — 5 PRIMIGENAE Valv. — 8 LIB · LIBE Anon. — 10 om. Valv.

1897. 1898 Portogruari in aed. Muschietti.

1897 *ab una parte:*

TIO · I
A V G V
ENTO
LVDOS ·
NEPVLV
C · ITE
ANNO
ABI IV
VANT
REDIT
OPER
NPENI

1898 *ab altera parte:*

AC
LIB

Descripsi.

1899. 1900 basis fracta. Concordiae in aedibus Muschietti.

1899 *in antica:*		1900 *in postica:*	
N	AL		D
A	ST	I	O
HE	OL		
C	IN	HI	N
C	N	C	ET
		IN	VM
IN	AE	F	
H	IT	IN	AE
PR	M	H	IT
I	TE	PR	C
		TO	VIt

Descripsi.

1901 epistylii pars litteris olim plumbeis. Portogruari apud Muschiettios.

*iuli*AE · CO*n*COR*diae*

Descripsi.

1902 Concordiae in muro hortorum Nicolai Trevisan.

CONC
FIERI · IVSSI

Descripsi.

1903 Concordiae in curia.

NIVS · M · F · C
COLO

Descripsi.

1904 Concordiae rep. a. 1858.

VS · AED · IIVIR

Pirona dedit.

1905 Portogruari in aedibus privatis PELL. In aedibus Bonaventurae Segatti ZAMB. EGO.

AVGVR · D ·
TI · ET · PVBLI
C · OPVS III

Contuli. Pellegrini misit a. 1787 Marinio (cod. Vat. 9057); Zambaldi p. 35.

1906 in abbatia Sumagae.

ATTIA · M · L · CORINTHIS
ANCONITANA

Redianus f. 137' n. 6 (inde Gud. 315, 21) et cod. Canonici n. 12.
1 COINTHIS traditur.

1907 in quodam antiquo marmore ex Concordia Cordevatum advecta in Foro Iulio.

ITALIA · METTIA
SIBI · ET · LASCIVO
DOCTOR · MVRMIS
V · F

Bellonus in suppl. f. 82 (inde male Bertoli apud Mur. 1407, 13 et in syll. p. 247 n. 329, ex Bertolio Zambaldi p. 41).
1 malim METTI vel METTIAE. — 3 DOCTO ET MVRMI traditur.

1908 apud Cordabatum castellum in ecclesia. — Intellege Cordovato vicum quinto lapide a Portogruaro septentrionem versus.

L · MANLIO
MANLIANI · F
T V T O R I
N O R I C O
TITENSIAN

Redianus f. 137' n. 7 (inde Gud. 325, 10) et cod. Canonici n. 13.

1909 Portogruari erat in aedibus Antonii Trevisan, at ego ibi non vidi.

protome
D · SEMPRONIO · HILARO
PATRONO · MEDICO

Zuccolo ms.; Zambaldi p. 34.

1910 Concordiae in foro BERT. Nunc in curia.

protome viri *protome mulieris*
D · SEMPRONIVS
IVCVNDVS
MEDICVS
ARIMINIENSIS *sic*

Contuli. Gruterus 635, 2 a Puteano; Donius cod. Vat. 7113 f. 10; I. F. Palladio Friuli 1, 3; Mur. ms. a Beretta et 2046, 3 ab Iohanne Blanco medico; Bertoli p. 298 n. 416 qui vidit; Pellegrini misit Marinio 1787 (cod. Vat. 9057); Zambaldi p. 32.

1911 Portogruari apud Muschiettios.

ANTHVSA
TROILO
CONTVB*er*
NA*li*

Contuli. A Turre p. 400 (inde Mur 1434, 9; Bertoli p. 260 n. 368; Zambaldi p. 39).

1912 Portogruari.

M · ANTISTIVS · M · L
STATIVS

Gud. (ms. 474, 2, ed. 314, 7) qui vidit; cod. Cicognae 1025 exhibet delineatam.
1 M · F Cic.

1913 Portogruari in aedibus Segatti.

protomae vestigia
ATTICVs
TRIM
OBIT

Contuli. Ed. a Turre p. 399 (inde Mur. 1639, 15; Bertoli p. 216 n. 260) et Zambaldi p. 35.

1914 Portogruari apud Muschiettios.

M · AVILLIVS
M · L
HEROPHILVS
FAVSTA · L
POS

Contuli. Zambaldi p. 34.

1915 Portogruaro in aed. Muschietti.

AVTRO*niae*
T · F · MAXV*mae*
M · AVRVNCI*nius*
ALEXANDER
V · F

Descripsi.

1916 Concordiae VALV. ANON. — Male Aquileiae in S. Stephani MUR.

L · BARBIVS
ABASCANTVS
SIBI · ET · BARBIAE
ZOE · LIB · VXORIQ
OPTIMAE
L · BARBIO · ZOILO
BARBIAE · SEVERILLAE
FILIS · LIB · LIBERTQ
POSTQ · EOR · V · F

Valvasoni ms. (inde Mur. 1313, 11); Anonymus a. 1574 (cod. Marc. Lat. XIV, 175 f. 26').
2 ABASCANVS Anon. — 4 LOELIE VXORI (om. Q) Anon. — 7 SEVERILL Anon. — FILIIS Anon.

1917 Porti in campanili ecclesiae.

L · CAESI · CC

Redianus cod. f. 137' n. 1; cod. Canonici n. 7.

1918 Concordiae *nel muro laterale della scala dove arrivano le barche nel molo* BERT. Ad oram fluvii SCHEDA BINIANA, ubi oppidum non enuntiatur. Nunc in curia.

caput mulieris *caput viri* *caput mulieris*

F · CERVONIVS · P · F · MARINVS
TESTAMENTO · FIERI · IVSSIT·
SIBI · ET · CINCIAI · SEX · F · SECVNDAI
VXORI · CILAI · CONCVBINAI·

Contuli. Scheda antiqua servata in vol. I collectaneorum Binianorum in bibl. capit. Utinensi; Panvinius cod. Vat. 6036 f. 31; Anonymus a. 1574 (cod. Marc. Lat. XIV, 175 f. 27); Donius (cod. Vat. 7113 f. 10 et cod. Barb. 34, 73 f. 118) ex schedis ut ait Manutianis, intellegens Panvinianas; Ursatus ms. ex schedis Tomasini; Gudius ms. 473, 2 qui vidit (inde Reines. 14, 183); I. F. Palladio Friuli 1, 4; Mur. ms. et 1322, 5 a Beretta; Bertoli p. 220 n. 268 qui aere expressit; Zambaldi p. 33.

1. 3 extremae litterae hodie desunt.

1919 in Portu Romatino vico S. Christophori TURR. nunc apud Muschiettios.

fuit primum: *postea emendatum:*

protome mulieris *protome viri*

L · CERVONIVS
XOSIMVS · ET — ZOSIMVS SIB ET
CASSIA PYRRHA — CASSIA PYRRIAE *sic*
VXOR SIBI ET SVIS — VXORI ET SVIS
V F
IN FR · P XII X · P XXVII

Contuli. Habent Ursatus ms. ex schedis Tomasini; Gudius ms. 475, 1, ed. 268, 9 qui vidit; a Turre p. 399 (inde Mur. 1322, 6; Bertoli p. 221 n. 269); Pellegrini qui misit Marinio a. 1787 (cod. Vat. 9057); Zambaldi p. 36.

1920 Vado *nella chiesa curaziale.*

C · CLAVENIVS
C · F · CLA · FAVSTVS
SIBI · ET · SVIS

Zambaldi Concordia p. 368.

1921 Nogaretti prope Concordiam MAFF. Nunc Portogruari apud Muschiettios.

Q · DECIO
Q · FIL · CL
POTHVM
NO · ANN · V
MENS · VI · DIE
RVM · XX
FILIO
DVLCISSIMO
DECII · HELIVS
ET · CHRESTE
PARENTES

Contuli. Ed. Maffei M. V. 377, 3 male.

1922 basis quadrata, Portogruari in aedibus doctoris Antonii Trevisan.

C · DEIPIVS · P · F
PHILOTIMVS

Contuli. Ed. Zambaldi p. 35.

1923 Portogruari apud Muschiettios.

I O · C · L · EROTI
IA · M · F · SECVNDA
A · ELVIO · M · F · MACELO FRATRI *sic*
DOMITAE · L · F · TERTAE MATRI *sic*

Descripsi.

1924 Portogruari apud Muschiettios.

C · ENNIVS · C · F
CLA · ENNO
INF · P · RX · X · P · XX

Descripsi.

1925 Portogruari in aed. Muschiettiorum.

L S
C · ENNI · C · L
THESMI · ET
TREBIAE · F · L
LEPIDAE
INFR · P · XXX
RETR · P · XXV

Descripsi.

1926 Concordiae.

Q · FABIO · CAEMIANO · ADVLESC ·
PROBO · QVI VIXIT · ANN · XVII · M VI ·
D · XXII · TVRRANIA · SESTIA · FIL · DVLCISS ·

Grut. 682, 2 a Puteano; Pignorius in addendis ms. ad Grut.; I. F. Palladio Friuli 1, 4; cod. Cicognae n. 1025, ubi datur optime delineata; a Turre p. 400 (inde Bertoli p. 243 n. 321; Zambaldi p. 37).

Vv. div. neglexit Turr. — 1 ADVLES Turr. — 2 PROB Turr.

1927 Portogruari in aedibus Bonav. Segatti.

GAVIA · F · L ·
AVGE

Descripsi.

1928 arca Portogruari in aedibus Antonii Trevisan.

IVLIA · NIGELLA ·
THALLVSAE · DELIC
ATAE SVAE AN XIR

Contuli. Zuccolo ms.; Zambaldi p. 34.

1929 Nogaretti III M. P. a Concordia FONT. Concordiae A TURRE. Nunc Portogruari apud Muschiettios.

D M
C · LAECINIACVS
MAXIMVS SIBI
sic ET · VEDIAE XESTV
TAE · VXORI
LIBERT · LIBERT
V · F

Descripsi. Exhibent a Turre p. 399 (inde Mur. 1364, 8; Bertoli p. 143 n. 142); Fontaninius in epistula a. 1722; Zambaldi p. 37.

1930 rep. a. 1815 in villa S. Stini ad Livenzam in praediis Nanianis, deinde apud Nanios.

LAMIRVS · SEXTI
FILIO · SVO · FECIT

Driuzzo p. 19.

1931 Concordiae e regione curiae. — Venetiis in museo Grimanio MUR. male.

…AVSIO
LANCIDENAE · XVTILAE · L
NIGELLAE
V · F

Descripsi. Cod. Cicognae 1025; Mur. 1698, 12 a Beretta.

1932 *di fuori Porto Gruaro.*

L S
M · LVRI
IANVAXI
INFR · P · XVI
RET · P · XXX

Cod. Cicognae 1025.

1933 Concordiae e regione curiae.

MAMMIVS
C · F · SABINVS
V…………NAI
VXORI
C · MAMMIO · C · F · SILON
…AE

Contuli partem. Valvasoni ms. (inde Mur. 1371, 13); Ursatus ms. ex schedis Tomasini; cod. Cicognae 1025.

1. 2 habet solus Valv. — 3 VLIV . . . . AAI Cic., versum punctis explent Valv. Urs. — 5 SILON Cic., SILONI Urs., SILON Valv., *silon* ego. — 6 habet solus Cic.

1934 Sesti in pavimento monasterii antiqui *in scalino del granajo.*

M
NETEIN
ma RIMAS
in R · P · XIX
i N · AG · P · L

Cortenovis ms. p. 102, item in ed. comm. postumo de Sesto p. 14.

D · M | . . . . . . | IN · P · P · XIX | IN · A · P · L editio, ut vix agnoscas.

1935 in Portu Gruario Foro Iulii BEMB. et RELIQUI. In aedibus paternis PELL. Nunc apud Muschiettios.

SEX · NVMISIVS ·
SEX · L · HILARVS ·
CINCIA · M · F ·
SECVNDA · VXOR ·
NVMISIA · SEX · F ·
PRIMA ·
SEX · NVMISIVS ·
SEX · F · NIGER ·

Contuli. Exhibent Io. Bembus f. 106; Ursatus ms. ex schedis Tomasini; Anonymus q. v. n. 1574 (cod. Marcian. XIV, 175 f. 26'); Gud. qui vidit ms. 473, 3 (inde Reines. 16, 61); Henr. Palladius 1659 p. 53; Bertoli p. 263 n. 374 ex Rein. et Palladio; Zambaldi p. 38.

1936 Concordiae.

AVE
OCTAVI ALE
XANDER QVI
VIXISTI AN
NOS XXVII

A Turre p. 400 (inde Mur. 1719, 5 Bertoli p. 242 n. 320; Zambaldi p. 38); Fabretti 719, 413.
1 om. Turr. — 2. 3 ALEX | ANDER Turr.

1937 Porti RED. In Porto Gruari RSMB. In aedibus olim Ioh. Bapt. Bevilacquae, nunc marchionis Alexandri Fabris.



leones (potius quam canes) duo sibi oppositi

Contuli. Redianus f. 137' n. 8 et cod. Canonici n. 14; Io. Bembus f. 109; Zambaldi p. 42.

1938 Concordiae *sopra un coperchio di sepoltura trovata a S. Jacobo di palude* SELL.

C · PLOTIO · PRIMO · PATRI
PLOTIAS · MATRI
PLOTIO · FILIO
PLOTIAE · FECVNDAE · FILIAE

Bellonus in suppl. f. 82 (inde Bertoli apud Mur. 1272, 2 et in syll. p. 265 n. 381, ex Bert. Zambaldi p. 42).
4 FOECVNDAE codex; malim SECVNDAE.

1939 in Latisana *posta sopra la riva del fiume Tagliamento* SECUNDUS. In monasterio Mosaccensi *(Moggio di sopra)* VALV. Contra Meldulae in Flaminia in castro SMETIUS. Alterum utrum exemplum recens incisum crediderim, nisi alius generis error subest.

auctores nostri:

D · M
PRIMITIVA · AVE
ET · TV · QVISQVIS · ES
VALE · NON · FVERAM
NON · SVM · NESCIO · NON
AD · ME · PERTINET
ALEXANDER
ACTOR
CONIVGI · CARISS
S · M

Smetius:

D · M
PRIMITIVA · HA
VE · ET · TV · QVIS
QVIS · ES · VALE · NON
FVERAM · NON · SVM
NESCIO · NON · AD · ME
PERTIN · ALEXAND
ACTOR · CONIVGI · KAR

Secundus (v p. 79) apud Rambertum n. 87, Capod. 2, Bellon. 89, Vat. 5250 n. 2, Sanutum n. 94 (inde Bertoli p. 139 n. 136 ex Ramberto et Bellono); Valvasoni ms. Diverse Smetius 138, 6 qui vidit (inde Ligorius ms. Neap. 39; Grut. 819, 4).
1 om. Valv. — 2 AV Vat. — 3 QVIS pro QVISQVIS Valv. — 8 AVCTOR Cap.

1940 Concordiae.

. . . . . . O
RVFO · PR —

Pococke p. 126 n. 1.

1941 in Portu Gruario

// C · SEPPIVS · C · F
/ / / / / / / / / /
/ / / / / / / / / /
/ / / / / / / / / /
/ / / / / / / / / /
// TIBVRTIA NICE

Io. Bembus f. 106.

1942 Portogruari apud Muschiettios.

FIL · DVLCISSIMO
QVI VIXIT ANN · XII
M · VI · L · STATIVS
VICTORINVS · PA
TER · E · SIBI · CVM · IV
LIA · SELENA · PAREN
TES · INFELICISSIMI ·
ascia

Descripsi.

1943 Portogruari apud Muschiettios.

D M
SVAVI
AVXILIAR
IS · VICA

Descripsi.

1944 arca, *presso Portogruaro nella possessione di Russolo dello Zambaldi.*

C · TITIVS · TERENTI
ANVS · VIV · POS
SIBI

Zambaldi p. 43.

1945 Concordiae, rep. ad viam Villastortensem, deinde in aedibus de Fabris Isnardis; iam desideratur.

SEX · TITINIVS
SEX · I · NESTOR
IN · FR · P · XX
INTR · P · XX

Zambaldi p. 353.
2 SEX · I traditur. — 4 est *introrsum.*

1946 Concordiae recens inventa ZENO TURR. In aedibus Furlanis BERT. Nunc apud Muschiettios.

delphinus rota delphinus
TRVTTIDIA · SEX · L
PRIMA
SIBI · ET · LIB · LIBQ
SVIS · T · F · IVSSIT

Contuli. Zeno (*lettere* 1, 6) a. 1697 a quodam Marcello accepit et misit Fontaninio; Fontaninius ms. (bibl. cap. Utin.); a Turre p. 400 (inde Mur. 1756, 2); Bertoli p. 220 n. 267; Zambaldi p. 34.

1947 in vico Varmi in eccl. S. Laurentii. — Aquileiae MUR.

L · S
Q · VALERI
ANTHI · ET
SEPPIAE
THISBES
SEPPIAE
CHRYSASPIDI
IN · FR · P · XV
IN · AGR · P · XXX

Bellonus n. 94; Sanutus f. 46 n. 111; Vat. 5250 f. 52 n. 81; Rambertus n. 85; Capodaglio II (in altero exemplo deest). Bertoli apud Mur. 1760, 12 et in syll. p. 195 n. 221 ex Ramb.
In vv. div. a reliquis discedit Bell. — 4 SAPPIAE Cap., SEPIAE Vat. — THISPES Vat. — 7 CHRISASPIDI Ramb. Vat., CRISASPIDI Cap.

1948 Portogruari in aed. Maschiettiorum.

D M VIR
VAL
FIRMINI
AN XVIIII

Descripsi.

VIR optime scriptum est a prima manu; quo non deleto secunda manus litteris pessimis et exilibus titulum sepulcralem exaravit.

1949 Portogruari apud Maschiettios.

L · S · M
INFR · P · XX
RETR · P · XXR
L · VILONI · M · F
LVCVLLI

Descripsi.

1950 Portogruari apud Maschiettios.

RETIVS
A · F · CLA
SIBI · ET · SVEIS

Descripsi.

1951 Portogruari apud Maschiettios.

ICASTIA
ALE · SIBI · ET
HOENO

Descripsi.

1952 litteris palmaribus. Portogruari apud Maschiettios.

S O

Descripsi.

1953 locus non indicatur, sed refertur inter Concordienses.

D · M
C · VC
F M S
T P

Donius cod. Vat. 7113 f. 10.

1954 Sesti in maceria hortorum.

RETIC
ADITIR

Cortenovis ms. p. 19, item in comm. ed. de Sesto p. 14.

1955 Portogruari in aedibus Bertolinis nuper rep.

corona
GIO · L · F · FRATRI
FIORO FAD

Pirona dedit.

XXI. PORTVS LIQVENTIAE *(ad Caorle)*.

Flumen Liquentiae ex montibus Opiterginis et portus eodem nomine commemorati a Plinio 3, 18, 126 respondent flumini Livenzae et portui Caorle, ad quem repertos titulos paucos, in his classiarii militis unum, hic proponimus. — De auctoribus v. p. 178.

1956 Caorlae apud ecclesiam maiorem RED. IUC. Nunc Portogruari in aedibus Maschiettiorum. — Beneventi GUD. errore. '*Nel tempio delle vergini Vestali*' CAPOD., referens inter Aquileienses.

BATOL AE DONS F
DE · LIBVI IN CLVPEO
T · V · I
PAIVS · VE R ZONIS · F
DE · M ARTE
BIC R OTA
· V · F · SIBI · ET · SVIS
LIB · LIBQ

Descripsi quod superest. Titulo n. 1958 continuatam itaque propria loci indicatione destitutam referunt Felicianus (Marc. f. 62', Ver. f. 110), Lilius f. 169 (quae sunt schedae Langermanni citatae a Gudio ind. XCVII), Marcanova Mut. f. 183, Ferrarinus (Trai. f. 75, Reg. f. 67', a quo pendet Mur. 799, 2 ex schedis Farnesianis). Ex eius generis codice pendet Capodaglio Aquil. n. 150 (inde per Liruttium Bertoli p. 418 n. 602, ex hoc Mur. 2033, 6), ubi tituli modo citati pars huic adhaesit. Separant inde et loci indicationem praescribunt Redianus f. 53' (inde Gud. ind. XCVII) et Iucundi libri aucti, ut Cicognae f. 227 et Piccartianus n. 228 (inde Fabretti 366, 122). Bertoli ms. n. 748 per Liruttium ex schedis Valvasoniis, in quibus ego non repperi. Denuo ex lapide Cantù *ill. del Lombardo-Veneto* 2, 403.

Variam lectionem dabo ex prima familia optimorum exemplorum Liliani et Feliciani (Marc.), ex secunda Rediani et Piccartiani, quae sunt fere emendata, item Bertoli. — 1 BATOLAI Lil., BARTOLAI Fel., BACOLAE Picc. — DIONS Fil., DONS Bert. — 2 LIBVRNO Bert. — CIVPEO Fel., CRVPEO Lil. — 4 VERTONIS Lil. Fel. — 5 MAREII Lil., MARCE Fel. — 8 SIVS pro SVIS Lil. — 9 LIBLIBERTQ Lil. Fel.

6 *bicrota* est dicrota s. dicrotum, *δίκροτος*.


1957 in insula Corgle.

FIRMIAE · L · L · dEVTeRAe

Pococke p. 126, 1. DEVTI · FRAT traditur.

1958 in virdiario episcopatus Caprulani MARCANOVA RELIQUIQUE ANTIQUI; Caporlae in puteo RED. IUC.; Caorle in episcopatu BOCCHI; *in Caorle sopra la cisterna del giardino vescovile* CORT.

in latere:



Q · LICOVIVS · Q · L · DIDA
LICOVIA · Q · L · SPERATA
LICOVIAS · Ɔ · L · VENVSTAE
Q · LICOVIVS · Ɔ · L · IANVARIVS
ANN · XXIIII
Q · LICOVIO · Ɔ · L · ADAVCTO
VIVI · FEC · SIBI · ET · SVIS
SVORVMQ · SVIS
Q · LICOVIVS · PRISCVS
LICOVIAE · RVFINAE · CONIVGI · KARIS
SIMAE

in latere:



Confusam cum titulo n. 1956, ubi vide, proponunt Felicianus (Marc. f. 62', Ver. f. 110), Lilius f. 169, Gammarus f. 108, Marcanova Mut. f. 183 (inde per Averoldum Mur. 1777, 11), Ferrarinus (Trai. f. 75, Reg. f. 87'). Separant inde Redianus f. 53' et libri Iucundi aucti, ut Cicognae f. 227 et Piccartianus n. 229 (inde male Reines. 14, 159). Postea descripserunt I. F. Palladio Frioli I, 6 (inde Bertoli p. 244 n. 325); Temanza in sylloge ms. servata Patavii in seminario; Octavius Bocchi qui misit Muratorio; Cortenovis ms. p. 49.

Variam lectionem dabo ex prima familia Lilii et Feliciani, ex altera Rediani et Piccartiani, praeterea Palladii Bocchii Cortenovis, qui tres auctores in vv. div. consentiunt. — 1 om. Pall. Cort. — 3 Ɔ Cort., T Lil., ET Fel., om. Red. Picc. Pall. Bocchi. — VETVSTAE Fel. — 4 Ɔ · L · Cort., L (om. Ɔ) Red. Picc. Pall. Bocchi, ET · LICOVIVS (pro Ɔ · L) Lil. Fel. — 5 ANNO Pall. — XXIII Fel. — 6 Ɔ Cort., om. reliqui. — 6 AVDACTO Fel. — 7 FE · Lil. — 8 SVOR Lil. — QVE Red. Picc. Pall. — 10. 11 LICOVIAE RVFINAE CONIVGI KARISS 'imperfectum' Red. et sic, sed CHARISS, Picc., ET OVIAE RVFINAE CONIVCI ARIS Pall., EIQ · VIAE · RVFINAE CONIVGI LARIS | SIMAE Bocchi, ET · OVIAE · RVFINAE · CONIVGI · KARIS Cort., om. Lil. Fel. — Laterum instrumenta sic fere repraesentant Bocchi et Cort.

1959 Caprulis ad ecclesiam S. Laurentii.

. . . NAEVIVS . . .
. . . T · F · PVBL . . .
. . . . . FRON . . .

Valvasoni ms.

1960 in porta Caprulana apud ecclesiam.

... SIMA ...
... ARCA ...
... NAVER ...
... LVERE N ...

Valvasoni ms.

Agitur de arca sepulcrali et fortasse de nummis poenae causa solvendis.

1961 Caorle.

S·R·A·M

I. F. Palladio Friuli 1, 6 (inde Bertoli p. 306 n. 434).

1962 Caorle.

OLIMPVS LEONIC
VS·SIBI ET CORPORI
VRSAE · IVLIAE

I. F. Palladio Friuli 1, 6 (inde Bertoli p. 244 n. 324); Pococke p. 126, 2.

OLIPVS · LEO·VIC — | VS · SIVI ET·COI . . . RI | VRSE IVLIE Poc.

XXI. OPITERGIVM *(Oderzo)*. *Tribu Papiria.*

Opitergii, si excipias inscriptionem tropaei Alpium servatam apud Plinium 3, 20, 136 in antiquissimis quibusque syllogis Cenniniana, Angelicana D. 4. 18, Ferrarini (Trai. f. 100) aliisque relatam cum praescriptione hac *'inscriptio a tropheo Alpium Opitergi d. Octaviani Augusti'*, tituli in illis comparent nulli. Primus qui Opiterginos referat est *Marinus Sanutus* tam in itinerario a. 1483 quam in libro epitaphiorum ms. Veronensi, a quo videtur pendere *Ferrarinus* in codicis Parisini addendis et in Regiensi (nam a Traiectino absunt), ita tamen, ut exempla habuerit a Sanuto meliora subinde ii quorum nobis copia est versuumque ordinem retinentia. — Sanutum excipiant *Hieronymus Bologna*, qui Opitergina exhibet ex lapidibus excepta tam in sylloge primaria (cod. Cicognae 1874) quam in antiquario; *Valvasone*, qui in schedis servatis cum Muratorianis seriem habet Opiterginam satis amplam ex parte Sanutianae affinem, ex parte aliunde derivatam; *Pancirius*, in cuius sylloge scripta (codd. Vat. 6035. 6036) Opiterginae insunt ex simili nec tamen eadem sylloge profectae. Aldus *Manutius* iunior inter Veneta sua (cod. Vat. 5248 p. 44) perpauca recepit Opitergina; videtur tamen alia habuisse in schedis non servata, cum ab eo *Fonteius* in libro de gente Caesia (1582) accepisse se scribat Opiterginam n. 1986. *Pignorius* in addendis scriptis ad Gruterum (cod. Lugd. Papenbr. 6) Opiterginas quasdam affert, semel descriptorem laudans Hieronymum Alexandrum vel potius *Aleandrum*, unde cum Aleandrinis reliquis hae quoque redeunt inter schedas Barberinas. Complura epitaphia Opitergina Muratorius habuit tam ab Antonio *Scotti* Tarvisino quam ab Octavio *Bocchi* Hadriano, ab utroque ut videtur ex ipsis lapidibus excepta. Paullo post alia addidit Almorò *Albrizzi* in commentariolo de Opitergio (edito in *Memorie storiche che spargonsi di settimana in settimana per la colta Europa.* Venetiis 1743. 4 pp. 20) rarissimo hodie mihique exhibito a Cicogna; usus est Albrizzius etiam schedis Francisci Melchioris Opitergini. Post *Maffeium* et *Lazarum*, quorum ille in museo Veronensi, hic in syllogae Calogeranae vol. 40 (1749) Opiterginis titulis aliquam operam impendit, Io. Dominicus *Coletus* Venetus veteres inscriptiones Opiterginas ita perfecit, ut expectarent typographum. Cuius syllogae dedicatae Iulio Tomitano sub die XIII k. Dec. a. 1785 tria exempla vidi scripta, unum autographum Venetiis in bibliotheca Correr C. 5. 1 cum additamentis scriptis maxime in chartis solutis eidem volumini insertis, alterum ibidem in bibliotheca Cicognae n. 223, ex autographo scripto a. 1788 descriptum a Francisco Negri a. 1790, tertium autographum, olim Iulii Tomitani, deinde Francisci Negri, mox Ortii, nunc bibliothecae municipalis Veronensis (cod. hist. n. CLXXV). Tres libri concordant fere, sed optimus est Correrianus, in quo quaedam additamenta sunt in duobus aliis non reperta. In praefatione Coletus ait collegisse se haec tam ex lapidibus quam ex Melchiorianis schedis, 'quas et Amaltheorum nobilis bibliotheca et Iulii Tomitani comitis atque Ignatii Zambaldii humanitas singularis suppeditarit'; denique addit Philippum Zanettium Opitergini cleri sacerdotem collegisse marmora parvo volumine comprehensa: 'ea ita probavimus, ut in nostra hac collectione principem locum obtinere illa voluerimus'. Partem horum titulorum Cortenovis etiam non tam in sylloge posuit (nam ibi praeter unam desiderantur Opiterginae) quam misit ad Marinium; nam quae extant Opitergina inter schedas Marinii Vaticanas, Coletiana sunt. Nuper Cantu in compilatione *illustrazione del Lombardo-Veneto* et maxima et pessima titulos Opiterginos dedit vol. 5 parte 2 p. 693 sq. alios ex Coleto, alios ex ipsis lapidibus domus Galvagnianae; adnotavi inde potiora et maxime ibi primum edita. Ipse Opitergium adii a. 1857 quaeque ibi extant, praesertim in domo Galvagna, descripsi.

Opitergii origines latent. Ptolemaeus Concordiam Carnis adscribit, Opitergium Venetis, ut eorum regiones separasse videatur Liquentia flumen. Memorantur Opitergini primum in bello inter Caesarem et Pompeium, quo pro illo fortissime dimicarunt (Liv. ep. 110; Lucan. 4, 462; Florus 2, 13); de qua pugna reliquis auctoribus plenius referunt scholia ad Lucanum l. c. nuper ab Usenero reperta: *Opitergium oppidum est, quod cum Caesare sentiebat contra Pompeium. In qua nave erat C. Vulteius Capito tribunus militum, qui primum suos hortatus est, ut fortiter dimicarent, deinde cum ad deditionem vocarentur, exceptis sex invicem se occiderunt. Propter quod Caesar in solacium Opiterginis in annos XX vacationem* (*xxu actionem* cod.) *militiae dedit finesque eorum trecentis centuriis ampliavit.* Marcomani quo tempore obsederunt Aquileiam, Opitergium exciderunt (Ammian. 29, 6, 1). Ad condicionem oppidi quod attinet, coloniam eo nullam deductam esse iure colligemus ex Plinio 3, 19, 130, nec quicquam in contrarium probant coloni Opitergini Lucani l. c. Praefuerunt rei publicae quattuorviri iure dicundo (n. 1978. 1980). Praeterea nominantur *allecti aerario* n. 1978, quod officium similiter redibit in duobus aliis Venetis oppidis Feltria et Vicetia peraeque obscurum. Item hic habemus sacerdotem Salium n. 1978. De seviris modo ingenuae condicionis, modo libertinae et de Augustalibus ab iis diversis condicionis mere libertinae eadem cadunt in Opitergium, quae supra diximus de Aquileia et de Concordia.

Titulos huc rettulimus etiam vicorum proximorum, ut sunt Fratta et Camino, item paucissimos praeterea repertos inter Livenzam et Piave fluvios in pagis Cimadolmo et Godego, nisi quod ruderatos ad Ceggiam n. 827. 885 propter idoneas causas transtulimus inter Aquileienses.

1963 Opitergii in castro.

I · O · M
G·LVCIVS
TERTIVS · PRO
SE · ET · SVIS
V·S·L·M

Maffei M. V. 377, 4 (inde Donat. 2, 3).

1964 litteris malis, Francui prope Oderzo in domo Galvagna.

Q · CARMINIVS · Q · L · PHILEROS
VIRIBVS·ARAM· V·S·L·M

Descripsi.

1965 Opitergii *'questo è un sasso oblongo'* VALV.

DE · CAELO
TACTVM
ET
CONDITVM

Valvasoni ms. (inde Mur. 129, 3; Orelli 2482).

1966 Opitergii rep. in turri antiqua, extat in aedibus Giacomuzae.

p*o*|NT · MAX
p. p.|TRIB · POT
COS · II · OP
ti MO · MAXIMO
q VE · PRINCIPI
o PITERGINI

Dedit Dom. Ricci Tarvisinus.

1967 olim Bredae ad aram ad ecclesiam S. Mariae.

. . . .
. . . .
PIO FELICI
INVICTO AVG
ORDO·OPITE*rg*

Coletus ms. (in Cicogniano deest) inter additamenta duobus exemplis, ex schedis Opiterginis servatis Patavii apud com. de Lazara.

Supra pinguntur protomae duae. — 3 OPIT// Col. II.

1968 Opitergii nuper rep., cum turris antiqua diruitur ad mercatum ampliandum; nunc in aedibus Giacomuzae.

L · RAGON*ius*
L · FIL · PAP
V*r*INAT*ius*
LARCIV*s*
*q*VINTIAN*us*
*le*G · LEG · XIIII · Gem
*sta*TVAM · *d*E*cre*
tam AB · ORD*ine*
*aug*VSTAL*ium*
*opit*ERGINO*rum*
///P/NTFIG P/E · CONT///
POSV*it*

Dedit Dom. Ricci bibliothecarius capituli Tarvisini a. 1867.

3 VNINAT/, 7 TVAMOE/, 9 VSTALT/ exemplum. Eiusdem viri titulum reperies in Tarvisanis n. 2107, ubi vide.

1969 Opitergii in aedibus Melchioris.

l · ragonio
l · f · pap · u
rinatio larcio
quint|IANO
leg · s|ODAL·
hadr|IANAL
ETTI
ELLINI
ET·FIL
et nepo|TES

Coletus cod. Correr in fine; in Cicogniano deest.

1970 Opitergii *ritrov. nel mese di Aprile del 1797 in un gradino della piccola torre vicino al ponte detto di Stalla;* servatur apud Amaltheos.

L · RAGO*nio*
L · FIL · PA*p*
TVSCE*no*
QVINTI*ano*
C I

Aliena manu, fortasse Negrii, adscripta est ad Coleti inscr. Opiterg. exemplum Veronense.

Eiusdem iuvenis titulam reperies in Asolanis n. 2087, ubi citavimus tertium urbanum.

1971 Camini primo ab Opitergio lapide in distr. Porto Buffolè in facie ecclesiae LAZZ. SCOTTI. COL., similiterque etiam COD. AMBROS.

C · SEMPRONIO
C·F·PAP
CASSIANO
L · RAGONIVS
QVINTIANVS
AMICI · FILIO
T*es* · F*i*ER*i* · IVSSIT

Cod. Ambros. C. 61 f. 104' (inde Mur. 1496, 12 sub falso nomine Mariangeli Accursii); Mur. ms. et 1496, 12 ab Ant. Scoto; Lazzari in syll. Calogerana vol. 40 (1749) p. 357. 380; Coletus n. 12.

Vv. non div. Ambros. — 2 C · T Lazz., C · P Col. — 4 PAGONIVS Ambr. — 7 TI · P · LIBERO· IVSSIT Ambr., om. reliqui.

1972 Braidae olim, qui pagus est in Tarvisana, in pulcherrimo saxo, quod barbarus sacerdos quispiam corrupit BON.

. . . . . OPITERGINORVM PATRONO

Bononius in antiq. l. I (cod. Tarvis.), inde Burchelatus hist. p. 504.

1973 in villa Fractae apud Contarenos MUR. (ed.); *in villa di Guja presso il Contarini* ALBR.; *in cà Contarini* MUR. (ms.).

FL · VICTOR · VETERANVS
SIBI · ET · ZOSIMETI · VXORI · SVAE · INC
VIXIT · AN · XXV
OMPARABILI · CVM · QVA · RELIGIOSE
ET · OMNI · CASTETATE · VICXIT · VIV
VS · DE · PROPRIO · SVO · FECIT · SI · QVIS
HANC · ARCAM · POST · OVITVM · NO
STRVM · VOLVERIT · APERIRE · INFE
RRE · DEBET · FISCO · *X* · POL · SESCENT
OS

Mur. ms. XIX, 226, ed. 816, 4 cui misit Scotus; Albrizzi p. 12; Coletus n. 35 ex schedis.

1 *l* FEVECTOR Mur. (ms.). — 3 VIXIT · AN · XXV om. Mur., inter QVA et RELIGIOSE inserunt Albr. Col.; puto minoribus litteris inter versus supplementum fuisse. — 5 CASTITATE, 9. 10 SEXCENTOS Col.

1974 Opitergii in basi columnae domus Ioannis aromatarii in foro SAN. Ad forum AMBR. In foro PANV. Apud Franciscum Melchiorem FONT.; olim apud Melchiorios COL. — Venetiis MACCI.

M · CAESIO · EVNO
IIIIII VIR
CAESIA · M · L · GRATA
PATRONO·ET·SIBI
V · P

Sanutus itin. 1483 p. 127 et syll. f. 61 n. 1; Ferrarinus (Par. f. 155 n. 3, Reg. f. 123 n. 4); Hier. Bononius cod. Cicognae 1874 f. 27 bis, semel 'ex Aug. Trivella'; Ambros. C. 61 f. 104; Panvinius cod. Vat. 6036 f. 62. 71; Valvasoni ms. (inde Mur. 684, 3, citans praeterea Oct. Bocchium); Fonteius de gente Caesia p. 152 (inde Grut. 380, 5); Macci ms. II f. 288 nescio unde; Albrizzi p. 11 ex Fonteio et cod. Melchioris; Coletus n. 25 ex schedis.

Vv. ordinem retinent Ferr. Trivella Valv. Font. Macc. et fere Panv. — 1. 3 M pro M San. (it.) Ambros. Col. — EVVO San. Ferr. Panv. 71 (?), ENNO Ambr., ERMO Panv. 62 (?). — 2 om. Panv. 62. — VIRO Col.

1975 Opitergii nuper inv. in turri, extat in aedibus Giacomuzae.

AVGVSTALI
CASTRICIA · M · l
PRIMA

Dedit Dom. Ricci Tarvisinus.

1976 Opitergii *nel canton della chiesa della Madonna* VALV. Ad D. Magdalenam PANV. *Immurata sotto il portico della chiesa di S. Maria Maddalena* ALBR. Nunc Francui in domo Galvagon.

DECR · AVGVSTAL
OPITERGINOR
T · ENNIO · PLANCO

Contuli. Hier. Bononius in cod. Cicognae f. 27; Valvasoni ms. (inde et ab Oct. Bocchi Mur. 1065, 6); Panvinius Vat. 6035 f. 134'; Albrizzi p. 11; Coletus n. 4 falsam iudicans sine causa; Cantù *ill.* 5, 693.

1977 Opitergii ALBR. in muro vineae Capelli COL. CORT.

M · FVLVIVS · M · F
MARCELLINVS
VI VIR · CONCORDIAE
ET · OPITERGI · SIBI · ET
RENNIAE · Ͻ · LIB · LYGIDI
VXORI · OPTIMA*e*
V·P
IN · FRONTE · P

Albrizzi p. 11 ex cod. ms. Francisci Melchioris Opiterg'ni; Coletus n. 7, quod exemplum Marinio misit Cortenovius.

4 SIBI Col., TRIB Albr. — 5 RENNIAE·LIB·LYGIDI Albr., RINNIAE · Ͻ · LIB · LVGDI Col. — 6 OPTIM . . . Albr. — 8 P om. Albr.

1978 Opitergii rep. Sept. 1845, nunc Francui in domo Galvagna.

in latere:

m. laetori|S PATERCLIANV|*s*
n|VME RO · COLLEG
opi|TERG · S ALVTEM
COLLEGII · VES T
M·OMNIBVS · EX
OPTIMI · COLLEG *ia*
C · QVOQVE · CONS
RIS · COMMODIS
E · POSTERITATIS ·
VT · HONOREM · TA
i NME · CONFERENDO
S · QVO · AMORE · ME
DEBVI · HOC · VESTRVA
M · LARGITIONE · LICET
MODICA · REMVNERARE
*con*FERO · VOBIS · HS · XX · MIL · N
*eu*M · VSVRIS · CENTESIMI
*quorum redit*VS · EFFICIT · ANNV *os ∞ m*
CVIVS · SVMMAE · PC
SPORTVLIS · VESTR
*di*E · NATALIS · MEI
*r*EIQVI · VERO · n
TICENTVR · VS
AM · VITA
MEVM
OREM
OI

in antica:

M · LAETORIO
M · FIL · PAP
PATERCLIANO
IIIVIRO IVR DIC II
ALLECTO
AER SALIO ///
PATR*on*O COLL

Descripsi. Repperi praeterea inter schedas Cicognae exemplum paullo plenius, unde veniunt quae in antica v. 1. 2. 3. 7, in latere v. 1. 2. 3. 6 exhibentur inclinatis. Alterum habui aeque plenius inter Kandleriana acceptum ab Ioh. Carrara, sed quod minus emendatum visum est; cuius subieci v. l. ad ea quae hodie desiderantur.

In antica 6. 7 PATRONO · COLLE | //// T; in latere 1 PATERCLIANVS, 2 COLLEGIO, 4 VESTRI, 5 fin. EXHIBERE, 6 COLLEGIATI exemplum Kandlerianum.

1979 Opitergii '*questo è un capitelo in opera dorica*' VALV.

T · QVINCTIVS · M · F
POPVLO · DEDIT

Valvasoni ms. (inde Mur. 482, 9); Panvinius cod. Vat. 6036 f. 71; Manutius cod. Vat. 5248 f. 44.

Vv. continuant Panv. Man. — 1 TI · Valv. — QVINTIVS · ME Man. — Post M F et post DEDIT lacunam indicat Panv.

1980 Opitergii PIGN.

L · SEMPRONIVS
VRSIO
IIII · VIR · I · D
L · SEMPRONIO
MAXIMO
IIII · VIRO · I · D
ET · CAMVRIAE
L · F · CELERINAE
PARENTIB
ET · LAECAE · P · F · VRSAE
VXORI
V · F

Pignorius in add. ms. ad Grut.: 'Opitergii descripsit Hieronymus Alexander'; Fabrett. 627, 231 ex schedis Barb.; Albrizzi p. 12 ex cod. Melchioris; Lazzari in syll. Calog. vol. 40 (1749) p. 385 ex editis ut videtur; Coletus n. 34 ex schedis ut videtur.

7 CANVRIAE Col. — 9 PARENTIBVS Fabr. Albr. Col. — 10 LACCAE Col.

1981 Opitergii.

M
IIIIII · VIR
M · L
M · LIBERTA

Albrizzi p. 12 ex ms. Melchioris. Datur duobus versibus, ut alter incipiat a LIBERTA.

1982 Opitergii *in una vigna nel muro verso il Montican* ALBR.

L · SICINIVS · L · L
PRIAMVS · AVRIF

T · CARMINIVS
Ↄ · L · ATREVS · MAG*n*

Mur. 687, 5. 977, 9 ab Oct. Bocchi; Albrizzi p. 12; Coletus n. 28. 43 a prioribus et ex schedis Melchiori.

Disiungunt titulos Mur. Col. — 1, 1 T · SICINIVS Mur. — 2, 2 M · AGV Albr. Col., MAG · VI Mur.; scripsi *mag*[*n*](*arius*).

1983 Opitergii in gradu exteriore eccl. de Carmele.

F · ALACIO
F · F

Coletus n. 46.

1984 Opitergii apud Amaltheos COL. Nunc Francui prope Oderzo in domo Galvagna.

L · AVTRO
N I M A
X V M I
IN F P XXX

Descripsi. Coletus ms. in fine.

1 LATRO ego, L · AVIRO Col.

1985 Opitergii in villa Morelli MUR. In atrio domus Melchioriae ALBR. COL. NEGR.

protomae tres

BARBIA · M · F · MAXVMA
V · F · SIBI · ET
C · BARRIO · L · F · NIGRO
ET · C · BARBIO · C · F · TERTIO

Hier. Bononius in antiquarii l. II (cod. Marc. Lat. 14, 168); Mur. 1443, 6 ab Oct. Bocchio; Albrizzi p. 12; Coletus n. 8; Cortenovis misit Marinio; Franc. Negri exscripsit.

1 C · BARBIA Negri. — M · F Bon. — 3 C · F Bon. — 4 L · F Mur.

1986 Opitergii in aedibus Iulii Melchioris FONT. Nunc in domo Galvagnae.

protome viri | *protome adulescentis* | *protome mulieris*

T · CAESIO · L · F
CHILONI · VIRO

Contuli. Valvasoni ms.; Fonteius de gente Caesia p. 130 (inde Grut. 765, 10) ab Aldo Manutio iuniore, in cuius schedis nos non repperimus; Albrizzi p. 11; Mur. 1316, 12 ab Oct. Bocchi; Coletus n. 17; Cantù *ill.* 5, 694.

1987 Opitergii in columna.

T · CANNVTI
T · F · IN · FRO
P · XXX
RETRO · P
XXXIV

Albrizzi p, 12; Coletus n. 31 ex schedis.

1 T · CNNVTI Albr. — 4 PEDES Col.

1988 Opitergii.

CANVTIA · REGILLA
CANVTIA · SEDATA

Panvinius Vat. 6035 f. 123.

1989 Opitergii in vinea Capelli supra fenestram muri.

C·CARMINIVS·Q·F

Coletus n. 6.

1990 Opitergii.

CARMIN*iai*
C·F·MINAI·ET
STACT*e*
NVTRICI

Coletus n. 33.

1991 Opitergii nuper rep. COL.

globus cum protome
C · CASSIO · C
ODORO · C

Coletus n. 48 ab Iulio Tomitano.

1992 in villa Godega sub Sacile in confinio Foroiuliensis provinciae et Tarvisanae in aedibus Gabrielli.

PATRI · ET · CATIAE
TI · F · MAXVMAI
MATRI

Zeno *lett.* 1, 252. 256 misit a. 1704 Fontaninio et Muratorio; hic ed. 1248, 3. Inde opinor Coletus inter Tarvisanas n. 26, inter Opiterginas n. 46.

1993 arca. In villa Parise in domo Salvini ALBR. ibidemque apud Candidam uxorem Io. Salvinii defuncti collocant COL. CORT.

T · CERVONIO
SECVNDINO
FI·LI·P·B·F

Albrizzi p. 12; Coletus n. 18; Cortenovis ms. p. 93.

1994 Camini primo ab Opitergio lapide in pariete ecclesiae COL. similiterque SCOTUS. In agro Opitergino MAN.

T·CRVTONIVS·T·F·
ACER·APER

Manutius Vat. 5248 f. 44; Mur. ms. et 1664, 12 ab Ant. Scotto; Coletus n. 9.

T·CVRTONIVS.T·F·ACER·APTE vv. non div. Man.

1995 Opitergii in aedibus D. Soleti ad puteum.

A · DRVSVS

Coletus cod. Correr n. 50.

1996 Opitergii olim apud Melchiorios.

L · FVRI
CN · F

Coletus n. 30.

1997 Francui prope Oderzo in domo Galvagna.

HAVE · MIHI
HERACLE · FILI
INCOMPARABI
LIS · QVI VIXIT
ANNIS·VIIII·MEN
SIBVS·XI·DIEBVS
XIII
PATER PIENTIS
SIMVS POSVIT
FILIO MERENTI

Descripsi.

1998 Opitergii.

Q · HERENNIVS · TI · F
MODESTVS

Valvasoni ms.; Panvinius cod. Vat. 6036 f. 71. 76'; Mur. 1685, 9 ab Oct. Bocchio; Coletus n. 32 ex schedis.

Vv. divisi ad Valv. Mur. — 1 HERENIVS Panv. 71. — T·F Panv. 71 Col.

1999 Opitergii.

IVLIAE
DYNAMI
H · B

Coletus (in additamentis) ex schedis antiquis titulos Opiterginos duos solos sistentibus apud Io. Bapt. com. de Lazara Patavii.

2000 Francui prope Oderzo in domo Galvagna.

globus cui insidet leo
C·LAELIO
C · L
OPTATO

Descripsi. Ed. Cantù *illustr.* 5, 694.

2001 basis magna quadrata. Opitergii apud forum in basi lapidis vulgo *del bando* COL. Nunc Francui prope Oderzo in domo Galvagna.

LAETILIA·TI·F·SECVNDA
T · F · I ·

Descripsi. Valvasoni ms.; Panvinius cod. Vat. 6036 f. 71. 76'; Coletus n. 13; Cantù *ill.* 5, 693.

2002 rep. 8 Mai. 1788 prope Opitergium in praedio monialium S. Dominici COL.

M · LAE
TORIVS
M · L
DONATVS
LOCVM
SEPVLTV
RAE · ET
MONVME
NTI
I·F·P·XV
R · P · XV

Coletus n. 49; Marinio misit comes degli Azzoni; *Nov. Fior.* 1788 p. 474.

1 MARCVS Nov.

2003 Opitergii MUR. Olim in aedibus Alexandri Giozzae COL.

Mur.:	*Col.:*
D M	F
LAPLESOBIE · FILIE	LAPIDE POSIT SI BI
SVS TVRELIAE · T · F	VETVRELIAE · T · F
TERTIAE	TERTIAE
....TI · F · TVBERO	
....IVSSIT	

Mur. 1182, 3 ab Oct. Bocchi; Coletus n. 14 ex schedis (inde Cantù *ill.* 5, 695).

2004 sarcophagus, cuius operculum deest. In villa S. Michaelis de Cimadolmo VI ab Opitergio lap. rep. in putei fossione a. 1782 et delatus in pagum de Tezze, hortos de Malanottis.

VXORI · ET · MESSIAE
PRIMI · F · MAXSVM
AE

Coletus inscr. Opit. n. 21 et denuo n. 31 (cod. Correr), inscr. Tarvis. n. 37 et in nota ad n. 26.

2005 Opitergii.

C · NVMONIVS · VARIA
VESIA

Mur. 1718, 3 ab Oct. Bocchi.

Fortasse non est nisi nummus aureus inscriptus C·NVMONIVS·VAALA' VAALA.

2006 Opitergii *in casa di M. Franc. de' Liberali* VALV. in aedibus Capelli COL. Nunc Francui in domo Galvagna.

POPILLIAE · M · F
PAETILLAE
CARMINIA·Q·F·SEMPRVLLA
FILIAI

Descripsi. Valvasoni ms. (inde male Mur. 1273, 4); Mur. 2066, 9 ab Oct. Bocchi; Coletus n. 22; Cantù *ill.* 5, 694.

1 POPILLIAE Valv. Col., /OPILLIAE ego, OPILIAE Bocchi.

2007 litteris minime bonis. Francui prope Oderzo in domo Galvagna.

D M S
////A PROBATA FRVCTO
CONIVCI SO PIINTISSI *sic*
MO PVBLICO IDIM SI *sic*
IIT VIRO FORTISSI
MO · IN FRONTII P VIII
IN AGRO P · XXXX

Descripsi.

D(is) m(anibus) sacrum. ... a Probata Fructo coniu[g]i s(u)o pientissimo publico, idem si(bi) et viro fortissimo. In fronte p(edes) VIII, in agro p(edes) XXXX.

2008 in ecclesia beati Iacobi de Col Franculeo penes Opitergium super aquae benedictae lapide SAN. iisdemque verbis VALV. In pariete ecclesiae Colfrancui primo ab Opitergio lapide COL.

PVPIA · Ↄ · L
LOEME

Sanutus f. 81 n. 4 eodemque exemplo Valvasoni ms.; Coletus n. 10.

San. et Valv. vv. continuant.

2009 Opitergii.

C · RAECIVS · SP · /
SIBI ET
CANNVTIAE T · P
MAXIMAE
VXORI OPTIMAE
V · P

Valvasoni ms. (inde Mur. 1395, 8).
1 SP lacuna non indicata traditur.

2010 Opitergii olim in aedibus Alexandri Giozza.

IANI
RAECIA · TI · L · CAESI/
PATRONO · ET · SIBI
V F I

Coletus n. 15.

2011 Opitergii *alla Fratta* ALBR. Ad Frattam in aedibus Contarenis ad puteum primo ab Opitergio lapide COL. Nunc media pars est Francui in aedibus Galvagnae.

protomae duae fractae
L · RATTIVS · SEX · F
SIBI · ET · SVIS · ET · VXOR · V · F
cu barba protome — *viri protome*
SEX · RATTIO · Q · F · PAT
CASSIAE · SEX · F · MAT

ne' lati del sasso vi è una figurina per lato intiera, una delle quali par maschio e tiene nella mano dritta un pugnale con la punta in alto, nella sinistra . . . . . ; l' altra pare femina, che nella destra ha un' hasta, nell' altra . . . . . . VALV.

Contuli partem inferiorem v. 3. 4 cum protomis duabus; scalpro instaurata est, sed secundum vestigia antiqua. Valvasoni ms. (inde Mur. 1395, 11); Panvinius Vat. 6036 f. 76'; Albrizzi p. 12 ex ms. Melchiori; Mur. 1274, 6 ab Oct. Bocchi; Coletus n. 19; Cantù *ill.* 5, 694.

In vv. div. sequor Valv. Col. — 1 L · RATIVS · SEXT Albr. — 3. 4 Panv. non habet. — 3 Q · F Albr., C · F Bocchi. — 4 CASSIAE Bocchi, CASSIAL Valv. Albr., CASSIAE Col. ego. — Adhaeret apud Albr. et Bocchium n. 2024, qui titulus apud Valvasonium praecedit.

2012 *base cubica grandissima con incavo tondo poco profondo di sopra, scavata presso Oderzo a fior di terra, ora in villa di S. Andrea di Barbarana sulla Piave, nella casa già Consigliere Rossi, ora degli eredi di Andr. Giudici.*

C · RVBRIO · C · F · CLA
CAPITONI · ET
SECVNDO · OPTATO · FVSCO
LIBERTEIS

Lazzari descripsit.
Tribus est Concordiensium, non Opiterginorum.

2013 litteris malis; *l* est L. Francui prope Oderzo in domo Galvagna.

SARENVS · VALERIVS et
SARENA · MAXIMA · FILIO
DVLCISSIMO · VALENT
INIANO · M · FECERVNT
QVI · VIXIT · ANNOS · V · D · XXX
ACERVO · FVNERE · LAPSVS

Descripsi. Ed. Cantù *ill.* 5, 694.

2014 Opitergii apud Franc. Melchiorem.

SATRIA · C · F · TIGRIS
SIBI ET
MARCELLO FILIO

Mur. 1211, 1 ab Oct. Bocchi.

2015 Opitergii in turri portae Tarvisinae e regione tituli n. 2019 SAN. sub beati Marci Evangelistae apud medii pontem (?) imagine VALV. sub horologio PANV.

L · SEIVS · L · F · FAVSTVS
T · SEIVS · L · F · PRONTO
VIVI · SIBI · ET
PISENTIAE · SECVND · MATRI
SEIAE · L · F · SOXORI
figurae quaedam parvae

Sanutus itin. 1483 p. 127 et syll. f. 61 n. 3; Ferrarinus (Par. f. 155 n. 1, Reg. f. 123 n. 2); Hier. Bononius cod. Cicognae 1874 f. 27; Valvasoni ms. bis (inde et ab Scotto Mur. 1276, 9); cod. Ambros. C. 61 f. 104; Panvinius Vat. 6035 f. 134'; Burchelatus hist. Tarv. p. 504; Coletus n. 26 ex schedis.

In vv. div. secutus sum Ferr. (Par.) Valv. II. — 2 T · F San. (syll.) Ferr. Bon. Burch., L (om. F) Valv. I. — 3 VIV Valv. I, VIRI (?) Panv., om. Burch. — 4 PISENTIAE Panv. Col., PISANTIAE Valv. I. — SECVNDAE Valv. I. — MATR San. (it.). — 5 SEIAE Panv. Col., om. Valv. I. — SOROR San. (it.), om. Ambros.

2016 Opitergii.

C · SEPPIVS · P · P

Coletus n. 27 ex schedis ut vid.

2017 Francui prope Oderzo in pariete ecclesiae COL. Nunc in domo Galvagna.

C · SESTIVS · P · F · RVFIO
SIBI · ET · FAV

Descripsi. Coletus n. 16; Cantù *ill.* 5, 694.

2018 Opitergii *nel gardin dell' antica casa Melchiori Regj in Borgo della Maddalena* ALBR. ad aedes Capelli COL. Nunc Francui in domo Galvagna.

M · SOCELLIVS
CLENO
T · F · I · SIBI · ET
SOCELLIAE · M · L
PILINNAE
MATRI

Descripsi. Mur. 1279, 1 ex schedis Valvasoniis, in quibus ego non repperi; Albrizzi p. 12; Coletus n. 11; Cantù *ill.* 5, 693.

2019 Opitergii in basi columnae logiae e regione portae Tarvisinae SAN. Super dicti loci angulo logiae VALV. (praecedit n 2015). Erat Colfrancui in aedibus plebani, nunc Venetiis apud fratres Gradenigo CALOG. ALBR. LAZZ. GRIS. In aedibus D. Candidae uxoris quondam Io. Salvinii in loco vulgo Parise prope Opitergium CORT.

M · TERENTIVS
VOLTIETIS · F · SIBE
ET · VXSORI · F

Sanutus itin. 1483 p. 127 et syll. f. 61 n. 2; Ferrarinus (Par. f. 155 n. 2, Reg. f. 123' n. 3); Valvasoni ms., hi tres eodem exemplo. Hier. Bononius cod. Cicognae 1674 f. 27. Tertium ex lapide Ang. Calogerà in epist. ad Mur. ms. 25 Iun. 1737 et Albrizzi (1743) p. 11 et Lazzari in syll. Calog. vol. 43 (1749) p. 383 et Coletus ms. n. 29 ex schedis ut videtur; idem exemplum male descriptum a Scotto et Zenone accepit Mur. ms. et 1408, 9, quod sprevi. Quartum descripsit Grisellinius (inter Gazzeriana Taurinis), quintum Cortenovis ms. p. 93.

In vv. div. consentit Ferr. cum exemplis recentioribus. — 1 M pro M San. (it.). — 2 VOLTIESTIS F San. (syll.), VOLTIEST (om. ISF) Valv., VOLTIETIS · F Lazz., VOLTIETIS E Albr., VOLTEIVS Gris. — SIBE Bon. (qui de *sibe* forma in nota affert Quintilianum inst. 1, 7, 24) et Calog. cum suis, SIBI San. cum suis et Gris. Cort. — 3 VXSORI Sanutus (it.) Ferr. (Par.) et Calog. cum suis, VXORI reliqui. — E pro F Albr.

2020 ad Fornaces D ab Opitergio passibus in domo rurali Helenae Borangae.

SEDIT · M · F · TVSCILL
C · L · TERTVLLAE · M · T
TVSCILIAE

Coletus n. 36, lectionem certam esse negans.

2021 Francui prope Oderzo in domo Galvagna

TI · VARI · TI · F
C · VARI · TI · F
T · VARI · TI · F
L · S · IN · FR · P · XXX
RE · P · LXX

Descripsi.

2022. 2023 Opitergii.

. . . .
VELIAE · L · F · SABIN
AE · VXORI · Q · LVCRE
TIO · Q · F · CLEMENTI
Q · LVCRETIO · Q · F · SE
VERO · VIVOS · F

Mur. 1417, 9 ab Oct. Bocchi.

2024 Francui prope Oderzo in domo Galvagna.

INF · P · XX
RE · P · XXX

Descripsi.

2025 Opitergii.

LOC · INF · P · LXXV
INT · P · XXXV

Valvasoni ms.; Albrizzi p. 12; Mur. 1274, 6 ab Oct. Bocchi, hi duo continuantes haec verba titulo n. 2011.
1 ɪxxv Albr., ɪxx Mur. — 2 xxx Mur.

2026 aetatis christianae ut vid. Francui prope Oderzo in domo Galvagna.

I I M I I
EN · III · D
MMIO · I

Descripsi.

2027 Francui prope Oderzo in domo Galvagna.

TIO · PRI
E V D O

Descripsi.

2028 Francui prope Oderzo in domo Galvagna.

I N I
ONTE
PEDES XX

Descripsi.

2029 Francui prope Oderzo in pariete ecclesiae COL. Nunc in domo Galvagna.

SIBI ET SVIS

Descripsi. Coletus n. 20; Cantù *ill.* 5, 694.

2030 Opitergii.

///// /////// RO
HI ////////// IO
FILIA
CARISSIMA
V · P

Coletus n. 24.

2031 apud Contarenos ad Fractam-

V F
protomae duae

Coletus in cod. Veron. inter add. ad inscr. Opiterginas.

2032 videtur urbana. Extat Oderzi *presso i cappuccini col corpo di S. Sabina.*

☧ BENEMERENTI IN PACE
columba cum ramo SABINEI DVLCISSIME CONGI QVE
VIXIT MECVM ANNIS V MSS†VIII

Albrizzi p. 4 (inde Coletus n. 45); Gorio misit P.Costadonius 7 Febr. 1750 (cod. Marucell. A 213) descriptam opinor ex Albrizzio; Marinius apud Maium scr. 5, 447 ab Iulio Tomitano, item omnino ex Albrizzio.

2033 rep. Opitergii 10 Mai. 1793 inter rudera turris praetorii, extat apud Amaltheos.

A A VI
C V N X X P
MAE R A

Coletus in additamentis.

XXIII. PAGVS LAEBACTIVM *(Castello Lavazzo).*

2034 apud Laebactes, qui nomen adhuc retinent, non procul a sacello S. Helenae, in privatarum aedium pariete VALER. (Bell.) Longaronii DOGL. Hodie Belluni in aedibus Pagani.

ASCLEP
IO · F · AE
LIVS · POL
LIO · MO
NITVS
POSVIT
❦

Contuli. Valerianus hieroglyph. (1556) l. 22 f. 160 (inde opinor Manutius cod. Vat. 5253 f. 314', orth. 611, ex hoc Grut. 70, 7) et ant. Bell. ms. et p. 76 (inde Mur. 18, 3); I. N. Doglioni p. 10; Piloni f. 15; Monaco tab. 7 f. 2.
4 VISV ins. ante MONITVS Manut. contra auctorem lapidemque.

2035 apud Laebactes, qui nomen adhuc retinent [Lavazzo M p. a Longarone in Valle Cadore] in sacello D. Helenae altaris loco VALER. similiterque PLERIQUE; in plebe Lavacii in vico castelli in sacello BONON.; *ora nel cortile della casa canonica* MIARI. Longaroni COD. LUGD.; extra Feltriam in agro RED.

IN · HONOREM ·
neronis CLAVDI
CAESARIS · AVGVST
GERMANICI
SEX · PAETICVS · Q · F
TERTIVS · ET
C · PAETICVS · SEX · F
FIRMVS
HORILOGIVM · CVM · SEDIBVS
PAGANIS · LAEBACTIBVS
DEDERVNT

Habent Redianas f. 55; Valerianus ms. et ant. Bell. p. 75 (inde per Lollinum Grut. 237, 6; Fabretti 684, 80); Hier. Bononius syll. f. 35, antiq. l. II p. 86; Pinelli cod. Ambros. C 61 inf. f. 96. 97' et D 199 inf. f. 12'; Ligorius citatus in Gruteri ed. 2; cod. Lugd. Burm. Q. 6; I. N. Doglioni 1588 p. 8; Piloni f. 29 omnino ex Valeriano; Luc. Doglioni *lettera al da Prato intorno ad una iscr. Bellunese* (*racc. Ferrarese* vol. 9. 1781. p. 39 — 66) qui aere expressit; Filiasi mem. 2, 154 (ed. 1), 1, 367 (ed. 2); Steinbuechel ms. et Hormayr *Archiv* 1821 p. 160 a Marcabrunio delegato imperatoris et Monaco tab. 7 f. 4, hi tres eodem exemplo; Miari p. 12.

In vv. div. consentiunt Valerianus Bonon. Luc. Doglioni Filiasi Horm. Monaco Steinb. — 2 lituram celant Red. Bon.; NERONIS tanquam ex lapide cod. Lugd.; DIVI · IMP supplementi loco Steinb. — CLAVDII I. N. Doglioni. — 3 CAES Filiasi. — AVGVST Red. Val. Steinb. Mon., AVGVSTI Bon. Luc. Doglioni Fil., AVGVST N. Doglioni Miari, AVGVS Horm., AVG Lugd. — 5 PAETICVS Red. — 6 TERTIV Mon. — 7 PAETICVS Red., PARTICVS Mon. — SEXT Fil. — F om. Red. Valv. Lugd. — 9 HORLOGIVM Horm., HOREOGIVM Mon., HOROLOGIVM Fil. — SS BVS Red., SENIBVS Steinb. Horm. Mon. — 10 LAERACTIBVS Red., LAEPACTIBVS Mon.

XXIV. BELLVNVM *(Belluno)*. *Tribu Papiria*

Auctores saeculi XV exeuntis perpaucos titulos habent Belluni vel ad Bellunam repertos, nimirum Felicianus unum, Redianus praeter hunc alios tres. Postea Iohannes Pierius Bolzanius VALERIANUS Bellunensis (1476—1558) scripsit de antiquitatibus Bellunensibus, quem librum scriptum vidi Belluni in bibliotheca Lolliniana, edidit primum cum praefatione scripta a. 1620 ex bibliotheca sua Aloysius Lollinus episcopus Bellunensis (Valeriani de litteratorum infelicitate libri duo. Eiusdem Bellunensia. Nunc primum e bibliotheca Lolliniana edita. S. l. et a. pp. 83. 4). Sed antequam ederentur, collectaneis iis usi sunt plurimi eius aetatis viri docti. Ita ROBORTELLIUS quae edidit in emendationibus (1557) Bellunensia accepta a Florio Maresio archipresbytero Belluni, quaeque PINELLIUS inde refert in libris hodie Ambrosianis C 61 inf. et D 199 inf., et quae leguntur tam in libro LUGDUNENSI BURMANNIANO Q. 6. sub titulo Viruni (quamquam in his quaedam sunt aliunde adsumpta) quam in libro MARCIANO Lat. XIV, 175 scr. c. a. 1600, quatenus ad Bellunum pertinent, denique LOLLINIANA Gruteri, item ni fallor eiusdem BORGHINIANA, omnia redire videntur ad unum auctorem primarium Valerianum, quem etiam Bellunenses auctores qui postea scripserunt expilare maluisse quam ipsos titulos scrutari consentaneum est. Exemplum suppeditabit n. 2043, ubi cum in lapide sit *d(omo) Opiter(gio)* prava Valeriani lectio *Dorifero* apud omnes ante me auctores tam exteros quam Bellunenses nullo excepto repetitur. Unde facile intellegitur in Bellunensibus his a Valeriano traditis consensum auctorum parum valere ad lectionem stabiliendam. Ceterum Valerianus neque indocte neque indiligenter officio functus est, sed ut simplicitatem saepe in eo desideres. — Secuti sunt IOH. NIC. DOGLIONI (*della origine ed antichità di Cividal di Belluno* Venetiis 1588. 4. pp. 23), qui ad Valeriana pauca adiecit sua opera inventa, testis in his probus et bonus; Georgius PILONI (*historia . . della città di Belluno* Venetiis 1607. 4. foll. 293), quem inscriptiones antiquas passim fraude interpolasse adnotationes meae cum declarent, item complures inscriptiones aut finxisse aut aliunde transtulisse inter Bellunenses immutatas et pessumdatas caput falsarum ostendet, ut propriam et bonum nihil omnino apud eum inveniatur; LUCIUS DOGLIONI qui scripsit commentarios duos citatum ad n. 2035 et alterum *sopra l'epitaffio di S. Flavia Vittorina* (Belluni 1791. 8. pp. 32), item libellum *notizie istoriche e geografiche della città di Belluno e sua provincia* (Belluni 1816. 8. pp. 134) qui dedit paucissima; Steph. TICOZZI (*storia de' letterati e degli artisti del dipartimento della Piave* Belluni 1813), item paucissima suppeditans; Io. SARGNANI schedae mihi visae Belluni in aedibus Miari; Franciscus MONACO pictor Bellunensis huius saeculi, cuius fasciculo continente (praeter mappam cum forma Belluni et aedificiorum tabulas duodecim) inscriptionum sigillorumque tabulas viginti, indice destituto certe in exemplo a me adhibito, usus sum non sine aliquo fructu; Florius MIARI (*antiche iscrizioni Bellunesi* 1844. 4 pp. 17), qui libellus titulos proponit versibus non divisis nec multa affert antea ignota. Denique Belluni morantem me et comites Miari adiuverunt schedis paternis aliaque supellectile litteraria quam tenent mihi exhibitis et professor Franciscus PELLEGRINI res antiquas eius agri diligenter perscrutatus. — Libros de Belluno Barpi (Belluni 1630. 4) et Beatiani (Venetiis 1673. 12) vidi, sed cum propriis carerent, omisi.

Bellunum (sic tituli urbanus Orell. 69 = 3549: *M. Oreius M. f. Pap. Secundus Belluno* et Aquileiensis n. 993; in itinerario p. 276, de quo loco dixi supra p. 167, libri variant inter *viam Belluno* et *viam Beloio*; Βελοῦνον Ptolem. 3, 1, 30; *Velunum* Plinii libri 3, 19, 130) Venetorum oppidis adnumeratur tam a Plinio quam a Ptolemaeo. In tribu fuit Papiria (v. titulus urbanus citatus et n. 2044. 2045. 2048. 2055). Municipium fuisse declarat praeter Plinium l. c. inscriptio n. 2044 *p(atrono) eq(uito) R(omani) m(unicipi)*. Inveniuntur tamen magistratus generis diversi, tam *IIII viri et iure dicundo* (n. 993) et *aedilicia potestate* (n. 2048) quam *II viri iure dicundo* (2045. 2047), praeterea *praefecti* (n. 2042. 2047) et fortasse *quaestores* (n. 2047) denique *collegium fabrum* (n. 2046).

2036 Belluni in campo ante ecclesiam S. Petri rep. 7 Sept. 1835, extat apud Miarium.

AESCVLA
PIO · AVG
ITVRIVS · SE
CVNDINVS
V · S · L · M

Contuli. Ed. Miari p. 10.

2037 basis quadrata. Sedegi quinto a Belluno lapide in colle S. Martini sub altari VAL. DOGL. Nunc Belluni in domo Pagani.

IOVI
O · M

Contuli. Valerianus ant. Bell. p. 77; Pandulphus Foeniculus Regiensis (syntaxis verborum Bononiae 1542, quem librum non vidi) omnino ex Valeriano; I. N. Doglioni p. 11; Piloni f. 13; Miari p. 15.

2038 Bolagi V a Belluno lapide rep. in mausoleo quodam et a Valeriano translata in locum conspicuum VAL. Extat Libani [qui vicus est prope Bolagum] in pariete turris ecclesiae SS. Faustini et Iovitae MIARI. — *Nella chiesa di S. Ciriaco nella villa di Castel della Pieve di Lavazzo* DOGL.

IOVI · O · M
P · HOSTILIVS
SERTORIANVS
V · S · L · M

Valerianus ant. Bell. ms. et ed. p. 73 (inde Mur. 4, 3); I. N. Doglioni p. 10; Piloni f. 14; Monaco tab. 6 f. 2; Miari ms. et p. 14; Pellegrini ms.

1 · · OVI Val. (ms.) Pell., IOVI reliqui. — 2 P·HOSTILIVS Pell., P·OSTILIVS Mon. et Miari (ms.), HOSTILIVS Val.

2039 litteris aevi labentis. Rep. a. 1558 *su la nostra possessione da Sei in un campo luogo detto in Cascel et l' ho messa in una casa da Sei* ANONYMUS MACCII. In vico q. d. Ascio (Xei) agri Bellunensis DOGL. Fuit ibi in aedibus Salcis, nunc est Belluni in aedibus Miari MIARI.

ab una parte:	*ab altera:*
P · GIMI	P GEMINIVS
NIVS·C·F	C·F·SIIVIIRV *sic*
SIIVIIRV *sic*	V · S · L · M
V·S·L·M	

Contuli. Habent ex schedis saec. XVI Maccius ms. 1, 135 (secundum Marinium; nam non repperi in codd. Maccii Parisinis); I. N. Doglioni p. 12; Piloni f. 15; Monaco tab. 6 f. 3; Miari p. 14.

Pro SIIVIIRV substituit IIVIR Piloni.

2040 Belluni superioribus annis in fundamentis basilicae reperta, extat ad aedis primariae parietem VALER. Ibidem adhuc. — *In Lebona città nella Germania ne' Bellunensi popoli* LIGOR.

IMP · CAESARI
M · AVRELIO · AN
TONINO · AVG
ARMENIACO
MEDICO · PARTH
CO·M*ax* · *p*ONTIF
MAX · *trib* · POT · XX*i* p. C. 161
IMP · *iiii* · *cos* III · P · P
DIVI · *anto*NINI · FI
DIVI · HADRIANI · NE
POTI · DIVI · TRAIANI
PARTHICI · PRONE
POTI · DIVI · NERVAE
ABNEPOTI
D D

Contuli. Habent Valerianus ant. Bell. ms. et ed. p. 79; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 23 (inde Don. 3, 30 ex schedis ut ait Manut. bibl. Vat.); Ligorius ms. Taur. (inde Gud. 91, 6); I. N. Doglioni p. 9; Pinelli cod. Ambros. C. 61 inf. f. 97 (inde, non ut ait ex schedis Accursii, Mur. 240, 5, ex Mur. Orelli 860); cod. Lugd. Burm. Q. 6; Piloni f. 32; Pococke p. 126, 2; Monaco tab. 5 f. 1; Miari p. 6.

2041 Belluni in aedibus Pagani.

ERNI F S

Descripsi.

2042 Belluni in aedibus Pagani.

T CVRTIVS · T · F · PRIS
PRAEF ·

Descripsi.

2043 arca. In vico Tecliano [= Trichiana] in aedicula S. Theclae VALER. Ibidem adhuc.

C · DVRSNIO · SECV
NDO D OPITER
OMNIBVS · HONORI
RVS · M · F
PRAECELLIA · PROCVLA
MARITO · OPTIMO

Contuli. Habent Valerianus ant. Bell. ms. et ed. p. 76; Robortellus emend. 1557 f. 39 a Maresio; I. N. Doglioni p. 11; Pinelli cod. Ambros. D 199 f. 13; Grut. 403, 7 ex Valeriani schedis per Lollinum Robortelloque; Piloni f. 15; Monaco tab. 10 f. 1; Miari p. 16.

2 DORIFERO pro D OPITER priores ad unum omnes.

2044 arca litteris non bonis. Belluni rep. in S. Benedicto LILIUS. Rep. a. 1493, cum fundamenta facta sunt claustri ecclesiae S. Stephani; nunc in foro BONIFACCIO. Rep. a. 1480 in fundamentis chori ecclesiae S. Stephani; deinde in foro S. Stephani; ab a. 1539 ad a. 1837 in foro ecclesiae cathedralis ad scalas exteriores curiae nobilium; deinde a. 1841 denuo collocata ante ecclesiam S. Stephani MIARI. Ibidem adhuc. — Inter Cividalenses FELIC., confundens *Cividale di Friuli* et *Cividale di Belluno*.

in antica:

quam duo alati sustinent tabellam octogonam:

C · FL · HOSTILIVS
PAP · SERTORIANVS
LAVR · LAV · P · EQ · R · M
SIBI · ET · DOMITIAE
T · FILIAE · SEVERAE
COIVGI · INCOMPARA
V BILI F
ΓΡΗΓΟΡΙ · ΧΑΙΡΕ
ΟΡΕCΙ · ΑΕΙ
ΜΝΗΜΩΝ

in latere: iuvenis in-cinctus et cal-ciatus cervum iacentem corni-bus apprehen-dit

mulier stolata stans — *vir togatus stans*

in latere: eques venabulum tenens; aper canis aprum mordens

in postica:

servus vas-lum im-pellens — *mula onusta* — *ser-vus* — *equus* — *homines duo ursum pellitum in rete ad palum ligato umeris portantes; inter eos canis allatrans* — *canis alter*

Contuli. Felicianus cod. Marc. f. 111 (ubi postea adiecta est), cod. Veron. f. 48; Gammarus f. 34; Lilius f. 25; cod. Mutin. Siederi f. 42; Rodianus f. 55; Valerianus ant. Bell. ms. et ed. p. 49 (inde per Lollinum Grut. 420, 2); Ligorius ms. Taur. 6; Panvinius cod. Vat. 6036 f. 67'; Robortellus emend. 1557 f. 6 (inde Grut. 769, 12) a Maresio; Bononius syll. f. 35, antiq. l. II p. 72; I. N. Doglioni p. 15; Bonifaccio *hist. Trivig.* (1591) p. 17; Pinelli cod. Ambros. D 199 f. 12; Piloni f. 22; Luc. Doglioni p. 111 et tab. 2. 3; Monaco tab. 1 f. 1; Miari p. 7.

3 id est *p(atronus) eq(ues) R(omanus) m(unicipii)*. Similiter in albo Canusino distinguuntur *patroni cc. vv.* et *patroni eqq. RR.* — Ad eandem familiam pertinet n. 2052.

2045 Caneti [Canè], qui vicus est Alimanae [= Limana] in aedicula S. Blasii VAL. et RELIQUI.

M · IVNI · PAP · MAXIMI
II V · I · D · PRAECELLIA · MAX
IMINA · CONIVGI
CARISSIMO · V · F

Valerianus ant. Bell. ms. et ed. p. 76 (inde Mur. 1363, 7); I. N. Doglioni p. 11; Piloni f. 13; Monaco tab. 9 f. 3; Miari ms. et p. 16; Pellegrini ms.

D · M · initio add. Mur. — 1 PAPI Dogl. — 2 IIVID Miari (ms.) Pell., IIVIP Mon., IIVI · D Val. Dogl. Miari (ed.) — PRECELLIA Dogl. — Piloni sic interpolavit: M · IVN · MAXIMI · PAPI · IIVIR · I · D · PRAECELLIAE MAXIMIANAE · COIVGI · CAR · V · F.

2046 arca. Fuit Castoi in aedibus Radio antea, deinde in vico Colle di Navasa, nunc Belluni in aedibus Miari MIARI. Ibidem vidi, sed imminutam et confractam. In territorio Bellunensi rep. URSATUS.

in latere: *patera*

IV · VEN · TI · VS · *TITVS* · *V* · *P*
SIBI ET CON · IVGI · S*VAE*
IV*VENTIE* MARCELI
NE · *VIVS* · *FECIT* · DEDIT
COLL · FAB · AD · MEM · COL
RVSARVM ET VINDEMIA

in latere: *patera*

R · FOLL · *QVIN*
GENTOS
DAT · COLL · S · S

Contuli quod superest. Habet Ursatus ms. bibl. Patav. et *marmi erud.* 1669 p. 12, cui misit Iosephus Persico Bellunensis; Monaco tab. 8 f. 2 (inde Miari p. 10), qui diligenter delineavit. Integram viderunt tam Persicus quam Monacus.

Quae non vidi, dedi inclinatis. — 3 IVVENTIE Mon., IVVENTIAE Urs. — 5 *(* ego, AD Mon., OB Urs. — 6 ET om. Urs. — Inscr. in latere om. Urs. — 1 XEQLL Mon. — 3 COL · S · S Mon.

Iuventius Titus v(ir) p(erfectissimus) sibi et coniugi suae Iuventie Marceline vius fecit. Dedit coll(egio) fab(rum) ad mem(oriam) col(endam) rusarum et vindemia(rum denarium) foll(es) quingentos. Dat(um) coll(egio) s(upra) s(cripto).

2047 cippus ornatus bene scriptus. Rep. paucis ante annis in vico Orcesii [Orzes] tertio a Belluno lapide VALER. Deinde Belluni primum in foro ante ecclesiam cathedralem sub titulo n. 2044, hodie in curia.

T · SERTORIO
F R O C V L O ·
II · VIR · I · D · PRAE
FECTO · III · Q ·
FLAMINI · VIX ·
AN · XXX · MES · VI
OPTIMO · FILIO
PARENTES · FECE
RVNT · N · M ·

Contuli. Valerianus ant. Bell. ms. et ed. p. 74; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 134; I. N. Doglioni p. 9; Pinelli cod. Ambros. D 199 f. 12 (ex hoc libro, quem male tribuit Antonio Giganti, Mur. 745, 5; ex Mur. Orelli 3870); Piloni f. 14; Pococke p. 126 n. 1; Luc. Doglioni tab. 4; Monaco tab. 1 f. 1 et tab. 4 f. 6. 7; Miari p. 15.

2048 Sedegi in S. Martini a Belluno m. p. V in altaris suppedaneo LVGD. Sedegi in ecclesia S. Mariae in gradu altaris I. N. DOGLIONI. Quinto a Bellano lapide ad fluvium Corduvium in colle divo Martino sacro ante altare VALERIANVS. Nunc Landris prope Sedegum in villa MIARI.

P·TVRRANIO
PAP · PISTO IIII
VIR A P ET AEMI
LIAE P P OLILAE
PARENTIB · OPTI
MIS · P · TVRRANI
VS · PLACIDVS
V F

Contuli. Valerianus ant. Bell. p. 77, a quo pendeat Pandulfus Foeniculus Regiensis syntaxis verb. (Bonon. 1542) q. n. v.; I. N. Doglioni p. 10; Pinelli cod. Ambros. D. 199 f. 13; Grut. 476, 9 per Lollinum; Piloni f. 13 exemplo priore; Monaco tab. 5 f. 4; Miari p. 15 exemplo posteriore. Denuo ex lapide I. N. Doglioni p. 12, a quo pendent Piloni f. 13 exemplo posteriore et Miari p. 15 loco priore. Item ex lapide cod. Lugd. Burm. Q. 6.

V. 4 cognomen incertum; visum est in lapide esse OL (vel a vel P pro L) ILAE. Subieci tria exampla priorum:

Valerianus:	*Doglioni (ex. non dic.):*	*cod. Lugd.:*
P · TVRRANIO	P · IVRRANIO	P · TVRRANIO
P · ANISIO · IIII	PAPLISIO IIII	PAPPISIO IIII
VIETVRIAE ARI	VIE APPI AIMI	VIE APPIAE MI
NAE P TVRRANIAE	LIAI PIOLILAE	LIAI·P·P·OLILAE
PARINITB · OPTI	PARENTIBVS OPTI	PARENTIB·OPTI
ANEI TVRRANI	MIE IVRBANI	MIS·P·TYRBANI
VS SECONDVS	VE · PLACIDVS	VS · PLACIDIVS
V P	V P	V F

2049 *due iscrizioni* [haec et n. 2056] *sopra due sassi quadrati, ma grezi; sono state trovate la settimana passata in un campo di favola* (?) *nel ricinto moderno de' Padri da S. Stefano, mentre cavavano fossi per piantar viti, sopra un sepolcro mal composto, ch' aveva dentro quatro sole teste di morti, in loco distante dal convento cento passi* PERSICVS.

A VRELIE
CASTIIS
P·GHMILLVS
CONIVGI
M POS

Iosephus Persico Bellunensis misit Ursato; vidi epistulam Patavii in bibliotheca. Inde Ursatus *marmi erud.* 1669 p. 98 - 1719 p. 138; ex eo Mur. 1307, 4.

2050 primo lapide a Belluno in suburbano museo iuxta portam aediculae S. Iacobi VAL. *Nella villa di Bribano* DOGL.

D M
CAPESTI
AE · VALENT
INE · C · M ·
VALERIAN
COIIVGI

Valerianus ant. Bell. ms. et ed. p. 78, a quo videntur pendere reliqui: I. N. Doglioni p. 9; Piloni f. 15; Fabrettus 612, 104 ex Valeriano; Monaco tab. 6 f. 1.

4 INE Val. (ms.), INAE Val. (ed.) Mon.

2051 Landris in suburbano Miari.

OSSVA · ENNIAE
T · F · MARCELLAE

Contuli. Ed. Miari p. 10.

2052 arca. In villa Salce III m. p. a Belluno DOGL. PIL. Vellai apud Tomitanam CORNO. Feltriae MVR. Hodie *alle case bianche* dominorum Rosadarum prope Feltriam.

FLAVIAE · C · FIL · SEVERAE · ANNOR · III
MENS · XI · D · V · FIL · CARISSIM · C · FL · HOSTILIAN
ET · PLAETORIA · L · F · LAEONICA · PARENT · FEC

Contuli. I. N. Doglioni f. 11; Piloni f. 23; dal Corno p. 154, qui auctorem citat Goelinum; Mur. 1165, 7 a Brembato.

2053 Belluni in aedibus Pagani.

FONTEIA · L · F · I

Descripsi. Habet Monaco tab. 7 f. 3.

2054 Belluni in regione Carrera *dietro il Campedello* repperit Zuppanius a. 1773 Mai. 21.

Q FVLVIVS · P · F · VIV | S · F · SIBI · E

Ioh. Sargnani in schedis servatis apud Miariam mihi quoque visis; ed. inde Miari p. 9.

2055 in vico Zumelis, vulgo Zamelo [= Mel] in platea foroque VALER. Melli in turri horaria ecclesiae parochialis DON.; similiter RELIQVI. Ibidem adhuc in pariete ecclesiae. — *In una villa del paese Labentionae detta Franca Villa* LIGOR.

M · PRAECEL
LIVS · Q · F
PAP · VITVLVS
SIBI ET
DVRENIAE · L · F
SECVNDAE
VXORI · ET · SVIS
V · F

Valerianus ant. Bell. ms. et ed. p. 77; Robortellus emend. 1557 f. 39 a Maresio; Ligorius apud Gudiam ms. Guelf. 1505, 5 (ex cod. Taurinensi non habui exscriptam); I. N. Doglioni p. 11; Pinelli cod. Ambros. C. 61 f. 96. 97'; Grut. 819, 3 a Robortello et Borghino; Piloni f. 13; Donius 14, 9 (inde Mur. 1492, 4), cui dedit Mich. Blancus; Miari ms. et p. 16; Pellegrini ms. qui vidit.

In vv. dividendis secutus sum Valerianum. — 1. 2 PRAECILIVS Don. — 3 F·F Pinelli. — 7 om. Don.

2056 rep. ad monasterium S. Stephani una cum n. 2049.

MEMORIAM PV
BLICIO AEPRO
QVEM COLOCAVIT
QVINCTIA PRIMA
VIVA VNA ET SIBI
CVM CONIVGE CARO

Persicus misit Ursato; ex epistula servata hodie Patavii ed. est in huius *marm. erud.* 1669 p. 98.

2057 Bellani RED. ALIQVE; Bellani in S. Petri libitinaria portica VAL. Virunii in S. Petro sub portica LVGD. Extare negat LVC. DOGLIONI p. 124. — Marani SANVTVS.

D · M
QVINCTIA · MA
XIMA · SIBI · ET
COIVGI · SVO
CVSONIO · SEVE
RINO · V · F

Redianus f. 55; Sanutus f. 53; Hier. Bologna syll. f. 35, antiq. l. II p. 73; Valerianus ant. Bell. ms. et ed. p. 79; Robortellus emend. 1557 f. 39 a Maresio; cod. Lugd. Burm. Q. 6. Inde opinor reliqui: Ligorius ms. Taur. 14; Panvinius cod. Vat. 6036 f. 93'; Burchelatus epitaph. 1583 p. 135; I. N. Doglioni p. 9; Grut. 821, 7 ex Burchelato et Robortello; Piloni f. 14; Monaco tab. 9 f. 1.

In vv. div. sequor Bonon. (syll.) Valer. Lugd., nec multum discedit Robortellus. In lectione quattuor proba exempla Red. Robort. Valer. (ms.) Lugd. consentiant, nisi quod 6 V·T Lugd. — 2 QVINTIA, 3 sq. ET | CVSONIO · SEVE | RINO · COIVGI (CONIVGI San.) V·F Bonon. Sanutus.

2058 Chori [=Cor] secundo a Belluno lapide in lapide rescripto et lancearum ictibus diffracto VAL.

T · TVRRANIVS · SEVERINVS
CONIVGI · SVAE · CARISS
BLICIAE · COSTANTINAE · VIVVS · F

Valerianus ant. Bell. ms. et ed. p. 76. Inde posteriores: Robortellus emend. 1557 f. 39 a Maresio; I. N. Doglioni p. 10; Pinelli cod. Ambros. D 199 f. 13; Grut. 836, 6 ex Robortello et Borghino, quem patet male exscripsisse schedas Valeriani; Piloni f. 15; Miari p. 11; Monaco tab. 8 n. 1.

In vv. div. secutus sum Valerianum, nec fere aliter Robortellus. — 3 BLICIAE Val., POBLICIAE Rob. — COSTANTINAE 'sic' Val., CONSTANTINAE Rob.

2059 in villa Lastreghe ubi itur ad Carnos DOGL., PIL.; ibi super aedes Lud. Scolari TICOZZI. Hodie Belluni in aedibus Miari.

protome mulieris *protome viri*
T · VOLVSIO · C · F
VOLVSIAE ·/ /DES /

Contuli. I. N. Doglioni p. 11; Piloni f. 14; Ticozzi *stor. dei lett. del dip. della Piave* p. VII; Miari p. 10.

Pilonius sic interpolavit: T·VOLLVSIO·SATVRNINO·C·F·VOLVSIA . . . . .

2060 in villa Cavezzani agri Bellunensis in ecclesia S. Quirici PILONI similiterque I. N. DOGLIONI; in ecclesia S. Francisci de Paula HIER. CAMPANA. Nunc Belluni in aedibus Pagani MIARI EGO. — Belluni RED.

TI · VPSIDI · TI · F
GEMINI
SIBI · ET · SVIS

Contuli. Habent Redianus f. 55 (inde Gud. 336, 6); I. N. Doglioni p. 10; Piloni f. 15; Monaco tab. 5 f. 3; Miari p. 13, citans schedas Hieronymi Campanae.

2061 in arcae operculo. Belluni pro lavacro in regione Ussolo.

D M

Vidi. Ed. Miari p. 10.

2062 Cadolae rep. cum vetusta ecclesia deicitur; extat in ecclesia nova.

VIVVS
CELLA
ATE

Pellegrinus descripsit.

2063 Alpagi in ecclesia parochiali in porta sacristiae.

ERA F ROMA

Pellegrini descripsit.

2064 Casan prope Capodiponte in sepulcro rep. 1863; periit.

· C M R A
EVRETE · R
DAMA

Pellegrini descripsit.

2065 in vico ad viam Italiam tertio a Belluno lapide ad pontem [=Capo di Ponte] in hospitio quodam ad libram publici vectigalis VAL. similiterque I. N. DOGLIONI. A. 1772 Bellunum allatam esse a Luc. Doglioni, fuisse deinde in aedibus Pagani, hodie desiderari scribit MIARI.

FILI · POSVERVNT · MEMO
RIAM · PATRI · SVO · SATV
RNIANO · POTIO · OBI
TO · CVM · COMPARE · SVA
5 VALENTINIANA · VOLVSIA

Valerianus ant. Bell. ms. et ed. p. 76 (inde Pinelli cod. Ambros. D 199 f. 13 et per Lollinum Grut. 741, 1); I. N. Doglioni p. 10; Piloni f. 14; Monaco tab. 7 f. 1 (inde Miari ms. et ed. p. 11).

Vv. sic dividunt Val. et Mon. — 1 FILII Pil. — MEMORIA Dogl. — 2 PATPI 'sic' Val. — SVO om. Dogl. — SATV RNIANO Val. ms. et Mon., SATVR NIANO Val. ed., SATVRNINO Pil. — 4 COMPARE·SVA om. Pil. — 5 VALENTINIANA reliqui et Pinellius, VALENTIANA Valer. (ms. et ed.).

XXV. FELTRIA *(Feltre)*. *Tribu Menenia.*

Feltrinos syllogae saeculi XV et saec. XVI incip. non exhibent nisi duos titulos n. 2067. 2071. Inundatio deinde torrentis Cormettae cum a. 1564 die Iun. 27 in lucem protulisset quattuor titulos alios, hi passim reperiuntur cum apud scriptores municipales, qui de casu eo rettulerunt, ut sunt Bernardus UGOLINO, cuius de ea re narratio scripta 7 Iul. a. 1564 legitur in cod. Vaticano (olim Barberiniano) n. 9141 f. 157. 158; et similis auctor item aequalis in cod. Vat. 9027; et Anonymus qui c. a. 1566 ad statuta Feltrica (cod. tabularii Veneti ai *Frari* misc. n. 183) de rebus patriis et alia quaedam adiecit et trium inscriptionum a. 1564 eruderatarum exempla excepta ab Ioh. Christoph. dal Corno notario; et Bonifatius PASOLE *breve compendio delle cose più mirabili . . . di Feltre* (cod. Cicognae n. 3264); et Anonymus in cod. Veneto Marc. Lat. XIV, 175, quo continentur inter alia ad hunc tractum spectantia etiam Feltrina complura collecta c. a. 1600; tum apud viros doctos eius aetatis plerosque, ut sunt Panvinius Ligorius Manutius Borghinius Ursinus Velserus, quos reperies infra allegatos suis locis. Praeterea apud eosdem addi solent tituli duo iam antea noti aliaque quaedam exigui momenti. Fraudes Feltriae plus quam credas grassatae ab hac inde aetate coeperunt; nam ut mittam n. 92* antiquum lusum de dictatore Caesare Feltriae morato et de frigore conquesto, quem primum offendi apud Petrum Bembum, et n. 93* capitellum cum recens inscripto nomine GLOTHO (sic) iam in libro illo statutorum obvium, ipsis illis titulis ab aquis in lucem prolatis nescio qui magister Feltrinus addidit unum n. 100* exceptum ut sit ex lapide evanido et mox pessumdato eiusdem Caesaris nomen habentem, et Ligorius praeterea tali fraudis occasione cupide arrepta sex titulos n. 94*—99* de suo excogitavit. Mox Georgius PILONIUS in historia Bellunensi edita a. 1607 etsi titulos non confinxit, tamen Feltrinos quos edidit foede interpolavit (v. c. c. n. 2067. 2069). Post hunc Daniel TOMITANUS Aurelii filius nobilis Feltrinus (1588—1658) is cuius supra p. 54 meminimus in Tergestinis, et lapides scriptos quos potuit Vellai in villa exposuit et syllogen paravit titulorum Feltrinorum a me frustra quaesitam, sed usurpatam a Cambruzzio et a Lud. Doglioni (*Raccolta Ferrarese* vol. 23 p. 113 seq.), qui eam vidit in domo Cima, et a Cortenovio et Tauro. At studium laudabile ipsum sibi offuit; nam a nescio quo falsario titulis in lapide fictis, lucri causa opinor, Tomitanum male deceptum esse inscriptiones n. 101*. 102*. 103* servatae hodie in villa Tauriana *alle Centenere* ultro declarant confictae omnes pessime nec ut peritum fallant. Paullo post Antonius CAMBRUZZI Feltrinus sacerdos et magister in chronicis ineditis (quorum excussi Feltriae apud heredes auctoris exemplar autographum et paene integrum finiens ad a. 1647 deficientibus foliis extremis) titulos Feltrinos rettulit cum fide descriptos, in his falsos quoque cum alios tum servatos apud Tomitanum. Deinde omisso pessimo libro Hieronymi BERTONDELLI (*historia della città di Feltre* Venetiis 1673. 4. pp. 279), qui quidquid titulorum habet sumpsit ex Pilonio, non meliorem Antonii DAL CORNO (*memorie istoriche di Feltre* Venetiis 1710. pp. 163) adhibuimus ita, ut quidquid rettulit ad patriam non confirmatum aliunde (nec inter sponsores numeramus chronica Feltrina scripta quae citat Bellati et Goslini), ablegaretur inter suspecta; nam nullam fidem ei habendam esse declarat cum titulos n. 101* aperte confictos tum maxime Tergestini n. 555. 615. 695 ex Irenaei libro arrepti et mala fraude relati inter Feltrinos, ut etiam ad eos, quorum alium auctorem adhuc indagare non potuimus, suspicio inde redundet. Nuper denique comes Franciscus TAURO Feltrinus vestigia legens Tomitani et titulos ab eo collectos posterorum incuria paene pessumdatos in villam suam suburbanam *alle Centenere* reparavit et alios aliunde adquisitos iis adiunxit

omnesque collectos edidit in libello perraro (repetivit eum quibusdam omissis Caesar Cantù *Grande illustrazione del Lombardo-Veneto* vol. 2 p. 591 seq.) *lapidi Romane e Greche esistenti nella villa Tauro delle Centenere, distretto di Feltre* 1816. 4. pp. 12, additis postea appendicibus duabus p. 13. 14 et p. 15—18. Sed accidit Tauro quoque quod accidisse vidimus Tomitano, ut titulis confictis male deciperetur et ex hoc quoque museo falsorum numerus aeque augeretur ac verorum. Conficti autem hi non inveniuntur nisi in solis appendicibus post a. 1816 editis; ipse liber habet quaedam Tomitana aliaque, de quibus supra diximus, antiquorum falsariorum commenta, sed recens fictos titulos nullos.

Feltria (sic n. 2071 et itin. Ant. p. 280; male Ravennas 4, 30 *Filtrio*) sive Feltriae (sic tituli duo urbani apud Kellermannum vig. n. 99 n: *L. Magius Statutus Feltris* et Muratorium 782, 4: *T. Apicius T. f. Men. Secundus Feltris*) oppidum, cuius incolae *Feltrini* (sic Cassiodorius var. 5, 9 scripta *possessoribus Feltrinis* et ita recte emendatur apud Plinium 3, 19, 130 quod in libris reperitur *Fertini; Feltrienses* non legitur nisi in titulo Ligoriano n. 97*), cum Tridento et Berua a Plinio l. c. recensetur inter oppida Italiae regionis decimae origine Raetica. In tribu Feltrinos censitos esse Menenia declarant tituli tres urbanus modo citatus et n. 2069. 2071. De oppidi condicione non liquet; magistratus habuit *IIII viros iure dicundo* (n. 2069) et *praefectos iure dicundo* (n. 2069. 2070) et *adlectos aerario* (n. 2069. 2070), de quibus diximus in Opiterginis p. 186. Memorantur praeterea collegia quae ibi fuerunt fabrum centonariorum dendrophororum (n. 2071). Exigua omnino memoria superest oppidi exigui, demptis scilicet qui multi sunt titulis fictis.

2066 arae speciem habet. Calibacci in agro Feltrino in ecclesia S. Luciae DAL CORNO. Inde venit in villam Tauri *alle Centenere*.

HOSTILIA · P · F
SERENA
L V D R I A N O

Contuli. Dal Corno p. 154; Taurus 1816 n. 15, a quo citantur Tomitanus et chronica Goslini et Pasolii.

In fine V·S de suo add. Cornus.

2067 litteris bonis. Pedevenae prope Feltriam in ecclesia S. Iohannis COD. STAT. A. 1566 ALIIQUE ANTIQUIORES. Ex villa Vellaiana Tomitani venit *alle Centenere*.

L · CAESARI · AVG · F
DIVI · N
AVG · COS · DESIG
PRINCIPI·IVENTVTIS

Contuli. Habent Ferrarinus cod. Reg. f. 151; Io. Bembus f. 101; Guglino in ep. a. 1564 (cod. Vat. 9141 f. 158); cod. statutorum Feltrin. a. 1566 in tabulario Ven. misc. cod. 183; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 5'; Ligorius Taur. 8; Manutius cod. Vat. 5237 f. 148; cod. Marcian. 14, 175 f. 16'; Grut. 235, 2 ex schedis Velseri, addens repertam esse a. 1599; Piloni f. 32 (inde Cambruzzi p. 46; dal Corno p. 154; per Brembatum Mur. 325, 4); Cambruzzi p. 40; dal Corno p. 154 (ubi bis dat); Mur. 221, 9 a Brembato (inde Orelli 636); Taurus 1816 n. 8, qui citat Tomitanum.

1. 2 L·CAESON·F·DIVI . . . . AVG Pilonius, addens *'manca il cognome di Adriano'*; L·C·AVO·F·DIVI·N Cornus.

2068 basis magna litteris bonis. Rep. a. 1564 Iun. 27 Feltriae *nel torrente della Cornetta* in inundatione AUCTORES ANTIQUI. Ex Vellaiana villa Tomitani venit *alle Centenere* ad Taurum TAURUS. Ibi est adhuc.

IMP · CAES
C · MESSIO
QVINTO · TRA
IANO · DECIO
PIO · FELIC · AVG
PONTIFIC · MAX
TRIB·POT·III·COS·II p. C. 250
·P · P · PRO COS·
ORDO · FELTR

Contuli. Habent Bern. Guglino in epistula d. 7 Iul. 1564 (cod. Vat. 9141 f. 157); auctor de inundatione Feltrina cod. Vat. 9027; cod. statutor. Feltr. a. 1566 in tabulario Veneto misc. n. 183; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 31'; Ligorius cod. Taur. 8; Manutius cod. Vat. 5237 f. 148. 184; Borghini ms. Rinuccini f. 96; Pasole *comp. di Feltre* (1580) cod. Cicognae 3264; Grut. 273, 6 ex schedis Ursini (inde Orelli 993); cod. Marcian. Lat. XIV, 175 f. 23'; Piloni f. 16. 34; Cambruzzi p. 70; dal Corno p. 156; Taurus 1816 n. 4. Non recte dubitavit de tituli sinceritate Borghesius opp. 4, 292.

5 AVI hodie cernitur.

2069 rep. Feltriae post inundationem magnam d. 13 Iul. 1564 ad pontem *della Cornetta* COD. VAT. 9027 et similiter FELTRINI RELIQUI. Magistratus Feltrinos, cum titulum ecclesiae S. Stephani parieti inserere vellent una cum n. 2067, eius rei causa scripsisse ad legatum apostolicum episcopum Vercellensem Guidonem Ferreria eumque id Feltrinis permisisse a. d. XVIII k. Ian. a. 1564; deinde, cum rem non perfecissent, Matthaeum Bellatum titulum misisse Friderico Contareno narrat CAMBRUZZIUS (a quo pendet per Taurum Furlanettus). Patavii apud Ramusios, postea apud Contarenos PINELLI. Ateste apud eosdem GUD. Nunc in museo Estensi n. 17.

delphinus *rota* *delphinus*
L · OCLATIO
L·F·MEN·TERTIO
PATRI · ET
L·OCLATIO·L·F
MEN·FLORENTINO
FRATRI · MIL
CHOR · PRI · PR *sic*
DEFVNCTO
ANNO·XXIII
L·OCLATIVS·L·F
MEN · ROCIANVS
IIII·VIR·PR·I·D
ADL · AERA *sic*
V·F

Contuli. Cod. statutor. Feltr. a. 1566 in tabulario Veneto misc. n. 183; Anonymi narratio de inundatione Feltrina (cod. Vat. 9027); Ligorius ms. Taur. 8; Manutius cod. Vat. 5237 f. 148'; Pasole (cod. Cicognae n. 3264) ad a. 1564; cod. Marcian. Lat. 14, 175 f. 24; Ramusius in cod. Marc. n. 17; Pinelli cod. Ambr. C 61 inf. f. 39 et apud Grut. 555, 2; Pignoria in em. ms. ad Grut.; Piloni f. 17; Cambruzzi p. 57; Gudius vidit (adn. ad Grut. ed. 2); Ant. Angelieri Este 1743 p. 16 (emendat Antibabazus p. VII); dal Corno p. 4; Alessi Este p. 233; Furlanettus Est. p. 82, Pat. p. 131 n. 125 (cf. Cavedoni *Bull.* 1848 p. 103).

Piloni sic diffinxit: L·OCLATIO·L·F·MENEN· (ROSCIANO) III·VIR·I·D·PRIMI·MELIT·COHOR·DEFVNCTO·ANN·XXIII·L·OCLATIVS·III·VIR·AEDIL·AERAR·V·F

2070 Feltre ad forum rep. dum fundamenta fiunt domus Iulii Guarnieri.

T · CAELIO · MC*n*
TANO AVO
PRAEF·I·D·ADLE *et. aer*
L·CAELIO·MON *t*
ANO·PATRI
PRAEF·I·D·ADL *aer*

Io. Bapt. Zanettini *memoria intorno la lapide sepolcrale dei Celmontani* (progr. lycei Feltrini a. 1862).

2071 litteris bonis et certis. Feltriae apud ecclesiam cathedralem RED. *Nell' eta mia puerile fo ritrovato avanti lo incendio che fo in questa cita l'anno 1511, presso alla chiesa cattedrale, mentre che si facevano li cavamenti per la facciata nuova d'essa chiesa* BORGASO. Eodem loco mansit, nisi quod nuper collocata est intus in ecclesiae cathedralis vestibulo, ut a caeli intemperie repararetur.

in facie superiore foramina sunt statuae imponendae apta

C · FIRMIO · C · F
MENEN · RVFINO
EQ · PVB · LAVREN·
LAV · DEC · FLAMIN
PATRONO · COLLE
GIORVM · FAB · CENT
DENDR · FELTRIAE
ITEMQVE · BERVENS
COLLEG · FABR · ALTI
NATIVM · PATRONO

Contuli. Ferrarinus cod. Reg. f. 151; Redianus f. 55; Gammarus f. 35; Lilius f. 158; Felicianus cod. Marc. f. 142, cod. Ver. f. 49. Unde novit iam Hermolaus Barbarus castig. Plin. ed. Rom. 1492 f. C 6. Nicolaus Borgaso iureconsultus Feltrinus in cod. statutorum Feltrinorum a. 1566 servato in tabulario Veneto misc. cod. 183; Io. Bembus cod. Monac. f. 101; Valerianus ant. Bell. p. 49 (inde Pinelli cod. Ambros. C. 61 inf. f. 116 et D 199 f. 12; Pilosi Bell. f. 8); Hier. Bononius syll. f. 34, antiq. l. II p. 78; Guglinus in ep. a. 1564 (cod. Vat. 9141 f. 158); Panvinius Rom. p. 506 (inde Trinagius inscr. Vic. f. D 1; Smet. 162, 8; Grut. 409, 8; Orelli 3084); Manutius cod. Vat. 5237 f. 148, orth. 693, 32; Ligorius ms. Taur. 8 et 17 (inde Vulpi Lat. vet. 6, 102); Goslinus in cod. Cicognae n. 3541 in fine; Cambruzzi p. 58, qui praeter Goslinum citat (secundum Danielem Tomitanum) Hieronymi Bononii antiquarium; dal Corno p. 3. 150; Steinbuechel descripsit; *Villa Tauro* in adnot. ad n. 9.

9 s hodie deest versibus 6—10 in fine paullum imminutis; habent exempla antiquiora omnia.

2072 arca non admodum magna, litteris pravis. *Ritrovata in colma (?) scoperta dalle piogge et ritrovata da M. Marco Argenta, qual al presente l'ha ne la sua corte in Tortoesgno* COD. MARC. Rep. a. 1600 *a piè del colle di Castel Marcellone nel borgo di Tortosegno in casa di Marc Antonio Argenta* CAMBR. similiterque OBUT. CORNUS. A. 1612 ab eodem Argenta dono habuit Dan. Tomitanus et posuit Vellaji CAMBR. Inde venit *alle Centenere* TAURUS. Ibidem adhuc.

D M
L · VETVRIO NEPOTI QVI VT EREQ
VIVM SIBI FACSESNT DONAVI
CIARNE HS N CODC ITEM HERCL
HS N CCCC MVLIERI BVS HS N CCCC
VT FACERENT CIAR N A TVR TVC
VIN HER PAR MVL ROSAS
V · S · F

Contuli. Cod. Marc. XIV. 75 f. 27' scr. saec. XVI exeunte; Grut. 926, 2 a Puteano (cf. corrig., ubi laudat Nicol. Fabricium); Piloni f. 17 pessime; Cambruzzi ad a. 1600; dal Corno p. 152; Taurus 1816 n. 5, qui citat schedas Tomitani.

4 CIARNE et 6 CIAR certa sunt, cum facile distinguantur in titulo elementa I et T. — 5 post MVLIERI et 7 inter N et A spatium vacat in lapide propter silicem a quadratario evitatum.

D(is) m(anibus). L. Veturio Nepoti. Qui, ut exequium sibi facerent, donavi(t) Ciarne(nsibus? sestertios) n(ummos) MDC, item Hercl(anensibus sestertios) n(ummos) CCCC, mulieribus (sestertios) n(ummos) CCCC, ut facerent Ciar(nenses) na(talia) tur(e) tuc(eto) vin(o), Her(clanenses) par(entalia), mul(ieres) rosas. V(ivus) s(ibi) f(ecit).

2073 ex Arro M. P. a Feltria a. 1627 Aug. 7 venit ad Tomitanum TOMITANUS (apud Taurum), CORNO, Vellai in villa Tomitana CAMBR. Inde hodie alle *Centenere.*

C ARRENVS M
AECELLINVS FRA
TER PIENTISSIM
VS

Contuli. Cambruzzi ad a. 1600, nisi alius nescio quis postea adscripsit; dal Corno p. 151; Taurus 1816 n. 11, qui citat Tomitanum.

2074 Feltriae PANV., quem observa Feltriae etiam titulos quosdam tribuere vere Tridentinos.

P · GELLIVS
PROCVLVS
GALLIVS
MANTA

Panvinius cod. Vat. 6036 f. 83 (inde Donius cod. Barb. XXXIV, 73 p. 227 et Bouchard cod. Barb. XXX, 182 f. 50' ex schedis, ut aiunt, Vaticanis Manutianis).

2075 in villa q. d. Campo prope coemeterium S. Iohannis Baptistae 1814 Mai. 7 repperit TAURUS. Nunc *alle Centenere.*

TIVS SECV
TI MVLVI EPI
EPOTIA
...

Contuli. Taurus 1616 n. 6 male.

2076 *alle Centenere.*

L ...
ET · MVLVIAE
IVCVNDAE
CONIVGI

Descripsi.

2077 *alle Centenere.*

I · NOEB
SIBI ET C

Descripsi.

2078 Vellai in aedibus Tomitanis CORNO. Ibidem denuo repperit a. 1817 Mart. 2 in portica litteris intus collocatis et villae suae intulit TAURUS.

PETRONIA · C · F
MARVMA

Contuli. Ed. Corno p. 153; Taurus in app. n. 24.

2079 rep. a. 1564 Iul. 16 Feltriae post inundationem *de sotto dala chiusa nei campi di Trecchi* [Io. Bapt. Tridentus dicitur in cod. Marcian. 14. 175] COD. VAT. 9027 similiterque RELIQUI ANTIQUI. In latere intuenti dextro ipsius lapidis incisum est MDLXV (deinde stemma) VICENCIVS | DOLFINVS | RESTAVRA*vit*. Feltriae *sopra la piazza del castello nel pedestallo dell' Altena* CORNO. Nunc *alle Centenere.*

D M
PVBLICIAE
PIAE MATRI
SANCTISSIM
ET PVBLICIAE
PRIMVLAE SOR
PIENTISSIMAE
SECVNDINVS

Contuli. Anonymi narratio de inundatione Feltrina cod. Vat. 9027 inserta; cod. statutor. Feltr. a. 1566 in tabulario Veneto misc. a. 183; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 97'; Ligorius ms. Taur. 8 (inde Gud. 259, 8); Manutius cod. Vat. 5237 f. 147'; Pasole (cod. Cicognae n. 3264) ad a. 1564; cod. Marcian. Lat. 14, 175 f. 24; Piloni f. 17; Cambruzzi ad a. 1564; dal Corno p. 151; Mur. 1273, 10 a Brembato; Taurus 1816 n. 2 qui citat Tomitani schedas.

7 extr. E hodie deest.

2080 antea Vellaji apud Tomitanum, quem non enuntiare unde habuerit adnotat TAURUS, deinde *alle Centenere.*

C · TITIVS · C · F
SANVCIVS
L · S · IN FR · P · RXX
RETRO · P · XXI

Contuli. Taurus n. 14 qui citat Tomitanum.

2081 litteris infimi aevi. Ex Pedevena, ubi fuit apud Ardizonios, venit Vellaium ad Tomitanum CORNUS TAUR., inde *alle Centenere.*

E ET FIR
MA
IXIT CON
MENS TI
VIT XI

Contuli. Dal Corno p. 153 pessime; Taurus 1816 n. 13, qui citat Tomitanum.

2082 *alle Centenere.*

LAVI
NIAE

Descripsi; sincera est.

2083 *alle Centenere.*

RIBI
MIN
AVD

Descripsi.

2084 *alle Centenere.*

FERIN
MAR

Descripsi.

2085 *alle Centenere.*

I AR

Descripsi.

XXVI. ACELVM? *(Asolo)* et vicinia.

Asulanis auctoribus Michaele LAZZARI (in commentariis pluribus insertis syllogae Calogeranae, quorum unus etiam separatim editus est addita refutatione Anonymi ex iisdem opusculis desumpta: *due dissertazioni* cet. Tarvisii 1736. 8 pp. 120) et Ludovico GUERRA (*dilucidazione de' marmi, iscrizioni, idoli, simboli egiziani ed altri monumenti di antichità in varj tempi disotterrati e scoperti nella città e territorio di Asolo.* Venetiis 1805 pp. 156) caute utendum est; nam lites de oppidi vetustate, quod cives Acelum contendunt esse, cum inter ipsos et Tarvisanos saeculo XVIII eo acrius agerentur, quod coniunctae fuerunt cum iure cathedrali et ipso controverso ecclesiae Asulanae (v. inter alia de hac lite praefatio ad libellum Iacobi Riscati *motivi storici a favore della chiesa cattedrale di Trivigi e contro la collegiata d'Asolo.* Bassani 1769. 4), ea labes etiam ad inscriptiones pervenit. Auctores duos quos nominavi cum caecus patriae amor quasi dementes rapiat (ita Guerra p. 39 lapidem quendam Tarvisanum suo oppido vindicat propter eam unam causam, quod Tarvisanus ager lapides antiquos nullos habere possit: *è in Treviso trasportato dall' Asolano, non potendo già il fondo Trevisano dar lapidi*), tamen ipsi a fraude videntur abstinuisse; sed antiquas fraudes hic iam saeculo XVI grassatas esse et laetum deinde incrementum habuisse constat et ex absurda imitatione tabulae Genuatis facta Asoli saec. XVI, aucta a posterioribus (v. n. 121*) et ex iis quae ad Brixianum titulum M. Terentii Pyrami adnotabuntur; nec mihi dubium est etiam titulum n. 122*, quo uno documento Acelum stabilitur antiquo tempore rem publicam habuisse, initio saec. XVIII in lapide fictum esse. Vellem vidisse Casparis Furlani schedas de Asoli antiquitatibus citatas a Lazzaro et Guerra, ex quibus sine dubio earum fraudium accuratior notitia trahi potest; sunt enim praecipuae earum (n. 121*. 122*) cum Furlani nomine nescio quomodo coniunctae. Quem vidi Patavii in seminarii bibliotheca n. 568 libellum anonymi *breve trattato delle antichità di Asolo,* is et ipse eadem labe affectus est.

Acelum oppidum Venetorum, quod nominant Plinius (3, 19, 130) et Ptolemaeus 3, 1, 30 (Ἀκελον libri), creditur esse id quod nunc Asolo dicitur inter Tarvisium et Feltriam medium, recte fortasse, nam et nomina similia sunt et locus convenit et antiqua ibi est sedes episcopalis commemorata iam a Paulo Diacono (hist. Lang. 3, 26: *Agnellus de Acilio*). Ceterum supra iam dixi aetatis Romanae titulos huic opinioni non magnopere patrocinari. Nam neque inter domos militum usquam memoratur Acelum (Mogontiacensem enim titulum apud Brambachium n. 947 pertinere constat ad Claudiam Celeiam) et quos hoc capite composuimus titulos, magis ut incertos, quos in his partibus offendimus, a certae attributionis titulis separaremus, quam quod eiusdem rei publicae eos omnes esse existimamus, in regione media inter Feltriam Tarvisium Patavium Vicetiam repertos in locis Quero, Alano, Cavaso, Cossagno, Corunda, Asolo, S. Hilariae, Fonte, S. Zenonis, Riese, Bassano, valle S. Floriani, Marosticae, hos titulos dico qui examinabit, rei publicae propria indicia nequaquam deprehendet. Nam magistratus qui in titulis subscriptis nominantur recte referentur ad res publicas supra nominatas, et omnino, ut ex titulo n. 2090 colligitur ad S. Hilariae fuisse pagum Misquilensem, ita reliqui quoque nihil obstat quominus existimentur stetisse in vicis pagisve aut Feltriae aut Tarvisio aut Vicetiae aut denique Patavio attributis. Tribus, quae nominatur n. 2090 et 2106, Fabia est Patavinorum; non nominantur autem in titulis adhuc ex his locis in lucem prolatis nec Menenia Feltrinorum Vicetinorumque nec Claudia Tarvisanorum.

2086 prope Marosticam nuper rep. URSATUS 1675.

GEANIA
BACCHIS
DEANAE
DO · DS

Servavit Ursatus *marmi erud.* 1719 p. 213, cui misit Clemente Marosticanus (inde Mur. 35, 8; Maccà *iscr. sacre* p. 59; Furlanetto lap. Pat. p. 17 n. 15; Schio Vic. p. 117, qui sine causa habet pro falsa).

2087 Asoli LAZZ. In angulo moenium non procul ab arce COD. SEM. PAT. Rep. in ecclesia S. Salvatoris a. 1714, deinde in aedibus Furlani, sed ab heredibus eius pessumdata GUERRA.

cod. sem. Pat.:	*Lazzari:*	*Guerra:*
GENONE · FANVM	IVNONI MAgnae	IVNON . . A . . .
DEDIT	M I · P/A// EVS	M · F · AELVS . . .
	D A S // N ///	DARIINS . . .
	V·S·L·M	V·S·L·M . . .

Cod. sem. Patav. 568 f. 17', si quidem eadem est; Lazzari apud Calogerà 40 (1749) p. 408; Guerra p. 79 ex schedis Furlani. Male descripta potius quam tota ficta.

2088 *archa nobilissima di petra,* ad S. Floriani prope Marosticam in valle in aedibus archipresbyteri CALD. In aede D. Floriani adservabatur, nunc vero integre corruptum in area sacrorum praefecti divagatur CERCH. In muro ad ecclesiam parochialem MACCÀ.

TI · CLAVDIO · CAESA
M · SALONIV . . . ES

Duo exempla extant, editum in *Itinerario overo nova descrizione de' viaggi . . . d'Andrea Scoto novamente tradotto . . . ed accresciuto* Vicetiae 1615 f. 4 (inde Reines. 3, 17) et Caldogni n. 12. Ab his pendere videtur Castellini f. 118 (in ed. deest), qui videtur sumpsisse ex itinerario; pendent certe Cerchiari f. 107 et Schio p. 115. Particulam vidit Maccà *stor. del terr. Vic.* 14 (1816), 386.

1 CAES itin. — TI · CLAVDIO · CAESARI M · SALONIVS · SVPERSTES Castell. — Maccà non repperit nisi fragmentum cum tribus his litteris magnis et pulchris: ESA.

2089 lapis elegans recens erutus in pago S. Zenonis [4 m. p. ab Asolo proxime pagum Paderno], extat apud magnificum Hier. Roverium BURCH. Periit LAZZARI apud Calogerà 40, 386. — Paderni in agro Tarvisino MUR. errore.

L · RAGONIO · L · F
PAP · TVSCEN
QVINTIANO · C · I
OB · HONOREM
TOGAE · VIRILIS
VERECVNDINVS · SER
DOMINO · OPTIMO

Servavit Burchelatus hist. p. 502, a quo pendent reliqui: Mur. 739, 6; Lazzari apud Calogerà 40 (1749) p. 339; Orelli 2701; Pulieri p. 209.

Cf. tituli Opitergimus supra n. 1970 et urbanus Grut. 463, 2 = 580, 11: *L. Ragonio L. f. Pap. Urinatio Tuscenio Quintiano domino ob honorem togae virilis Ofellius ser. ark.*

2090 arca. *Villa di S. Ilario* 5 m. p. ab Asolo ad turrim campanariam ecclesiae. Vicum Musile non longe ab S. Hilariae in chartis dici Misquile auctor est GUERRA, cui fidem ne habeas temere.

in latere: urceum et hastae duae — *genius labellum sustinens*

D M
C · VETTONIVS · FABIA · MAXIMVS · VETERANVS
EX · MILITIA · REVERSVS · VIVOS · IPSE · SIBI · FECIT · INQVE · MEMORIAM
SVI · ET · COLENDE · SEPVLTVRE · ROSIS · ET · ESCIS · PAGANIS · MISQVILEN
SI · N · DCCC · DEDIT · EX · CVIVS · SVMME · REDITV · ROSAM · NE · MINVS · ER
SI · N · XVI · POSVISSE · VELLINT · ET · RELIQVVM · QVOT · EST · EX · VSVRIS · ES
CAS · ROSALES · ET · VINDEMIALES · OMNIBVS · ANNIS · PONI · SIBI · VOLVIT
ET · LOCO · VTI · IVSSIT

genius labellum sustinens — *in latere: urceum et hastae duae*

Citat titulum '*in S. Ilario di Caio Vetonio*' iam Bonifaccio (*hist. Trivigiana* 1591 p. 18), sed neque ipse edidit neque alius quisquam per longum tempus. Zenus (ms. inter Mur. et *lett.* 1, 339) misit Muratorio Venetiis 22 Aug. 1705, item Scotius eidem Tarvisio 22 Febr. 1732. Edidit primus quod sciam Seb. Melchiori professor Patavinus in eph. *Novelle della repubblica delle lettere* in a. 1729 (Venetiis) p. 87. Deinde prodiit a. 1734 apud Calogerà 10, 496 (inde Orelli 4419). Denuo Lazzari edidit aere expressam apud eundem Calogerà 15 (1737) p. 361 sq. (inde Mur. 867, 8, quamquam non Lazzarum, sed Scotum auctorem laudat), diverse (adhibito Muratoriano typo?) 40 (1749) p. 392. Pococke cod. 22994 f. 112 principium dat. Guerra *dilucid. di Asolo* (1805) p. 56 et *descr. di un arna marmorea disotterrata nel pago di Misquile* (1809. 4. pp. 26), etsi dat aere incisam, tamen pendere videtur a Lazzaro. Furlanetto lap. Pat. p. 190 n. 184 ex lapide suo iussu collato.

3 VIVOS om. Scoti. — ESSE pro IPSE Zen., IPSE om. Lazz. — 4 MISQVIIEN Zen. — 5 SVMMÆ Calog. 10. — NE om. Calog. 10. — 6 ROSVISSE Cal. 10. — VELLINT Lazz. Furl., VELINT Melch. Zen. Scoti Cal. 10. — 8 FI LOCO VII IVSSV Zeno ms.

2091 in villa Queri agro Tarvisino super ostio domus cuiusdam rustici FELIC. Queri in platea MANUT. FACC. Similiter reliqui. Hodie ibi ad ecclesiam.

C · RAPIDIVS
C · F · RVFVS
IIII VIR · A · P ·
SIBI · ET ·
SEMPRONIAE · L · F
TERTIAE · VXSORI
C · RAPIDIO · C · F
RVFINO · FI
C · RAPIDIO · C · F
NEPOTI
RAPIDIAE · C · F
MAXIMAE · NEPTI
T · F · I

Descripsi ego, sed festinans. Habent ex Antiquis Felicianus cod. Marc. f. 136, cod. Ver. f. 50, a Manfino ut ait, et Redianus f. 132'. Deinde Hier. Bononius syll. f. 33 et ant. l. 1 p. 32; Panvinius Vat. 6035 f. 135; Manutius cod. Vat. 5237 f. 73; Burchelatus epit. (1583) p. 149 (inde Grut. 463, 5) et hist. p. 503; Pinelli cod. Ambros. C. 61 inf. f. 116; Goslinius Feltrinus adscripsit ad cod. Cicognae n. 3541 in fine; cod. Marcian. XIV, 175 f. 24' inter Feltrina; Orsato ms. et *marmi erud.* 1669 p. 26, cui misit Petrus San Fiore; Carolus Silvestri apud Calogerà 5 (1731) p. 399, cuius patri Camillo misit Facciolatus; Temanza ms.; Lazzari apud Calogerà 40 (1749) p. 409; *Raccolta Ferrarese di opuscoli scient.* 5 (1780) p. 136; Coletus inscr. Tarvis. n. 29.

Minores errores antiquiorum non adnotavi. — Vv. continuat praeter antiquos Burchelatus in epit. — 1 G· pro C· et sic deinceps Lazzari et aliquoties Ambros. — 3 VIR om. Panv. — A·P ego et reliqui et Felicianus (Marc.), V·P Felic. (Veron.), CAP Red. — 4 ET om. Burch. — 6 TERENTIAE Silv. — VXSORI Felic. Bon. Ambros. Lazz. Col., VXS/RI ego, VXORI reliqui. — 7 C·P pro C·F Bon. — 8 RVFNO Lazz., C·RVFINO Bon. Burch. Goslin. Ambros., C·RVFINO Temanza. — FI ego et reliqui et Felicianus (Marc.), F Red. *Racc. Ferr.*, FIL Panv., om. Felicianus (Ver.) — 10 in fine L add. Manut. — 13 T·F Manut., om. Panv.

2092 Riese ad septentrionem versus Castelfrancum rep., dum instauratur ecclesia S. Mariae *delle Cendrolle* praesente LAZZARIO.

L · VILONIV*s*...
IIII VIR · PRAEF *i. d*
T · F · *i*

Scoti misit Muratorio Tarvisio 22 Febr. 1732. Lazzari apud Calogerà 9 (1733) p. 191 (cf. ib. 10 p. 483, 40 p. 393) qui dedit aere incisam. Ab hoc pendent opinor reliqui: Mur. 759, 6 non ad exemplum Scoti, quod citat, sed ex Lazzario supplementis Lazzarianis in textum admissis; Pococke cod. 22994 f. 111 vix ex lapide; Guerra p. 24 et f. 2, qui ligno incidit; Orelli 3869.

2093 Asoli in ecclesia S. Salvatoris ad portam.

ALEM
DECREVE

Guerra p. 78 ex schedis Furlani.

2094 erat in villa Fonte prope Asolo antea in casa colonica, deinde apud Victorem Guerram, qui dono misit a. 1735 Ant. Henr. Scotio Tarvisium isque posuit in curia IO. HENR. SCOTI collato ANT. SCOTO et LAZZARIO apud Calogerà 40, 397. Tarvisii in aedibus comitum Scotti cot. Nunc ibi in curia.

protome mulieris — *protome viri*

T · FIRMIVS · Q · F · TARVISANVs
SIBI · ET · SVIS

Contuli. Ant. Scoti *memorie del Beato Benedetto XI* (Tarvisii 1737) p. 179, et apud Mur. ms. 18, 224 et 19, 226, ed. 1085, 1; *Giorn. di Treviso* 1741 p. 13; Io. Henr. Scoti mon. Tarv. f. 183; Lazzari apud Calogerà 40 ad p. 416, ubi aere expressa est male; Pococke p. 126 n. 4; Coletus ms. n. 7; Guerra p. 73; Pulieri p. 203.

2095 *a Salvaretto villa di Asolo nel Trivigiano* ZENO. Eius nominis vicum in territorio Asulano esse negat LAZZARI apud Calogerà 40 p. 402; intellegendum esse fortasse vicum Sulgaretae prope Oderzo. Alios cogitare de Salgaredo vico Tarvisini agri scribit GUERRA p. 80, addens in charta a. 1054 ita legi: 'actum in villa de Salvaretto nunc S. Georgii de Castro Cucco in Colle Musono in domo' cet. Cuius chartae fides mihi admodum dubia videtur esse.

VA · SELENE · VO
LACINO · MAR
CON · QVO · VIX · AN
XL · SINE · VLLA
DISCORDIA
ARCITECTO
ET · VOL · HIL
LAR · B · M · P

Zeno ms. et *lett.* 1, 338 misit Muratorio a. 1705 (inde Mur. 976, 4).

1 malim VAL*eria* SELENE VOL*umnio* LACENO. — 3 V·LX traditur.

2096 Cavasi prope Asolo *levata da un focolare in casa di un muratore* LAZZARI. Cavasi *vicino al già demolito castello di Cies* GUERRA. Deinde Cavasi in aedibus Piloni LAZZ., postea in aedibus Angeli Branchi GUERRA. — Sine loco SCOTI; Tarvisii apud Scotum MUR. errore.

ARVIINIAII
CVTIILLAII
LIB · NIGIILLAII
ARVIINIVS
NIGIILLAII
LIB · DONATVs
FIICIT

Scoti apud Mur. ms. 19, 227, ed. 1573, 7; Lazzari in ep. ad Mur. ms. et apud Calogerà 40 (1749) p. 405; Guerra p. 81 cum epistula de eo titulo a Camillo Silvestri data ad Facciolatum a. 1712; Coletus n. 36 a prioribus omnino.

Litteram *e* sic ut supra repraesentatur dant fere reliqui, sic II factam esse scribit Lazzari eandemque figuram interdum habet Scoti ms. — 1 ARVIINIA Scoti ms., ARRVNNIAII Guerra. — 2 CVTILLAE Guerra. — 3 LIB Lazz., AIBA Scoti ms. — 4 ARVNNIVS Guerra. — 5 NIGILLAII Guerra. — 6 DONATVS Guerra. — 7 FI-IICIT Scoti ms., FIICIT Lazz., FECII (sic) Guerra.

2097 Asoli LAZZ. In aedibus Hier. Fabris GUERRA.

P · BRAETIVS
P · F · FRONTO
FECIT · CLA

Lazzari apud Mur. 1646, 12 et apud Calogerà 40 (1749) p. 406; Guerra p. 69.

1 SEXTIVS Lazz. — Infra integram facit Guerra.

2098 Asoli rep. in vinea Bragarum GUERRA; in aedibus Fabris LAZZ., ubi extare negat GUERRA.

BRAETIA
MEROE
IN · F · P
L · rET
p. XXXII

Lazzari apud Mur. 1646, 10 et apud Calogerà 40 (1749) p. 406 eodemque exemplo Guerra p. 70.

4. 5 L·SIBI·ET·SVIS XXXII traditur; emendavit Coletus.

2099 Asili RED. GAMM. in angulo ecclesiae cathedralis occidentem versus COD. SEM. PAT. in eccl. cathedrali LAZZ

COELIA · L · L · LIRVA
VIVA · SIBI · FECIT

Habent antiqui duo Redianus f. 55 (inde Gud. 355, 5) et Gammarus f. 25. Denno ex lapide cod. sem. Patav. 568 f. 17' et Lazzari apud Mur. 1660, 12 (qui corrupit) et apud Calogerà 40 (1749) p. 406. A Lazzaro videtur pendere Guerra p. 44.

In vv. div. conveniunt Gamm. Lazz. — Quae non habet Lazzari, dedi inclinatis. — 1 LIBVRNA sua interpolatione Mur. — LELIA·LIRVR rel. om. cod. sem. Pat.

2100 *a Madonna a Rocca di Cornuda.*

C · MESSIO
PAT
CN · SEVIO
FRAT
C · MESSIVS · R

Ciogna misit descriptam a se a. 1860.

2101 in lapide magno litteris magnis FERR. Extra Bassanum in monasterio S. Fortunati GRUT. FERR. LAZZ. — Inter Patavinas MAN.

C · PVBLILIO · C · F · T · N
PATRI
BIRRIAE · L · F · MATRI

Manutius cod. Vat. 5248 f. 2; Grut. 738, 10 (cf. corrig.) ex schedis Velseri; Ferretus in syll. ms. f. 51 et apud Ursatum in schedis eius; Lazzari Calogerà 40 (1749) p. 413; Ioh. Bapt. Verci apud Orlandium *città d'Italia* vol. 3 (Perusiae 1774. 4) p. 131, qui affert ex libro mihi non viso Marii Sale *compendi storico della provincia Veneta.*

In vv. div. consentiunt Man. Grut. Ferr. Verci. — 1 PVBLICIO Grut. errore typographi. — TIN Man., T·N rel. — 3 BIRRIAE Man. Ferr. Verci, BIRRIAE Vels., BRIXIAE Grut. — MATR Ferr. (Urs.) Lazz.

2102 in pago Alani in pila quadam ecclesiae BURCH.

L · RAPIDIVS
C · F · IVSTVS
HOC · SEPVL*crum*
IN · FR · P . . . .
RETr · P · XXV . . .
SIBI · ET · SVIS · V · f

Servavit Burchelatus hist. p. 502 (inde male Mur. 1735, 10).

Vv. continuantur nec indicantur hiatus nisi 5 post XXV, quamquam marmor dicitur fractum. — 5 RET·PP·XXV traditur.

2103 rep. una cum arca plumbea pondo CCCC, in qua fuerunt crania tria, nummi ahenei duo, lucerna, vasa lacrimatoria tria, a. 1748 Sept. 12 in vico S. Zenonis 4 m. p. ab Asolo in campo Boeriorum, deinde in aedibus Marini; ab a. inde 1794 in museo Obiciano Catai GUERRA; similiter, sed brevius, VALV. et ADD. COL. Ibidem adhuc.

D M
S E P E N A E *sic*
QVAE · VIXIT · AN
NVM · MENSES · III
DIES · XVII · CAEPIA
CVS · SERENVS · ET
CRISPINA · PARENTES
FILIAE · DVLCISSIM*ae*
POSVERVNT

Contuli. Habent *Memorie del Valvasense* 1757, 2, 99 (inde per al. eph. Donat. 372, 11. 467, 22); schedula inserta Veronensi exemplo Coletianae syllogae inscr. Tarvisanarum; Guerra p. 45 ex epistula Iosephi Linarol scripta a. 1803; Furlanetto lap. Pat. p. 223 n. 218.

2 SEPENAE potius quam SERENAE lapis. — 8 DVLCISSIM etiam *Mem.* et Col., DVLCISSIMAE Guerra et Furl. ex suppl.

2104 Possagni in agro Asolano LAZZ.; inter Possagno et Castelcucco in coemeterio eremi S. Iustinae GUERRA.

P · TE//NTI//
/ C / / / / L /
/ / / / / / T
A C / / I A E / /
P · F · TErTIAE
V X S O R I / I /

Lazzari apud Calogerà 9 (1733) p. 238 et 40 (1749), 403 et apud Mur. 1408, 10 qui corrupit. Inde Guerra p. 37 et Coletus n. 40.

2105 *lapide d'ogni parte corniciata.* Queri rep. 1808 *sotto il margine del torrente Tezorzo alla riva detta Cranosa* COLETIANA. Hodie Queri ad ecclesiam.

ET · VALERIAE
P · F · TERTVLLAE
VXSORI
C · HOSTILIO · C · F
SATVRNINO · FILIO
HOSTILIAE · C · F
TERTIAE · SORORI

Descripsi. Repperi praeterea in schedula solitaria inserta exemplo inscr. Tarvis. Coleti Veronensi.

2106 Fonte 3 m. p. ab Asolo rep. a. 1622 in campo Ioh. Guerrae et collocata primum in aedibus parochi, deinde in turri campanaria; ab a. inde 1719 in aedibus Lazari Fiettae; ab a. inde 1802 Asoli in bibliotheca capituli GUERRA.

protome
/ VELLEIVS · T · F
FAB · SIBI · ET *M*
V
puer
nudus

Mur. 1762, 11 a Mich. Lazzari; Guerra f. 72 et f. 3, usus schedis Furlani.

2 sic Guerra, spatium intercedere inter ET et M adnotans; SIBI·ET·SVIS·M Mur. — 3 om. Mur.

2107 Angarani prope Bassanum rep. dum aedificatur canonica prope ecclesiam S. Trinitatis.

L I V
T · F *protome*
CON *mulieris*
V

Lazzari apud Calogerà 40 (1749) p. 410 ex schedis ut videtur; Maccà *stor. del terr. Vic.* 2, 2, 3 ex Francisci Chiuppani inscr. Bassanensibus sacris et profanis ms.

Genuinam esse non affirmo.

2108 ad S. Floriani prope Marosticam *si vede nel muro in chiesa un pezo di pietra rota et fori di chiesa due altri pezetti* CALD. similiterque RELIQUI ANTIQUIORES. Post a. 1621 venit Patavium ad episcopum Georgium Cornarum, qui dono dedit Gualdo Vicetino SCHIO. Vicetiae in aedibus Gualdi BARBAR. Inde a. 1712 venit in aedes Tornieri.

QVI VIXit aN nos
PLVS MINVS XL MA
ETINA CARA CONIVX QVe
VENIT DE GALLIA PER MAN
SIONES L VT COMMEMO
RARET MEMORIAM DVlcis
siMI MARITI SVI
BENE QVESCAS DVLC issime
MI MARI TE

Contuli lapidem evanidum quidem, sed ut legi posuit. Habent eodem exemplo *Itinerario overo nuova descrittione de' viaggi . . . d'Andrea Scoto novamente tradotto ed accresciuto* (Vicetiae 1615. 12) f. 4 (inde et ex Pignoria Reines. 20, 441); Castellini f. 118; Caldogno n. 75: '*alcuni vogliono, ma non so con qual fondamento, che quele lettere dicaan*'; Pignoria symb. epist. 1628 p. 95 (inde Mur. 1909, 3) 'haec legi audio', omnino ex Itinerario; item posteriores auctores Vicetini Ferretus f. 55; Barbaranus 6, 186; Cerchiari f. 269; Faccioli 2, 40. Denuo ex lapide Tornieri in eph. ad 6 Dec. 1782; Macch *stor. del terr. Vic.* 3, 150 et 14, 384; Schio p. 89 tab. 18 magis ut ait ad apographum antiquum (Tornierianum opinor) quam ad lapidem.

Antiquus, qui solus vidit sub finem integram, vv. non divisit et incipit v. 2 a MARTINA; praeterea habet (secundum Itin. Cast. Pign.) 3 CHARA et QVAE, 6. 7 MEMORIAM MARITI SVI (om. DVLCISSIMI), 8 QVIESCAS. Quod dedit Barbaranus 6, 7 MEMORIAM DVLCISSIMI MARITI SVI, videtur esse profectum ex antiqua lectione et lapidis recognitione.

XXVII. TARVISIVM *(Treviso)*. *Tribu Claudia.*

Ex auctoribus saeculi XV duo tantum habent titulos Tarvisanos, nempe FELICIANUS (e Manfino ut ait) n. 2091. 2113 et SEDIANUS n. 2091. 2113. 2117. Primus data opera eius oppidi titulos et in domo sua congessit et in libros, quos scriptos reliquit, syllogam inscriptionum et antiquariam rettulit Hieronymus BONONIUS Tarvisanus (1454—1517) auctor praestantissimus, cuius exempla optimis adnumeranda sunt; hoc notandum, quod unum titulum n. 830 in domo sua habuit advectum ut videtur ex Aquileia. Eum excepit Bartholomaeus BURCHELATUS Tarvisanus, qui apparatum epigraphicum patrii oppidi felici successu auxit exposuitque duobus libris, qui sunt 'epitaphiorum dialogi septem' (Venetiis 1583. 4 pp. 335), quos excerpsit Gruterus, et 'commentariorum memorabilium multiplicis hystoriae Tarvisinae promptuarium' (Tarvisii 1616. 4. pp. 712), quo usus est Muratorius. Exempla eius quamquam Bononianis inferiora tamen non spernenda sunt, maxime quae dantur in libro priore. Adhibuit autem praeter editos libros Apiani et Scardeonii etiam scriptos Marulli et ipsius Bononii (v. hist. p. 499); quam ob rem ne credas Bononii testimonium magnopere confirmari accedente Burchelato. BONIFACII vero *historia Trevigiana* (Tarvisii 1591. 4) nullam utilitatem habet, cum titulos citet tantum et pendeat fere a prioribus. Secutus est post longum intervallum ANTONIUS SCOTI (1661—1740), qui pauca tantum ipse edidit in libro *memorie del Beato Benedetto XI detto pria frate Niccolò da Trevigi* (Tarvisii 1737. 4. pp. 277), plura Muratorio submisit. Idem cum de Tarvisii rebus ecclesiasticis commentarios perscriptos reliquisset, qui adhuc servantur ibi in bibliotheca capitulari, eis frater eius IOH. HENR. SCOTI adiecit tractatum de re publica Tarvisanorum (monumenta civitatis Tarvisinae cum praef. scripta d. 9 Iul. 1743), qui scriptus servatur ibidem, posuitque in eo inscriptiones Tarvisanas quas nosset omnes. Adhibuerunt autem etiam Scotii schedas Bononianas (v. n. 2119). Excussi item Tarvisii in bibliotheca publica commentarium inscriptum *descrizione in ristretto dell' antichità e nobiltà di Trevigi coll' autorità d'alcune iscrizioni* insertum ephemeridibus Tarvisinis *Giornale per l'anno 1741* (apud Eusebium Bergami 8. p. 7—18). Rambaldus ex comitibus AZZONI AVOGARO (1719—1790) in libro scripto contra Lazarum Asolanum (*considerazioni sopra le prime notizie di Trevigi contenute negli scrittori e nei marmi antichi*) edito demum a 1840 per Iohannem Pulieri (Tarvisii 1840. 4. pp. 280) inscriptiones non multum auxit; nec profuerunt schedae eiusdem, quas excussi servatas apud Dominicum Ricci bibliothecarium cathedralis Tarvisanae. Nec meliorem successum habuit Iohannes Dominicus COLETUS Seb. f. († 1798), cuius syllogae 'veterum inscriptionum Tarvisanarum notis inlustratarum' (numero sunt LXI) scriptae Sperceniaci prid. id. Sext. a. 1796 duo exempla vidi et excussi, alterum servatum olim Opitergii apud comitem Tomitanum, deinde Veronae apud Ortium, nunc ibi in bibliotheca municipali cod. hist. n. CXCII, alterum Venetiis in museo Correr (C. 5. 6); inscripsit eam Iosepho et Paulla Crespanis fratribus, quos ait in epistula dedicatoria inscriptiones Tarvisanas dispersas collegisse et ad se transmisisse. Pendet enim Coletus plerumque a prioribus nec multa habet hodie utilia. Praeterea exemplari eius Veronensi adiecti sunt cum a nescio quo homine excepti tituli n. LXII—LXVI reperti a. 1798—1800, tum tres delineati a Vincentio Guiberto. In Veneto exemplo duo tantum eorum extant sine numero adscripto, qui respondent Veronensibus n. 62. 63. Examinavi etiam Francisci NEGRI inscriptiones veteres quae Tarvisii et in pagis extant (cod. Cicognae n. 221) neque tamen quicquam inde profeci. PULIERIUS denique in quem supra nominavi in additamento ad Avogari commentarium composuit titulos potiores Tarvisanos cum extantes tum deperditos, usus exemplari Coletiano eo tempore Tomitani, hodie Veronensi. De his auctoribus hoc loco monere visum est; nam qui praeterea unum vel alterum titulum ex hisce partibus ediderunt, lectorem non morabuntur.

2307 rep. ante sex menses Chiozzae in loco ad litus q. d. Roma, nunc ibi *alla Procuratia* PINELLI; ad fossas Clodias eruta 1599 GRUT. *In piazza nella facciata della cancelleria* FURL. Nunc ibi in bibliotheca seminarii BULLA.

instrumenta
varia
V · F
C · SOCCEIVS ·
C · LIB · FIDELIS
CONCOR ·
5 C · SOCCEIO · C · F ·
ATTICO · F ·
SOCCEIAE · C · L · MATVR
VXORI

Pinelli cod. Ambros. D 199 inf. f. 10 (inde Grut. 995, 1 a Puteano); Renier Chioggiensis misit Furlanetto lap. Est. p. 77, lap. Pat. p. 168 n. 157; Bulla Chioggia (1862) p. 44.

4 sic Pin. Furl. (spatium vacuum habet Pin., relictum esse testatur diserte Furlanettus), CONCORD Bulla. — 7 SOCCEIAE Bulla, SOCCEIA reliqui.

2308 Chioggiae in ecclesia maiore sub altari rep. a. 1606 BARB. Ubi sit, ignoratur BULLA.

COATTENVS LAMIKVS AVRIFEX SIBI
ET POPILIE VARSAE VXORI ET FI
LIIS DVOBVS VENVSTO ET EG
DOTO ET ARCEIO EVTYCHO
5 V · F

Franc. Barbarano *hist. eccl. di Vicenza* (1649) p. 70 (inde Mur. 947, 3); Bulla Chioggia p. 45 ex schedis Gradenigi episcopi Chioggiae servatis in bibliotheca sem. Chioggiensis.

Corrupta sane, fateturque ipse Barbaranus non satis potuisse legi lapidem, sed non falsa. COATTENVS | LAM·BVS | AVRIFEX | SIBPET | POPILIE | VARSAE · VSORI | ET FILLE DVOBVS | VENVSTO ET | EGDOTO | ET·ARCESIO | EVTICHO . V F Bulla.

2309 Chioggiae in imis summi templi parietibus MANUT. et similiter RELIQUI. — Mantuae PACED.

ET · POLLENTIAE · IPHIDI
ET · LIB · LIBERTABQ
SVIS · OMNIBVS · EX
HS · X · T · P · I

Io. Bembus f. 133; Pacedianus l. II (inde Mur. 1754, 15; Labus mus. Mant. 3, 355); Symeoni obs. p. 78, epit. p. 81 (inde Thevet cosmogr. univ. 2, 768; Scaliger cod. Lugd. 61 f. 176'; Grut. 869, 11); Panvinius cod. Vat. 6036 f. 105'; Manutius cod. Vat. 5248 p. 18; Buchellius cod. Traiect. II B 7 (inde Grut. 854, 11).

In vv. div. consentiunt Bemb. Pac. Man. Buch. — 1 ETIOLLENTIAE Bemb., ETTOLLENTIAE Pac., ECIOELENTIAE Man., EPIOLLENTIAE Panv., EPPONENTIAE Sym., AELIO·LENT· Buch. — EPHIDI Panv., PHIDI·F . . . Buch. — 2 F·L pro ET Buch. — 4 T . . . ins. ante HS Buch. — III pro T·F·I Man. Buch.

2310 area Chioggiae in bibliotheca seminarii.

VLPIO · BASSIANO · QVI
VIXIT · ANN · IIII · MENS
VIII · D · XV · COMINIA · EVVODIA
NEPOT · INFELICI

Bulla Chioggia (1862) p. 44.

4 NEPOTI FELICI traditur.

2311 Chioggiae in ecclesia cathedrali.

LOC · SEP ·
M · VOLVM
NI · M · F
TENACIS
5 Q · Q · V · P · XV
CAPV
caput ceruus?

Barth. Bottari medicus, a cuius exemplo edito in *nuove memorie del Valvasense* 1759, 2, 387 (cf. p. 448) pendet Polcastro inscr. p. 199 (inde Furlanetto lap. Est. p. 65, lap. Pat. p. 410 n. 547; Orelli 4502). Bulla Chiogg. p. 45 citat Polcastrum, sed certe lapidem vidit.

2312 Chioggiae in ecclesia cathedrali.

SIBI · ET

Manutius cod. 5248 p. 18.

XXX. ATRIA *(Adria)*. *Tribu Camilia.*

Adrianos aliquot titulos habent iam corpora saeculi XV, quos descriptos esse a CYRIACO, licet ab eius commentariorum reliquiis absint, tamen probabile est, cum praesertim Gammarus et Feliciani liber Veronensis titulos hos vel omnes vel aliquot eorum ad Cyriacum diserte referant. Ex eiusmodi corpore aliquo etiam Iohannes Petrus FERRETUS Ravennas ('pro ecclesia et episcopatu civitatis Adriae, iurium ac bonorum suorum aliorumque memorabilium conducentia reducta ex tenebris'; codex est ms. bibliothecae Rovigensis Academiae Concordianae praefationem habens datam Ravennae XI k. Sept. 1540) eatenus pendet, quod eadem fere epigrammata refert similiterque depravata; loca tamen adscripsit de suo, item f. 119' mentionem fecit tituli ex parte metrici litteris multis et minutis scripti eo tempore collocati Adriae ante ecclesiam Tumbae, quem tamen ipsum omittit spatio vacuo relicto (cf. n. 142*). — Deinde Andreas NICOLIO (*historia dell' origine et antichità di Rovigo, con tutte le guerre et avvenimenti notabili fin all' anno 1578.* Ed. 1 Veronae 1582 4. pp. 243; ed. 2 *dallo stesso autore riveduta* Brixiae s. a. pp. 240) protulit quidem ex agro Rovigino titulos aliquot, sed omnes fere ita interpolatos, ut tribum, quam Roviginis suis attributam vellet, Latinam iis insereret (vide exempli causa titulum aliunde notum n. 2455, fortasse etiam n. 2349); quapropter quos aliunde non habemus, eos ablegavi inter falsos, quamquam his quoque genuini quid subesse verisimile est. — Ex canonici Adriani Iohannis MECENATE historia Adriae scripta a. 1656 excerpta repperi inter schedas musei Bocchiani. Huic aequalis fuit Angelus MUNEGHINA medicus, a quo ad Ursatum missa 'monumenta Adriae quae adhuc extant' accurate descripta, additis etiam iis quae tum desiderabantur, extant cum reliquis Ursati schedis Patavii in bibliotheca municipali. SUARESIUS in codice olim Barberino, hodie Vaticano 9140 f. 293 sq. (alterum exemplum minus emendatum est in libro Vaticano 6919 f. 101 sq.; cf. n. 2368) habuisse se adnotat inscriptiones quas affert Adrianas *dal M. Machiavelli* et adservari omnes Adriae. Nec spernenda sunt quae APOSTOLUS ZENUS a. 1705 in his partibus collegit, nota nobis ex litteris eius ad Muratorium (*lett.* 1, 337) et ex Muratorianis. — Secuti sunt SILVESTRII Rovigenses tres CAMILLUS (n. 1645 Ian. 18, obiit 1719 Ian. 6), CAROLUS (n. 1681 Oct. 4, obiit 1754 Apr. 4), HIERONYMUS (n. 1728 Nov. 20, obiit 1788 Iul. 30), qui omnes operam aliquam dederunt rei epigraphicae. Et Camillus quidem Silvestrius museum epigraphicum institutum ab Sertorio Ursato suum fecit idque deinceps auxit; cuius quamquam pleraque et optima monumenta post annum 1740 Carolus filius Maffeio vendidit, ut hodie ornent museum Veronense, tamen et quosdam lapides sibi retinuit et tam ipse quam eum secutus Hieronymus quaedam in locis vicinis reperta denuo sibi comparaverunt. Museum illud quamquam magis pertinet ad Patavium et Atesta quam ad Adriam Rovigiumque, tamen visum est paucos titulos in eo servatos, quorum de origine non satis constat, referre inter Adrianos. Descriptum id habemus ter, primum a Camillo Silvestrio in commentariis ad Iuvenalem (*Giovenale e Persio spiegati.* Patavii 1711. 4.), qui ita comparati sunt, ut adnotationibus inseruerit interpres lapides suos omnes; deinde a Carolo Silvestrio antequam pleraque Maffeio cederet in volumine scripto bibliothecae Silvestrianae (quae hodie adiuncta est bibliothecae academiae Rovigensis Concordianae) inscripto '*Iscrizioni del Museo Silvestri spiegate* MDCCXL', quod examinavi neque utile esse iudicavi; denique ab eodem post factam venditionem in altero volumine eiusdem bibliothecae 'Museum Silvestrium Rhodiginum delineatum et illustratum', quo non continentur tituli missi Veronam. Hoc adhibui in tegulis maxime cum aliquo fructu. Praeterea quos examinavi libros Camilli editum 'in anagyphum Graecum interpretatio postuma' (Romae 1720. 8 pp. 137) et alterum manuscriptum servatum in Silvestriana '*storia agraria del Polesine di Rovigo*' (4 voll.), ii parum profuerunt; paullo plus adiuverunt septem volumina epistularum ad eum datarum paucis ipsius interpositis ibidem custodita. Examinavi item Caroli librum editum *descrizione delle antiche paludi Adriane con le principali notizie della città di Adria e Gavello* (Venetiis 1736. 4. pp. 228), qui perpauca dedit; epistularum ad Carolum et Hieronymum scriptarum, quas Silvestriana bibliotheca Rovigensis item servat quasque omnes adhibuit Devitius, certe partem non exiguam; CAMILLI SILVESTRI iunioris volumen ms. servatum ibidem sic inscriptum: *Raccolta d'iscrizioni antiche e moderne, sacre e profane esistenti nel Polesine di Rovigo fatta nel Sett. 1783.* — Utiliorem etiam quam Rovigii Silvestrii nostris rebus operam dederunt Adriae Bocchii, quorum ordinem ducunt OCTAVIUS BOCCHIUS canonicus Venetiis degens (1697—1749) et frater eius IOSEPHUS (1699—1769). Hi patrias inscriptiones diligenter collegerunt submiseruntque corporum editoribus, Octavius Muratorio, Iosephus per Rambaldum degli Azzoni Tarvisanum Donato. Ego praeter edita haec quod extat in bibliotheca Rovigensi ex Ramelliana exemplar epistularum a doctis viris ad Bocchium utrumque per a. 1718—1766 scriptarum, item alterum volumen autographum epistularum ab Oct. Bocchio scriptarum ad Carolum Silvestrium (1735—1749) excussi post Devitium; praeterea adhibui schedas Octavii Bocchi hodie servatas apud Bocchios Adriae, item Iosephi servatas in bibliotheca publica Tarvisana n. 403. Pleraque tamen inscriptiones Bocchii non ex ipsis marmoribus descripserunt, sed descriptas acceperunt ab Aloysio GROTTO Adriano (1708—1773; cf. Lud. Grotto *sulla condizione antica e moderna di Adria* Venetiis 1830. 1, 102 sq.), qui etiam aliquot titulos tum repertos in aedibus suis collocavit. — Eodem tempore M. Antonius CAMPAGNELLA canonicus titulos provinciae eius collegit (*delle inscrizioni pubbliche e private, sacre e profane della provincia di Rovigo* ms. in bibliotheca Silvestriana; vol. 1 a. 1750 scriptum est, vol. 2 a. 1760), in qua sylloge quamquam maxime attendit ad titulos aetatis posterioris, tamen etiam Romanos non omisit et quaedam dedit utilia. — Circa a. 1770 Bocchiorum illorum cognatus FRANCISCUS HIERONYMUS BOCCHI († 1810; cf. Grotto l. c. 1, 157 sq.) museum instituit, quod excultum tam eius cura quam fratris eius Stephani canonici filiique illius Benvenuti hodie a Benvenuti filio FRANCISCO ANTONIO BOCCHIO possidetur et augetur, eo longe praestans Silvestriano, quod totum Adrianum est per trium generationum generosam diligentiam in ipsis illis locis factum, ut hodie fere omnia in se receperit, quae Atria antiqua post se reliquit. Adhibui item Bocchii nescio cuius schedas scriptas Vindobonamque missas per a. 1790—1811 inscriptas *Antichità di Adria*, ex quibus adservatis hodie in nummophylacio Vindobonensi quae ad inscriptiones pertinent mea causa excerpsit Richardus Schoene. — Denique Vincentius DEVIT, praeclara Furlanetti disciplina imbutus eiusque exemplo instigatus, quo tempore bibliothecae Rovigensi praefuit, titulos eius provinciae tam ex saxis quam ex libris congessit magna cum diligentia et felici successu (*le antiche lapidi Romane della provincia del Polesine* Venetiis 1853. 8. pp. 140). His ego adiumentis usus, denique lapidibus ipsis Adriae Rovigique inspectis hanc operis partem elaboravi.

Atria legitur in titulo Moguntino apud Brambachium I. Rh. n. 1264 mihi viso in museo Cassellano: *L. Livius M* . . . . *Cam. Atria* . . . . ; . . . .; etiam infra n. 2315. 2343 prima vocabuli littera per *A* effertur, non per *H*. Eandem formam confirmant Varro de l. L. 5, 161: *atrium appellatum ab Atriatibus Tuscis* et Livius 5, 33, 7: *Hadriaticum* (*hadriatum* ut vid. Veron.) *mare ab Atria Tuscorum colonia vocavere Italicae gentes; Graeci . . . Adriaticum vocant* (cf. Plutarch. Cam. 16) et Plinius h. n. 3, 16, 120: *nobili portu oppidi Tuscorum Atriae* (sic reliqui libri, *assiae* Lugd.), *a quo Atriaticum* (*triaticum* Lugd.) *mare antea appellabatur quod nunc Hadriaticum.* Dubitatur enim de loco Strabonis 5, 1, 8: Ὀπιτέργιον δὲ καὶ Κωνκόρδια καὶ Ἀδρία καὶ Οὐικέτια καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολισμάτια ἧττον μὲν ὑπὸ τῶν ἑλῶν ἐνοχλεῖται, μικροῖς δ᾽ ἀνάπλοις πρὸς τὴν θάλατταν συνῆπται, τὴν δ᾽ Ἀδρίαν ἐπιφανῆ γενέσθαι πόλιν φασίν, ἀφ᾽ ἧς καὶ τοὔνομα τῷ κόλπῳ γενέσθαι τῷ Ἀδρίᾳ [μικρὰν μετάθεσιν λαβόν], utrum verba intra uncos posita non in omnibus libris reperta delenda sint an Ἀδρία mutandum in Ἀτρία. Contra Piceni oppidum Maeciae tribui adscriptum aetate imperatoria (nummi enim saec. V ab urbe condita cusi inscripti sunt HAT) dicebatur *Hadria* (cf. Henzen n. 5823; I. R. N. 6128; vita Hadriani c. 1), itaque explicatur, cur neutrum oppidum cognomine distinguatur. — Graeca urbis primordia testatur Iustinus 20, 1, 9: *Adria* (immo *Atria*) *Illyrico mari proxima, quae et Hadriatico mari nomen dedit, Graeca urbs est* testanturque quae apud Graecos antiquiore, ut Hecataeum (Stephanus Byz. s. v.) et Aristotelem vel Aristotelicos (Steph. s. v.; Athenaeus 7, 23; Aristoteles de mir. ausc. 140, de animal. 6, 1,

de gen. anim. 3, 1; Plin. h. n. 10, 53, 136) de his regionibus vera fabulosaque narrantur. Certiora autem testimonia ibidem eruderantur vasa picta more Graeco non ita pauca neque alibi in hac Italiae plaga facile reperienda. Ipsum oppidum, quod exiguum fuisse sub imperatoribus etiam Strabo significat, apud posteriores raro commemoratur; meminerunt tamen eius praeter supra citatos auctores Tacitus hist. 3, 12: *Bassus honorata custodia Liburnicis navibus Atriam* (sic cod.) *pervectus a praefecto alae Vibennio Rufino praesidium illic agitante vincitur* et Ptolemaeus inter Venetorum oppida 3, 1, 30, ubi in libris item est Ἀτρία. Incolae Varroni l. c. dicuntur *Atriates*; quae praeterea leguntur formae Ἀδριάτης (Steph. s. v.) et *Hadrianus* (Plin. h. n. 3, 16, 120. 10, 53, 146. 14, 6, 67; Steph. s. v.), minus probabiles videntur esse. — Municipii locum Atriam obtinuisse effici videtur ex titulis duobus supra citatis, in quibus legitur *m(unicipii)* sive *m(unicipum) A(triatium)*, cum Hadriam Piceni constet coloniae ius habuisse. Praeterea ex titulis, qui sunt mirae simplicitatis et castitatis, vix quicquam colligitur nisi Atriae fuisse *collegium nautarum* (n. 2315). Magistratus nusquam commemorantur; ne de tribu quidem constat nisi ex titulo supra citato Moguntino.

Ager Atrianus quatenus occidentem versus pervenerit, non satis constat, nisi quod ex infra (p. 236) dictis intellegitur ad Lendinaram usque pervenisse agrum Atestinorum. Nobis satius visum est ab titulis Atrianis certis Rovigenses separare, licet non negem plerosque ad Rovigium repertos probabiliter tribui Atriae. In territorio, quod nunc est inter Atriam oppidum et mare, tituli nulli omnino reperiuntur, nec dubium est id post aetatem Romanam demum accrevisse eoque pertinere VII maria, de quibus adscribam testimonia auctorum. Peutingerana: *Fossis* — VI — *VII maria* — VI — *Radriani*, pro quo vocabulo corrupto recte substituerunt viri docti Atriam, quamquam alii cogitarunt de vico qui nunc est Ariano. Plinius h. n. 3, 16, 119: (Padus) *diductus in flumina et fossas inter Ravennam Altinumque per CXX M. P., tamen qua largius vomit septem maria dictus facere.* Post alia § 120: *egesto amnis impetu per transversum in Hadrianorum paludes, quae septem maria appellantur.* Itin. Antonini p. 126: *inde* (a Ravenna) *navigantur septem maria Altinum usque.* Herodianus 8, 7: ὁ δὲ Μάξιμος ἀπὸ τῆς Ῥαβέννης ἄρας ἐπέστη Ἀκυληίᾳ, διαβὰς τὰ τενάγη, ἅ τε ὑπὸ τοῦ Ἠριδανοῦ ποταμοῦ πληρούμενα καὶ τῶν παρακειμένων ἑλῶν ἑπτὰ στόμασιν ἐς θάλατταν ἐκχεῖται· ἔνθεν καὶ τῇ φωνῇ καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι Ἑπτὰ πελάγη τὴν λίμνην ἐκείνην.

2313 aerea tabella ansata. Adriae FERRAR., cogitans sine dubio de oppido prope Patavium, non de Aprutino. Ferrariae PIGHIUS. Romae apud Franc. Blanchinium BOLDETT. Nunc Veronae in museo philharmonico n. 157. — Ad Hadriam Piceni rettulit MUR. errore.

PRO SALVTE ·
IMP CAESAERIS · *sic*
M · AVRELI SEVE
RI ALEXSANDRI
PII FELICIS · AVG ·
IOVI OPTIMO MAXIMO DOLICENO

Contuli. Hadriae descriptam proponit Ferrarinus cod. Reg. f. 169, qui exhibet recte delineatam (inde et ex Boldetto Mur. 9, 9; item male Donius 3, 32, quamquam auctorem laudat pro Ferrarino Rambertum; ex Donio Mur. 248, 2). Ferrariae vidit Pighius Herc. Prod. p. 351 (inde Grut. 12, 3; ex eo Oct. Boldonius epigraph. Perusiae 1660 p. 516; ex Boldonio Reines. 1, 208). Romae descriptam ed. Boldetti *cimiterj Rom.* 1720 p. 218. Veronae denique exceperunt Maffei M. V. 471, 3 (inde Donat. 3, 3); Devit p. 83 n. 70. A prioribus Orell. 1232 et ego I. R. N. 6126.

2314 Adriae apud Reformatos MUNEGH.; *scavata ne' miei giorni nel fondarsi il monasterio de' PP. Zoccolanti ed ivi affissa* CAM. SILVESTRI; ibidem ZENO. Nunc in museo Bocchii.

DECVRIONVM · DECReTo
MAELIAE · Q · F · MARCELLI
LOCVS · SEPVLTVRAE · DA
TVS · IN · FRONTE · P · XXXX
INTRORSVS · P · XXXX

Contuli. Mecenate ms.; Muneghina ms. inter Ursatiana; Suaresius cod. Vat. 9140 f. 293. 294; Zeno ms. et *lett.* 1, 347 (inde Donat. 240, 7) misit Muratorio a. 1705; Caesar Frassoni misit eidem 18, 224; Cam. Silvestri *Giuvenale* p. 117 (inde Mur. 1705, 2); Car. Silvestri *paludi* p. 115; Campagnella ms. 2, 67; Devit p. 16.

1 DECRETO Mec. Munegh. Suar. et reliqui, DECReT/ hodie est. — 2 MARCELLI etiam qui primus descripsit Mecenatius, quare ne credas quemquam vidisse versum in fine pleniorem.

2315 Adriae ANT. (etiam ALCIATUS FEAE). In campanili Tumbae FERRETUS. Ibidem, scilicet in turri campanaria ecclesiae S. Mariae *della Tomba*, adhuc. — Inter Veronenses RED. et inde Colognolae PANV. Mediolani LIL. et inde ALCIATUS, qui cum post Morimundensem inseruisset, Moribundi agri Mediolanensis in agro extare dixit GRUT. Inter Hispanas FERRARINUS (Reg. f. 172) et inde Sagunti MUR. 526. 'Nescio ubi' SANUTUS. Ferrariae DONAT.

D M
Q · TITIO · SERTORI
ANO Q · TITIVS · SEVE
RVS · FILIVS · QVI · ET
COL · NAVT · MA DEDIT
SN CCCC AD ROSAS ET
ESCAS DVCENDAS EI
OMNIBVS ANNIS

Contuli. Habent Cyriacani Felicianus Adr. 1; Marcanova Mut. f. 179' Adr. 5; Ferrarinus cod. Trai. f. 53', cod. Reg. Adr. n. 4 et denuo inter Hispanas f. 172 (inde Mur. 526, 4 ex schedis suis et Capponiis); Redianus f. 72 inter Veronenses n. 142; Gammarus f. 112; Lilius f. 11' (inde opinor Alciatus in Mediolanensibus cod. Dresd. l. 2 f. 53; Grut. 744, 1 ex Alciatinis); Iucundus f. 180; Sanatus f. 267; Alciatus Feae f. 76'; Choler f. 106; Apianus 105, 1; Panvinius ant. Ver. p. 229. Ex his diserte ad Cyriacum referunt Felicianus (Ver.) et Gammarus. Denuo ex lapide Muneghina ms. apud Ursatum; Ferretus f. 116'; Suaresius cod. Vat. 9140 f. 295. 296; Scalabrini inter Ferrarienses n. 88; *Nuovo giorn. de' letterati* 34 (1737), 131; Mur. ms. 19, 226, ed. 1270, 6 ab Ant. Scotio, qui videtur pendere ex Ferreto, ms. 18, 224 a Caesare Frassonio; Cam. Silvestri *Giuvenale* p. 411; Car. Silvestri *paludi* p. 109; Ios. Bocchi in ms. Tarvis.; Campagnella ms. 2, 67; Donatus 234, 2 ab Ioh. Bapt. Passerio; Devit p. 58.

5 punctum nullum inter elementa MADEDIT.

D(is) m(anibus). Q. Titio Sertoriano Q. Titius Severus filius, qui et col(legio) naut(arum) m(unicipii) A(triae) dedit s(estertios) n(ummos) CCCC ad rosas et escas ducendas ei omnibus annis.

2316 ex Adriano agro advecta servatur Tarvisii in bibliotheca capituli COLETTUS. Hodie ibi in curia.

AEMILIA · Ↄ · L · LEXIS
ISMARO · LIB
V · F

Descripsi. Habet Coletus inscr. Tarv. ms. n. 60.

2317 ab Adria perticis XXX in loco q. d. *il Ritratto* rep. 3 Dec. 1785, extat in museo Bocchi.

ANCHARI
A · L · L ·
DEVTERA

Contuli. Schedae Bocchianae Vindobonenses; Devit p. 19, usus epistula ms. Hier. Silvestri ad Bocchium servata in museo Bocchiano.

2318 rep. a. 1756 m. Martio Adriae *nel Ritratto dell' Amolara* in fundo Petri Bocchi BOCCHI MS. similiterque VALV.

T · ATTIVS
L · F · RVFVS

Ios. Bocchi in ms. Tarvis. et *Mem. del Valvasense* m. Maii a. 1756 p. 58 (inde Devit p. 66) et apud Donat. 467, 16.

2319 Adriae rep. a. 1809 in hortis conventus monialium Augustinianarum, deinde ex dono abbatissae Bocchiae collocata in museo Bocchiano.

AVRELIA · Q · F
MAXSIMA

Contuli. Bocchiana Vindobonensia; Devit p. 20, usus schedis Bocchianis.

2320 Adriae rep. 1764 *alla Bettola* in fundo Armadiorum GROTTO; in aedibus Grotto DONAT. DEVIT. Inde nuper venit in museum Bocchi.

BASSVS

Contuli. Grotto in ep. ad Ios. Bocchium 27 Iul. 1764; Donat. 467, 5 a Bocchio; Devit p. 34.

2321 ab Adria primo lapide rep. in fundo q. d. Campelli.

CAESI/
SE/

Dederunt R. Schöne et Bocchius.

2322 olim Adriae in domo Grotto; a. 1779 Iosephus Tretti dono dedit Tornierio Vicetino BOCCHI, TORNIERI. Adhuc Vicetiae in domo Tornieria.

CAESIAE
NV · F
TERTVLLAE

Contuli. Tornieri in eph. rer. Vicet. 1779 Mart. 13; Faccioli mus. lap. Vic. 2 (1803), 40; Devit p. 69 usus schedis Bocchianis et Furlanettianis.

2323 Adriae rep., asportata Ferrariam MECENATE.

Q · M · Ↄ · L · STEPHANO
CITRONIAE · M · L · VITALI
TALASVS · ET · IENVARIA

Mecenate servavit; inde Oct. Bocchi ms. et apud Mur. 1608, 10.

Vv. divisio mea est. — 1 Q·M·L·STEFANVS Mecenatiana, at ut dedi (modo STEPHANO, modo STEFANO) Oct. Bocchi.

2324 Adriae in ipsis aedibus Bocchianis modo emersit.

CALIDIA · T
TITIA

Descripsi.

2325 Adriae in aedibus Giulianati SILV. In ipsa domo Bocchiana nuper demum denuo prodiit.

CAMERIA
Ↄ·L·GRATA

Contuli. Hieron. Silvestri in epistula 8 Oct. 1779, citata a Devitio p. 34, qui non recte habuit pro eadem cum sequente.

2326 Adriae rep. 1762 GROTTO; in aedibus Grotto DONAT. DEVIT. Nunc in museo Bocchi.

CAMERIA
L · P · QVART

Contuli. Guarnieri in ep. ms. ad Hier. Silvestrium 16 Dec. 1762, cui misit Grotto; Donati 467, 7 ab Ios. Bocchio; Devit p. 34.

2327 prope Adriam rep., adservata in aedibus Grotto GROTTO DONAT. DEVIT; nunc in museo Bocchi.

SECVNDA · CA
MMICA · SIPO
NIS · FILIA ·

Contuli. Al. Grotto in ep. ad Oct. Bocchium 14 Oct. 1745; Donat. 467, 13 ab Ios. Bocchio; Devit p. 33.

Nota nomina Illyrica (v. supra p. 44).

2328 rep. a. 1779 prope Adriam *al Ritratto* in casa rustica Giulianatiorum; ibidem adhuc DEVIT. Nunc in museo Bocchi.

L · CARISIVS · Q · F
FABER

Contuli. Devit p. 61, usus epistula Hier. Silvestri.

2329 rep. a. 1802 prope Adriam *al Ritratto*, extat in museo Bocchi.

NX
IS · CHRYS
SIS · CALLINIC
A · POSVERV

Contuli. Devit p. 31 adhibitis schedis Bocchianis.

2330 Adriae in museo Bocchi.

Q · CLOD
IVS · T · F
APRILIS

Contuli. Devit p. 21.

2331 Adriae in pariete eccl. S. Mariae de Tumba MECEN. MUNEGH. Nunc in museo Bocchi.

L · COELIVS · M · F
CONCERIO
ANN · LXXXX

Contuli. Mecenate ms. (inde Oct. Bocchi ms.); Muneghina ms. apud Ursatum; Suaresius cod. Vat. 9140 f. 293'. 294'; schedae Bocchianae Vindobonenses; Devit p. 21.

2 sic; male CONGERIO Devit.

2332 Adriae ANT. — Inter Veronenses RED. et inde Coloniolae PANV.

L · CORNELI

Habent Cyriacani Felicianus Adr. 3; Marcanova Mot. f. 179' Adr. 2; Ferrarinus cod. Trai. f. 53, cod. Reg. Adr. 2; Redianus f. 72 inter Veronenses n. 141 *a*, ubi confunditur cum titulis duobus n. 2364. 2372 (inde in adn. ad Grut. 995, 2 ed. 2); Gammarus f. 112 Cyriacum laudans; Panvinius ant. Ver. p. 234; Sanatus f. 267.

L·CORNELIO Ferrar. (Reg.).

2333 Adriae ANTIQUI et SUAR., in fenestris aedium canonicorum MUNEGH. FERRETTI. Adria delata Rovigium in museum Silvestrium SILV. Nunc Veronae in museo philharmonico n. 370. — Inter Veronenses RED. et inde Coloniolae PANV.; inter Mediolanenses LILIUS et inde Angleriae ALCIAT.; inter Hispanas FERR. (Reg. f. 172); Rovigni in Histria apud Silvestrium SPON, male omnes.

L · CVRTIVS
L · L · PRISCVS
CVRTIA · L · L
NEVMA
CVRTIA · Ↄ · L
PYRAMIS

ALBANVS

Contuli. Habent Cyriacani Felicianus Adr. 2; Marcanova Mut. f. 179' Adr. 1; Ferrarinus cod. Trai. f. 53', cod. Reg. Adr. 1 et rursus inter Hispanas f. 172; Redianus f. 72 inter Veronenses n. 140; Gammarus f. 112; Lilius f. 11'; Alciatus cod. Dresd. l. 2 f. 63; Iucundus f. 180; Apianus 105, 2; Panvinius ant. Ver. p. 234 (inde per Scaltetum Grut. 971, 14), ex quibus diserte Cyriaco acceptam referunt Felicianus (cod. Ver.) et Gammarus. Denuo ex lapide Suaresius cod. Vat. 9140 f. 295. 296; Muneghina ms. inter Ursatiana; eidem Ursato misit Ioh. Bova canonicus a. 1670; Spon *voy.* (1678) 3 *a* p. 66; Cam. Silvestri *Giorn.* (1711) p. 242 (inde Mur. 1579, 11); Car. Silvestri apud Calogerà 6 (1732) p. 379 et *misc. di varie operette* (Venet.) 5, 551 et *paludi* p. 120; Ios. Bocchi in schedis Tarvisanis; Maffei M. V. 154, 3; Devit p. 72 n. 62 adhibitis schedis Ferretti.

6 KYRAMIS Felic. Red. Gamm., KIRAMIS Cyriacani reliqui. — Inter 6 et 7 nota versum vacuum relictum, ut, si quando Albanus servus post lapidem incisum ad libertatem pervenisset, nomina ita addenda ibi insererentur.

2334 Adriae in museo Bocchi.

DASIVS

Contuli. Devit p. 22.

2335 Adriae in conventu reformatorum MECEN.; in hortis PP. minorum reformatorum pro gradu OCT. BOCCHI. Nunc in museo Bocchi. — Rep. a. 1783 cum n. 2317 dicitur in BOCCHIANIS VINDOBONENSIBUS, errore opinor.

DOMITIA
Q · L · AGVE
NA · F · P

Contuli. Mecenate ms.; Suaresius cod. Vat. 9140 f. 293'. 294'; Oct. Bocchi ms. (inde Mur. 1667, 9) qui et vidit et repperit apud Mecenatem; Campagnella ms. 2, 68; Bocchiana Vindobonensia; Devit p. 22.

2336 Adriae rep. a. 1744 et collocata in aedibus Grotto OCT. BOCCHI; ibidem DEVIT; nunc in museo Bocchi.

EFICIAT
VS · C · S · F
DILICATVS

Contuli. Oct. Bocchi in epistula ad Camillum Silvestri 11 Aug. 1744; Devit p. 38.

Sic explica: *Expectatus C. S(ulpici?) F(rontonis?) delicatus.*

2337 lapis exiguus. Adriae apud Grottum.

FAVSTA

Fr. Bocchi misit Hier. Silvestrio 1 Aug. 1771.

2338 Adriae in museo Bocchi.

FIRMIA
L·F·PRIMA

Contuli. Devit p. 23.

2339 cippus MUN.; tabella quadrata forata finiens in rotundum, in quo legitur inscriptio BARUFF. Adriae in vestibulo aedium Augustini Guarnerii MUNEGH. Ferrariae in palatio olim marchionis Iulii Sacrati, nunc vero equitis Gnoli in via Angelorum BARUFF. Deperdita SCALABR.

FVLVIA · Q · F
SEC

Muneghina ms. inter Ursatiana. Hier. Baruffaldus d. 21 Febr. 1703 misit Muratorio, qui ed. 1679, 2; idem in monum. f. 19. Inde Scalabrini ms. n. 47.

2340 prope Adriam rep. 1785 DEVIT. Rep. 3 Dec. 1785 *nel Ritratto* cum n. 2317 BOCCHIANA VINDOB. Extat in museo Bocchi.

C GAVIVS C·L
CHRESTVS

Contuli. Bocchiana Vindobonensia; Devit p. 23 usus litteris Hier. Silvestri ad Bocchium.
C·L CHRESTVS Bocchiana Vindob., C·F CHRESTVS Devit.

2341 Adriae in museo Bocchi.

GRATTIA
L·F·MAX

Contuli. Devit p. 23.

2342 prope Adriam rep. 1785 DEVIT. Rep. 3 Dec. 1785 *al Ritratto* una cum n. 2317 BOCCHIANA VINDOB. Extat in museo Bocchi.

HAVIA *sic*
L · L
SVRA

Contuli. Bocchiana Vindobonensia; Devit p. 23, usus epistula Hier. Silvestri ad Bocchium.

2343 Adriae rep. 1764 *alle Bettole* in fundo Arnadiorum GROTTO. In aedibus Grotto DONAT. DEVIT. Nunc in museo Bocchi.

HYLAS · M · A

Contuli. Al. Grotto ad Ios. Bocchium 27 Iul. 1764; Donat. 467, 10 a Bocchio; Devit p. 35.
In fine integra videtur, quamquam potest dubitari. Est *Hylas m(uncipum) A(triatium)*.

2344 rep. prope Adriam *al Ritratto* a. 1801, ut narrarunt DEVITIO; extat in museo Bocchi.

L · LABER
CAN

Contuli. Devit p. 25.

2345 Adriae in pariete S. Mariae de Tumba MECEN. MUNEGH.

L · LABERIVS
CORNIC

Mecenate ms. (inde Oct. Bocchi ms. et apud Mur. 828, 6); Muneghina ms. apud Ursatum; Suaresius cod. Vat. 9140 f. 293' et 294'; Campagnella 2, 68. Devit suspicatur hanc non differre a praecedente; mihi aliter videtur.
Hiatum auctores non indicant.

2346 ad Adriam rep. in fondo q. d. *Val di buò* DEVIT nescio quo auctore. Pro gradu aedium Thomae Casalati MUNEGH. similiterque OCT. BOCCHI. Ab a. c. 1800 in museo Bocchi.

L · LEPIDIVS · L · F
VETER

Contuli. Muneghina ms. inter Ursatiana; Oct. Bocchi ms. et apud Mur. 1700, 1; Devit p. 25.

2347 Adriae rep. 1723 in Cantavane suburbano Bernardi Guarnieri, apud quem extat OCT. BOCCHI.

L·LIVIVS MEMMVS

Oct. Bocchi (ms. et apud Mur. 1701, 6) qui vidit; Campagnella 2, 68; Donat. 467, 21 ab Ios. Bocchio. Devit p. 90 a prioribus.
Sic Oct. Bocchi ms.; L·IVIVS·MEMMVS Donat., LIVIVS MEMMIVS Mur. Camp.

2348 rep. et servata una cum titulo L. Pulli Secundi n. 2358.

LOCHIAS
L · PVLLI

Contuli. Al. Grotto in ep. ad. Ios. Bocchium 20 Sept. 1753; Donat. 467, 12 a Bocchio; Devit p. 36.

2349 Adriae apud Bocchium.

L LVC
FLOR

Contuli. Devit p. 26. Fieri potest, ut originem ducat ex hoc titulo Nicolianus n. 185* sic conceptus: F·L·LVCIL·V·SOR·ET·FR· LAT·T·F·F·S.

2350 cippus formae rotundae, rep. ad Adriam 6 Aug. 1776 *nel Ritratto* in fundo Merliorum, si quidem huc pertinent, quae de columna quadam ibi eo tempore eruderata leguntur in schedis BOCCHIANIS VINDOBONENSIBVS. Hodie bipertita in museo Bocchi.

Silvestri:	*ego:*
MARCINIA · M · F T · *a. p.* CVR	MAC | | NIA · M · F VICIO/II//

Hier. Silvestri in epistula scr. 17 Aug. 1779 (inde male Devit p. 90). Vidi ego quoque, sed fractam et evanidam.

2351 ex Adriano agro advecta servatur Tarvisii in bibliotheca capitulari COLETUS. Nunc ibi in curia.

SAL·L·L·M *ani*MAE
CONTVBERNALI
SVAE · V · F
IN · FR · P · XII ·
RETR · P · XXX ·

Descripsi quae dantur rectis. Habet pleniorem Coletus inscr. Tarv. ms. n. 59.

2352 Adriae ad ianuam Francisci Francosii iureconsulti.

. . . .
. . . .
. . . . ASER · SIR
ET · AVRINAE
VRORI ET
MODESTO · M . . . . .
. . . . ATRIA · D · D

Muneghina ms. inter Ursatiana.

2353 columna. Ex Adriano agro advecta servatur Tarvisii in bibliotheca capituli COLETUS. Nunc ibi in curia.

MARI SEVERI

Descripsi. Habet Coletus inscr. Tarv. ms. n. 61.
I extrema hodie latet in muro.

2354 prope Adriam rep.

NVMISIA
OSPITA

Hieronymus Silvestri in ep. ad Fr. Bocchium d. 8 Nov. 1779 (inde Devit p. 90).
Continuantur versus.

2355 rep. 1750 prope Adriam *alla Bettola nei prati di S. Zuanne di ragione del canonico Bocchi di Treviso* BOCCHI (ms. Tarv.). Extat in aedibus Bocchi.

OPPIA · T · F · MX

Contuli. Al. Grotto in epistula ms. ad Iosephum Bocchium 4 Dec. 1750; Ios. Bocchi ms. Tarvis. et apud Donat. 467, 15; Franc. Bocchi misit Hier. Silvestrio d. 29 Iul. 1771; Devit p. 26.
Fortasse integra est.

2356 Adriae rep. in locis *della Fontana* GROTTO. Nunc in aedibus quae fuerunt Hyacinthi Bocchi, sunt Ravennarum, e regione ecclesiae S. Nicolai DEVIT. Postea emit Ioh. Durazzi.

L · PETRONI
VS · Q · F

Al. Grutto in ep. ad Oct. Bocchium 22 Aug. 1738; Donat. 467, 18 ab Ios. Bocchio; Devit p. 57 qui vidit.

1 PETRONI Dev., PETRON.. Donat., PETRO Grotto. — In fine fractam facit Devit.

2357 Adriae in museo Bocchi.

L · POBLICIVS
COMMVNIS

Contuli. Devit p. 27.

2358 rep. a. 1753 Adriae cum refecta est via *della Chiapara* GROTTO; in aedibus Grotto DONAT. DEVIT; nunc in museo Bocchi. Cf. n. 2348.

L · PVLLI C F
SECVNDVS

Contuli. Al. Grotto in ep. ad Ios. Bocchium 20 Sept. 1753; Donat. 467, 11 a Bocchio; Devit p. 37.

2359 prope Adriam rep. 1745 in loco *della Molara* in fundo Nicolai Franzoso GROTTO. Nunc ibi in museo Bocchi.

RENNIA · L · F
MAR

Contuli. Al. Grotto misit et Octavio Bocchi 14 Oct. 1745 et Carolo Silvestri (has litteras non vidi); inde Donat. 467, 20 et Devit p. 88. Ex ipso lapide idem p. 30.

1 SERENNIA Grotto; at RENNIA ego legi neque illud unquam fuisse in lapide litteris ad me datis monuit Franc. Ant. Bocchi.

2360 Adriae in museo Bocchi.

M · RVBRIVS
C · F

Contuli. Devit p. 27.

2361 Adriae rep. 1762 GROTTO; in aedibus Grotto BOCCHI, DEVIT. Nunc in museo Bocchi.

T RVBRIO
C F

Contuli. Guarnieri in ep. ms. ad Hier. Silvestrium 16 Dec. 1762, cui misit Grotto; Donat. 467, 6 ab Ios. Bocchio; Devit p. 37.

2362 ad Adriam rep. 15. Dec. 1811 *nell' escavare una fossa dalla parte del castello* BOCCHIANA VINDOB. Extat in museo Bocchi.

M · SABI
NIVS · APSE
NS · AN · II

Contuli. Bocchiana Vindobonensia; Devit p. 28.

2363 Adriae in aedibus Francisci Venetiani MUNEGHINA. Adria delata Rovigium in museum Silvestri CAR. SILVESTRI. Nunc Veronae in museo philharmonico n. 372.

T · SAVFEIVS · L · F
SAVCIO · SALVE

Contuli. Muneghina inter Ursati ms.; eidem Ursato misit canonicus Ioh. Bova d. 4 Ian. 1670; Suaresius cod. Vat. 9140 f. 295. 296; Cam. Silvestri *Giuv.* p. 356 (inde Mur. 1741, 12); Car. Silvestri *paludi* p. 120; Ios. Bocchi in schedis Tarvisanis; Maffei M. V. 159, 4 (inde Orelli 4747); Devit p. 73 n. 63.

2364 Adriae ANT. ante domum N. Penolacii FERRETUS. — Inter titulos ex museo Silvestriano Veronam missos referri scribit DEVIT, male intellecto Campagnella, qui simpliciter refert inter titulos Adriae olim servatos. Inter Veronenses RED. et inde Coloniolae PANVIN., inter Mediolanenses LILIUS et inde Mediolani in moenibus urbis ALC.

SPEDIA · L · L
SECVNDA

Habent Cyriacani Felicianus Adr. 5; Marcanova Mat. f. 179' Adr. 3; Ferrarinus cod. Trai. f. 54, cod. Reg. Adr. 5; Redianus f. 72 inter Veronenses n. 141*b*, ubi confunditur cum titulis n. 2332. 2372; Gammarus f. 112 Cyriacum laudans; Lilius f. 11'; Alciatus cod. Dresd. l. 1 f. 111 (inde Grut. 995, 2 ex Alciati cod.); Panvinius ant. Ver. p. 236. Denuo ex lapide Ferretus ms. a. 1540 f. 118 (inde Oct. Bocchi ms. et Mur. 1747, 19 a Bocchio; Campagnella ms. 2, 146; Devit p. 91 n. 81).

In vv. dividendis secutus sum Marcanovam et Gammarum. — 1 SPEDIAE Felic. (Ver.), SPENDIA Bocchi contra Ferretum et Cyriacanos.

2365 Adriae in museo Bocchi.

TEDIA · Ↄ · L
IVCVNDA

Contuli. Devit p. 28.

2366 rep. prope Adriam in fundo Giulianatiorum q. d. *il Ritratto* GROTTO; in aedibus Grotto DONAT. DEVIT; nunc apud Bocchium.

Q · TEIDIVS
Q · L · HIL ·

Contuli. Al. Grotto in ep. ad Bocchium 31 Aug. 1764; Donat. 467, 8 a Bocchio; Devit p. 38.

2367 rep. et servata cum praecedente.

TEIDIA · M · L
PRIMA

Contuli. Al. Grotto in ep. ad Bocchium 31 Aug. 1764; Donat. 467, 9 a Bocchio; Devit p. 37.

2368 area. Adriae rep. 1656 m. Apr., cum refecta est ecclesia S. Mariae de Tumba sub gradibus scalarum ad portam turris campanariae FRANC. HIER. BOCCHI; ad pedes turris S. Mariae de Tomba MUNEGH. similiterque MECEN.; *scavata nei miei giorni* [?] *nel fondarsi il monastero de' PP. Zoccolanti ed ivi affissa* CAM. SILVESTRI; ibidem ZENO et FRANC. HIER. BOCCHI. Ex die 10 Iun. 1806 in museo Bocchi BOCCHIANA VINDOB.

D M
TERENTIAE
CAPITOLINAE
genius alatus VXORI · PIISSIM *genius alatus*
5 M · MVSTIVS
SECVNDINVS
V P

Contuli. Muneghina ms. apud Ursatum; Mecenate ms.; Suaresius cod. Vat. 9140 f. 293. 294 (inde, scilicet per Vat. 6919, Malvasia marm. Fels. p. 251 ex cod. ms., ut ait, bibliothecae Vaticanae relicto ab abbate Gradi); Zeno ms. et *lett.* 1, 348 misit Muratorio a. 1705; Caesar Frassonius misit eidem ms. 18, 224; Cam. Silvestri *Giuvenale* (1711) p. 117 ligno expressit (inde Mur. 1408, 3); Car. Silvestri *paludi* p. 119; Campagnella 2, 67; Bocchiana Vindobonensia; Furlanetto lap. Pat. p. 295 n. 333; Devit p. 18.

2369 ad Adriam rep. in loco q. d. *la Bettola* DONAT. Nunc in aedibus olim Hyacinthi Bocchi, hodie Ravennarum, e regione ecclesiae S. Nicolai DEVIT. Postea emit Ioh. Durazzi.

TERENTIA · Q · F
TERTVLLA

Oct. Bocchi in epistulis ad Muratorium 31 Oct. 1733 et 2 Sept. 1736 (cf. Muratorii epistula ad Bocchium 10 Nov. 1733 edita in *lettere del Muratori ad Octavio Bocchi* Adriae 1798 p. 8. 78); Donat. 467, 19 ab Ios. Bocchio; Devit p. 58 qui vidit.

1 TERENTIAE Bocchius uterque. — 2 TERTVLIA Bocchius uterque.

2370 Adriae in conventu Reformatorum MECEN. Nunc in museo Bocchi.

TERTIA
ANIAVIA
M · ANI
F · LXX AN

Contuli. Mecenate ms. (inde Oct. Bocchi ms. et apud Mur. 1755, 12); Devit p. 29.

Tertia Aniavia, M. Ani(avi) f(ilia), LXX an(norum).

2371 rep. 1779 prope Adriam *al Ritratto* in casa rustica Giulianatiorum ibique extat pro putei labro DEVIT. Nunc in museo Bocchi.

M · TITIVS
L · F
MARCELLVS

Contuli. Devit p. 61 usus epistula Hier. Silvestri a. 1779.

2372 Adriae ANT.; ad S. Stephani FERRETUS; in curte Francisci Cacellati MECENATE. Ex Adria, ubi pro portae limine erat, translata Rovigium in museum Silvestri CAM. SILVESTRI. Ibidem adhuc. — Inter Veronenses RED. et inde Coloniolae PANVIN.; inter Mediolanenses LILIUS.

L · VIRIVS VICT
OB

Contuli. Habent Cyriacani Felicianus Adr. 8; Marcanova Mut. f. 179' Adr. 4; Ferrarinus cod. Triv. f. 54, cod. Reg. Adr. 6; Redianus f. 72 inter Veronenses n. 141 *c*, ubi confunditur cum titulis n. 2332. 2364 (inde in adn. ad Grut. 995, 2 ed. 2); Gammarus f. 112 Cyriacum laudans; Lilius f. 11'; Panvinius ant. Ver. p. 237 (inde Grut. 926, 11 per Scultetum). Denuo ex lapide Ferretus (1540) f. 118'; Suaresius cod. Vat. 9140 f. 293'. 294'; Cam. Silvestri *Giuvenale* p. 66; Car. Silvestri *paludi* p. 120 et in descr. musei ms.; Ios. Bocchi in schedis Tarvisanis; Devit p. 55 n. 49.

Vv. ex antiquis recte divisit Gammarus.

2373 Adriae in museo Bocchi.

IVS
VRBANVS ...

Descripsi.

2374—2377 Adriae in museo Bocchi.

2374 LIVS | M

2375 AN | IMA ·

2376 IVS | CAM

2377 RIA | ·IHII

Descripsi.

2378 Adriae FRIOXES. in taberna Natalini Donà, quae fuit Stephani Bocchi DEVIT.

IN·F·P·CXX
INTROR
P · XXC

Mecenate ms. (inde Oct. Bocchi ms. et apud Mur. 1773, 15); Suaresius cod. Vat. 9140 f. 293'. 294'; Campanella 2, 68; Devit p. 93 adhibito apographo servato in museo Bocchiano mihi non viso.

1 CX apogr. mus. Bocchiani. — 2 sic Mur. Camp., IN ... R Suar., I ... R apogr. mus. Bocchiani. — 3 XC idem exemplum.

2379 inter Adrianas.

IH
IN·F·P·XXV
RET · P·XXX

Ios. Bocchi in schedis Tarvisanis.

XXXI. *Ferrara cum agro.*

Ager Ferrariensis qui nunc est antiquo tempore occupabatur fere ostiis Padi amnis, quorum antiquam condicionem explicare nec mei officii est neque huius loci; quaenam tamen inter septem maria, quae prope Atriam fuisse supra p. 221 vidimus, et Ravennam numeret Plinius h. n. 3, 16, 119 a Ravenna incipiens, ipsius verbis adscripsi: *Augusta fossa Ravennam trahitur, ubi Padusa vocatur, quondam Messanicus appellatus. Proximum inde ostium magnitudinem portus habet qui Vatreni dicitur, qua Claudius Caesar e Britannia triumphans praegrandi illa domo verius quam nave introcit Hadriam. Hoc ante Eridanum ostium dictum est, ab aliis Spineticum ab urbe Spino .... Auget ibi Padum Vatrenus amnis ex Forocorneliensi agro. Proximum inde ostium Caprasiae: dein Sagis: dein Volanae quod ante Olanae* (eolane Lugd.) *vocabatur: omnia ea fossa Flavia; quam primi a Sagi fecere Tusci, egesto amnis impetu per transversum in Hadrianorum paludes quas septem maria appellantur.* Subiunxi itinerarium quod unum superest ad has partes pertinens Peutingeranum: *Ravenna* — VI — *Butrio* — VI — *Augusta* — XII — *Sacis ad Padum* — IIII — *Neroma* — . . . — *Corniculani* — VI — *Radriani* (puto scr. *Atrio*, v. p. 221) — VI — *VII maria*. Ex his praeterea Butrium commemoratur apud Strabonem 5, 1, 7, ubi dicitur vicus (πόλισμα) Ravennatium (cf. Steph. Byz. s. v.; Plinius 3, 15, 115; Ptolemaeus 3, 1, 31 qui male tribuit Cenomanis), Olana autem apud Polybium 2, 16: σχίζεται (Padus amnis) εἰς δύο μέρη κατὰ τοὺς προσαγορευομένους Τριγαβόλους· τούτων δὲ τὸ μὲν ἕτερον στόμα προσονομάζεται Παδόα (quam formam recte asseruit Hauptius quaest. Catull. p. 97 adhibito epigrammate Catulliano 95), τὸ δ' ἕτερον Ὄλανα· κεῖται δ' ἐπὶ τούτῳ λιμὴν οὐδενὸς τῶν κατὰ τὸν Ἀδρίαν ἧττω παρεχόμενος ἀσφάλειαν τοῖς ἐν αὐτῷ καθορμιζομένοις. Cum haec regio antiquo tempore mari vel certe aestuariis occupata fuisse videatur, vicos ibi non fuisse nisi raros et exiguos et tamquam in insulis collocatos consentaneum est; quae autem supra posuimus nomina quo pertineant nemo adhuc satis explicavit. Nam ad ipsam Ferrariam quod attinet, somnia sunt quae de Trigabolorum nomine obscuro ad eam referendo multi disputarunt, aegri autem somnia quae similia proponuntur de Foro Allieni. Id enim memoratum apud unum Tacitum (hist. 3, 6) quamquam situs incerti est, tamen satis intellegitur et in ripa fluvii cuiusdam fuisse et medium inter Hostiliam occupatam a Vitellianis (hist. 2, 100) et Patavium, unde ad illud occupandum Flaviani profecti sunt, itaque probabiliter collocabitur ad Athesin prope Legnagum.

Epigraphiae partem nullam novi implicatiorem et difficiliorem quam Ferrariensem; nam quae sunt tria maxima vitia, malae artes falsariorum et translatio genuinorum titulorum et antiqui status ignoratio, ea hic omnia ita concurrunt, ut quomodo inde te expedias non facile reperiatur. Et de fraudibus Ligorii Baruffaldique infra videbimus, qui cum domicilium uterque haberet Ferrariae, ita in his rem instituerunt, ut quae ab iis proferuntur, nequaquam debeant simpliciter reici, cum multa insint propria et bona. Item infra agetur de titulis cum ex urbe tum aliunde, maxime ex Pisauro et ex Ferrariensi provincia diversis temporibus advectis Ferrariam; quos ut separaremus, puto satis nobis successisse. Confinia ita ordinavimus, ut quae sunt infra Padum eum q. d. *Po di Primaro*, omnia omitterentur, id est Ravennam versus tituli reperti in vicis oppidisve Bagnacavallo, Lugo, Cotignola, Bononiam Mutinamve versus reperti Budrii ad Idicem (quem vicum ne confunde cum Butrio antiquo ad Ravennam) et Centi vel ad Centum. Etiam Argentae, qui vicus est ad ipsum Primarum, eruderati tituli rectius prodibunt cum Ravennatibus, cum et sit inter eos militis classiarii et pauca inde prolata omnino cum Ravennatibus magis coniuncta sint quam cum Ferrariensibus. Ita remanserunt hoc loco edendi qui tituli inventi sunt inter Padum hodie primarium (*Po grande*) et Primarum, nempe Comacchii, item Pomposae et ad Pomposam Codigori et Ariani, deinde Ferrariae et supra eam Vigarani et Coppari, maxime autem in agro q. d. *Polesine di S. Giorgio*, ubi satis magno numero eruderantur, nempe in vicis S. Vitalis (inter Migliarum et Migliarinum), Ostellato, S. Viti, Maiero, Porto Maggiore et iuxta eum S Margaritae, Voghenzae, Gambolagi, Voghierae cum Belriguardo, Monte Santo, Gaibanae, S. Aegidii, S. Georgii, Quartesanae, Codreae, Contrapò. De his regionibus recte disputat Baruffaldius *raccolta del Calogerà* 6, 505) sic: *Tutte codeste antichità,* inquit, *furono dissepolte specialmente nel Polesine di S. Giorgio, ch'è perciò detto Terreno vecchio, e nelle vicinanze dell' antica Voghenza fra le due lingue del Pò, il meditullio de' quali due rami, che guida alli due porti di Volana e di Primaro, è seminato di moltissime iscrizioni antiche, d'urne, di sigilli, di medaglie, d'idoletti, di lucerne sepolcrali e d'altre simili cose, sino che s'arriva all' antichissima città di Comacchio. Mo di quà del Pò, dove presentemente è situata la città di Ferrara, sebbene qualche memoria è stata altre volte dissotterrata, non è stata cosa di rilievo, e sempre il sito è stato sulla vecchia arginatura del Pò, e non mai dov' erano le paludi e i gorghi delle sortive vicine al medesimo fiume.* Adde formulam tituli n. 2402 graphice depingentem harum partium condicionem antiquam: *viatores et velatores salvete.* Ceterum fines regere inter territoria Ravennas et Atrias, id est inter regiones Italiae octavam atque decimam non

audeo; satis habui documenta haec vel propter ipsam locorum mutationem post aetatem Romanam factam diligentissimo examine digna hoc loco proponere coniuncta. Non obliviscendum tamen est reperiri sine dubio in his titulis etiam allatos ex regionibus longinquis adeoque transmarinis; ut n. 2430 Pomposae repertus speciem prae se fert originis Dalmaticae, item n. 2389. 2395 eruderati Ferrariae originis ex territorio Atestino.

Superest at de auctoribus Ferrariensium titulorum videamus.

I. Syllogae saec. XV Marcanovae Feliciani Ferrarini Rediana Lilii Sanuti in Ferrariensibus non multis, quae proponunt, tamen a pluribus auctoribus videntur pendere; nam quamvis in aliis eadem exempla redeant apud dictos auctores vel omnes vel plures, tamen singulae fere syllogae propria quaedam habent, quae alibi frustra quaeras, maxime Rediana. Ceterum in tam exiguo titulorum numero nexum exemplorum satis persequi nec possumus nec opus est; sunt eiusdem generis fere omnia, non optima, praesertim Feliciani, sed tamen quibus in summa re satis tuto insistas.

II. Peregrinus Priscianus († 1518; cf. Barotti *letterati Ferraresi* 2, 31) libro primo historiae Ferrariensis, quam inscripsit Herculi Estensi secundo Ferrariae duci (nimirum Herculi 1 1471—1505), scripsisse autem c. a. 1500 intellegitur ex adnotatione ad n. 2386, caput inseruit 'de antiquitate civitatis locorumque civitatis Ferrariae et de mutatis nominibus et urbi et populo' et in eo inscriptiones Ferrarienses sibi notae posuit. Quarum plerasque cum ei suppeditaverit 'Ioannes Marchanova in antiquitatum fragmentis suis' (intellegit codicem hodie Mutinensem), quod 'opus sane perpulcrum' utendum accepit ex bibliotheca 'Beati Ioannis in Viridario civitatis Paduae', quaedam epigrammata adiungit ex ipsis lapidibus excepta non sine diligentia versuumque divisione retenta. Nos beneficio Petri Bortolotti, qui diligentissime quae ad inscriptiones pertinerent inde excerpsit, usi sumus codice autographo huiusce voluminis servato hodie una cum vol. 4. 7. 8. 9 (nam quinque reliqua desiderantur) Mutinae in tabulario, adhibito etiam exemplo ibidem servato scripto c. a. 1523 a fratre Paulo de Legnago Carmelitano Ferrariensi, qui quaedam addidit. Prae his exempla Dresdensis bibliothecae (F. 67) et universitatis Ferrariensis tria cl. I n. 50 (388 N D 2), cl. 1 n. 273 (278 N C 10), cl. 1 n. 274 (192 N C 6) et Constabilianum olim collatum ab Antonellio insuper habuimus. Prisciano apparet et Ligorium usum esse et reliquos scriptores Ferrarienses. — Ceterum quod ait Bronzierus († 1630) *origini del Polesine* (Venetiis 1747 p. 138): *trova nelle note del Fantoni, come si abbia avuto per tradizione esservi trovati in questa terra* (*Lendinara*) *molti marmi con iscrizioni antiche, i quali ai tempi di Peregrino Prisciano, che vi fu podestà, furono portati a Ferrara*, et contendit incerto auctore et rem per se vix credibilem, cum nec Peregrinus quicquam de tali re referat nec alius quisquam auctor Ferrariensis; nec recte opinor Atestini Patavinique scriptores Alessius (p. 93) Furlanettusque propterea ad Lendinaram revocant titulos servatos hodie Ferrariae tribum nominantes Romiliam. Viviani Fantonii, quem saec. XVI de familiis patriae suae scripsisse ait Silvestri *pal. Adr.* p. 88, notae illae quo pervenerint ignoratur; nam quem ei tribuit Devit (*lap. del Poles.* p. 66) codicem bibliothecae Silvestrianae pertinentem ad Lendinaram quemque ego quoque vidi, is non Fantonii est, sed Leopardi.

III. Caspar Sardi libro edito *historie Ferraresi* (Ferrariae 1556. 4; denuo prodiit a. 1646) etsi titulos non inseruit, tamen sibi notorum elenchum aliquem dedit p. 16—18 non inutilem, cum eius ope tituli ante Ligorium noti a mere Ligorianis distinguantur. Utiliora sunt fratris alexandri sardi (c. 1510 — c. 1560) collectanea inscriptionum, quae partim ipsius, partim aliena manu scripta vidi in bibliotheca Antonelliana adiuncta epitomae chronicorum Prisciani ab eodem Alexandro conscriptae ex bibliotheca Constabiliana (miscell. n. 15) ab Antonellio comparatae. Iisdem collectaneis ipsum Ligorium usum esse cum alia indicant tum quod ad n. 2408 adnotavi certo declarat.

IV. Ligorius († Ferrariae 1583; cf. Borsetti hist. Ferrar. gymn. 2, 193) Ferrarienses titulos posuit in collectaneis hodie Taurinensibus, maxime s. v. Ferraria in volumine eorum octavo, praeterea in capite de Comacchio vol. 6 et in capite de Trebia vol. 17, quae omnia ipse examinavi Taurinis. Illud de Ferraria caput habetur etiam seorsum descriptum in codice antea Hieronymi Baruffaldi (cf. Calogerà 6, 505; Frizzi 1, 70), hodie bibliothecae publicae Ferrariensis cl. II n. 324 sic inscripto: *Trattato dell' antichità dell' inclita città di Ferrara composta per Pyrrho Ligorio patritio Napoletano et cittadino Romano, antiquario del S^mo Alfonso Duca V di Ferrara.* Ad similem librum scriptum repertum in bibliotheca aliqua privata (*in una famosa libraria di nobilissimo cavaliere*), sed primo folio avulso et ita principio libri cum auctoris nomine deficiente, nescio qui latens sub nomine Pamphili Verità tractatum edidit a. 1676 sic inscriptum: *Fragmento d'istoria dell' antichità della nobilissima città di Ferrara dedicato al .... marchese Ercole Trotta* (Venetiis 1676 8. pp. 48), repetiverunt inde Latine versum Graevius et Burmannus thes. antiq. Ital. tom. VII p. 1 sub nomine Alphonsi Cagnacini; nam hunc auctorem esse sibi persuaserant propter verba quae leguntur in editione Itala p. 42 *comprata da me Alfonso Cagnacini.* At ibi in codice legi non *me*, sed *M(esser)* et commentariorum auctorem esse Ligorium demonstravit Hier. Baruffaldus l. c.; ut ad Ligorium revocandum sit quidquid alii ex Anonymi historia Ferrariensi, alii ex Cagnacinio protulerunt. Ceterum cum editi commentarii et subinde minus emendati sint quam scripti Taurinenses et additamentis careant ab auctore postea adiectis, ad hos maxime attendi. — Ligorium usurpasse et Prisciani et Sardi collectanea supra iam monuimus; praeterea eum per multos annos moratum Ferrariae non mirum est et in urbe et in provincia titulos non paucos vel ipsum excepisse vel descriptos habuisse ex lapidibus non indiligenter. Ex his autem, quos habemus ab uno Ligorio neque ante eum neque post eum ab homine fide digno visos, longe plerique ita comparati sunt, ut non possint non ab ipso conficti esse, ut pauci tantum restent vel propter solum auctorem suspecti vel qui interpolatorum magis speciem prae se ferant quam fictorum. Nos tamen in his quoque severi fuimus; nam satius est titulis veris carere quam falsis decipi.

V. Marcus Antonius Guarini libro *compendio historico dell' origine, accrescimento e prerogative delle chiese e luoghi pii della città e diocesi di Ferrara* (Ferrariae 1621. 4) quas neglegenter et versibus continuatis inseruit inscriptiones antiquas (excerptas inde ab Ughellio et sub huius nomine relatas apud Donium), earum plerasque sumpsit ex Ligorianis (v. s. c. n. 2386. 2422), quorum etiam tum ineditorum copia ei fuerit necesse est. Idem dicendum est de reliquis rerum Ferrariensium scriptoribus etiam iis, quorum accurata notitia destituimur. Ita quem passim citat Frizzius (1, 227 al.) auctorem anonymum, qui scripsit c. a. 1626, Ligoriana habuit non tantum proprie Ferrariensia, sed etiam Trebiae Ferrariensi a Ligorio attributa nec reperienda in codice bibliothecae Ferrariensis aut in editione a. 1676 (cf. n. 2433). Item quos citat Malvasia, Philippi rhodii annales Ferrarienses manu scripti (cf. n. 154*) et quam Rovigii in bibliothecae silvestriae codice repperit Devit historia Ferrariae (cf. n. 2468. 148*) pendent ex Ligorianis.

VI. Peirescianus liber cod. Paris. Lat. 6012 in sylloge Itali anonymi ibi f. 149—158 sic inscripta: *epitafia diversa antiqua per me in variis locis visa* epigrammata Ferrarensis quinque proponit f. 150. 156, quorum unum n. 2388 ex Peregrinianis, reliqua ex ipsis lapidibus videntur excepta. Versus in his continuantur.

VII. Ioh. Franc. Bonaveri *della città di Comacchio, ora amplificato, corretto e con varie note illustrato dal dottor Pierpaolo Proli* (Cesenae 1761. fol.). Liber scriptus est a. 1697 tribuiturque pars eius historica Ginannio Ravennati (v. Antonellius apud Frizzium Z, 410); ceterum est ex iis, qui videntur infecti Baruffaldianis (v. ad n. 168*).

VIII. Andreas sancassanius quae edidit apud Iohannem Franciscum ferri in *istoria dell' antica città di Comacchio* (Ferrariae 1701. 4. pp. 540), item quae Dominicus coletus (sive Itelco Medonico) edidit ex Sancassanianis in libro *notizie istoriche della chiesa arcipretale di S. Pietro in Sylvis di Bagnacavallo, tratte dalle memorie mss. d'Ign. Gugl. Graziani* (Venetiis 1772, 4; in fine tamen legi-

tur: *pubbl. 1 Apr. 1774*), denique quae ex Sancassanii epistulis excerpsit Muratorius, quamnam fidem mereantur, non facile est dictu. Certe praeter ea, quae descripta sunt ex Baruffaldianis editis, insunt alia vel maxime suspecta. Ita Goitensis inscriptio infra edenda aperta fraude mutata est et relata ad Comacchium; similiterque urbana origine opinor, postea Venetiis servata D. Modii Successi Mur. 1713, 12 et ipsa mala fraude videtur dici effossa Comacchii; denique Ravennates duae M. Aurelii Theodoti Mur. 536, 3 et Ulciae Glaphyrae Fabrett. 366, 121, Mur. 870, 8 item contra testimonia antiquiorum effossae dicuntur non Classe, sed Comacchii. Demptis his quae remanent inscriptiones ita fere comparatae sunt, ut cum plane non intellegantur, pari iure haberi possint et pro corruptis et pro male fictis. Cum tamen non videatur posse dubitari, de bona fide Sancassani, qui plerasque dicitur possedisse, nec Baruffaldianae fraudes subesse videantur, cum praesertim Baruffaldius titulos de quibus agitur ne referat quidem, eas loco non movi.

IX. Hieronymus Baruffaldius (senior) Nicolai filius (1675—1755; cf. Barotti *lett. Ferraresi* 2, 340) Ferrariensis origine, archipresbyter Cent; praeter ea quae edidit huc pertinentia, maxime commentariolum de origine Ferrariae a. Fori Alieni insertam ephemeridi *Galleria di Minerva* (1696) vol. 1 p. 369—381 et dissertationem 'de praeficis' (Ferrariae 1713. 8) et quod sub nomine Iacobi Guarinii edidit 'ad Ferrariensis gymnasii historiam per Borsettam conscriptam supplementum' (Bononiae 4. Pars I 1740 pp. 83. Pars II 1741 pp. 150) eaque quae Muratorio per epistulas c. a. 1703 subministravit servata in eius schedis fasc. XVIII, 224 et ad syllogen editam adhibita, quaeque praeterea singillatim cum amicis communicavit, reliquit item syllogen plenam inscriptionum Ferrariensium custoditam olim in bibliotheca Constabiliana, iam vero in Antonellianam reparatam sic inscriptam: 'Urbis et agri Ferrariensis vetera monumenta collegit H. B. multaque adiecit ex museo Nicolai patris sui MDCCXV', post quem annum eam syllogen continuasse declarat n. 1723 memoratus in supplementis f. 55. Titulos exsecuit ex Ligorii commentario edito, fracturis tamen eos et marginibus exornans more fere Boissardi, lectionem raro emendans; Ligoriania addidit deinde qui postea accessissent. — Baruffaldianae nugae cum ipsae satis se indicent, accusatoris partes cessant; certe qui hunc superaret et stultitia et impudentia, adhuc nemo prodiit (v. ad n. 168*). Nec solum chartam inquinavit commentis suis, sed praecipua etiam saxis incidi iussit, ut monumentum relinqueret sui non periturum. Hoc via monere opus est non solum titulos eum finxisse, sed etiam auctoritates addidisse de suo (ut n. 168* Turrium testem excitat) et ubi lapides deficerent vel Ligoriani vel sui, de eorum asportatione pro lubitu hominem mentitum esse. Ceterum cum syllogen eius teneamus, de eo iudicare difficile non est; hoc videndum, ne aliquando lateat falsarius sub nomine aequalium honestorum hominum, sed nimis credulorum. Ita exempli causa titulus n. 168*, quem constat ipsum finxisse, innotuit per Scalabrinium et Borsettum; eo autem impudentiae processit Baruffaldius, ut eos fraudis argueret a se commissae, cum ante aliquot annos ad Muratorium scripsisset saepe se vidisse eum ipsum titulum nec dubitari de eo debere.

X. Iosephus Antenor Scalabrini († 8 Apr. 1777) quos titulos ipse possedit (coniunctim editos apud Zaccariam excurs. litt. vol. 2 a. 1762 p. 168—171) hodie uno excepto prostantes Ferrariae in museo publico, urbani fere sunt neque ad has partes pertinent. At idem per multos annos earum titulis colligendis vacavit syllogenque eorum confecit sic inscriptam 'Inscriptiones, signa et picturae et sculpturae, quae tam in civitate quam in antiquo et praesenti conterminoque ducatu et districtu Ferrariensi inventae sunt et servantur, quas monumentis ligno insculptis preloque imprimendis collegit . . . I. A. Scalabrini'. Sic legitur inscriptum exemplo autographo et optimo bibliothecae publicae Ferrariensis cl. I n. 244 (500 N D 6); alterum item autographum ibidem servatum cl. I n. 171 (488 N D 6) ex illo expressum et oblatum magistratibus Ferrariae a. 1747 propriam utilitatem non habet, multo minus exempla ea, in quibus non habentur nisi exempla eorum quae ligno incidenda curavit Scalabrinius carentia auctoris adnotationibus, quale servatur Venetiis in bibliotheca Marciana n. $\frac{3407}{\mathrm{CL.}\ 8}$. Inutilia item sunt quae Scalabrinius misit Muratorio servata in schedis eius fasc. XIX, 227 et in corpore passim adhibita, item perpauca, quae ipse Scalabrinius ad haec studia pertinentia posuit in libro edito *memorie istoriche delle chiese di Ferrara* (Ferrariae 1773, 8). Syllogen ipsam absolutam esse ante a. 1747 intellegitur ex supra dictis; supplementa tamen perveniunt ad annum usque 1773 (cf. ad n. 2409). Plerique tituli proponuntur ligno incisi adscripta manu auctoris locorum indicatione et observationibus aliis quibusdam; numeri ab ipso appositi usque ad 28, deinde a manu posteriore continuati praetereunt figlinas reliquaque minora, quae citavi secundum codicis folia. Scalabrinius praeter edita cum Sardi collectanea adhibuit (v. ad n. 2383) tum maxime Baruffaldi syllogen manu scriptam, cuius fraudibus sibi imponi passus est vir ipse honestissimus et diligentissimus. Demptis iis quae referuntur fide aliena, reliqua proba sunt et utilissima, maxime ad veras titulorum origines explorandas, in quibus indicandis Scalabrinius et tempore et diligentia Frizzium longe superat.

XI. Zaccaria in excursuum litterariorum volumine altero (1762) p. 161—171 proposuit titulos descriptos a se Ferrariae in museis duobus publico et Scalabriniano non indiligenter; at cum ipsi tituli extent, exempla haec vix aliam utilitatem habent quam quod augmenta musei eorum auxilio persequi licet.

XII. Antonius Frizzi (1746—1800) in commentariis *memorie per la storia di Ferrara* (Ferrariae 4. vol. I. II 1791. III 1793. IV 1796. V 1809; ed. 2 *con giunte e note di Cam. Laderchi* prodiit ibidem a. 1847. 1848) in fine voluminis primi p. 226—256 syllogen posuit inscriptionum antiquarum Ferrariensium, quarum plerasque etiam proposuit tabulis in aere incisis. Schedas auctoris servatas in bibliotheca publica Ferrariensi non vidi. — Frizzio etsi in hac quoque operis parte nec diligentia defuit nec doctrina, tamen aliis opinor magis intentus non id praestitit praesertim in originibus indicandis quod potuit et debuit. Scalabriniana adhibuit, sed raro et neglegenter; praeterea supra c. V diximus usum eum esse chronicis ms. a. 1626 conscriptis mihi non visis, sed pendentibus ex Ligorianis.

XIII. Amatius titulos musei Ferrariensis a. 1791 diligenter descripsit; quae exempla extant inter Mariniana (cf. epistulas Amatii ad Marinium cod. Vat. 9042) in cod. Vat. 9143, utilitatem autem non habent, cum ipsi lapides supersint.

XIV. Museum Ferrariense. Ferraria cum ipsa perpaucos titulos scriptos habeat, complures accepit aliunde. Primum eo venerunt tituli a Pandulfo Collenuccio († 1504; cf. Tiraboschi VI, 2, 92 seq.) collecti Pisauri, qui num ipse eos eo transtulerit an mortuo eo heredes eius, non satis apparet. Habemus autem hos in syllogis saec. XV exeuntis Iacundi Alciati Sanuti descriptos Pisauri in aedibus Pandulfinis; Ferrariae museum mox dispersum sit ut pessumdatum necesse est neque ab ullo ibi dum integrum esset descriptum, nam tituli Collenucciani inter Ferrarienses apparent primum apud Sardum et Ligorium, deinde apud posteriores ita, ut ex locis diversis casu demum emergant nec de origine Pisaurensi constet nisi collatis syllogis illis antiquis. — Deinde Ferrariam a. 1561 titulus venit Bergomas Atestiae Ide requisitus ab ducibus ex gente Estensi tamquam coniunctus cum eius originibus, a litteratoribus autem recentioribus non recte adhibitus ad Tassi poetae vitam fabulis nescio quibus exornandam. — Museum publicum primum institutum est c. a. 1735—1740 curante (testibus Maffeio *oss. lett.* vol. 4 a. 1739 p. 360 et Zaccaria exc. 2, 161) marchione Hercule Bevilacqua. Primo tempore id titulos non admisit nisi qui in urbe et in provincia tum dispersi iacebant; unde quos titulos in museo eo viderunt Paciaudius (1741) et Zaccaria (1757) et Caesar Lud. Barotti (*iscrizioni sepolcrali e civili della città di Ferrara* 1760, cod. ms. bibl. Ferrariensis cl. I n. 293 sive 190 NC 6; qui codex cum inscriptiones antiquas nullas habeat nisi musei, examinatum omisi) ut ipse Scalabrinius, eorum nullus est origine urbanus. At primum Scalabrinius sub finem vitae ei obtulit titulos a se collectos ('modo omnes', ait in schedis, 'in palatio Paradisi extant me offerente, subsidia tamen dante illustrissimo et reverendissimo Riminaldo'). Deinde post Scalabrinium qui tituli accesserunt primumque ex museo

proferuntur a Frizzio (1791), eorum et ipse Frizzius, quamquam plerumque originem non indicat accurate, tamen plures venisse scribit a Roma (1, 72), datos museo, ut mihi auctor est Antonellius, dono eiusdem cardinalis Riminaldi. Omnino qui titulos eos examinat non relatos apud Scalabrinium, relatos autem apud Frizzium, demptis paucis, de quorum origine aliunde constat, reliquos duobus tribusve exceptis ita reperiet comparatos, ut urbanam originem forma habituque prae se ferant. Praeterea Frizzius eodem loco refert a. 1774 titulos in id museum illatos esse qui adhuc dispersi remansissent in provincia eoque venisse alios ex Bagnacavallo Faventia Mantua; qui quales fuerint, non ignoramus. Ex eo inde tempore museum in suo statu mansit neque imminutum nec magnopere auctum.

XV. Iosepham ANTONELLIUM etsi non multis locis citavi, tamen ei fere debemus quae hic proferuntur; nam bibliotheca patria, quam instituit mihique totam patefecit, et editos libros rariores et scriptos non paucos suppeditavit, quibus haec sylloge nititor. Denique et docto consilio et comi auxilio iter facientem me adiuvit.

2380 ara parva Codigori rep. 1791 *in un fondo del Sig. Domenico Zagatti in faccia alla via, che conduce ai Minimi di S. Francesco di Paola*, extat apud doctorem Aegidium della Fabbra FRIZZI. Nunc Ferrariae in museo.

IVNONIBV̇
SACR
L · VITRVIVS
EVTHETVS
V · S · L · M

Contuli. Frizzi 1, 253 tab. 4 n. 14; Amati ms. et Marini Arv. p. 370 (inde Orelli 1323); Filiasi mem. ed. 1 3, 93, ed. 2 2, 87; Lersch qui vidit *rhein. Jahrb.* 11, 149.

2381 *nella parete della chiesa di S. Paolo di Codrea, che è nella villa di Monsignor Faatini gentilhuomo Ferrarese* LIGORIUS DARVFF. Ferrariae in S. Polo PEIRESC. Inde Imbuit et dedit museo Ferrariensi SCALABRINIUS. Ibi extat. — Ravennae in palatio archiepiscopi MUR. 726 errore.

I · O · M
P · OLIVS
TERTVLLIANVS
OMNIB · HONOR
FVNCT · T · P · I
P · XXXS · ?VII
TERTVLLIANVS
ET · TERTVLLA
FILI · P · C

Contuli. Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 33; Peiresc. cod. Paris. 6012 f. 156; Guarini 1621 p. 403 (inde per Ughellium Don. 1, 6); Baruffaldi mon. f. 26 ex Ligorio lapideque; Scalabrini apud Mur. ms. et ed. 5, 8 et apud Donat. 1, 1, item inscr. n. 34; Mur. 726, 10 a Dom. Vandellio Mutinensi; Zaccaria exc. 2, 164; Frizzi 1, 253 tab. 5 n. 12; Amati ms.; Marini Arv. p. 230.

Cf. titulus Ravennas Grut. 698, 9 relatus in cod. Peiresciano supra citato sic f. 150: Ravennae sub fenestra farmacopolarie. OLIAE·P·F·TERTVLIAE·V·ANN·XV M·VIIII·D·VIII·OLIVS·TERTVLIANVS FIL·PIENTISSIME·ET·SIBI.

2382 ad Ferrariam in ecclesia dirupta in campis versus Mantuam prope Padum FELIC. et RELIQUI. 'Ipsi adhuc ignoramus' PRISCIANUS. — Mantuae errore GRUT.

SATVRNO
SAC
CN · ARRIVS · CN · F
PARTVS
V · S · L · M

Serravit Felicianus cod Marc. f. 27, cod. Ver. f. 46. Inde Marcanova Mut. f. 134' (ex Marcanova Priscianus vol. 1 f. 10; Sirmondus cod. 1418 n. 9; ex Sirmondianis Grut. 1066, 3); Ferrarinus Trai. f. 38, Reg. f. 58'.

Versuum divisio incerta. — 3 ARIVS Marcan. — 4 PARIVS Marcan. — 5 VOTO·SOLENNI·LIBERO·MVNERE traditur.

2383 rep. in agro Ferrariensi, extat apud Nicolaum Contugo SARDI. Inventa in hortis ad monasterium S. Catharinae Senensis inter obsoleta ad me pervenit; dedi Athenaeo SCALABRIN. Ibi extat.

AVG
S S
iuvenis capillatus limbum habens pendentem relectum in umerum sinistrum, canis d. tenet falcem, sedens s. pronus
C · INGENVVIVS · HELIVS
SALTVAR · VIRTVTIS
V · M · L · P ·

Contuli. Alex. Sardus in add. ms. ad Priscianum (inde per Scalabrinium Mur. ms. et ed. 957, 6; commemorat frater Caspar hist. 1556 p 16); Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 42 (inde Mur. 56, 5) ex Sardo opinor. Denuo ex lapide Scalabrinius inscr. ms. n. 94; Zaccaria exc. 2, 169; Frizzi 1, 252 tab. 5 n. 11; Amati ms. Orelli 1599.

S(ilvano) Aug(usto) s(acrum) P. Ingenuvius Helius saltuar(ius) Virtutis v(otum) m(erito) l(ibens) p(osuit).

2384 Voghenzae rep. 1866.

IMP CAES
M · IVLIO
PHILIPPO
M · *iulio philip*
PO ·
PR *incipit iacent*
PO

Descripsit Antonelli.
4 M traditur.

2385 rep. ultimis diebus a. 1764 [m. Ian. a. 1765 PASSERI] in villa Vigoentia in agro monialium S. Rochi SCALABR. PASSERI similiterque adscriptum est in ipso lapide. *È in tavola di marmo Greco grossa 4 buone dita, larga 3 palmi da mano, lunga più di otto. E corniciata all' intorno a riserva di un palmo e mezzo, laddove era conficcata in terra. Purgato dintorno il terreno si trovò, che era piantata sull' orlo di una gran tavola di pietra d' Istria impulita, sulla quale era posata una lucernetta liscia con in fondo l'iscrizione* VIBIANI, *una medaglia di Faustina maggiore già consacrata e due tazze di vetro, che andarono in pezzi. Tolta via la pietra giacente a coperchio che vogliamo dire, vi fu trovato sotto un piccol pozzetto guernito di mattoni e dentro a questo stava in piedi l'urna delle ceneri di terracotta. Questa era un di que' vasi cilindrici da tener vino, acuminato in fondo e con due manichi verso la bocca, lungo incirca cinque palmi da mano, e del diametro di un palmo e un terzo, e al di fuori il vano del pozzetto era pieno di ceneri e carboni avanzi del rogo. Nel fondo di questo vaso verso dove finiva in punta, v'erano quattro buchi equidistanti d'ampiezza di una penna da scrivere, cosa insolita e fatta forse perchè entrando l'acqua nel vaso, potesse stillarne fuora. Appresso a questo sepolcro ne furon trovati altri tre molto volgari.* PASSERI. Extat Ferrariae in museo.

D *protome* M
ATILIAE
PRIMITIVAE
CONIVGI
INCONPARAB
HERMA · AVGG
VERNA · DISP
REGION PADAN
VERCELLENSIVM
RAVENNATIVM
B · M · P

Contuli. Nov. Flor. 1765, 143. Ioh. Bapt. Passeri *memoria presentata alla società letteraria Ravennate intorno ad un' antica iscrizione ultimamente scoperta nel Ferrarese* Cesenae 1765. 8. pp. 38; idem aliis observationibus additis apud Calogerà *nuova racc.* vol. 22. Contra eum scripsit Ioh. Bapt. Minzonius ter in *Raccolta Ferrarese d'opuscoli* vol. 4. 6. 17. Scalabrini inscr. n. 21. Donat. 340, 3 a Dom. Maria Mannio, 390, 8 ab Od. Corsino. Frizzi 1, 247 tab. 3 n. 7. Amati ms. Orelli 79.

Vercellenses hos male distinguit Passerius ab notis Transpadanis, referens ad illos nescio quem rivum Verzues prope Voghenzam.

2386 basis cum supra posita pinea parva. — 'Discoperuit annus hic 1500 in Variani vico [= Vigarano] sub nuce marmoreum quadrangulum longitudinis palmarum trium et erat lapis litteris his insculptis' PRISCIANUS in nota postea adiecta. Deinde translata est tropaei loco Mantuam addita in margine inscriptione: '*questa | preda | si e* (= *questa pietra è*) *del | ducha | de | Ferrara*'. Mantuae LIGOR. 11; apud comitem Marcellum Donatum GRUT.; in aedibus Gonzagae BARUFF. AMADEI (1745) VISI. A. 1774 ex Mantua relata est Ferrariam in museum universitatis FRIZZI. Ibi extat.

FRONTO
TI·CLAVDI·CAESARIS
AVG · GERMANICI ·
DIXPESATOR ·
LENTIANVS *sic*

Contuli. Loco antiquo descripsit Priscianus vol. 1 f. 9' in nota postea adiecta, item in schedula solitaria delineavit. Inde pendet Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 35; ex hoc Guarini 1621 p. 455 (inde per Ughellium Don. 7, 188); Scalabrini inscr. n. 45; Mur. 907, 8 ex historia Ferrariensi et ex Donio. Ex lapide auctores qui collocant Mantuae Ligorius ms. Taur. 11; Grut. 596, 3 ex schedis Velseri; Baruffaldi mon. f. 31 (qui dedit ex Ligorii Ferr. exsectam, sed primum versum eius abesse significat et Mantuae collocat et adscriptionem Italicam affert et hic et apud Calogerà a. 1732 p. 508); Amadei ms. vol. 1 f. 3; Visi ms. Ferrariae descriptam dederunt Frizzi 1, 254 tab. 5 n. 25; Labus *mus. di Mantova* 2, 83; Amati ms.

M·IVLIO·M·F praemittit Ligorius in Ferr., quod abest tam a Prisciano quam ab recentioribus omnibus ipsoque Ligorio in Mantuanis. — 5 *Lentianus* ne iunge cum eo quod praecedit dispensatoris officio; immo alterum vocabulum est servi utpote Caesaris.

2387 tabula magna. *Nella pieve di S. Martino Contrapò* LIGOR. *In S. Martino di Contrapò, hoggidì serve per abbeverare cavalli* GUARINI. De pariete baptisterii aediculae plebis S. Martini Contrapadi non longe a Codrea translata Ferrariam in museum SCALABR. Ibidem adhuc.

D · M
L·AEMILIO·MARCELLIN
VETERAN
L · AEMIVS · SVPER · *sic*
PATRI B

Contuli. Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 31 (inde Mur. 776, 3); Guarini 1621 p. 402; Baruffaldi mon. f. 34 ex Ligorio; Scalabrinius ms. apud Mur. et inscr. n. 10; Zaccaria exc. 2, 165; Frizzi 1, 229; Amati ms.

2388 (Ferrariae) pro sustentaculo marmoreae tabulae altaris S. Laurentii PRISCIANUS. Eadem ita repetit, ut Hustiliae, non Ferrariae tribuat, exemplum Prisciani factum a PAULO Legnagensi. — Ferrariae *presso la chiesa del duomo in una delle stanze della canonica* LIGOR.; F. *nel duomo nella stanza dil prette* PEIRESC, alii aliter.

D · M
M · PHILLIVS
APVLEIVS
CRESCENS
VET · EX · CON
XII · VRB · T · *f* · I
VETTIA
VEREC · CON
M · APVLEIVS
FELIX · LIB · ET
HERES
PONI · CVRAV

Servavit Priscianus vol. 1 f. 12, qui ait se vidisse. Inde Ligorius bis ms. Taur. 8 et Ferr. p. 28. 29; Peirescius cod. Paris. 6012 f. 156; ex Ligorio Guarinius 1621 p. 400 (inde per Ughellium Donius 6, 182); Fabrett. 129, 56 ex schedis Barberinis; Baruffaldi f. 32. 37 ex Ligorio; Mur. 842, 2 ex hist. Ferr. et Donio; Frizzi 1, 235 a prioribus.

1 om. Peir. — 2. 3 puto inesse dittographiam et scribendum simpliciter D·M | M·APVLEIVS | CRESCENS. — 6 XII om. Peir. — T·EL Prisc., T·F·I Ligorius Peiresc, reliqui. — 7. 8 VETTIAE·VERECVNDAE (om. CON) altero loco Ligorius.

2389 origine opinor Atestina propter tribum et Actiaci vocabulum. Ad Lendinaram rettulit ALESSIUS (v. p. 226 c. II fin.). — Ferrariae ante ecclesiam S. Francisci FERRAR. SYM. et sic fere RED.; in coemeterio ecclesiae S. Francisci in basi crucis marmoreae SARD. *Essendo la detta croce atterrata di notte tempo, l'iscrizione venne ridotta nel primo claustro, dove per certo tempo negletta giacque, finchè poi venne indi levata dal Card. Bevilacqua* GUARINI *chiese* p. 232.

protomae duae
Q·ATILIO·Q·F·ROM
ACTIACO · ET

Ferrarinus Par. f. 34', Reg. f. 58' (inde Mur. 1639, 3 ex schedis Iac. Valerii); Redianus f. 91 (inde Gud. 315, 16); Symeoni obs. p. 90, epit. p. 97 (inde Grut. 759, 6; Mur. 1304, 8 male); Alex Sardus in add. ms. ad Priscianum. A prioribus reliqui: Baruffaldi mon. f. 41 ex Symeonio; Scalabrini ms.; Frizzi 1, 234; Alessi p. 94; Furlanettus lap. Pat. p. 173 n. 366.

Vv. divisio incerta. — Q·ATILIO·Q rel. om. Sardus. — 1 Q om. Sym. — 2 ACTIACON·ET... Sym.

2390 arca. Effossa una cum operculo et basi a. 1711 in pago Vogheriae [= Voghiera] apud hortos illorum de Signorellis in pomario BARUFFALDUS 1713. Olim iav. Vigoveriae non longe a plebe S. Mariae in hortis Signorelli; iterum rep. a. 1711 et ex terra extracta; a. 1739 Ferrariam advecta SCALABR. et sic fere DONAT. 'Effossa Vicoveriae a. s. 1713, plostris evecta asportataque Ferrariam a. s. 1739 heicque locata a. s. 1776' ADSCRIPTUM IN LAPIDE. Extat in museo. — Voghenzam s. vicum Habentinum pro Voghiera substituunt BARUFF. in ep. ad Silvestrium a. 1723 et MUR.

in latere: genii duo corollam cum uvis tenentes

Medusae caput — *protome mulieris* — *protome viri* — *Medusae caput*

AVR · EVTYCHIA
SIBI · ET · M · AVRELIO
D *femina* MARIN · N · SYR · VETER · *vir* M
stans EX OPT · PATR · ET · MARIT · *stans*
PIENTISS · CVM · Q · V · AN
XLIII · BEN · M · VI · V · POS · *sic*
IVB · PATRONO · EX · PEC · IPSIVS ·
HANC·ARC·SIQ·POST·EXC·VTRO
RVMQ·AP·INF·HS·L·M·N·FISCO· *sic*

in latere: femina stans, vir stans manibus iunctis infra cista rotunda

in basi:
IN F · P · XXXX · IN A · P · XXXX

Contuli. Baruffaldius mon. f. 3. 4 et in ep. (ms. in bibl. Rovigensi) ad Cam. Silvestrium 24 Nov. 1723 (inde Cam. Silvestri *lettera intorno ad una antica sepolcrale iscrizione* in *miscell. di varie operette* Venetiis vol. 5 a. 1741 p. 549—560); Michael Matastius gymnasii Ferr. professor misit Gorio 1 Febr. 1739 (cod. Marucell. A 63; ann. soc. columb. ms. vol. 4 a. 1738 p. 307); Mur. 788, 5 a Sancassanio; Scalabrini ms. apud Mur. et inscr. n. 26—28; Zaccaria exc. 2, 167; Donat. 268, 3 a Passerio; Frizzi 1, 249 tab. 3 n. 18; Amati ms.

D(is) m(anibus). Aur(elia) Eutycha sibi et M. Aurelio Marin(o) n(atione) Syr(o) veter(ano) ex opt(ione), patr(ono) et marit(o) pientiss(imo), cum q(uo) v(ixit) ann(os) XLIII, ben(e) m(erenti) viv(a) pos(uit) iub(ente) patrono ex pec(unia) ipsius. Hanc arc(am) siq(uis) post exc(essum) utrorumq(ue) ap(eruerit), inf(eret sestertium) [L] m(ilia) n(ummum) fisco. In f(ronte) p(edes) XXXX; in a(grum) p(edes) XXXX.

2391 Vigoentiae [= Voghenza] repertum marmoreum sepulcrum, quod Borsus dux [1451—1471] in villam Campi [Montis?] sancti deferri iussit et potatorium vas equis aptari PRISCIANUS.

I · LEPIDIVS · IVSTVS
VEt · LEg · XXX
VLPIAe · VICTRICIS
SEMPRONIVS
REDEMpTVS
HelVS · ET · NVMILIA
MARCELIA
CONIVNX · / · C

Servavit Priscianus vol. 1 f. 6. Inde reliqui: Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 42 (ex eo Mur. 829, 5 ex historia Ferrariensi) auctore non laudato; Scalabrini ms. ex Prisciano; Frizzi 1, 243 item.

I · LEPIDIVS·IVSTVS | VETERANVS·LEGIONIS·XXX | VLPIA·VICTRICIS | SEMPRONIVS REDEMTVS | HELVS·ET·NVMILLA MARCELIA CONIVNX·C traditur.

2392 effossa a. 1766 in villa Gamblaghae ex agro comitum Cicognara vocato *lo spedale* SCALABR. similiterque in lapide adscriptum est. Extat Ferrariae in museo.

D *ascia* M
Q · PALAVELLo
PAVLINO
VET · COH · VII
PRAETORIAE
Q · PALAVELLVS
PVDENS ·
PATRI · B · M ·
PONENDVM ·
CVRAVIT
a

Contuli. Scalabrini ms. n. 70; Frizzi 1, 247 tab. 3 n. 3; Amati ms. indeque Marini Arv. p. 713.

2393 *nel territorio di Ferrara, nella chiesa di Cupara* [Copparo, opinor].

L · PONTIO
PAVLO · VET
SX · OPTIO
NAT · PANN
HER · PONTIA
SARESNA · PATR
M · P

Ligorius ms. Taur. 8 inter additamenta: '*copiata da Monsig. Fantino*'. Hanc crediderim genuinam, etsi in fine corruptam.

2394 Quartesanae rep. 1765 in ruderibus domus ecclesiae. Extat Ferrariae in museo.

LERIO · M · P · CAM
O · MILIT · COH
D · F · FA

Contuli. Scalabrini inscr. f. 41; Amati ms.

2395 magna tabula marginibus ornatis. Origine opinor Atestina, cum et tribus ei rei publicae conveniat et adlecti decurionis vocabulum. Ad Lendinaram rettulerunt ALESSIUS et FURLANETTUS (v. p. 226 c. II fin.) — Ferrariae in parietibus maioris ecclesiae FELIC. Retro episcopatum in via Gorgatelli litteris contrariis RED. Prope fundamentum episcopatus Gorgadellum versus PRISCIAN. In pariete exteriore ecclesiae cathedralis inverso ordine posita et semisepulta in via nuncupata Gorgadella BARUFF. Ad fustes ianuae obstructae ecclesiae metropolitanae, deinde nobis rogantibus delata in palatium Paradisi SCALABRIN. Est in museo.

IR · DOMITIAE
OMITIO · T · F · ROM
E · AVONCLO
ONI · ADL · DEC · FRATRI
TACIDIVS · T · F · ROM
SVIS · TEST · FIERI · IVSSIT

Contuli. Felicianus cod. Marc. f. 27, cod. Ver. f. 46, a quo pendent Ferrarinus cod. Reg. f. 58 (a Trai. et Paris. abest); Burchelatus epitaph. p. 135; Apianus 158, 4; Manutius orth. 295, 18; Grut. 869, 3 ex Burchelato et Apiano; Malvasia p. 362; Mur. 1458, 2 ex schedis Farnesiis. Diverse Redianus f. 91' (inde Gud. 296, 2); Priscianus vol. 1 f. 10. Supplevit mutavitque Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 21; inde Gud. 122, 6 ex Ligorio; Mur. 698, 3 ex historia Ferrariensi; Baruffaldus mon. f. 6. Denuo ex lapide Scalabrini mon. n. 15; Zaccaria exc. 2, 161; Frizzi 1, 251 tab. 4 n. 24; Amati ms. A prioribus Alessi p. 94; Furlanettus p. 143 n. 135.

Memoriae causa apposui tria exempla Feliciani Rediani Ligorii; haec versus dividunt, illud continuat.

Felicianus:	*Redianus:*	*Ligorius:*
	....	
DOMITIAE	DOMINAE	MEMORIAE DOMITIAE
DOMITIO·T·F·ROM	VTIO · T · F · ROM	ET · T · DOMITIO · T · F · ROM
AVONCLO	VONCLO	HAENOBARBO · AVONCLO
L·PLACIDI·DEC·FRATRI	I·ADL·DEC·FRATRI	AB·MVNIC·SVO·ADL·DEC·FRATRI
ALVIDIVS·T·F·ROM	CIDIVS·T·F·ROM	DOMITIVS·PRIMIDIVS·T·F · ROM
SIBI·ET·SVIS·TEST·FIERI·IVSSIT	VIS·TEST·FIERI·IVSSIT	SIBI · ET · SVIS · TEST·FIERI·IVSSIT
		....

2396 Ferrariae in pariete ecclesiae principalis ANTIQUI SARDUS LIGOR.; in ecclesia cathedrali ad tertiam columnam BARUFF. 1715. Iam collocata in portica episcopii BORSETTI 1735. Archiepiscopus a. 1738 dedit universitati FRIZZI. Ibi extat.

vir togatus
stans
P · PVPIVS · P · L · MENTOI *sic*
MEDICVS · IIIII · VIR

Contuli. Habent antiqui Marcanova Bern. a. 571, Mut. f. 134'; Felicianus Marc. f. 27, Ver. f. 46; Ferrarinus Trai. f. 37', Reg. f. 58'; inde Priscianus vol. 1 f. 10 ex Marcanova Mut.; Sirmondus cod. 1419 n. 408 ex Marcanova; Guarinius 1621 p. 13; Malvasia p. 221; Mur. 738, 7 ex schedis Farnesiis, 973, 8 ex suis. Aliunde Sanutus f. 98; Sardus in add. ms. ad Priscianum; Ligorius ms. Taur. 8 et Ferr. p. 39, abi datur aere expressa; Baruffaldi mon. f. 1; Borsetti hist. gymn. Ferrar. 1 (1735), 4; Scalabrini inscr. n. 22; Zaccaria exc. 2, 162; Frizzi 1, 255 tab. 6 n. 12; Amati ms.

1 P·PVPIVS·P·L Marcanova (Bern.) San. reliqui recte, P·PVTIVS·L·F Marcanova (Mut.) Felic. Ferr. — MENTOI lapis (lapicida fortasse MENTOR voluit, sed illud tantum exaravit spatio deficiente) Marcanova (Mut.) Felic. Ferr. aliique, MENTOR Marcanova (Bern.) aliique ex em., MENTOL Ligor.

2397 litteris bonis. Ferrariae *mentre si fabbricava la fortezza presente di Ferrara, trovata nelle mura dell' antico Castel Tedaldo, conservata dal Baruffaldi* SCALABRINI similiterque BARUFF. 'Modo in palatio paradisi 1773' SCALABRINI postea. Ibidem adhuc. — Ravennae in museo archiepiscopali MUR.

D M
protome muliebris *protome viri*
ASLIAS · EROILLAE
L · ANNIVS
DECORATVS
CONIVGI
SANCTISSIMAE
ET · SIBI · V · F
QVAE·MECVM·VIXIT·SINE·VL
LA · QVAERELLA · ANN · XVIII

Contuli. Baruffaldi mon. f. 54; Mur. 1289, 7 ex Ioh. Andr. Barroto Ferrar. doct.; Scalabrini apud Mur. ms. et inscr. n. 40; Frizzi 1, 253 tab. 5 n. 13; Amati ms.

2398 arca. Ferrariae in S. Stephani ANTIQUI, LIGOR. Arca est in templo S. Stephani et quiescit ibi corpus S. Leonis pontificis, operculum vero in viridiario eiusdem coenobii est ad usum aquarii BARUFF. Deinde translata in universitatem hac adnotatione adiecta: 'ab oblivione redempta hucque translata a. s. 1773; dein hic locata a. s. 1776'.

caput Medusae — *protome mulieris* — *protome mulieris* — *caput Medusae*

corona cum taeniis — *corona cum taeniis*

D · M
ANNIA · FAVSTIN
VIVA·SIBI·POSVIT

Contuli. Habent antiqui Marcanova Bern. n. 620, Mut. f. 134' (inde Priscianus vol. 1 f. 10); Felicianus Marc. f. 27, Ver. f. 46; Ferrarinus Trai. f. 37', Reg. f. 58; Redianus f. 91 (inde Gud. 314, 9); Lilius f. 8' (inde Reines. 17, 7 ex Langerm.); Gammarus f. 107 (inde Malvasia p. 343; ex eo Mur. 1782, 32); Mur. 1631, 10 ex schedis Capponiis et a Ginannio. Item Sanutus f. 98; Sardus in add. ms. ad Priscianum; Ligorius Taur. 8 et Ferr. p. 41; Guarini 1621 p. 129; Baruffaldi mon. f. 20; Scalabrini inscr. n. 32; Frizzi 1, 251 tab. 4 n. 21; Amati ms.

2399 tabula formae Ravennatis. *Nella pieve di S. Martino Contrapò* LIGORIUS. *S. Martino di Contrapò, turata nel muro per di fuori alla destra della porta minore* GUARINI. Ex pariete meridionali plebis S. Martini de Contrapò prope Codream venit Ferrariam in museum SCALABR. Ibi extat.

D M
ANTISTIAE
MYRINNI
L · ANTISTIVS
MYRON
FILIAE
KARISSIMAE
B · M · P

Contuli. Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 32; Peirescius cod. Paris. 6012 f. 156; Fabrettius 172, 331 ex schedis Barb.; Guarini 1621 p. 402; Baruffaldi mon. f. 35; Scalabrini ms. apud Mur. et inscr. n. 12. 17; Paciaudi apud Mur. 2054, 7 et Ripatrans. (*misc. di varie oper.* 6 a. 1742) p. 181; Zaccaria exc. 2, 164; Frizzi 1, 250 tab. 4 n. 12; Amati ms.

2400 'in villa Montis Sancti Ferrariensis agri in limo foveae repertum an. do. MDCLXVII' ADSCRIPTUM EST IN SAXO. Rep. a. 1671 in quodam agro communitatis Montis Sancti dicionis Ferrariensis Bononiae conterminae, nunc apud cardinalem Bevilacquam in Tusculano MALVASIA. A. 1735 Hercules Bevilacqua dedit museo Ferrariensi; sed post aliquot annos Bevilacquae denuo sibi vindicarunt mansitque per multos annos clausa in domo eorum *strada della Rotta*, donec a. 1822 Ios. Boschinius museo eam restituit FRIZZI SCALABR. ANTONELLI.

D · M
ANTONIAE · VALE
RIAE · AMICAE
P·AELIVS·THALLVS
B · M · P

Contuli. Malvasia marm. Fels. (1690) p. 617 (inde Baruffaldi mon. f. 53; Scalabrini apud Mur. ms. et inscr. ms. inter deperditas; Mur. 1434, 12); Paciaudius Ripatrans. 1742 p. 176 qui vidit in museo.

2401 Comacchii nuper inv., dum cathedralis ecclesiae fundamenta fodiuntur, extat apud Sancassanium SANCASS. Ibidem apud Amatorem Tomasi SCALABR.

VIVA·SIBI·POSVIT·ET
AQVILINAE · CON

Sancassanius apud Ferrum Comacch. p. 522 et Mur. 1301, 4 (inde Frizzi 1, 233 male citans etiam Zaccariam); Scalabrini inscr f. 41.

Ferrus continuat. — 1 VIV Sancass. — POS Mur. — Scalabrinius praemittit hunc versum: HILARVS ATEILIVS, sed eadem pagina eundem sic repetit seorsum HILARVS·L·ATEILIVS loco non adscripto.

2402 in villa S. Margaritae prope Portum maiorem [= Porto Maggiore] circa miliare unum SARDUS. Inter Ferrarienses LIGORIUS.

AVF,IDIAE · C · L · VENVSTaE
VIATORES ·ET·VELATORES·SALVETE
ET · BENE · VALETE

Al. Sardus in add. ms. ad Priscianum (citat Casp. Sardus hist. 1556 p. 17). Inde opinor Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 33; ex hoc reliqui: Malvasia p. 444; Fabrett. 705, 262 ex schedis Barberinis; Scalabrini inscr. n. 49 ex Fabretto et Ligorio; Mur. 1640, 9 ex hist. Ferr.; Orelli 4745 qui damnat.

1 VENVSTE Sard., VENVSVAE Ligor. — 2 ET VELATORES om. Ligorius cum asseclis.

2403 in oppido abbatiae paeninsulae in scala monasterii RED. Intellegi abbatiam Pomposam monuit Antonellius.

AVIDIAE
CELIDINE

Redianus f. 91 (inde Gud. 315, 24).

2404 in oppido abbatiae [Pomposae, v. n. 2403] paeninsulae in campanili monasterii RED.

BAEBIO
ELICI · LIB

Redianus f. 91 (inde Gud. 353, 10).

Lacunam notavi ego.

2405 ex Trebia venit Maierum in ecclesiam S. Viti LIGORIUS. Diu pro mensa altaris in ecclesia S. Viti ad ripas Volanae, adhuc extra ecclesiam pro limite BARUFF. Ex ecclesia plebana SS. Viti et Modesti venit Ferrariam in museum SCALABRINI. Ibi extat. — Hostellati in SS. Viti et Modesti MUR.

T · BLANDVS *sic*
T · L · PRIVATVS
SIBI · ET
MARIANAE · Ɔ · L
VEN////XORI
V · F

Contuli. Ligorius ms Taur. 17; Baruffaldi mon. f. 47; Ferro Comacchio p. 30 a Sancassanio; Mur. 1314, 6 ab eodem; Scalabrini apud Mur. ms. et inscr n. 8; Zaccaria exc. 2, 165; Frizzi 1, 254 tab. 5 n. 26, citans Anonymum a. 1626; Amati ms.

2406 inv. in agro Maierii, extat Bereguardi in palatio SARDUS. *Trovata nella villa già Mederii oggi Maiero* [Materia IACOB. errore], *trasportata a Belriguardo e murata in un pilastro del giardin segreto* LIGORIUS. Vogherae MALVAS. DON. Rainaldus XI dux Mutinensis dominus, Belriguardi villae in pago Voghiera sitae dedit museo Ferrariensi SCALABRINI. Ibidem extat

Medusa in corona, supra leones duo
V · F
protome viri — *protome mulieris*
L · CAESIO · L · F
CELERI
CASSIA · GRATA

Contuli. Alex. Sardus in add. ms. ad Priscianum (citat Casp. Sardus in hist. 1556 p. 17. 18); Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 34; Iacobonius de gente Caesia (1582) p. 170 (inde Grut. 863, 6), cui manu Ligorii depictam misit Ferrariis Vincentius Fantinius; Guarini 1621 p. 459 omnino ex Ligorio (inde per Ughellium Donius cod. Barb. p. 197); Baruffaldi mon. f. 22 ex Ligorio; Malvasia p. 332; Paciaudius Ripatransone (1742) p. 177 et apud Mur. 2079, 9; Scalabrini ms. apud Mur. et inscr. n. 31; Zaccaria exc. 2, 166; Frizzi 1, 253 tab. 5 n. 23; Amati ms.

2407 forma est Ravennas. Ostellati in ecclesia FERRO SANCASS. Olim Ostellati in fronte veteris ecclesiae iam dirutae, modo in meo museo BARUFF. similiterque PACIAUD. SCALABR. Noctu furto ablatam esse scribit BONAVERI. Hodie Ferrariae in museo.

D ...
CALPVRNIAE
RESTITVTAE
ET · CLODI

Contuli. Ferro Comacchio (1701) p. 32; Mur. 1650, 6 a Sancassanio (cf. Sancassanius apud Coletum *chiesa di S. Pietro in Sylva* p. 128); Baruffaldi apud Mur. ms. 18, 224 et mon. f. 17 (cf. idem *Galleria di Minerva* 1 a. 1696 p. 371); Paciaudius Ripatrans. (1742) p. 177; Scalabrinius apud Mur. ms. et ed. 1317, 8 et inscr. n. 42; Frizzi 1, 250 tab. 4 n. 10; Amati ms.

Baruffaldius proponit ter diverse sic:

Baruffaldi in ed. 1696:
In Ostellato nel muro
della antica chiesa:
CLODIAE·HELPIDII
CON · INCOMP
GEN · M
(titulus supra relatus hic non affertur).

Baruff. apud Mur. ms., ed. 1330, 4 et 1650, 6:
Nell' antica chiesa d'Ostellato
appo Comacchio:
CLODIAE·HELPIDI·CON
INCOMPAR · GENIALIS
MARITVS
Ibidem
(sequitur supra relata).

Baruff. monum.:
(praecedit supra relata)
reliqua marmoris pars effossa Consandoli apud illos de Scacernis:
—I— —
AE · HELPIDI
CON · INCOMP
GENIALIS·MARITVS

Ex prima forma pendet Sancassanius in epistula scr. a. 1701 apud Coletum *chiesa di S. Pietro in Sylva* p. 128, addens lapidem abductum esse Ferrariam. Similiter ac in secunda legitur apud Bonaverium (scripsit a. 1697) Comacch. p. 113, qui citat Baruffaldii epistulam editam et ait teste Baruffaldio titulum asportatum esse Ferrariam in domum Azzoliniorum. Tertiam formam exscripsit Scalabrinius et misit Muratorio, qui edidit 1317, 8; addit Scalabrinius partem inferiorem de qua agimus 'deperditam lugeri'. A prioribus eam accepit Frizzi 1, 238. At vere Clodiae Helpidis titulus nec visus est Ferrariae ab ullo teste fide digno neque umquam in his partibus extitit; Salernitanus enim est vel certe inter Salernitanos refertur a Pontano (C. I. N. n. 137) et cum saepe reperiatur ut reliqui Pontaniani in codicibus saec. XVI, a Baruffaldio ex libro aliquo arreptus mala fraude fragmento Comacchiensi vel substitutus est vel adiunctus. Scilicet a. 1696 apparet eum titulum Calpurniae Restitutae vidisse quidem et nomen Clodiae in eo legi memoria retinuisse, sed cum descriptum non haberet, pro eo edidisse Salernitanum non absimilem; deinde cum Ferrios illius veram formam proposuisset et ipse lapis Calpurniae Ferrariam pervenisset ad Baruffaldios, ad mendacia alia de titulo Helpidis ablato Ferrariam vel Consandoli eruderato confugisse, ne primum confiteretur.

2408 basis magna ornata. Ferrariae in pariete ecclesiae cathedralis prope portam ad pedes statuae marchionis Alphonsi Estensis SARDUS. *Murata nella parete a sinistra della terza porta delli anteriori del duomo* LIGOR. p. 47. In fronte ecclesiae cathedralis semisepulta sub statua M. Alberti Atestini BARUFF. Ex fronte metropolitanae sub statua Alberti marchionis Estensis, ubi inde a fundatione basilicae steterat, me rogante illata in museum SCALABRINI. A. 1738 translata inde in museum FRIZZI. Ibi extat.

caput Medusae

urceus cum
pampinis;
adprehendunt
urceum grypi duo
Q · CALVENTIO
Q · LIB · TROPHIMO *sic*
ET·CALVENTIAI·Q·L
PRIMIGENIAE
VXORI·ET
AVXESI · NAPLE · FIL
V · F · INQVEMQ *sic*
P · P · RX

Contuli. Alex. Sardus in add. ms. ad Priscianum (citat Casp. Sardus hist. 1556 p. 17); Ligorius bis, altero loco ex Sardo ms. Taur. 8, Ferr. p. 42, altero loco ex lapide ms. Taur. 8, Ferr. p. 47 (inde Gud. 316, 20); Guarini 1621 p. 16 ex Ligorio; Baruffaldi mon. f. 5 ex Ligorio; Scalabrini apud Mur. ms. et ed. 1577, 12, inscr. n. 23; Zaccaria exc. 2, 163; Isidorus Bianchi misit Lamio 25 Apr. 1765 (epp. vol. 12; inde Nov. Flor. 1765, 342; ex his Donat. 465, 1); Frizzi 1, 255 tab. 6 n. 11; Amati ms.

Subieci tria exempla Sardi unum et Ligorii duo, ut inde appareat hunc Sardianis collectaneis usum esse. Primum et secundum versus continuant, tertium recte separat; imperfecta sunt omnia.

Sardus:
Q · CALVENTIO
Q · LIB · TROPHIMO
ET·CALVENTIAE·Q·L
PRIMIGENIA · F

Ligorius I:
Q · CALVENTIO
Q · LIB · TROPHIMO
ET·CALVENTAE·Q·L
PRIMIGENIAE · F

Ligorius II:
Q · CALVENTIO
Q · LIB · TROPHIMO
ET · CALVENTIAE · Q · L
PRIMIGENIAE
VXORI·ET
AVXESPHA · P · L · FEC

2409 Ferrariae fuit in pariete exteriore turris campanariae ecclesiae S. Salvatoris; nunc in museo parentis mei ex munificentia cardinalis de Verone BARUFF. similiterque SCALABR., qui postea adscripsit 'nunc in palatio paradisi 1773'; id est in museo publico. Ibi extat.

Q
CATVLLINVS
ET · CAMERIA
SECVNDA · PARENT
ET SIBI · V · F
L · S · INF · P · XX
IN A · P · XV

Contuli. Baruffaldi apud Mur. (ms. et ed. 1248, 2) et monum. f. 21; Scalabrinius apud Mur. (ms. et ed. 1147, 1), inscr. n. 39; Frizzi 1, 250 tab. 4 n. 9; Amati ms.

2410 Vogbenzae rep. 1866.

OSSA
TI CLAVDI
PROSTERNI

Descripsit Antonelli.

2411 arca Voghenzae rep. m. Mart. a. 1866. Intus rep. sunt anulus aureus et fila aurea duo, inaures probabiliter.

CLAVDIAE · AVG · L · IANVARIAE
ARTEMONIS · CAESARIS · AVG ·
QVID·QVERERIS·FATIS MORTIS CARISSIME·CONIVNX CVM·SIT·COMMVNIS·OMNIBVS·VNA VIA
DESINE · SOLLICITVM · PECTVS · LACERARE · DOLORE · TEMPORIS · HOSPITIVM · NON · SOLET · ESSE · DIV

Ioann. Fei *Gennarina ossia sarcofago scoperto e disotterrato nella villa di Voghenza li 2 Marzo 1866* Ferrara 1866. 8. pp. 48; Luc. Siesa *di un' arca sepolcrale scoperta a Voghenza* Ferrariae 1866. 4. pp. 8; Antonelli in epistula ad Cittadellam *Giorn. Arcad.* N. S. tom. 51 (1867).

2412 *rep. 16 Iun. 1624 nella Braglia del Sig. Picchiatti sotto la villa di Maiere in luogo detto il Verzenese* RECALCHI.

OSSA
COMINIAE · Q · F · PAVLI
STAIIA · SEVERA · MATER
I · POSVIT
ANNOr · XXX
HIC · REQVIESCVNT

Iul. Recalchi misit ex Ferraria 4 Iul. 1624 Fortunato Liceto, qui edidit de quaes. per epist. (Bononiae 1640) p. 245. Inde reliqui: Baruffaldus mon. f. 42 et apud Mur. ms. et ed. 1154, 7; Scalabrini inscr. n. 79; Frizzi 2, 242.

2 PAVLI, 3 STACIA, 4 E · POSVIT, 5 ANNO · XXX traduntur.

2413 Comacli in ducatu Ferrariae post ecclesiam.

CONGONIAE · SECVNDAE
SIBI

Albertus Lollius in schedis bibl. Motinensis p. 44.

2414 Ferrariae in ecclesia S. Georgii, ubi habitant fratres montis Oliveti MARCAN.; in aede S. Georgii extra Padum SANUTUS; in monte S. Georgii LILIUS.

C·CRAVONIO·C·F·PATRI
TRANIAE · MATRI
P · CRAVONIVS · C · F
CALSASIA · VXOR
V · F · S · E

Marcanova Mut. f. 134' (inde Ferrarinus Paris. f. 34', Reg. f. 58'; Priscianus vol. 1 f. 10 ex Marcanova Mut.; Guarini 1621 p. 391 et inde per Ughellium Don. 11, 38; Mur. 1268, 6 ex schedis Farnesiis et ex Donio, adhibitis etiam schedis Giuanni; Frizzi 1, 236 ex Prisciano); Sanutus f. 98; Lilius f. 8' (inde Reinesius 13, 24 ex Langermannianis; Fabrett. 617, 148 ex schedis Vaticanis).

Versuum divisio incerta. — Marcanova cum suis hunc titulum subiungit alteri n. 2424. — 2 TRANIAE Lil., TRAIANA Marcan. San. — 4 CALSASIA Marcan., CALCASIA San., SALSASIA Lil.

2415 Gambolagae cum n. 2419 rep. et translata Ferrariam.

D M
EGNATIAE MAIAE
IRRIVS · FORTVNAT
ALVMNAE · SVAS
BENE · MERENTI
POSVIT

Contuli. Hier. Ferri *Raccolta Ferrarese* 5 (1780), 201; Frizzi 1, 247 tab. 3 n. 5; Amati ms.

2416 Comacchii *trovata nella selciata di un cortile, ora presso il medico Sancassano* FERRI; *nel duomo* MUR. Ex plebe S. Stephani villae Stientae SCALABR 62.

Ferri:	*Scalabr. 62:*
D · M	
FELICISSIM	LICISSIM
VIX·ANN · XIII·M·X	X · ANN
L·BELLITIV·FELIX	III · M · X
NEP · CARISSIMO	PELLITIV
V · F	

Ferri Comacch. p. 29 a Sancassanio; Mur. ms. 19, 227, ed. 1462, 10 a Sancassanio. Inde Scalabrini inscr. n. 52; Frizzi 1, 239. Aliunde Scalabrini inscr. n. 62.

Vv. divisio incerta. — Sic Ferri et Mur. ms., nisi quod hic est 4 BELLITITIVS; contra D·M FELICISSIMI Q·VIX·ANN III·M·X BELLITIVS FELIX·NEP CARISS Mur. ed.

2417 cippus parvus Ferrariae in pinnaculo templi S. Antonii abbatis monialium BARUFF. similiterque BORSETTI. Olim in vertice frontis ecclesiae S. Antonii abbatis in Poticino de prope sub cruce, nunc in museo ex dono abbatissae SCALABR. Ibi adhuc.

supra cippum habent leones duo; in antica cuniculus fructus rodens
FESTIO · PAPIRI · PRISCI · DELIC *sic*
puer d. anum tenens, sin. avem
PARVA · SVB · HOC · TITVLO · FESTI
SVNT · OSSA · LAPILLO *sic*
QVAE · MAERENS · FATO · CONDI
DIT · IPSE · PATER
QVI · SI · VIXISSET · DOMINI
IAM · NOMINA · FERRET
HVNC · CASVS · PVTEI · DETVLIT
AD · CINERES

Contuli. Borsettus hist. gymn. (1735) 1, 5 a Scalabrino admodum imperfecte; melius Baruffaldus mon. f. 58 et sub nomine Iac. Guarini in suppl. ad Borsettium 1, 11. 83. 2, 123, addens a. 1697 transmissam esse ad Muratorium a Franc. Maria Nigrisolio medico Ferrariensi; Scalabrini apud Mur. (ms. et ed. 1536, 6. 2058, 4) et inscr. n. 33; Zaccaria exc. 2, 164; Donat. 418, 10; Frizzi 1, 252 tab. 5 n. 1; Amati ms. Burmann anth. Lat. 4, 354; Meyer n. 1438; Orell. 2990.

1 FESTI · Q · PAPIRI non est in lapide, sed fortasse debuit esse.

2418 titulus formae Ravennatis, effossus Gambulagae in praedio vulgo Ospitale Hieronymi Cicognarae, translatus Ferrariam in universitatem a. 1807. Sic fere ADSCRIPTUM IN LAPIDE.

D M
L · GRANI
FELICIS
V · A · XXXV
MENSES · IIII
VENETIA
PAVLINA
MATER
INFELICISSIM
ET·SIBI·VIVA·F

Descripsi. Ed. *Giornale Ferrarese* 1808 Ian. 11, unde excerpta vidi inter Antonelliana.

2419 'effossa Gambulagae in praedio vulgo la Motta nobilissimae gentis Varaone de Camencino atque huc dono translata a. s. 1776' ADSCRIPTUM IN LAPIDE, qui extat Ferrariae in museo.

D *vas pinea* M
C IRRIO · PV
DENTI · EGN
TIA · MAIA
MATER · FILIO
PIISSIMO · P · C

Contuli. Hier. Ferri *Raccolta Ferrarese* 5 (1780), 202; Frizzi 1, 247 tab. 3 n. 1; Amati ms. Cf. n. 2415.

2420 ex vico Ariano dioecesis Adriensis, territorii Ferrariensis venit Ferrariam in museum SCALABR. Ibi vidit PACIAUDIUS 1742 ibique est adhuc.

protome muliebris
LICINIA · Ↄ · L
CLARA

Contuli. Scalabrini apud Mur. (ms. et ed. 1700, 6) et inscr. n. 13; Paciaudi Ripatrans. (1742) p. 176; Zaccaria exc. 2, 163; Frizzi 1, 253 tab. 5 n. 21; Amati ms.

2421 extra Ferrariam in ecclesia S. Bartholomaei (divi apostoli excoriati FELIC.). — In monte S. Georgii LIL.

LVCVLLENAE
CHARITE
L · SEPTIMIVS
AESTIVOS
CONIVGI · CAS
TISSIMAE · BEN
MER·POS

Servarunt antiqui Felicianus cod. Marc. f. 27, cod. Ver. f. 46; Marcanova Mut. f. 134'; Ferrarinus cod. Trai. f. 37', cod. Reg. f. 58; Redianus f. 91; Lilius f. 8' (inde Reines. 14, 102 ex Langermanniania); Priscianus vol. 1 f. 10 omnino ex Marcanova; Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 40 (inde Mur. 1370, 2); Guarini 1621 p. 400; Frizzi 1, 236 a prioribus.

In vv. div. consentiunt Marcanova (Mut.) Red. Ligorius. — V·F in. add. Ligor. — 1 LVCVLLENAE Ligor., LVCVLLINAE Lil., LVCVLLENA Felic. Marcan, LVCVLLINA Red. — 2 CHARITE Red. Lil. Lig., CARITE Felic. Marcan. — 6 TISSIMA Red. — BENE Red. Lig.

2422 Ferrariae in muro ecclesiae S. Iustinae RED. PRISCIAN. 'Nunc vero prope S. Agnetis ad coenobium in angulo ecclesiae pro stylobate seu suppedaneo' postea adscripsit BARUFFALDUS, fraude puto.

L · MARCIVS · L · F · LABE

Servaverunt Redianus f. 91 (inde Gud. 325, 14) et Priscianus vol. 1 f. 10. Inde reliqui: Ligorius ms. Taur. 8 (ex eo Gud. 75, 7), Ferr. p. 21; Guarini 1621 p. 58 omnino ex Ligorio; Baruffaldus mon. f. 14 ex Ligorio; Mur. 478, 6 ex hist. Ferrariensi; Scalabrini ms. a prioribus; Frizzi 1, 230 item.

Ligorius sic explevit: L·MARCIVS·L·F·LABEO//// RR·OVARIVM·DEDI (DEDIT hist. Ferr.).

2423 basis. De origine non constat nec tamen videtur urbana. Extat Ferrariae in museo.

in latere: corona

L / NI /// II · F
· MEGAE
avis
ciconia
serpentem
rostro tenens

in latere: corona

Contuli. Frizzi 1 (1791), 252 tab. 5 n. 9; Amati ms.

2424 Ferrariae in ecclesia S. Georgii, ubi habitant fratres montis Oliveti MARCAN.; in aede S. Georgii extra Padum SANUT. *Annullata, quando si ristorò il coro della chiesa di S. Giorgio Traspadano nel 1581* GUARINI *chiese* p. 391.

D · M
MVRrIAE · VALENTINAE
Q · PALAVELLIVS · PVDENS · ET
P · PAPINIVS · PETRONIANVS
MATRI · B · M

Marcanova Mut. f. 134' (inde Ferrarinus Paris. f. 34', Reg. f. 58'; Priscianus vol. 1 f. 10 ex Marcanova Mut., ut ait diserte; Guarini 1621 p. 391 et inde per Ughellium Don. 11, 38; Mur. 1268, 6 ex schedis Farnesiis et ex Donio adhibitis item schedis Ginanni; Frizzi 1, 236 ex Prisciano); Sanutus f. 98.

1 om Marc. — 2 MVRIAE traditur; emendavi ex n. 2427. — VALENTINAE San. et Ginannianae schedae recte (cf. n. 2427), VALENTINIANAE Marcanova cum suis. — 3 PALLANELLVS San. — Marcanova cum suis huic subiungit titulum n. 2414, quem recte separant Sanutus et schedae Ginannianae.

2425 arca. Rep. 10 Nov. 1723 Voghenzae in agro doctoris Giustini ante domum Belriguardo BARUFF. Voghenzae 1723 rep. extat Ferrariae apud medicum Giustini SANCASSAN. 1731. Ferrariae in museo MAFFEI 1739 et posteriores.

in operculo:

protome pueri — D M — protome pueri

in ipsa arca:

latus hodie latet — *puer alatus tabellam sustinens*

NEONI
DVLCISSIMO
QVI·VIXIT·ANNIS
II · DIEBVS · LVIII
T · V · MAXIMVS
ALVMNO

puer alatus tabellam sustinens — *in latere:* corona

Contuli. Hieron. Baruffaldi in ep. ad Carolum Silvestrium 24 Nov. 1723 (ms. in bibl. Rovig.) et mon. f. 55; Sancassanius misit Muratorio 10 Ian. 1731 (inde Mur. 1484, 11); Maffei *oss. lett.* 4 (1739), 348 qui vidit; Scalabrini apud Mur. ms. et inscr. n. 24. 25; Zaccaria exc. 2, 167; Frizzi 1, 256 tab. 6 n. 23; Amati ms.

2426 basis oblonga. *Trovata dove è hora la chiesa di S. Martino, portata nella chiesa di S. Gydio vicino alla ripa del Po, da Ferrara sei miglia* LIGORIUS. In ecclesia S. Aegidii, destinata museo Ferrariensi SCALABRINI. In museo PACIAUD. 1742. Adhuc ibidem.

OSSA
L · OCTAVI · T · F
IN · FR · P · XIII
IN · AGR · P · XIIII
fabri duo malleis quidam in incude caedentes

Contuli. Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 43, a quo pendent Guarini 1621 p. 439; Fabrett. 635, 299 ex schedis Barberinis; Baruffaldi mon. f. 11 ex Ligorio; Scalabrini ms. apud Mur.; Paciaudi Ripatransone (*misc. di var. oper.* vol. 6 a. 1742) p. 110; Mur. 1719, 12 ex hist. Ferr. Denuo ex lapide Scalabrini inscr. n. 18; Zaccaria exc. 2, 163; Frizzi 1, 256 tab. 6 n. 24; Amati ms.

1 om. Ligorius quique ex eo pendent.

2427 Gambolagae in ecclesia SARDUS BARUFF. Ea fronte parochialis ecclesiae S. Georgii villae Gambolaga in plebe Vigueriae translata Ferrariam in museum SCALABR. Ibi extat. — In villa Maieri LIGOR. propterea quod in principio adhaesit pars n. 2435.

delphinus — *Medusa* — *delphinus*

D · M
P · PAPINI ·
SECVNDI ·
MVRRIA ·
VALENTI ·
NA CONIVG
ET · PAPINIVS
PETRONIANVS
FILIVS · B · M ·
POSVERVNT ·

Contuli. Alex. Sardus in add. ms. ad Priscianum (commemorat Casp. frater histor. 1556 p. 17); Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 34 (inde Fabrett. 652, 452; Baruffaldus mon. f. 23; Scalabrini inscr. n. 30); Guarini 1621 p. 462; Baruffaldus mon. f. 39; Scalabrini apud Mur. ms. et 1385, 9, inscr. n. 11; Zaccaria exc. 2, 163; Rezzonicus disq. Plin. 1, 46 (1763) ex lapide; Frizzi 1, 248 tab. 3 n. 9; Amati ms.

Apud Ligorium praecedunt verba T·TRVPPICVS·T·F, quae est clausula tituli n. 2435.

2428 *nella pieve Contrapò dentro la chiesa di S. Martino* LIGORIUS; Ferrariae in ecclesia S. Martini PEIRESC.; *era la sommità della torre campanaria con la palla, ove sta la croce* addit GUARINI.

D · M
PHILLIAE·M·F·MR
CELLINAS · CON
IVGIS · SANCTAE
5 ET · SVIS
TI·CLAVDIVS·GRA
PTVS ·V· P

Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 28, a quo fere pendent posteriores: Guarini 1621 p. 402; Baruffaldi mon. f. 33 ex Ligorio; Mur. 1387, 6 ex schedis suis; Frizzi 1, 236 ex Ligorio et Guarinio. Ex ipso lapide tamen videtur dare Anonymus Peirescii cod. Par. 6012 f. 150, quapropter retinui; nam nisi hoc testimonium accessisset, propter nomen gentilicium rediens in Ligorianis n. 150*. 151* desumptumque ex genuina, sed corrupta n. 2388 posuissem in falsis. Suspecta certe vel sic est.

Versus non divisit Peiresc. — 6 AGRATVS pro GRAPTVS idem.

2429 basis quadrata litteris rudibus cum foramine. Rep. 1791 *lungo la via che da Ostellato conduce a S. Zagno sull' orlo delle valli di Comacchio in un fondo detto Nogarola di Gius. Macconti*, apud quem extat CAVALIERI. Hodie Ferrariae in museo.

POSILLAE
protome
puellae
⌜RRACILIVS TI
IMVNIS·D·S

Contuli. Ios. Cavalieri vicarius Libollensis in ep. ms. (inter Antonelliana) ad Fr. Leop. Bertoldium 9 Mart. 1791 et apud Frizzium 1 (1791), 256 tab. 6 n. 35 et *storia di Libolla* (1796) p. 77.

2430 origine opinor Dalmatica; cf. vol. III n. 2754. 2794. 2795, ubi redit Turi vocabulum. — Pomposiae extra portam vestibuli monachorum MARCANOVA. Ex meridionali pariete labentis coenobii Pomposiani delata Ferrariam in museum SCALABRINI et POSTERIORES. — Inter Naronenses LIL.

protome
mulieris
PRIMAE · TVRI · L
EX · TESTAMENTO
IN · F · P · XIII
IN · A · P · XV

Contuli. Marcanova cod. Mut. f. 206'; Ferrarinus cod. Traiect. f. 82', cod. Reg. f. 119'. 120'; Redianus f. 91 (inde Gud. 188, 5); Lilius f. 75; Gammarus f. 95; Sanutus f. 98; Mur. 875, 3 auctore non adscripto. Ex lapide Scalabrini apud Mur. ms. et ed. 1731, 6 (qui dat ex schedis suis) et inscr. n. 20; Zaccaria exc. 2, 162; Donat. 426, 15; Federicius rer. Pomp. histor. 1 (1781), 79; Filiasi mem. ed. 1 3, 94, ed. 2 2, 88; Frizzi 1, 253 tab. 5 n. 22; Amati ms.

1 TVRM pro TVRI·L auctores ante Scalabrinium. — 3. 4 rudioribus litteris scripti postea videntur adiecti esse.

2431 Ferrariae fratres Carmelitani S. Pauli reppererunt a. 1523 prope burgum q. d. ignis mortuus una cum vasculis cretaceis in sepulcro; lapis videtur extra ianuam monasterii PAULUS.

. . . .
SLECTVRIO · SLSCTVRIE
ST·QVARTONI·FILIO·P·P·P·C

Paulus de Legnago qui vidit adiecit ad Priscianum. Inde male Scalabrini ms.; Frizzi 1, 240.

2432 Ferrariae in ecclesia eius qui Plutonem expulit (sive S. Michaelis) FELIC. FERR. MARCAN.

RVFAE · ET · MARVLL
H · O · I

Servavit Felicianus cod. Marc. f. 27, cod. Ver. f. 46. Inde reliqui: Marcanova Mut. f. 134'; Ferrarinus Trai. f. 37', Reg. f. 58'; Priscianus vol. 1 f. 10 ex Marcanova (inde Mur. 1738, 2 ex annalibus Prisciani); Ligorius Taur. 8, Ferr. p. 41; Guarinius 1621 p. 169; Baruffaldi mon. f. 27 ex Ligorio; Scalabrini ms. a prioribus; Frizzi 1, 234 item.

Versus divisi ad Felicianum (Marc.).

2433 Maieri in ecclesia S. Viti, quo delata est ex Trebia LIGOR. 17. Sine loci indicatione inter Ferrarienses LIGOR. 8. *S. Vito nel muro della casa del Rettore* ANONYMUS n. 1626.

D · M
C · SANICI
C · F · SABINI
TREBIA

Ligorius ms. Taur. 8 (in schedula adglutinata) et 17; Frizzi 1, 244 ex Anonymo n. 1626.

1 D·O·M Frizzi. — 2 C·SENICI Lig. 17. — 3 C·F·ALINI Anon. — Trebia cum et in indicatione loci ponatur et in ipso titulo, Ligorius altero utro loco fraudem admisisse putandus est.

2434 Ferrariae in ecclesia S. Salvatoris.

D · M
TITATIAE · Q · F · SECVNDINAE
VIX · ANN · III · MENS · XI · DIEB · XXV
TITATIVS . . . .

Sanutus cod. Ver. f. 98 eodemque exemplo Mur. 1502, 12 ex schedis Ant. Scoti et Ginanniaois.

2 TITACIAE, 4 TITACIVS Scotus.

2435 in villa Maderii SARDUS. *In villa già Mederii, oggi Maiero* [*Mareto* ed.], *3 m. oltre Belriguardo* LIGORIUS 8; rep. in valle Trebiae in confiniis Comacchii, extat Maieri in ecclesia S. Viti LIGOR. 17. Servata apud dominos de Karolis in villa Sandali apud viam BARUFF., BORSETTI. *Una volta in Gatteo, terra della diocesi Riminese, or trasportata in Montebello della diocesi di Montefeltro, ambedue appartenenti ai Marchesi di Bagno* MAFFEI et NOV. FLOR. 1757. Montebelli BLANCUS FRIZZI LABUS TONINI.

T·TRVPPICVS·T·F PAPIRIA·T·F·TERTIA
protome *protome*
CERNIS·VT·ORBA·MEIS·HOSPES·MONVMENTA·LOCAVI
ET · TRISTIS · SENIOR · NATOS · MISERANDA · REQVIRO
EXEMPLIS · REFERENDA · MEA · EST · DESERTA · SENECTVS
5 VT · STERILES · VERE · POSSINT · GAVDERE MARITAE
protome
T·TRVPPICVS·T·F·P

Al. Sardus et sua manu et aliena in add. ms. ad Priscianum (citat Casp. Sardus hist. 1556 p. 17. 18); Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 34 (inde Fabrett. 652, 451) inter Ferrarienses, denuo ms. Taur. 17 inter Comacchienses; Baruffaldus f. 15 ex Ligorio, etsi locum diversum indicavit; Borsetti hist. gymn. 1 (1735), 6 omnino ex Baruffaldio; Scalabrini inscr. n. 29 ex eodem. Denuo ex lapide Maffei *oss. lett.* 6 (1740) extr. et Mur. 1756, 1, uterque ab Iano Blanco medico Ariminensi; Nov. Florent. 1757, 69; Frizzi 1, 251 tab. 5, 20; Labus ad Viscontium opp. var. 2, 490 ex Nov. Florent.; Tonini Rim. p. 386, 5. Burmann anth. lat. 4, 265; Meyer n. 1365.

1 PAPINIA Lig. — TERCIA Sardus. — 3 NATVS Lig. — 4 MEIS pro MEA · EST Frizzi. — 5 VIRI pro VERE Sardus Ligor. — MARITI Sardus Ligor. — 6 T·F·FELIX Ligor. 17, T·P (om. F) Lig. 8, ubi haec adhaeserunt ad n. 2427, puto quod Sardum exscripsit incuriose.

2436 ex valle Trebiae delata in vicum Maiero in ecclesiam S. Viti LIGOR. Ex plebe S. Viti (intus olim servabantur reliquiae SSS. Modesti Viti Crescentiae; deinde tenuit aquam lustralem ad ianuam basilicae) translata Ferrariam ad Baruffaldium SCALABR. Ferrariae in aedibus Baruffaldi PACIAUDI. 'Modo translata Pisaurum per Ioh. Bapt. Passeriam' SCALABR. postea adscripsit. Inter Pisaurenses reperiri negant collegae.

OSSA
T · TRVPPICI
T · FILI

Ligorius ms. Taur. 17; Scalabrini apud Mur. ms. 19, 227 et inscr. n. 41; Paciaudi Ripatransone (1742) p. 177; Frizzi 1, 254 tab. 6 n. 3 ex Scalabrinio, sed videtur repperisse etiam apud Anonymum n. 1626. Inter Baruffaldiana non inveni.

2 TRVPPICI Lig. — 3 FILI Scalabr., F Lig. Pac. — Non satis constat de tituli sinceritate, nam Ligorius fingere potuit ad n. 2435, Baruffaldius potest novisse ex Ligorianis per Anonymum n. 1626 et denuo incidendum curasse. Sed casum ita implicatum difficulter admittemus.

2437 *Trebia ovvero Treba, come il vulgo dice .... nei confini di Comacchio, ove ancora si nomina la sua Val di Trebia intra le fecondissime peschiere delli alti principi Estensi .. le rovine sono sparse .... si leggono desse rovine nella chiesa di S. Vito in Maiero in questa forma* LIGOR.

P·TVBERO·L·F·QVINCTIA·SF·F
protomae viri et mulieris
POSILLA
L · TVBERO · P · F · CAM
ANN · L
duae protomae
MACCIA·T·F·EXORATA

Ligorius ms. Taur. 17. Magis crediderim genuinam.

2438 basis oblonga. Antea in villa S. Nicolai della Scarsela in plebata Gaibano, iam Ferrariae in museo SCALABR. Ibidem adhuc.

leo cubans *leo cubans*
M TVRCIACO·M·F·MARCELLO
ANDETIACAE·M·F·GALLAE
protome mulieris *protome viri*
M TVRCIAC / / / / / IATI
/ / IDIA / / / / / / / / / / /

Descripsi titulum lectu difficilem. Scalabrini ms. apud Mur. et inscr. n. 35; Frizzi 1, 254 tab. 5 n. 24.

2439 arca reperta tabulae magnae imposita, habens cava duo destinata capitibus defunctorum recipiendis; intus reperta sunt cum ossibus vasculum lacrimatorium, lucerna crystallina, fibula aurea. Rep. est a. 1778 Voghenzae in fundo Giovanelli, sed remansit in terra.

MANIBVS
VALERIAE · T · F · CARRIAE · VIXIT · AN · XIIII
HERENNIA · PANTHERA · MATER · V · F

Frizzi 1, 241; Cavedoni *marmi Modenesi* p. 171 ab Ios. Boschinio, quod exemplum item vidi Ferrariae inter Antonelliana.

2 T · F · CARRIAE Cav., DE · CARIAE Frizzi. — 3 HERENIA · PANTERA Frizzi.

2440 in oppido abbatiae [Pomposae, v. n. 2403] paenlosulae apud ecclesiam monachorum in frontispicio RED. inter Ferrarienses.

M · VEDIVS · M · F
HOMVNCIO
SIBI · ET

Redianus f. 91 (inde Gud. 334, 13).

2441 *nella chiesa di S. Vitale fra Migliarino e Migliato* FERRI; apud ecclesiam S. Vitalis ad ripas Volanae prope Miglarinum BARUFF. Inde venit Ferrariam in museum.

me R V I S S E N T
N HOC · QVOQVE
infere NTVR
A · VETTIVS · A · L · PASSER
ANTISTIVS · L · L · PROCVLVS
TI · SEMPRONIVS · TI · L · CALVIO
M' · COSCONIVS · M' · L · HOSPES
M · LARTIDIVS · M · L · FAVOR
P · CORNELIVS · P · L · PECVLIARIS
Q · VALERIVS · Ͻ · L · FELIX
P · CASSIVS · Q · F · ADIVTOR
L FRVCTVS

Contuli. Ferri Comacchio p. 33 eodemque exemplo Mur. 1640, 7 a Sancassanio; Baruffaldi mon. f. 48; Scalabrinius apud Mur. (ms. et ed. 1606, 7) et inscr. n. 9; Zaccaria exc. 2, 166; Frizzi 1, 251 tab. 4 n. 25; Amati ms.

2242 mense Nov. 1829 emersit Ferrariae apud sculptores fratres Vidoni, qui asseverarunt repertam esse in ruderibus aedificii antiqui Ferrariae, emptaque est a marchiona Canonici ANTONELLI. Sine loco FABRETT. — Vix crediderim origine Ferrariensem, sed cum deficiat testimonium certum de loco, quo stetit, quando factum est exemplum Fabrettianum, secludere nolui.

D · M
V E T T I A E
S O Z V S A E
VIX · ANNVM
MENSIS · III
DIES · XXIIII
FECIT
VETTIA
DIOCLIA
MATER

Malvasia marm. Fels. (1690) p. 488 ex Fabrettianis; Fabretti 551, 24 ex schedis Barberinis; Antonelli ms.

2443 Pomposiae in quodam vase prope puteum MARCAN. similiterque RELIQUI. Ferrariae apud puteum coquinae S. Benedetti COD. PEIRESC.

L · M · I · F · P · XXV
I · A · F · LXIIII

Marcanova cod. Mut. f. 206'; Ferrarinus cod. Trai. f. 82'. Reg. f. 120'; Redianus f. 91 (inde Gud. 337, 10); Gammarus f. 95; Sanutus f. 98; codex Peirescianus Paris. 6012 f. 150'.

1. 2 IN pro I San.

2444 *termine di marmo mischio, trovato a Comacchio nel far il ponte che conduce alla chiesa di S. Maria della Rosa* LIG.

IN · FR · P · CX · IN · AGR · P · CC

Ligorius ms. Taur. 6. Haec non video cur falsa iudicetur.

2445 Comacchii apud Sancassanium ex dono episcopi Isei FERRI.

S · S · S
G · GIABRIO · SIBI · ET
SVIS · PROP

Servavit Ferri Comacch. p. 30. 340, 377 (cf. p. 522) acceptam a Sancassanio. Inde Mur. ms. 19, 227, ed. 1683, 5 (ubi male citat hist. Ferrar. pro Ferri libro); Scalabrini ms.; Frizzi 1, 239.

1 om. p. 30. — 2 GLARRI pro GIABRIO p. 540. — 3 PROPRIIS p. 30.

XXXII. *Rovigo cum agro.*

Composui hoc capite titulos repertos inter fluvios Athesin et Padum circa oppidum hodie florens Rovigo, ut ad orientem ad Atriam usque progrederer, ad occidentem ad paludes supra Hostiliam, itaque comprehenderem vicos oppidave Mardimago, Villadose, Gavello, Selva prope Crispinum, S. Apollinaris, Borsea, Rovigo, Arquà, Villa Marzana, Lusia, Lendinara, Badia, Villabona, S. Donati, Stienta. Nam fines inter Veronam Ateste Atriam cum certo determinare nequeamus, simplicius visum est haec ita proponere, ut cuivis de ea quaestione iudicium liberum remaneat. Lendinarae et Badiae reperti tituli n. 2464. 2466 cum tribu Atestinorum Romilia favent iis, qui hucusque certe pervenisse agrum Atestinum existimant, inter quos sunt Alessius et Furlanettus; neque omittendi sunt duo tituli in ipsa Ferrariae urbe reperti n. 2389. 2395 indicia prae se ferentes rei publicae Atestinae. Praeterea tituli non habent, quae ad eam quaestionem decidendam pertineant, cum argumenti sint mere privati; nam Baruffaldiano n. 174*, quem tribuit vico Fiesso prope Stientam, non immoramur. — De auctoribus supra p. 200 ad Atriam egimus.

2446 Mardimagi prope Rhodigium rep., extat apud Nicolium NIC., in cuius aedibus vidisse se ipsum scribit CAM. SILVESTRI *storia agraria del Polesine* ms. 1, 85. Sarzani in agro Rovigino IES. Deinde Venetiis apud abbatem Honorium Arigoni GRIS. Postea in museo Naniano Venetiis primum, hodie Legnari.

protome
pueliae
BRAETIAE
M · F ·
QVARTAE

Contuli Legnari. Nicolio p. 30 ed. 1, p. 28 ed. 2 (inde Grut. 1043, 5); Sert. Ursatus in ep. scr. a. 1670 ms. et ed. *marmi erud.* 1719 p. 58, cui misit Angelus Rizzi archipresbyter Conselvensis; Zanetti in *Mem. per servire alla storia lett.* 12 (1758), 2 tab. ad p. 220 (cf. p. 218); auctores Naniani Passeri *oss. sopra l'avorio fossile* 4 (1760) p. 42 et Driuzzo n. 114; Furlanetto lap. Pat. p. 358 n. 434; Devit p. 77.

2447 litteris profundis et certis, ut solent esse in terminis similibusque. Rep. ad Villa Dose in fundo Grimani-Donà *mezzo miglio dall' Adigetto*; deinde pro limine portae in aedibus Bortolo DEVIT. Nunc Rovigii apud Iohannem Durazzo.

ITER · AQ
HOC · PRE
CAR · DAT
AB · RVFO
CILONI

Contuli. Ed. Devit p. 63.

2448 Villa Dose.

. . . . TIVS
C · F · VIC
LVS · IV
APR

Devit p. 93 (cf. p. 42) ex schedis Camilli Silvestri servatis tum apud Ramellium.

Fuit fere . . . *tius C. f. Vi[t]lus i[a f]r* . . . .

2449 rep. a. 1823 in Villa Dose distr. Rhodigini in fundo Penolazzi; inde ab a. 1847 Venetiis in museo Marciano.

A · VETTIVS · Ɔ · L
VENETVS
VETTIAE · HILA
MATRI · SV
VIVOS · F

Descripsi. Habent Cicogna ms.; Labus *Gazzetta di Venezia* 1829 n. 272; Devit p. 79 n. 68; Valentinelli *mus. archeol. della Marciana* p. 157.

2450 in Villa Dose rep. 1823 in fundo consiliarii Penolazzi in aedibus Petri Rizzati; inde ab a. 1830 Venetiis in museo Marciano.

VXOR
VOLVMNIA · C · L · VENVSTA
FILIA
MVSSANVS · F
THEBANVS · F
VOLVMNIA · C · L · CASIA
SIBI · ET · SVIS · VIVA · FEC

Descripsi. Cicogna ms.; Devit p. 81; Valentinelli *mus. archeol. della Marciana* p. 155.

6 vix admittenda lectio CASTA.

2451 Gavelli rep. 1724 ad ecclesiam parochialem, deinde Adriae apud Antonium Ialianatum BOCCHII. Rovigi in aedibus Silvestri SILV. DEVIT. Ibi ego frustra quaesivi.

VETINIA
T · L
IVCVNDA

Oct. Bocchi in ms. et in epistula data ad Carolum Silvestrium 19 Iun. 1731 et apud Muratorium ms. et ed. 1763, 11; Donat. 467, 17 ab Ios. Bocchio; Carolus Silvestri in musei descr. ms.; Devit p. 54.

2 T · L Silvestri et Devit, R · L · Bocchii duo.

2452 litteris maximis et optimis aetatis fortasse liberae rei publicae. Reperta una cum statua togata in tres partes fracta vas ad pedes habente in Silva Crispini [id est *Selva di Crispino*] dioecesis Ravennatis, extat Ferrariae in museo SCALABR.

MAXIMA · SIBEI · ET
CVRTIAE · L · F · SECVNDAE · NVRVAE
Q · NOVELLIO · Q · F · CRESCENTI · N
SEX · NOVELLIO · Q · F · N ·

Contuli. Scalabrini apud Mur. (ms. et ed. 1482, 12. 2082, 1) et inscr. n. 14; Zaccaria exc. 2, 166; Frizzi 1, 256 tab. 6 n. 22; Amati ms.

2453 rep. 1703 in vico agri Rovigini q. d. *Selva di Crispino*, deinde Rovigi apud Silvestrium SILV. Hodie desideratur.

M · SACCONIO
M · L · ANTO

Cam. Silvestri Giuvenale p. 66 (inde Mur. 1739, 13; Devit p. 78 n. 67); Car. Silvestri mus. Silv. ms.

Hanc et simul repertam n. 2454 coniungunt non recte Mur. et Devit. Integram fuisse infra et diversam ab altera modo indicata testis est Silvestrius filius, qui delineavit.

2454 rep. 1703 in vico agri Rovigini q. d. *Selva di Crispino*, deinde Rovigi apud Silvestrium SILV. Nunc Veronae in museo philharmonico n. 364.

IN · FR
P · XXXX
RETR
P · XXXX

Contuli. Ed. Silvestri Giuvenale (1711) p. 64 (inde Mur. 1739, 13); Maffei M. V. 169; Devit p. 78 n. 67. Cf. n. 2453.

2455 in villa S. Apollinaris 3 m. p. a Rovigio in templo humi strata MALAGUGNA, NICOLIO, RELIQUI. — Rovigni Histriae SPON. errore.

delphini duo
ATTIA · M · F · PVPA
SIBI · ET
M · VECILIO · MARCELLO
VIRO
VECILIAE · M · F · PRISCAE · F
M · VECILIO · M · F · PRAESENTI
FILIO · T · F · I

Iacobus Malagugna cod. Ambros. C. 112 inf., qui titulum ait 'noviter repertum per R^dum D. Franciscum Pilumnum canonicum Adriensem die 6 Aug. 1503'; Nicolio p. 29 ed. 1, p. 27 ed. 2 (inde Grut. 859, 15); Spon *voy.* 3, 65 (cf. 1, 80); Zeno ms. et *lett.* 1, 348 misit Muratorio c. a. 1705 (inde Mur. 1305, 8); Cam. Silvestri *Giuvenale* p. 118 qui ligoo expressit; Car. Silvestri *paludi* p. 191; Ios. Bocchi ms. Tarvis.; Campagnella 2, 104; Devit p. 67.

Vv. non divisit Nicolius. — 1 ATIA Car. Silvestri. — 4 V · LAT pro VIRO Nic., ut Latinam tribum Rhodiginis suis vindicaret. — 5 fin. F om. Spon. — 6 VECILIO · M · F om. Nic. — PRESENTI Silv. uterque et Campanella. — 7 T · F · I om. Nic.

2456 cippus rotundus in villa Borsea prope Rovigium in coemeterio.

Q · AMPI · L · F
FAB

Campagnella ms. 2, 70; Devit p. 61 qui vidit; Cam. Silvestri iunior in sylloge inscr. ms. p. 41. 42.

2457 de origine non constat. Rovigi apud Silvestrium SILV. Deinde Veronae in museo philharmonico n. 376.

SEX · CARFENVS
SEX · F · TERTIVS
SIBI ET
SEX · CARFENO
MODESTO · L
LIBQ

Contuli. Ed. Cam. Silvestri *Galleria di Minerva* 2 (1697), 241 et *Giuv.* (1711) p. 242 (inde Mur. 1526, 7); Car. Silvestri apud Calogerà 6 (1732) p. 376 et 8 (1733) p. 298; Maffei M. V. 152, 5; Devit p. 70.

2458 pyramis quadrata SILV.; iam muro immissa est. — De origine non constat. Rodigi apud Silvestrium SILV.; nunc Veronae in museo philharmonico n. 341.

D · M · S ·
Q · STATIO · FILIO · VIXIT
AN · I MS · II · D · XXII
Q·STATIVS·SPERATVS·FIL

Contuli. Cam. Silvestri *Giuv.* (1711) p. 404 (inde Mur. 1218, 5); Car. Silvestri apud Calogerà 6 (1732) p. 375; Maffei M. V. 160, 8; Devit p. 74 n. 64.

2459 Arquà.

D · M ///LI · O
ANTONIAE · DVLCISSIMAS
QVA S
CCC · VIII
ET POST
RVS CON
instrumenta

Campagnella 2, 88 (inde Devit p. 86). Recens fortasse.

2460 rep. 1733 in Villa Marzana prope Rovigium in fundamentis ecclesiae parochialis et dono data Carolo Silvestro; inde Rovigii apud Silvestrios DEVIT. Ibidem vidit etiam FURL. Ego frustra quaesivi.

L · VALERI
L · F · VITLI
IN · F · F · XX
IN · AG · P · XX

Furlanettus ms.; Devit p. 53.
3 FR Furl.

2461 Lusiae *affissa ad una casetta sopra l'Adige* MASSATI; nunc Rovigi in aedibus Silvestri. — Locum non indicant URS. CAMPAGNELLA.

in capitello femina tres protome puellae
ANCARIA
F·PVPA

Contuli. Ursatus ms.; Campagnella 2, 105; schedula Ioach. Massati, qui a bibliotheca fuit Hieronymo Silvestrio, scr. a. 1782 et inserta volumini Campagnellae; Furlanetto p. 348 n. 419; Devit p. 40.

2462 cippus rotundus excavatus. Rep. Lusiae ad Athesim in agro Adriano in fundo Manfredini SILVESTRI. Nunc Rovigii in aedibus Silvestri.

Q · BAEBI · C · F
CARDILLIACI
MARIA · C · F
TERTIA · VXSOR

Contuli. Cam. Silvestri *Giuvenale* p. 465 (cf. p. 463) qui ligno expressit; Mur. 1313, 7 ab Ap. Zeno; Car. Silvestri in mus. descr. ms.; Ios. Bocchi in schedis Tarvisanis; Furlanetto lap. Pat. p. 302 n. 346; Devit p. 40.

2463 Lendinarae prope domum Dolfin *nella contrada nuova* LEOPARDI. Nunc Rovigi in aedibus Silvestri.

APOLLINI
CAITIANVS

Contuli. Habet Leopardi (non Vivianus Fantoni, ut ait Devit), qui scr. c. a. 1700, *dell' origine e conditione della famiglia Leopardi, suo stato e descendenza in Lendenara* (ms. bibl. Silvestr. Rovig. 8, 1) f. 13, unde edidit Devit p. 85; Carolus Silvestri in musei descr. ms.

2 evanidus est; videtur ibi fuisse nomen quale est C·ALFIANVS.

2464 in operculo arcae litteris magnis. Lendinarae rep. ante paucos annos in culina, nunc prope puteum S. Sophiae BRONZIERO 1629. Deinde in curte archipresbyteri prope portam, qua itur in ecclesiam LEOP. CAMPAGN. ALESSI; in pariete exteriore ecclesiae DEVIT.

SEX·APONIVS·SEX·F
POM·SEVERVS·MENS

Ioh. Hier. Bronziero († 1630) *istoria dell' origine e condizione de' luoghi principali del Polesine di Rovigo* (Venetiis 1747. 4) p. 139; Iac. Cattaneo misit Ursato Lendinara 3 Mart. 1670; Leopardi ms. (cf. ad n. 2463); Campagnella ms. (1760) 2, 6. 105; Alessi p. 93 qui vidit; Furlanettus p. 207 n. 203 a prioribus; Devit p. 65 n. 57, adhibitis schedis Viviani Fantoni vel potius Leopardi.

2465 *ritrovata 4 piedi sotto terra l' a. 1559 a Lendinara nell' escavatione de' sepolcri de' confratelli del Venerabile nel duomo, hora fissa nella facciata a levante della cantina* LEOPARDI; in vico Lemnenarae [= Lendinara] in regione Polesine LIGOR.; in curte archipresbyteri CAMPAGN. ALESSI DEVIT.

M · PONTIVS · M · F
SXORATVS
LO · SE · H · N · S
IN·F·P·XX·IN·A·P·XX
LAELIA · C · L
IVCVNDA · F

Ligorius ms. Taur. 10 (inde male Gud. 329, 17); Iac. Cattaneus misit Ursato Lendinara 3 Mart. 1670; Leopardi ms. (cf. ad n. 2463) f. 11; Campagnella ms. (1760) 2, 6; Alessi p. 94; Furlanettus p. 292 n. 328, cui contulit amicus; Devit p. 66 n. 58.

Versuum ordinem non observat Leop. — 1 M·L Camp., M·F[L] (sic) Leop. — 3 N·N·S Leop., H·M·S Camp. — 4 FR· pro F Lig. — X pro XX priore Leop. — 6 F habet Devit, om. Lig. Catt. Leop. Camp. Furl.

2466 Badiae in ecclesia S. Mariae Virginis CAMP. — Rovigii olim in aedibus Silvestrii FURL. errore.

C·BAEBIVS·P·F
ROM·T·P·I
SISI · ET
C · BAESIO
FELICI · LIS

Servavit Campagnella 2, 22. 62 (inde Furlanetto p. 355 n. 431; Devit p. 87).
4 /T·BAEBIO traditur.

2467 in ecclesia Villaebonae apud Castrobaldum.

M · COCCEI
M · L · SALVI

Redianus f. 91 (inde Gud. 355, 4).

2468 in ecclesia apud turrim S. Donati REDIANUS (praecedit ibi n. 2467). In ruinis basilicae S. Donati de Pedruvio PRISCIANUS. Significari ecclesiam S. Donati de Pedruro in parochia Fiessi monuit Guarini *chiese* p. 428.— Frustra indagavit DEVIT.

D · M
C·VIBI·FIRMI
VALERIA
DVRITATA
FILIO
PIISSIMO
ET SI BI

Duo exempla extant, codicis Rediani f. 91 (inde Gud. 247, 3) et Prisciani vol. 1 f. 9'. Inde posteriores: Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 40 omnino ex Prisciano; Guarini 1621 p. 428; Malvasia p. 471 aperte ex Ligorio; Mur. 1228, 11 ex historia Ferrariensi; Frizzi 1, 237 ex Prisciano Guarinio Ligorio; Devit Polesine p. 92 ex Anonymi hist. Ferrariensi servata in bibliotheca Silvestriana tom. II p. 21, qui Anonymus sine dubio pendet a prioribus.

In vv. div. consentiunt Red. et Prisc., nisi quod hic 4. 5 coniungit. — 7 SI om. Red.

2469 Stientae in turri ecclesiae SARDUS et LIGORIUS I. — Vicarani LIGORIUS II.

FADIENAS
RESTITVTAS
T·FADIENVS
VOLVSIO

Alex. Sardus in add. ms. ad Priscianum; Ligorius bis diverse, primum ms. Taur. 8 acceptam referens domino Lunardo (inde Gud. 320, 6), deinde ms. Taur. l. c., Ferr. p. 35 (inde Guarini 1621 p. 453 et ex hoc per Ughellium Donius ms. Barb. p. 198; Fabrett. 622, 191; Baruffaldi mon. f. 29 ex Ligorio; Scalabrini inscr. n. 81 a prioribus; Frizzi 1, 237 item).

Sic Sardus. Ligoriana exempla, quorum alterum fortasse non est nisi Sardi corruptum, sunt haec:

Ligorius I:	*Ligorius II:*
FADIENAE	FIDIENAE
RESTITVTAE	RESTITVTAE
T · FADIENVS	T · FIDIENVS
ANDRONICVS	VOLVSIVS

2470 in villa Stientae in plebe S. Stephani.

GIDI · L · LVLIV
IN · AGR · P · A

Scalabrini inscr. n. 63 et in adnotatione ms. ad Guarinium *chiese* p. 430.

XXXIII. COL. ATESTE *(Este)*. *Tribu Romilia.*

Atestinae inscriptiones in universum simul cum Patavinis tradi solent, ut nobis hic de iis tantum auctoribus dicendum sit, qui de Ateste solo egerunt. Corpora antiqua autem cum Atestinorum proprium caput non habeant, sed Atestinis quos habent non multis locum dederint inter titulos agri Patavini, primus, de quo hic agendum est,

I. Hieronymus est presbyter Atestinus, cuius extant libri chronicorum patriae duo, unus Latine scriptus neque editus nec mihi visus manu scriptus, adhibitus tamen ab Hipp. Angelierio et ab Alessio, alter Italice scriptus et ipse rarissimus (mihi visus in bibliotheca Marciana misc. vol. 467 et in Patavina municipali; praeterea scriptus extat in Ambrosiana cod. O 151 sup., item Latine versus cod. D 149 inf.) editus sine loco et anno et adeo sine indice (cuius vices facit imago aliqua oppidi) dictus in ipso opere *la cronica dela antiqua citade de Ateste.* Quod vulgo scribunt editionem hanc prodiisse c. a. 1480 argumentis allatis nullis, id vel eo refellitur, quod titulum allegat Hieronymus n. 2490 eruderatum a. demum 1490. De auctoris aetate non magis constat; videtur tamen secundum ea, quae collegit diligentissimus Alessius p. 14, vixisse post a. 1511 et mortuus esse fortasse c. a. demum 1530. Ceterum inscitis nugis miscuit epigrammata quaedam genuina, sed ea quoque fere et epitomata et interpolata.

II. Hippolytus Angelieri medicus Atestinus quae collegit, habemus partim in collectaneis eius scriptis servatis in codice olim bibliothecae Barberinae n. 1952, nunc Vaticanae n. 9141 f. 144—152, cardinalis Barberini familiaribus saec. XVII med. de corpore inscriptionum paraodo cogitantibus oblato a Michaele Lonigo (unde sub huius nomine Donius eum citat in codice suo scripto), inscripto sic: *Antichaglie che si ritrovano in Este, suo territorio e altrove*; partim in libello 'de antiquitate urbis Atestinae', quo scripto usi sunt Puteanus (qui quidem codicem autographum se ait adhibuisse) et per Puteanum Gruterus*), item Ursatus Solomonius Alessius (p. 150), editus autem est anno demum 1722 ex manuscriptis duobus editoris et Lonigae, sed parum emendato utroque, ab Alexandro Burgos professore Patavino in Graevii et Burmanni thesauri antiq. Ital. tomi VII parte II. Utrumque tractatum nuper inserendum curavi actis academiae Patavinae. — Collectanea illa, quibus auctoris nomen adscriptum non est, esse Angelierii huius facile intellegitur, cum et tempus conveniat et conveniant fere exempla titulorum locorumque indicationes, denique etiam excerpta ex chronicis oppidi, Hieronymo Atestino, Sigonio, Scardeonio, quibus usum Angelierium apparet librum editum paravisse, in collectaneis illis adsint omnia auctorum nominibus praescriptis. Est tamen utriusque libri ratio plane diversa. Nam Vaticanus cum pars sive fuerit sive ut fieret destinata fuerit commentariorum de rebus Atestinis (nam f. 151 ita scribitur *di che avanti habbiamo fatto memoria nel capitolo degli autori, che han fatto mentione della città Atestina*), tamen ut dixi collectanea magis refert quam opus absolutum et, demptis excerptis variis hic illic interpositis, rerum antiquarum Ateste et in agro Atestino inventarum index est diarii fere forma conceptus, et incipiat ab inventis a. 1168. 1274. 1278. 1498, desumptis scilicet ex chronicis libris, deinde recenseat auctoris aetate reperta ab a. 1564 m. Dec. ad a. 1592 m. Nov. Liber autem a Burgosio editus aperte compositus est ex ipsis illis collectaneis redeuntque ibi p. 7. 8 eodem fere ordine, scilicet temporis quo reperti sunt, tituli in collectanea relati. Unde etiam apparet, quo tempore Angelierius libellum editum scripserit; scilicet desinit series illa in titulo Cinciae Lepidae reperto 26 Febr. 1592 et absunt quae in collectaneis extremo loco scripta sunt reperta eiusdem anni mense Novembri; quapropter si quidem vere Alessius (p. 18) praefationem libri editi rettulit ad a. 1576, auctor eum postea auxerit necesse est. Contra etiam libellus editus quaedam habet, quae a collectaneis illis absunt, nempe omnia quae in editione p. 8. 9 sequuntur post titulum Genetii Oratae, item quae ibi leguntur p. 5. 6 non desumpta ex Scardeonio. — Angelierius in iis quae profert ex lapidibus sibi visis (nam alia addidisse eum ex Scardeonio aliisque supra iam observavimus) optimus auctor est, diligentissimus in locis adscribendis et indicanda forma monumentorum, quae in cod. Vat. saepe etiam depingit; denique versuum ordinem in collectaneis perpetuo observet, cum in libello edito raro retineatur. Nec fidem eius minuit, quod ex chronicis municipii et Hieronymo Atestino quaedam excerpsit partim falsa, partim certe interpolata; neque ipsi fraudi esse debet, quod proponit titulum in lapide opinor fictum Attilae n. 193* et (in ed. p. 2) fragmenta nuper, ut ait, in bibliotheca Vaticana reperta annalium Volusianorum, quem immundae chartae poetam Patavini solent cum reliquis 'civibus illustribus' recensere.

*) Inter Peiresciana cod. Paris. 8958, de quibus dicemus in Patavinis, etiam Angelierianorum vestigium apparet f. 200; veniunt haec opinor a Puteano. Praeterea quae leguntur in cod. Pinelliano Ambros. D. 436 inf. 'inscriptiones marmorum et monumentorum in urbe Atestina et eius agro repertae', descripta sunt ex Angelierii commentario Latino.

III. Muratorio Atestina quaedam de lapidibus descripsit Ioh. Franc. Bonamicus eques Ravennas.

IV. Antonii Angelieri vel potius Pauli Vagenti nescio cuius (nam hunc verum huiusce commentarii auctorem esse contendunt, v. Alessi p. 128; Vedova *scritt. Padovani* 1, 47) qui extat libellus sic inscriptus: *breve notizie intorno alla terra d'Este* (Este 1743. 8 pp. 144), deinde, postquam prodiit contra auctorem censoris severi (qui Alessius esse putatur) acerrima castigatio (*lettera del Sig. Patrifilo Antibabazo al Sig. D. R*[*izzardi*] *sopra il nuovo libro chiamato* cet. S. l. et a. 4. pp. XV), denuo excusus hoc titulo: *saggio istorico intorno alla condizione di Este* (Venetiis 1745. 8. pp. 159) ut ad reliqua omnia, ita ad epigraphiam quoque inutilis est; pauca quae profert epigrammata omnia fere aut extant aut alibi habemus melius descripta.

V. Isidorus Alessi Estensis (1713—1799) inter harum partium auctores longe optimus bene meruit ut de historia ita etiam de epigraphicis studiis edito opere splendido *ricerche istorico-critiche delle antichità di Este. Parte prima dalla sua origine fino all' a. 1213.* (Patavii 1776. fol. pp. 754). Adhibui praeterea eiusdem libri partem priorem (cap. I—XV) ipsius auctoris manu scriptam cum subscripta in fine die absoluti laboris (1770 26 Nov.) servatam hodie in bibliotheca societatis Estensis et ab ea societate Patavium ad me missam, ut ibi excuterem; at ut par erat in scriptore diligentissimo, perpauca inveni, ubi liber scriptus praestaret edito, ad quem auctor multa addidit in scripto libro non invenienda. Alessius Furlanetto rei epigraphicae usu inferior est, diligentia superior omniaque apud eum sunt recta simplicia plena; nec per longos annos remisit laborem quem plerique defugiunt lapidum per agrum dispersorum investigandorum. Scriptum commentarium adhibuit (praeter Angelierianum, de quo supra diximus) Iohannis Antonii Lonigi elaboratum a. 1719 '*Este sostenuta città e colonia*' (cf. p. 166), quem ego quoque vidi in bibliotheca societatis Estensis n. 32; sed pauca habet utilia.

VI. Io. Dom. Coletus 'veteres inscriptiones, quae in oppido et agro Montis Silicis exstant. Venetiis 1784'. Sylloge haec extat cum Coletianis aliis Venetiis in bibliotheca Correriana C. 5. 4 exemplis duobus pariter autographis, quorum ab altero eoque meliore adnotationes absunt, in altero adsunt. — Titulos plerosque vidit ipse; adhibuit praeterea codicem Canonici similem Rediani.

VII. Museum Obizzianum, quod est Catai prope Battagliam non longe a Patavio, factum est c. a. 1789 seq. a Thoma Obizzio eius castelli tum domino, quo mortuo a. 1803 ex testamento eius pervenit ad ducem Mutinensem. Descripsit id Caelestinus Cavedoni (*indicazione dei principali monumenti del reale museo Estense del Catajo* Mutinae 1842. 8. pp. 137), sed ex inscriptionibus non rettulit nisi paucas; omnes edidit Furlanettus in Patavinis, qui citat etiam p. 13 et alibi explicationem titulorum eius musei duodetriginta abbatis Henrici Sanclemente. At nulla plane indicatio superest locorum, unde sua sibi paravit Obizzius neque

Cavedonius Furlanettusque eiusmodi schedas repperernnt nec habui ego, ut in his, fere ut in Veronensibus Maffei, pleraque posita sint in coniectura. Separavi primum urbanas et quarum originem testatam habemus et quas sola forma arguit venisse ex urbe Roma, quarum elenchum dedi n. 199*. Alii originis externae tituli sine dubio empti sunt Venetiis; nam inde proxime profecti sunt videnturve praeter n. 2997 unus n. 2221 Venetus origine (quantum quidem nobis constat), item ex Asia minore et ex Dalmatia quos recensui inter falsos vel alienos n. 198*, denique Aquileienses quattuor n. 752. 796. 1032. 1426 et Histrici septem n. 41. 385. 428. 435. 440. 457. 534. Ex reliquis titulis musei eius de multorum origine Patavina Atestinave aut constat per testimonia priorum aut formularum ratio (ut *locus sepulturae, retro cet.*) vel tribus vel ipsa cippi figura titulum demonstrat non advectum esse aliunde. Ita qui restant originis plane incertae, nec multi sunt nec magni momenti. Nos titulos eius musei, qui nullam externae originis suspicionem moverent, recensuimus inter Atestinos, cum his melius convenire videantur quam Patavinis.

VIII. Museum estense municipale institutum est a. 1836 cura praesertim Vincentii Fracanzani, qui tum praefuit municipio, statimque copiosam habuit supellectilem antiquariam inlatis ei monumentis antiquis tam quae adhuc steterant in hortis Contarenianis (quae sunt fere Ramusiana de quibus agemus in Patavinis, demptis non ita paucis incuria hominum interim absumptis, additis non multis postea repertis) quam quae sibi pararat Isidorus Alessi. Praeterea quae quotidie ibi et in agro eruderantur statim fere museo inferuntur cura optimi praefecti Eugenii Gasparini. Denique pauca ego musea vidi tam commode adornata et studiosorum utilitati tam recte parata. — Externos titulos museum non recepit, exceptis Ramusianis vel Contarenianis de quibus diximus; nam cum Ateste minus et floruerit et floreat quam vicinum Patavium, raro cives eius externos lapides eo advexerunt. — Vidi etiam tabulas ab Iosepho riccoboni delineatas titulorum Estensium servatas a societate Estensi, neque tamen inde profeci, cum extent ipsa marmora.

IX. Gaetanus Nuvolato *storia di Este*. Este 1851. 8. pp. 656. Cum totus fere pendeat ab editis, maxime a syllogis Furlanettianis, raro librum citavi.

Quam frequens apud auctores antiquos mentio est Patavii, tam rara oppidi vicini Ateste, nec fere quicquam ponitur nisi nudum nomen (Tacitus hist. 3, 6; Martialis 10, 93; Plinius h. n. 17, 17, 122 cf. 15, 23, 94; itin. Anton. p. 281). Venetis tribuunt Plinius (h. n. 3, 19, 130) et Ptolemaeus (3, 1, 30). Colonia dicitur apud Plinium l. c. et in titulo n. 2501, ex quo item intellegitur, quod etiam aliis argumentis confirmavi in comm. ad mon. Ancyr. p. 41, quo tempore post proelium Actiacum a. u. c. 725 commissum veterani deducebantur, rem publicam eam, quae ante fuit Ateste, non sublatam esse, sed ita mansisse, ut deducti eo novi cives ei adscriberentur, ipsa autem res publica ius coloniae simul inpetraret; nam positus est militi cuidam *Actiaco proelio navali facto in coloniam deducto et ab ordine decurioni allecto*. Unde Borghesius (opp. 5, 270) Atesta rettulit inter colonias Iulias probabiliter. Veteranorum eo tempore deductorum Ateste praeter primarium eum, de quo diximus, alii quoque tituli non pauci memoriam servant. Ita praeter memoratum duo alii tituli supersunt eiusdem legionis militum, qui et ipsi dicuntur *Actiaci* (n. 2503. 2839; cf. Ferrariensis n. 2389); neque ab his separandi duo tituli omnino aetatis Augustae eiusdem legionis veteranorum n. 2495. 2512, etsi in his Actiaci cognomen non enuntiatur. Idem dicendum de titulis duobus tribusve legionis V urbanae (n. 2514. 2518, item n. 2515, si quidem vere Atestinus est), quos sequuntur tituli alii duo legionis V cognomine nullo adiecto (n. 2508. 2510), et de uno militis legionis XIIX (n. 2499), cum propter nomina legionum hi milites et ipsi probabiliter referantur ad exercitum Augusti ante devictum Antonium. Denique tituli militum unius legionis IX (n. 2509), duorum legionis XII (n. 2502. 2520), unius legionis XV (n. 2516), fortasse etiam unius legionis XIIII (n. 2497), cum et ipsi optimae aetatis sint, iure cum his coniungentur. Contra *collegium veteranorum Augustorum* (n. 2475; cf. n. 2476) aetatis est multo posterioris. Apparet autem ex supra dictis non unius legionis veteranos deductos esse Ateste, sed plurium, maxime V et XI; ut similiter Beneventani tituli eiusdem aetatis eo deductos esse ostendunt veteranos praesertim legionum VI et XXX. — Magistratus raro memorantur; inveniuntur tamen *II viri* (n. 2785), *aediles* (n. 2785), *quaestores aerarii* (n. 2785) vel *quaestores* nude (n. 2524), quem honorem non infra, fortasse adeo supra duoviratum fuisse inde colligitur, quod et in ordine summum locum tenet et iterationis notam adscriptam habet. Decurio ubi reperitur (n. 2501. 2524. 2860; cf. n. 2393), semper dicitur *decurio adlectus*, quod alibi raro offendes. Sacerdotes reperiuntur *pontifex* (n. 2785) et *flamen Augustalis* (n. 2524). Reperiuntur item *sexviri iidem Augustales* (n. 2523) sive *sexviri Augustales* (n. 2528. 2530) sive *sexviri* nude (n. 2531. 2532; cf. n. 2526. 2527), in his ingenuus nullus. — Tribum Atestinorum Romuliam (sic n. 2785) sive Romiliam fuisse praeter lapides infra relatos declarant tituli Patavinus n. 2785, urbani L. Cassii L. f. Rom. Nigri *domo Atestae* (Grut. 536, 5) et M. Propetii M. f. Rom. Firmi *Ateste* (Guasco mus. Cap. vol. 2 p. 8), Germanicus A. Tinii Septimi f. *Romilia Ateste* (Brambach C. I. Rh. n. 932). — Ceterum tituli eo ducunt, ut oppidum post coloniae ius adeptum frequens postea minus floruerit; nam cum tituli numero non pauci sint, longe plurimi videntur esse bonae aetatis et maxime ipsius saeculi Augusti.

Fines Atestini certius determinari potuerant quam evenit in plerisque municipiis Italiae Transpadanae. Primum ad meridiem tam ex locorum natura quam ex indiciis compluribus colligitur agrum Atestinum porrigi usque ad Athesin fluvium, quem adeo videri supergressum esse et pervenisse ad Badiam certe et Lendinaram supra p. 236 observavimus. Atestinos autem et Veronenses sine dubio diremit Athesis fluvius; certe tituli virorum tribus Romiliae prodierunt ad Minerbe prope Bevilacquam (n. 2506) adeoque Porcilii (n. 2653) neque ullum in his locis vestigium est eorum, quae Veronensium propria sunt. Propterea inter Atestinos relati sunt tituli reperti in vicis Solesino, Villa di Villa, Vighizzolo, Carmignano, Stanghella. His accedunt reperti Montagnanae et circa eam in vicis Sabbione prope Colognam, Minerbe, Marega prope Bevilacquam, Urbana, Casale, Merlara, Megliadini S. Fidentii, Saletti, Bresega, Pojana maggiore. In has partes incidit statio quae in via Ateste Mutinam XX ab Ateste lapide fuit *Anneiana* (itin. Anton. p. 281); praeterea notabilis est titulus n. 2482 pago ut videtur dedicatus repertus Megliadini. Fines Atestinos Vicetiam versus pervenisse ad Lobiam usque prope Lonigo oppidum terminus n. 2490 patefacit a. u. c. 619 ibi positus. Tituli in his partibus inter Pojanam et Lobiam circa Colognam pauci reperti sunt et dubiae attributionis; nos Orgianenses duos (n. 2516. 2703) repertumque ad S. Stephani prope Zimellam n. 2642 inter Atestinos rettulimus, quoniam n. 2516 videtur pertinere ad veteranorum deductionem Ateste. E contrario ex vico proximo Sossano prodiit titulus n. 3141 magistratum habens Vicetinorum, item Bagnoli n. 3194 tribum eorum. Mox fines inter Atestinos Patavinosque (de quibus egerunt Alessius Este p. 85 et Furlanettus *guida di Padova* a. 1842, quem tractatum non vidi) ex parte certe definiunt tituli n. 2491. 2492 positi a. u. c. 613 (ut videtur) in summis montibus Euganeis ad Teolum et in monte Venda. Deinde hoc constat supra Ateste montes certe usque ad Arquà, ubi titulus n. 2522 memorat tribum Romiliam, pertica Atestina circumscriptos fuisse. Id ipsum cadit etiam in Monselice oppidum, unde complures tituli emerserunt mere Atestini (n. 2503. 2505. 2511. 2512. 2553. 2609), unicus tantum Patavinus (n. 2504), qui medio aevo, quo oppidum illud originem cepit, aedificandi causa ex finibus Patavinis non longe inde remotis eo allatus esse potest. Etiam Pernumiae eruderati tituli Atestini magis videntur quam Patavini, nam cum alter n. 2597 tribum illorum nominet, alter n. 2525 pertinet quidem ad Augustales Concordiales Patavinos, sed cum eius oppidi nomen enuntiet, magis videtur collocatus fuisse extra fines Patavinorum. Contra Carraram fuisse Patavinorum satis constat, item regionem universam Piovanam. — Non supervacuum autem erit adnotare in regione ea, quam Atestinis tribuimus, tribum Patavinorum Fabiam non reperiri nisi semel vel bis (n. 2504 et fortasse n. 2456), in regione nobis Patavina tribum Atestinorum Romiliam quinquies tantum (n. 2785. 2832. 2839. 2860. 2889), ex quibus quinque titulis eximendi sunt tres, n. 2785 utpote repertus ad aquas Aponas et n. 2832. 2860 ut prolati ex museis nobilium Patavinorum. Unde apparet satis tuto nos uti tribuum indiciis ad regiones municipiorum determinandas.

2471 Pernumiae *vicino al ponte, per cui passa parte dell' acque del fiume Vighinzone, dove principia lo scolatajo della Paltana* MASIERI.

FORTVN
T · PINNIVS
T · F · FIRMVS

Masieri in comm. a. 1758 et *Mem. del Valvasense* 12 (1758) p. 329 et *lett.* 1761 p. 32. Inde Donatus 45, 4; Polcastro Inscr. p. 14 n. 43; Orelli 1734; Furlanettus p. 38 n. 35.

2472 arula. Este rep. 8 ped. sub terra *alla Salute*; extat in museo.

C · TITIVS · C · L
PELOPS · A ·
IOVE · EX · VISV ·
IVSSVS · POSIT *sic*

Descripsi.

2473 Este rep. *alla Salute*, extat in museo.

IOVI · DEPVLSOR
V · S · L · M

Descripsi.

2474 in Villa de Villa rep. 1834; nunc in museo Estensi n. 102.

IOVI · SACR
FVLMINARI
T · TREBIVS
T · F

Contuli. Ed. Furlanettus p. 514 n. 825 (inde Henzen 5630).

2475 in tabella aenea longa '*una spana*' rep. cum aliis pluribus 1582 d. Ian. 26 Settabile *in alcune terre di bachini* ANGEL.

I · O · M · D · D · SAC · PRO
SAL · DOMINORVM · NN · AVGG
IMPP · COLL*eg*IVS · VETERA · AVGG
V · S · L · A

Hipp. Angelieri in cod. Vat. 9141 f. 150 et apud Grut. 1005, 5 et in ed. p. 8. Ex hoc Alessi p. 281; Furlanettus p. 5 n 2; Henzen 6835. Ferretus terr. p. 36 scribit Este in aedibus Pesarorum in cubiculo quodam hoc extare fragmentem: I · O · M · D · D · PRO SAL | D · D · N · N · AVGG . . . . . fraude qua consuevit uti.

1 PRO Ang. (Vat. et Grut.), PAG Ang. (ed.), PAQ Angelieril liber Alessio visus. — 3 COLLICIVS traditur; em. Henzen.

2476 Este rep. a. 1848 12 ped. sub solo *al Pilastro*, nunc ibi in museo n. 98.

Q · LICINIVS · L · F ·
ROM · ATESTE · VET
LEG · XV · APOLLINA
RIS · NYMPHIS
V · S · L · M

Descripsi. Ed. Devit *Polesine* p. 87 missam a. 1850 a Valentinellio; Nuvolato *Este* (1851) p. 150.

2477 ara, rep. Este in via *della Salute*, nunc ibi in museo.

L · MINVCIVS · L · L · OPTATVS
S · V · S · L · M · IDEM · STRAVIT

Descripsi; delineatam misit Eug. Gasperini.

2478 in vico Settabili in aedibus Alexandri Reguzzolae SAL. ANG. AL. Nunc in museo Estensi n. 3.

S I L V A N O
SACRVM
T · CALVENTIVS · T · F
ROM · V · S · L · M

Contuli. Salomoni 1696 p. 78 (inde Mur. 67, 9); Ant. Angelieri Este 1743 p. 21; Alessi p. 250; Furlanettus Est. p. 24, Pat. p. 25 n. 24.

2479 litteris rudibus. Este rep. in colle in hortis Capacinorum, deinde apud Alessium ALESSI. Nunc in museo Estensi n. 4.

C · LARTIVS · C · L
FELIX
VI · V · S · L · M

Contuli. Alessi p. 177; Furlanettus Est. p. 25, Pat. p. 53 n. 60.

3 fortasse *vi(ribus) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)*.

2480 Catai in museo Obizziano.

*aug*VSTAE · AED*em*
ES · ARAM · THEN*sum*
AVIA · L · L · E

Descripsi. Ed. Furlanettus p. 434 n. 612.

2481 Ateste rep. 22 Mart. 1585 *appresso la Madonna del pilastro sul cantone, avanti che si arrivi al ponte della Novizza* ANG. (Vat.); in frontispicio aedis S. Mariae Hospitalis ANG. (ed.) URS. ALESSI. Hodie extat in museo Estensi, sed evanida est tota.

V *caput mu* *S*
lieris cum luna
L *in fronte* *M*
C · NVMNIVS
C · F · RA · FVRIO

Vidi. Hipp. Angelierius in cod. Vat. 9141 f. 151 et apud Grut. 84, 4 et in ed. p. 8; Ursatus ms.; Alessi p. 203. A prioribus Furlanettus p. 53 n. 62.

Quae hodie non apparent, dedi inclinatis, eademque fere ne Alessius quidem legit. Qui Ursato contulit, adnotavit v. 4 non legi.

2482 Mejain [= Migliarino] S. Fidentii humi vestibulo templi ianuae ad orientem SAL.

Beccari:	*Salomoni:*
PAG · SA	
VIO /// BEG	
/LA /// AGIS	
L · P///O////	
L GLODIO	....
MVMMI C · B ·	L ... MVMMI-CR ..
OP · MILLIA	....
B//CCLↃↃLↃↃ	.. X .. CVI .. SVM
	... OP ... MILLIA
	.. B ... CCIↃↃ ..

Hier. Beccari misit Ursato 8 Iun. 1673; Salomoni 1696 p. 141 (inde Alessi p. 204, qui exemplum sibi missum legere non potuit, et Forlanettus p. 443 n. 646).

2483 Monselice extracta ex turri campanaria S. Thomae, nunc in museo societatis (*gabinetto di lettura*).

CASTRICIVS
SPONGIARIVS
V S L

Descripsi.

2484 litteris magnis et rudibus. Rep. prope Monselice m. Iun. a. 1837, deinde apud parochum Franc. Maggia FURLANETTUS. Mibi negaverunt ibi extare; emisse enim post obitum Maggiae Schium Vicetinum.

I CENOMANI
rESTITVTI
V · S · L · M

Furlanettus ms. et p. 48 p. 53.

2485 Pendice rep. in campo Rizzardiorum et inlata Ateste in eorum aedes.

Q · CL · O
L · M

Alessi ms. et p. 162 (inde Furlanetto p. 443 n. 648).

2486 rep. Murlongi, deinde apud Alessium ALESSI Nunc in museo Estensi n. 5.

FAVSTA
LARTIA
V · S · L · M

Contuli. Alessi p. 177; Furlanettus Est. p. 27, Pat. p. 53 n. 59.

2487 Merlarae prope Montagnanam in aedificio collapso nunc Barbarigorum.

C · PETRONIVS
C · L · PRIMVS
V · S · *l* · *l* · M

Alessi ms. (ubi postea adiecta est folio inserto) et p. 181 (inde Forlanettus p. 53 n. 62 cf. p. 519).

2 V · S · H · M, explicans *voluit sibi hoc monumentum*, Alessi; em. Furlanettus.

2488 Este rep. a. 1690 in fundamentis eccl. collegiatae effodiendis.

GVSTI · F
COS · II

Salomonis 1696 p. 77 (inde Alessi p. 249 et male Furlanetto p. 445 n. 657).

2489 litteris pedalibus. Ateste rep. 2 Aug. 1588 in burgo S. Petri *per mezzo il bruolo del cl*[mo] *Erizzo*, ubi item columnarum et epistyliorum reliquiae repertae sunt et pavimentum ex saxis magnis; credunt ibi forum fuisse antiquum.

PON

Hipp. Angelieri in cod. Vat. 9141 f. 150'.

2490 cippus ingens rotundus. 'Cum in patriam [Vicetiam] rediturus ad oppidum Leonici diverterem et essem iam prope finem agri nostri Vicentini, ecce agricolae iuxta viam lapidem insolitae magnitudinis effoderunt volvebantque, in quo monumenta haec' (sequitur inscriptio) PAJELL. In villa Lobiae agri Coloniensis, quae est in confinio agri Vicetini IUC. In agro Veronensi in vico qui dicitur la Lobia ad confinia Vicetina a. 1490 inventam SAN. In agro Vicetino Coloniam versus PAGLIARINI. Hoc ipso anno effossus lapis HERMOLAUS BARBARUS iunior 1492. In Lobiano pago inventa, translata in oppidum Leonicum SARAYNA. Leonici in aedibus Ioh. Thianael VICETINUS in cod. sem. Pat. 180; in domo comitis Aeneae Thienei RAMUS.; apud heredes comitis Aeneae Tiene CALDOGNO et BARTHOLINUS; similiter TRINAG. et ADNOT. AD FERRAR. et URS. Leonico munere comitis Hippolyti Bevilacquae illata in museum Veronense MAFF. Ibi extat. — A. 1274 in agro Vicentino repertus fuit lapis rotundus marmoris ferruginei circumscriptus Romanis litteris CHRONICA ATESTINA citata in cod. Vat. 9141 fidei minime certae.

SEX · ATILIVS · M · F · SARANVS · PRO · COS a. u. c. 619
EX·SENATI CONSVLTO
INTER · ATESTINOS · ET · VEICETINOS
FINIS · TERMINOSQVE · STATVI · IVSIT

Contuli edidique vol. 1. n. 549; delineata est in tabula Ritscheliana LV B. Bartholomaeus Pajellus in epistula scripta ad Marsilium Aemilianum edita ab Aug. Gabr. Calvi *biblioteca e storia degli scrittori di Vicenza* vol. 2 (Vicetiae 1772) p. 239 (cf. 3, 54. 55) scribit affuisse se cum erueretur. Ex antiquis habent Iucundus f. 200 in Vicetinis n. 12; Sanutus f. 72 inter Veronenses; Hermolaus Barbarus iunior, qui primus ed. in castig. Plinianis (Romae 1492) f. C 6; Marulus n. 46; Choler ms. f. 69; Apian. 330, 2; Hier. Atestinus f. B 3; Hipp. Angelierius in cod. Vat. 9141 f. 144 ex chronicis ut apparet Atestinis; idem in margine citat Bapt. Pagliarinum historicum Vicetinum (in Pagliarini parte edita non repperi); Sarayna Lat. f. 44, Ital. f. 72 (inde Lisca et Cozza p. 244); Scardeonius p. 82 (inde Hipp. Angelerius ed. p. 5; Salomoni 1696 p. 69); Panvinius in fastis ad a. 618 (inde et ex Apiano Smet. 144, 1; Grut. 198, 6); Manutius cod. Vat. 5237 f. 109, orth. 779, 3; Ligorius ms. Taur. 18; Vicetinus auctor (Iul. Barbaranus) in cod. sem. Patav. 180 f. 190; Trinagius f. 2; Ursinus de famil. p. 33; Ramusius ad Scardeonium suum p. 82; vir doctus saec. XVI in margine libri Ferrarini Regiensis f. 71; Pinelli cod. Ambros. C 61 inf. f. 74'; Pignoria in add. ms. ad Grut.; Castellini in hist. Vic. 1, 11; Caldogno inscr. Vic. n. 63; Th. Bartholinus in adn. ad Grut. ed. 2 l. c.; Ursatus ms. et 1678 p. 30; Cerchiari marm. Ber. p. 146; Maffei Ver. p. 50 inscr. n. 9 (inde Mur. 471, 5), M. V. 108, 1; Alessi p. 79 aere expressit; Maccà *orig. di Vicenza* p. 13; Orelli 3110; Furlanettus p. 81 n. 83; Schio *Vic.* p. 103.

2491 prope summitatem montis Vendae in radi saxo et litteris ferme exesis inventa a. 1670 prid. kal. Aug. rimantibus et detegentibus d. Sertorio Ursato et Alexandro Discaltio URS. ms. *Gran pezzo di rozzo macigno tuttavia osservabile entro ad un bosco oltre la metà del monte di Venda* URS. hist. (1678). *A piè dell'erta del monte Venda dalla parte meridionale, che gira ad oriente, in un curvo seno della scesa della sua larga base, accosto ad un boschetto, sul sinistro margine di una via* ALESSI, qui denuo repperit a. 1748. *Era questo*, ita pergit, *un sasso radicato nel monte, grosso rasente terra circa diciotto piedi* .... *Otto o dieci anni dappoi ch'io trascrissi questa iscrizione, per una soprabbondanza d' acque piovane penetrate sotterra scompaginatosi un pezzo di quella falda montuosa, e giu alla chiesa precipitando, si squarciò il macigno e ne restò diretta la parte anteriore.* Quam diu investigatam et tandem repertam a. 1767 dono abbatis Marsilii Camposampieri suam fecit Alessius et in aedibus suis posuit Ateste. Inde transiit in museum Atestinum sub n. 6 cum hac adscriptione: 'Insigne hoc monumentum, quod Patavini 'Atestinis invidebant, ab heredibus Isidori 'Alexii ex quorundam civium collata pecunia 'argenteis nummis maximis CXX redimendum 'et ex Alexiana domo huc asportandum et reli'quis monumentis, quae vetustissimam hanc 'urbem illustrant, hinc inde ne pereant col'lectis praeponendum Vincentius Fracantianus 'potestas Atestis ad patriae decus curavit 'anno 1834.'

L. caeciliVS Q · F · PRO · COS
TERMINOS · FINISQVE EX
SENATI · CONSVLTO · STATVI
IOVSIT · INTER · ATESTINOS
ET · PATAVINOS

L · CAEICILIVS · Q · F PR a. u. c. 613? 619?
O · COS EX · TERMINOS
FINISQVE · EX · SENATI
CONSVLTO STATVI · IVSIT
INTER · ATESTINOS
PATAVINOSQVE

Contuli edidique vol. 1 n. 547; imaginem proponit tabula Ritscheliana LVIII A. Habent Ursatus ms. et hist. (1678) p. 31 (inde Salomoni 1696 p. 203; Mur. 473, 1); Alessi p. 83; Borghesi *Bullett.* 1833 p. 103 a Furlanetto; Furlanettus Est. p. 29, Pat. p. 76 n. 81 tab. 13a; Nuvolato p. 69 qui ligno expressit; Henzen 5114.

Recte legit primus Alessius. Idem superius exemplum credit antiquius esse inferiore, scilicet restituto post tempus; at cum et litterarum forma in utroque exemplo eadem sit et in simili titulo n. 2492 eadem repetitio observetur, rectius fortasse dicemus utrumque titulum simul incisum esse, ut tutior esset tam a casibus quam a dolo malo hominum. — 7 EX delevit quadratarius.

2492 cippus rotundus in ima parte largior quam in parte summa, cui alius cippus rotundus simul repertus, fractus tamen et minor (Furlanettus tab. 13 n. 2. 3) supra impositus fuit et cum illo iunctus. Rep. ab Iosepho Bissacco m. Iun. 1837 Teoli in collibus Euganeis, deinde Patavii in museo publico.

in columna superiore minore scriptum per latitudinem:

SENATI · cO nsvLTO STAtui
IVSIT

in columna inferiore maiore scriptum per transversum:

L · CAICILIVS · Q · F
PRO · COS a. u. c. 613? 619?
TERMINOS
FINISQVE · EX
SENATI · CONSOLTO
STATVI · IVSIT · INTER
PATAVINOS
ET · ATESTINOS

Contuli edidique vol. 1 n. 548; lapide expressam exhibet tabula Ritscheliana LVIII B. C. Ed. Furlanettus *Bullett. dell' Inst.* 1837 p. 186. 187 et Pat. p. 78 n. 82 tab. 13, 1. 2. 3 (inde Henzen 5115).

In columna superiore verba INTER · ATESTINOS · ET · PATAVINOS aut alio loco scripta fuerunt aut defuerunt.

2493 basis magnae pars, rep. Este in castello antiquo, nunc ibi in museo n. 119.

praeTOR · DEDIT

Descripsi.

2494 Monte Silice in muro prope portam plateae.

PRAEF · PRI
GLOR

Ursatus ms.

2495 cippus rotundus superne excavatus. Este nuper rep. FURLANETTUS 1847. Extat in museo n. 105.

C · AEBVTIVS · C · F ·
RVFVS · AQVIER *sic*
LEGIONE · XI

Contuli. Ed. Furlanettus p. 171 n. 161.

2496 cippus rotundus. Inter Atestinas HIERON. Deinde Patavii apud Bassanios M. AND. 71. 72. URS. Postea Venetiis apud abbatem Honorium Arigonium GRIS. Deinde in museo Nanio GRIS. et RELIQUI. Quod museum nunc Legnari est apud Businellios.

Q. AETR *IVS·M·F* ROM
MACER·MIL *ES·* COR
X · PRAETOR *IA* E
cavis et oper concurrentes

I. Cyriaci commentarii qui supersunt non proponunt Patavinas inscriptiones nisi tres et eas quidem insertas itinerario Dalmatico a. 1436; quibus poteris addere ex Parmensi libro unam n. 2911. Composuisse eum praeterea proprium de hisce Italiae partibus commentarium et inde pendere in Patavinis corpora saeculi XV et per se probabile est et eo confirmatur, quod vel antiquissimas quasque et longe optimas syllogas, Marcanovanam Feliciani Redianam, constat in Patavinis plerisque ita consentire, ut a communi auctore eas acceperint necesse sit (v. inter alia n. 2839. 2908. 2914. 2964. 3045). Accedit quod episcopus Patavinus, quem pleraeque eorum memorant nomine non adiecto, secundum Iucundi testimonium (ad n. 2841. 202*) minime in tali re spernendum fuit Petrus Donatus, qui ei ecclesiae praefuit ab a. 1428 ad a. 1447, aequalis igitur Cyriaci potius quam collectorum posteriorum. At quod vel apud antiquissimos tituli quidam inveniuntur exemplis duobus nec parum diversis (ut n. 2541. 2828. 2964. 3016 in Marcanovae Bernensis Patavinorum parte prima extant geminati), manifestam prae se fert plurium syllogarum contaminationem, itemque varia lectio ea, quam rettulimus ad n. 3034, non potest explicari recte nisi sumas titulum plus semel inspectum esse saeculo XV. Denique ad n. 2629 Felicianus auctorem laudat Petrum nescio quem Salimbenum suum. Sane mirandum esset, si collectores illi vel Patavii degentes vel prope Patavium Cyriacanis non attulissent augmentum aliunde, quae additamenta iam secerni nequeunt a primaria sylloge. Quam ob rem magis placuit quaecumque communia sunt auctoribus saec. XV vel omnibus vel plerisque, proponere sub nomine ANTIQVI. — Videamus iam de singulis, a quibus Antiqui collectanea accepimus, auctoribus; quos ita tractavi, ut trium qui primum locum obtinent Rediani Marcanovae (Bern.) Feliciani variam lectionem semper afferrem plenam, scilicet in titulis a me ipso non visis.

1. Marcanova in libro antiquiore Bernensi Patavina proponit tripertita: scilicet ipsum corpus divisum in urbis et agri titulos complectitur n. 371—418; subsequuntur post alia tituli quinque n. 563—567, deinde duo n. 663. 664. Additamenta haec ab ipso proficisci omnia facile suspicere, cum praesertim Patavii vitam exegerit; at obstare videtur horum quoque pleraque pariter inveniri apud reliquos antiquos, cum unicum epigramma, ad quod adscripsit Marcanova invenisse se, n. 2873 (nam alterum n. 3072 non ait se invenisse, sed advexisse ex agro ad urbem) non legatur praeter eum nisi apud solum Ferrarinum, a quo Marcanovana constat expilata esse. — Secunda auctoris recensio, quam ostendit liber Mutinensis f. 156 sq., in Patavinis utilitatem non habet; nam descripta est partim ex Bernensi libro ipsius auctoris nec sine erroribus (ut in titulo n. 2973 LAGVS est pro LARGVS) deinceps propagatis ad compilatores, partim ex Feliciano; propria habet nulla. Ex Mutinensi libro Scardeonius p. 59—62 traxit Marcanovana una vel falsa versuum divisione eius libri interdum retenta. — Ipsa sylloge ut aetate omnes huius ordinis superat, ita fide secunda est Redianae soli et ab omni fraude aliena. Versuum divisionis, quam a Cyriaco retentam esse non dubito, sed in Patavinis apographa quae habemus omnia neglexerunt, solus fere Marcanova hic illic servat vestigia in brevioribus titulis et in fragmentis.

2. Feliciani Patavina (Marcian. f. 37 sq., Veron. f. 93 sq.) et numero et praestantia longe inferiora sunt Marcanovanis. Magna ex parte utrumque pendere ab eodem auctore supra iam monuimus conveniuntque in quibusdam partibus vel ordine tituli; ea autem Feliciani quae non habet Marcanova et ipsa venire pleraque ab auctore communi Redianus testis est, omissa scilicet a Marcanova vel ab eo in archetypo non inventa. Demptis his praeter unam n. 2553, quam Felicianus videtur descriptam habuisse ex ipso saxo, quae habet non relata neque a Marcanova neque in libro Rediano, falsa sunt vel certe admodum suspecta (v. n. 203*—207*) neque omnia sumpta ex monumentis conficta, sed quae ex parte videatur commentus esse ipse Felicianus. Eiusdem etiam in genuinis titulis interpolationes quasdam observavi (ut n. 2652); aliis tamen locis lectio eius Marcanovanae praestat (ut n. 3072 v. 12) debetque una cum illo ad crisin titulorum adhiberi.

3. Rediani Patavina (f. 55'—62 n. 1—102) cum profecta sint ab eodem auctore, a quo pendent Marcanova et Felicianus, syllogen Antiqui his et pleniorem longe et emendatiorem nobis proponunt. Nam plena est ita, ut tam Feliciana quam Marcanovana omnia redeant in Rediano exceptis titulis duobus n. 3100, quem Strozza sine dubio sprevit utpote Christianae aetatis, et n. 2873, quem dixi Marcanovam scribere a se repertum esse, his autem accedant tituli ad quadraginta, maxima ex parte quidem fracti et exiles, sed in quibus sint etiam gravissimi et optimi quidam, quos Redianus aut solus ex antiquis habeat aut adeo solus servarit. Deinde lectio ita comparata est, ut Redianus semper fere cum optimis faciat nec raro verum habeat solus, ut n. 2923 CATIA pro CATILLA vel CATILIA, n. 2518 LEG·V·VRB pro LEGVM Marcanovae, aut quod ad verum proxime accedat, ut n. 2839 ANTIACO Red., ANTICO reliqui, cum requiratur ACTIACO. Idem accentus servavit n. 2681. 2915. 3037 et puncti formam insolitam accurate reddidit n. 2928, iis solis nominibus a se desciscens, quod versuum ordinem non observavit itaque fragmenta maxime obscuravit et quod in locis indicandis iusto brevior est. Ad haec ubi addis falsa Feliciani et omnino quidquid constat sive bonae frugis sive malae postea accessisse, a Rediano abesse, iure colliges eum omnium optime repraesentare egregia illa Antiqui collectanea, cum ipsis careamus; quamquam non nego in his quoque inesse posse, quae non sint Antiqui, sed a Strozza adiecta aliunde. — Ceterum optimi exempli deperditi, ex quo Redianum descriptum est, notitiam non solus liber Redianus ad nos propagavit. Ita decreti n. 2856 idem exemplum, quod servat Redianus et quod frustra quaeras apud Marcanovam Felicianum reliquosque eius aetatis corporum conditores magis notos, proponunt ALCIATI CODEX FEAE et liber CHIGIANVS I. VI. 203 et maxime liber Guelferbytanus GVDIANVS 253. 16—33; neque eos descriptos esse ex Rediano inde apparet, quod eiusdem decreti quaedam verba in Rediano male omissa suo loco exhibent et aliis quoque locis a Rediani corruptelis immunes sunt. Ego ex his tribus selegi Gudianum utpote reliquis pleniorem et meliorem, quem praeter Redianum adhiberem; habet tamen is quoque vix quicquam in Rediano libro omissum, cum multa sint in Rediano, quae non comparent in Gudiano libro. Aetate Gudianus liber Rediano par est, nempe scriptus saec. XV exeunte; insunt enim inter alia multa varii argumenti excerpta epistulae scriptae a. 1471 et 1474 adnotaturque in ipso indice a. 1492; praeterea postea additum cernitur f. 33' epitaphium recens repertum Mediolani a. 1503. Sed praeter Venetas et Patavinas primo loco positas reliquae quae ibi leguntur inscriptiones inutiles sunt petitae ex notis syllogis saec. XV.

4. De Ferrarino hic quoque idem quod perpetuo obtinet, in prima recensione Traiectini libri eum secutum esse Felicianum, in secunda et tertia Marcanovae librum Mutinensem; unde eum citavi quidem, maxime quod eo posteriores saepissime usi sunt, sed a verbis recognoscendis procul habui nec rettuli eius variam lectionem nisi ubi interpolationem notare volui. Duas tamen inscriptiones n. 2827. 2951 (cf. n. 2727 et falsam n. 194*) adiecit primus; illa legitur in Parisino solo, haec in libro Regiensi agmen claudit Patavinarum.

5. Gammarus quattuor tantum Patavinas habet, in his certo Cyriacanas duas, omnes autem vulgares; plures Lilius, sed e quibus et ipsis parum proficias. Saepe Lilius proxime accedit ad Felicianum, cuius etiam habet falsa, sed non omnia inde desumpsit et interdum propius accedit ad auctorem primarium (v. e. c. n. 3034); ceterum antiqua quae habet, omnia redeunt aut apud Felicianum aut apud Marcanovam et Rediano propria tam ab eo absunt quam a reliquis. Abiecissem totum, nisi a prioribus tam saepe adhibitus esset, ut de eo rationem reddere non inutile esse videretur; auctor autem sum quibus cordi est his meis non abuti, ne eum sequantur (cf. n. 2803).

6. Iucundus usus est exemplo Antiqui simili ei, quod adhibuerunt Felicianus et Marcanova; ab utroque omissam et a Rediano relatam non habet nisi unam n. 2955. Exempla in universum satis emendata sunt,

sed non habet nisi aliunde satis stabilita. Citavi semper et adhibui passim propter easdem causas, de quibus dixi in Lilio. — Praeterea proponit titulos quosdam partim in utroque libro (n. 2648. 2819. 2827. 2893), partim in solo Magliabecchiano (n. 2823. 2835), quorum unus etiam est inter additos a Ferrarino, reliqui quinque apud alium nullum saeculi XV auctorem inveniuntur; apparet hos adiectos esse ad antiquam syllogen ab ipso Iucundo. Item falsus titulus n. 194* divulgatus c. a. 1498 primum comparet apud Ferrarinum Iucundumque. — Iucundiani libri aucti vulgares cum Patavina non habeant nisi relata apud ipsum Iucundum, unus CODEX CICOGNAE n. 2704 ad Patavina addidit epigrammata quaedam effossa ad S. Iustinae a. 1502, quibus usus sum cum fructu.

7. SANUTUS libro Veronensi f. 54—59. 62 Patavina inseruit petita alia ex syllogis iisque pluribus (inter has eum usum esse Ferrariniana apparet ex n. 2652), alia (maxime quae f. 62 referuntur excepta apud Livium de Bassano), sed longe pauciora ex ipsis saxis. Visum est eum citare perpetuo, sed adnotare tantum quae utilia essent, cum praesertim exempla pessima sint. Servavit quaedam solus, sed exilia tantum minutave fragmenta. Ex eo cum descripta sint quae leguntur in libro PEUTINGERI Augustano 527 f. 64, haec sprevi.

8. PEUTINGERANORUM librorum Augustanorum 526 et 527, item inde pendentis APIANI Patavina pleraque utpote ducta ex exemplis Antiqui corruptis omisi in recognitione facienda, etsi citavi Apianum perpetuo; pauca, quae apud Italos auctores eiusdem aetatis non inveniuntur (ut n. 2944. 3009), ut par erat adhibui.

9. OLIVAE codex Oxoniensis, quo continentur inscriptiones secundum principia ad litterarum ordinem dispositae, etsi in universum inutilis est utpote concinnatus ex Marcanovanis, tamen in Patavinis quaedam habet non inde sumpta, sed a scriptore degente opinor Patavii addita recens ibi inventa, ut titulum n. 2944 repertum esse scribit a. 1496. Eiusdem igitur generis haec additamenta sunt ac Iucundiana et Peutingerana.

10. Praeter hos libros, quorum septem priores citavi semper, variam lectionem non enotavi totam nisi trium optimorum, allegavi etiam alios, qui Patavina quaedam habent interspersa alienis, ut Romanum Angelicanum D, 4, 18, Florentinum Cennini bibliothecae Magliabecchianae (*conv. soppressi* II, IX, 14), Florentinum item Borghinii a me excussum a. 1846 in bibliotheca Riucciana (scilicet quae is affert ex libello nescio quo Fr. Pandulphi; nam alia descripta ex Scardeonio omisi), qui tres libri arte in se cohaerent. Schedas Valvassonias, quas Muratorius aliquoties citat et ego quoque scriptas repperi inter Muratoriana fasc. 21, 231, ut plane inutiles omisi; omisi item Vindobonenses bibliothecae Caesareae ab eodem Muratorio hic illic laudatas. Omnino in his syllogis nisi sinceris et antiquioribus insistas constanter aspernatus deteriorum inanem copiam, a crisi quae adhuc nulla fuit libris neglectis et latentibus, devenietur ad hypercrisin nescio quam, quae et ipsa nulla est et praeterea molesta.

II. BASSIANORUM familia in aedibus suis ad pontem S. Iohannis a navibus (etiam Livianae dicuntur et *casa degli specchi*) titulos collocare coepit saeculo XV exeunte; nam titulos n. 2553. 2911. 3048 auctores eius temporis Felicianus et Lilius, item Rediani gemellus Gudianus 253 ponunt Patavii in domo iurisconsulti Alexandri de Bassano, qui est Alexander Magius cognomento Bassianus (senior) iureconsultus defunctus Ravennae*), assessor Bernardi Bembi (1433—1519) cardinalis Bembi patris (Scardeonius p. 241). Similiter Hannibalem de Bassanis ad n. 2819 nominat codex Iucundianus Cicognae scriptus c. a. 1502, Livium de Bassano Sanutus f. 62 (v. supra c. I n. 7) et Hieronymus Bononius a. 1508. Ex his Alexander senior et Hannibal fratres fuerunt, Livius Alexandri senioris filius. Is pater fuit iunioris Alexandri**), apud quem servatos titulos descripsit a. 1547 Pingonius. Scardeonius quoque in libro edito a. 1560 p. 250 Alexandrum Bassianum iuniorem etiamtum vivum appellat 'studiosissimum antiquitatum atque in hoc studio non solum imitantem 'maiores suos, sed etiam superantem, qui antiquis inscriptionibus summo'pere delectati hoc ei studium cum hereditate reliquerint'. Post Alexandri obitum post a. 1574 (v. n. 2847) domo Bucinellis in emphyteusin data novi nihil accessit; mansit tamen museum in suo statu non multum imminutum, donec a. 1825 tituli ibi servati deferrentur in publicum, quod inde vere originem duxit. — Eas inscriptiones Bassiani collegerunt omnes fere Patavii et in agro Patavino; externas enim non receperunt nisi Tergestinam unam n. 520, quam tamen non ipsi ex Histria advexerant, sed advectam inde Patavium in aedes Cavinias transtulerunt in suas; Atestinam item unam n. 2496; Ravennates duas (v. n. 335*). Propter has etiam de tribus aliis classiariis n. 2831. 2833. 2840 dubitatio oritur, num sint origine Patavinae; sed obstat, quod Sanutus cum Ravennates duas viderit Patavii, tres illas classiarias non refert.

III. Hieronymus BONONIUS in collectanea autographa (cod. Cicognae n. 1874) epigrammata Patavina rettulit duobus locis, f. 47. 48 cum praescriptione 'Patavii anno MDIV eidibus Sextil.' et f. 54 cum praescriptione 'Patavi anno 1508 in domo Livii Bassani', optime excepta versuum ordine observato. Deteriora exempla sunt quae leguntur in scheda quadam soluta eiusdem collocata in cod. Cicognae 1873. Inde transierunt in eiusdem Bononii antiquariam ms., cuius examinavi codices duos Tarvisinum Venetumque (Marc. cl. 14 n. 168); quae exempla sprevi.

IV. Hieronymus QUIRINUS et filius eius Franciscus patricii Veneti titulos aliquot collocaverunt Patavii in aedibus suis in vico omnium sanctorum *al Portello*, qui videntur omnes fuisse origine Patavini praeter duos Venetiis allatos n. 1867. 2224. Deinde divendita domo et facta Aloysii Prioli ex titulis illis alii in museum Bassanum pervenerunt, alii in Ramusianum, quos etiam in exemplo suo Scardeoniani libri Paulus Ramusius suos factos esse dixit; reliqui perierunt.

V. Philibertus A PINGON quas collegit inscriptiones antiquas, ipsius manu scriptae servantur Taurinis in tabulario regio, unde acceptas excussi Berolini. In his f. 228—235 sunt 'antiquitatum Patavinarum collectanea', quibus subscripsit annum 1547; degisse se Patavii a die 29 Nov. 1545 ad diem 10 Apr. 1550 alibi (f. 136 sq.) scribit. Descripsit diligenter titulos eo tempore Patavii palam prostantes, maxime in domibus Quiriniana Bassania Contarena, praeterea unus fere servavit lapides custoditos eo tempore apud Danielem Vetulum Lippamanum in pago Strà quinto a Patavii lapide, qui tamen origine videntur fuisse Dalmatici potius quam Patavini (v. vol. 3 p. 401). Exempla diligentissime excepta sunt et quibus tuto confidas, at longe praestent haec collectanea Patavina eiusdem Taurinensibus non raro corruptis et interpolatis. F. 233' quae accepta refert Bernardino Scardeonio presbytero antiquitatis pietatisque cultori egregio, quorum non sit servatus ordo linearum, ea descripta sunt ex Apiano et propterea praetermissa. Alia licet non multa Pingonius traxit ex codice Marcanovae, scilicet eo qui hodie adservatur Mutinae, quem item a Scardeonio usurpatum esse supra vidimus. E contrario Scardeonium ipsius testimonio constat titulorum Stradensium proponere ipsa exempla Pingoniana passim et ab editore et a typothetis corrupta; denique alibi quoque (ut n. 2830) communionem errorum observavi inter Scardeonium et Pingonium, sed ut huius liber scriptus longe praestet illius volumini impresso. — Redeunt fere Pingoniana haec in libro Parisino Bouhieriano 164, unde non enotavi nisi pauca (ut n. 2998) apud Pingonium non reperta.

*) Defunctum eum esse scribit c. a. 1495 Papadopolus hist. gymn. Pat. 2, 29 nescio quo auctore. Bernardum Bembum constat Ravennae praefuisse a. 1481 et proximis (Mazzuchelli scr. Ital. s. v.) potestque fieri, ut ei epochae potius mors Alexandri adscribenda sit.

**) Diligentissimus Gennarius (ms. bibl. Pat. munic. 605 vol. 1 p. 225) ex commentariis ms. Alexandri iunioris de numismatibus XII primorum Caesarum excerpsit haec: 'in aedibus meis, quas Livianas 'fuisse opinatur vulgus, Annibal avus in primis, deinde eius frater 'Alexander, tertio Livius parens meus vetustatis cultores eiusque inqui'sitores ac instauratores diligentissimi omnes perantiqua ex marmore 'monumenta congessere, quorum inscriptiones in huiusce operis nostri 'calce descriptae visuntur.' Codex, unde haec sumpta sunt, olim servatus apud Gennarium postea furto ablatus periit aut certe latet (Vedova *biografia degli scritt. Padovani* 1, 86).

VI. MORILLONIUS, PIGHIUS, SMETIUS quae proponunt inscriptiones Patavii exceptas, eas aperte solitoque more redeunt ad eundem auctorem. Is in Patavinis Morillonius est, qui Patavium adiit a. 1549 titulosque descripsit et in domo Bassaola et in Quiriniana. Exempla optima sunt, sed non multa et raro profuerunt. Scripta leguntur ex parte in codice Vaticano 6039 f. 383 cum praescriptione hac: 'Antonius Morillonius misit 'sequentes inscriptiones Martino Smetio Flandro 1549. Patavii in Fran'cisci Quirini et Alexandri Bassani domo'. Alia proponit codex Morillonii Amstelaedamensis. Praeterea redeunt in apparatu Pighiano et apud Smetium.

VII. Bernardinus SCARDEONIUS canonicus Patavinus (1478—1574) scripsit de antiquitate urbis Patavii et claris civibus Patavinis libros tres (Basileae 1560 fol. pp. 437), quibus antiquas inscriptiones oppidi agrique Patavini p. 58—87 inseruit ita divisas, ut primum proferret relatos ab Ioanne Marcanova p. 57—62, deinde editas ab Apiano neque relatas a Marcanova p. 63—64, tertio loco inscriptiones in pago Strà exceptas a Pingonio p. 65—67, denique p. 67—87 'auctarium ab huius operis auctore additum'. Primus sive cum Pingonio sive post Pingonium fuit, qui Patavina seorsum colligeret; neque industria ei defuit in monumentis investigandis bonaque fide quae invenisset edidit, sed inter bonos auctores nequaquam potest referri et doctrina destitutus et diligentia. Versuum divisionem retinere voluit quidem, sed saepe ab ea recessit vel ipse vel typographus. In Marcanovanis edendis quid sibi permiserit, vix credas; ita n. 3072 ex corruptis verbis ET·AGRO·FACERE fecit ET·A·TERGO·ET·A·LATERE, n. 3027 ex HELPID adeo HEI·PIETAS DEORVM (cf. n. 2841. 2915). Etiam in iis titulis, quos ipse aut ab amicis accepit aut vidit, deformata et plane corrupta abundant. Nihilo minus vel sic collectanea Scardeonii magnam utilitatem habent. Vellem equidem ad nos pervenissent per librarios potius quam per typographos, qui cum ea aetate corruperint quidquid attingerent ex genere epigraphico, Scardeoniana non ab ipso auctore emendata sine dubio etiam magis solito pessum dederunt. Sed mihi hoc solum obtigit, ut PANVINIUM et LIGORIUM, quos Scardeonianis usos esse manifestum est, observarem sumpsisse ea non ex libro edito (quod ostendit inter alia varia lectio ad n. 2576. 2830), sed ex scriptis exemplis; unde titulos n. 2817. 2832. 3000 paullum emendare licuit. Parum tamen inde profeci, cum non multa ex Scardeonianis apud illos auctores redeant. — Ceterum in codicibus saec. XVI exeuntis, ut in Cittadinianis et Borghiniano, non pauci referuntur tituli sumpti ex Scardeonio edito, quibus cave utare.

VIII. MANUTIUS in collectaneis suis habuit fasciculum foll. 4 iam insertum codici Vaticano 5248 inscriptum sic: *Inser^ni Patav. MDLXVI agli XI di genn^o in Venetia.* Inscriptionibus ipsis praeterea locum nullum adscripsit versuumque ordinem saepe non observavit. Unde veniant difficile dicto est. Insunt quaedam Patavinae certae cum oppidi tum agri ex ipsis saxis petitae; insunt quae videntur desumptae ex libris antiquis (ut male ad Patavium relata ab Apiano p. 341, 1), etiam falsae neque umquam quod sciam in lapide incisae, ut n. 194*; insunt denique tituli quidam ab alio nemine prolati et ita comparati, ut de quorundam antiquitate iure dubites. Quare cum huiusce auctoris in Patavinis tam incerta fides sit, optimum factu visum est titulos ab uno Manutio ad Patavium relatos omnes reicere inter suspectos, donec certiora de iis edoceamur. — Diversa sunt quae leguntur cod. 5237 f. 197 exempla titulorum adservatorum eo tempore Patavii in domo Ramusiana.

IX. RAMUSIORUM MUSEUM Patavii in aedibus eorum ad S. Petri in vico Patriarchae institutum est ab Ioh. Bapt. Ramusio sive Rhamnusio (1485—1557; cf. de eo Cicogna *iscr. Ven.* 2, 315 sq.), auctum a filio eius Paulo (1532—1600, v. ib. p. 330 sq.). Qui quae possedit, sive ab ipso sub finem vitae sive paullo post obitum eius data sunt procuratori Georgio Contareno; certe dominum ea mutasse ante a. 1603 inde colligitur, quod Gruterus, Pinellii sine dubio litteris de ea re edoctus, non paucos titulos Ramusianos proponit cum praescriptione hac 'Patavii apud procuratorem Contarenum' vel simili; nec magnopere obstat, quod Pignoria in symb. epist. (1628) p. 150 titulum quendam scribit 'apud Ramusios repositum esse'. Contarenus deinde quae ita adquisierat, non reliquit per multum tempus Patavii, sed collocavit Ateste in hortis quos ibi fieri iussit (cf. Ursatus p. 253), ubi ea Ursatus et Gudius viderunt saec. XVII medio. Inde translata in museum publicum lapidarium Atestinum institutum a. 1836 ab eius oppidi potestate Vincentio Fracanzani egregium hoc antiquitatis promptuarium vel maxime fundaverunt. — Iohannes Baptista quid habuerit, apparet ex Scardeonio (ed. 1560) recensente p. 84. 85 (cf. p. 62. 69) titulos apud eum servatos; sunt tituli sex tantum, quorum duos (C. I. L. III n. 1933. 2870) constat, tertium (ib. n. 3158) probabile est venisse eo ex Dalmatia, cum duo alii (n. 2879. 2891) omnino origine sint Patavini. Plura addidit Paulus, qui quid possederit, partim intellegitur ex exemplo eius Scardeonii, quod fuit deinde Iac. Phil. Tomasini, post eum Iacobi Facciolati, postremum inde ab a. 1761 ex huius dono seminarii Patavini, adservatum ibi inter codd. ms. n. 285; nam ibi ad paternorum titulorum recensum p. 84. 85 adiecit in marginibus postea adquisitos et servatos in domo Rhamnusia. Etiam Manutianae orthographiae a. 1566 exemplum id quod fuit Pauli Ramusii, hodie est bibliothecae Silvestrianae Rovigii, Ramusii manu in marginibus emendatos adscriptosve habet titulos aliquot maxime musei Ramusiani, quos enotavi utiliaque inde suis locis proposui. Sed plenam notitiam musei eius, quale fuit quo tempore venit ad Contarenum, suppeditat demum liber scriptus manu Pauli Ramusii, adquisitus autem una cum museo opinor a Contareno ('proc Contar^ni' adscriptum est in libro passim) et iam cum reliqua bibliotheca Contareniana servatus Venetiis in MARCIANA (Lat. cl. XIV cod. 260), ubi quod praescribitur anaglyphis et inscriptionibus Graecis quae volumen claudunt: 'apud Paulum Rhamnusium Patavii in vico Patriarchae ad divi Petri', id item pertinere ad Latinos titulos numero quadraginta qui praecedunt ipsa res docet. Catalogum hunc esse musei sui ab ipso Paulo confectum inde maxime intellexi, quod adnotatio satis ampla neque indocta ad columnam miliariam Constantini suo capite referendam ad verbum respondet ei, quam in margine Scardeonii sui, de quo diximus, Paulus eidem titulo adscripsit; id quod confirmatur aliis argumentis, quae exponere longum est nec necessarium in re certa. Ex hoc libro descriptum est praeter exemplum bibliothecae Vaticanae, cuius accurata notitia destituor, alterum nuper emptum in Batavia bibliothecae Berolinensi (lib. pict. A. 61 c) cui inscriptum est manu Pinellii: 'inscriptiones antiquae Latinae in aedibus Ramnusianis Patavii', deinde manu Gruteri: 'quas Grutero misit dominus Vincentius Pinellus 1598'. Quo libro usus est Gruterus in sylloge edita conficienda, citans sub nomine Pinellii. Ad eos libros prope accedit Romanus BARBERINIANUS XXX 182 fol., sed ut Venetus similesque complura habeant in Barberiniano omissa, Barberinianus recognitus sit a viro docto ad ipsa marmora, qui aut adscripsit non vidisse se aut lectionem emendavit. Quem virum doctum deprehendi esse Laurentium PIGNORIAM; nam qui tituli ex Ramusianis aut absunt a Barberiniano (omissi opinor, quod Pignoria antequam catalogum sibi describendum curavit, eos ex ipsis lapidibus descripserat) aut in hoc recogniti sunt ab emendatore, ii redeunt exemplis iisdem in Pignorianis; contra quos recognitor negat se vidisse, eorum nullum Pignoria habet in suis. Grutero autem praesto fuerunt Ramusiana exempla nondum a Pignoria recognita, itaque exempli causa titulum Fortunati n. 2936 non dedit ad exemplum Pignorianum fere perfectum, sed ad mendosissimum Ramusii hominis ut non indiligentis, ita talibus describendis minime apti. Nos Ramusiana et Pignoriana discrevimus, quatenus necessarium visum est. — Vellem etiam secernere potuissem a Patavinis origine lapides ad Ramusios aliunde advectos; sed hoc iam satis fieri nequit. Ac diximus iam de titulis ex Dalmatia allatis ad patrem Iohannem Baptistam, quorum is unum municipio dedit. In titulis a filio Paulo adiectis constat aut certe probabile est inesse Histricum unum n. 484, Aquileienses septem n. 759. 779. 828. 870. 873. 883. 1052 (confer item epistulam ipsius citatam ad n. 828, qua scribit eo die, id est 19 Oct. 1575, accepisse se tria marmora Aquileiensia), Feltrinum unum n. 2069, Utinensem unum n. 1830, Venetos tres n. 2157. 2174 et praeterea columnam miliariam infra edendam. Accedunt his ex museo Quiriniano adquisiti tituli duo originis externae, de quibus supra diximus. Reliquos proposui inter Patavinos, non ignarus, cum in compluribus de origine Patavina testimonia adsint, alios vel eodem iure

vel etiam meliore alio referri posse, maxime Aquileiam. Nam ex Dalmatia, de qua non raro in his cogitarunt, et ex urbe Roma lapides scripti ad Ramusium filium nulli videntur allati esse.

X. Laurentius PIGNORIA Patavinus (1571—1631), quem ut alia ita titulorum quoque describendorum artem optime calluisse constat, in opusculis suis editis (nomino commentarium de servis Augustae Vindelic. 1613. 4. pp. 280; *l'Antenore* Patavii 1625. pp. 49; *le origini di Padova* Patavii 1625. 4. pp. 182; symbolarum epistolicarum librum Patavii 1628. 8. pp. 222, cuius item adhibui ed. 2 Patavii 1629. 8.) non multa posuit epigrammata Patavina nec nisi aliunde satis nota. At quod ait in libro de originibus p. 59 quidquid ad Gruterum Patavinarum inscriptionum missum esset maxime ab Ioh. Vincentio PINELLIO († Patavii 1601), id a se proficisci, ei non est cur fidem denegemus. Extant autem ea non solum edita apud Gruterum, sed etiam scripta Pinellii manu in codicibus Ambrosianis, maxime in libro C 61 inf. f. 35—51 (ibidem f. 96 alia manu scripta pauca et vulgaria praetermisi), praeterea sparsa per libros R 97 sup. D 199 inf. D 216 inf. D 436 inf. Quibus diligenter excussis Gruteriana emendavi et hoc intellexi quidquid proferat Gruterus ex Patavio non desumptum ex libris editis, etiam ea quae accepta refert Puteano ut n. 2987 (exceptis tantum Scultetianis paucissimis et pessimis et catalogo Ramusiano, de quo modo egimus) redire in codicibus Pinellianis depromptum scilicet ex copiis Pignoriae. Praecipuam curam posuisse Pignoriam in titulis musei Ramusiani supra vidimus; sed etiam apud Bassanios et alibi titulos excepit. — Quae inter Peiresciana in cod. Paris. Lat. 8958 (suppl. 101 B) inveniuntur Patavina, descripta sunt ex Pinellianis neque habent propriam utilitatem. — Exemplum Scardeonii a Pignoria adnotatum, quod habuit Furlanettus (lap. Pat. p. IV) et cum reliqua bibliotheca reliquit seminario Patavino, ibi vidi; adnotationes autem illae, si quidem re vera sunt manu Pignoriae, certe ad inscriptiones non pertinent. At extant in codice Lugdunensi Papenbroekiano n. 6, quo continetur Gruteri ad parandam syllogae suae editionem alteram apparatus, emendationes titulorum Patavinorum a Pignoria postea missae cum additamentis quibusdam postea repertorum, quibus usus sum cum fructu. Haec citavi sub Pignoriae nomine, Ambrosiana autem illa sub nomine Pinellii, ne ab aliis relata male interpolare viderer; latet autem plerumque sub Pinellii nomine vere Pignoria.

XI. Iac. Phil. TOMASINIUS is de quo supra p. 1 diximus in Histricis, Patavii degens per maximam vitae partem epigrammata quaedam recens ibi reperta proposuit in libello de donariis (1639).

XII. Thomas BARTHOLINUS epigrammata quaedam Patavii a se descripta diligenter, sed fere aliunde satis nota, communicavit cum Reinesio.

XIII. Marquardus GUDIUS et Patavium et Ateste adiit et titulis describendis ibi vacavit. Quae excepit picta in pariete monasterii S. Iustinae, iis locum dedimus inter suspectos; nam pictorem in his non tam lapides secutos esse probabile est, quam ingenio suo indulsisse; certe causa nulla est, cur referantur inter Patavina.

XIV. Sertorius Orsato sive URSATUS comes Patavinus (1617—1678) quattuor volumina edidit huc pertinentia: monumenta Patavina Patavii 1652 fol. pp. 352; *li marmi eruditi overo lettere sopra alcune antiche iscrizioni* Patavii 1669 (pro quo anno in indice male ponitur 1659) 4. pp. 279; *historia di Padova, parte prima* Patavii 1678 fol. pp. 338; *marmi eruditi ovvero lettere sopra alcune antiche iscrizioni*, quod opus postumum et ab edito a. 1669 diversum prodiit Patavii a. 1719. 4. pp. 361. Praeterea schedas eius adhibui servatas hodie Patavii in bibliotheca municipali non spernendas, inspectas quidem a Furlanetto, sed nequaquam plene excussas. Epistulis*) schedulisque omnis generis eae maiore melioreque ex parte constituuntur. Continent epigrammata quaedam ab ipso excepta, plura missa ab amicis, in his Atestina omnia ex Hippolyto Angelerio et Scardeonio exscripta et ad ipsos lapides exacta additis postea repertis; neque Patavina tantum Atestinaque congessit, sed etiam Vicetina et Veronensia quaedam habuit ab Ioh. Bapt. Ferreto, Cattarensia ex Dalmatia a Zmajevichio et Vrachieno, Histrica a Madruzzio, Veneta ex schedis Tomasinii, alia ab aliis. His copiis usus syllogen tamquam appendicem Gruterianae paravit titulorum postea repertorum, quam olim Sponio visam et ipsam adhibui, quamquam ut par est ubi extabant schedae ad Ursatum missae, has exemplis inde derivatis praetuli*). — Ceterum Ursatus scriptor est fama maior quam re, exteris praecipue commendatus Latino sermone et formarum elegantia, per se minime bonus. In legendis epigrammatis nec doctrina apparet nec vera diligentia, ut in iis, quae post alios edidit, pleraque et fere graviora et difficiliora repetat a prioribus, maxime a Scardeonio et ne visis quidem a se lapidibus recte uti sciat; neque maior est fides exemplorum eius in aere incisorum quam typis expressorum. Ubi titulum eundem saepius profert, nusquam emendat errores, saepe adauget; ita n. 2854 in editione repetita pessime interpolavit. Agri Patavini inscriptiones parum curavit praecipua opera posita in colligendis edendisque titulis Patavinis urbanis. — Tituli ad Ursatum advecti ex Aquileia n. 793. 916. 1211. 1473 et Verona n. 3401, item alii non ita multi ab eo comparati Patavii (inter quos sunt Histrici a Tomasinio eo allati) post obitum eius ante a. 1696 (nam Salomonius iam de ea translatione scribit) translati sunt Rovigum ad comitem Camillum Silvestrium, deinde cum Silvestrianis plerique empti a Maffeio in Veronense transierunt.

*) Epistulas alias ad Ursatum scriptas ad rem epigraphicam pertinentes Furlanettus accepit una cum Polcastrianis dono comitis Leopoldi Ferri (p. 43. 85 al.); has ego non vidi neque extant inter Furlanettiana ea quae servantur Patavii in bibliotheca seminarii.

XV. Ex Iacobi ZABARELLAE libris hi potissimum huc pertinent: *Trasea Peto overo origine della famiglia Zeno* Patavii 1646. 4; *gli Arronzii* ib. 1655. 4; *il Corelio, dove si vedono le origini di Este et della famiglia Corera di Venezia* [ib. 1664.] 4; *gli Valerii* Patavii 1666. 4; *Tito Livio Padovano* ib. 1669. 4; *il Pileo overo . . . . della famiglia Capello* ib. 1670. 4; *aula Zabarella* ib. 1670. 4; *il Galba overo historia della famiglia Quirina* ib. 1671. 4; aula heroum sive fasti Romanorum ab u. c. usque ad a. d. 1673 ib. 1673. 4; sunt etiam alii quos aut non habui aut sprevi. Auctor non minus diffusus quam ineptus similis eorum, qui aere accepto stemmata conficiunt noviciis nobilibus, in eo elaboravit, ut suam suaeque aetatis gentes a Romanis derivaret. Titulos, quibus saepissime usus est, cum plerumque desumeret ex Scardeonio Grutero Ursato, alios, ut convenit talia curanti, suo ingenio commentus est; utilia habet fere nulla.

XVI. Iacobus SALOMONIUS (n. 1625, † post a. 1708) ordinis praedicatorum natione Cretensis, adoptione, ut ipse ait, Patavinus epigrammata Patavina tam antiqua quam recentia collegit tribus voluminibus, quae sunt haec: agri Patavini inscriptiones sacrae et prophanae Patavii 1696. 4. pp. 419; urbis Patavinae inscriptiones sacrae et prophanae Patavii 1701. 4. pp. 631; inscriptiones Patavinae sacrae et prophanae tam in urbe quam in agro post a. 1701 inventae ac positae Patavii 1708. 4. pp. 310. Auctor rudis est, sed simplex; apographa ubi potest sumit ex libris editis magis quam ex saxis, versuum divisionem saepe neglegit titulosque difficiliores hiantesque profert fere pessime corruptos. Sed non exiguo numero titulos primus in lucem protraxit, maxime Atestinos plus iusto adhuc neglectos et ut nullum inscitiae crimen ab eo alienum est, ita a fraude abhorret.

XVII. Ioh. Dominicus POLCASTRO in libro *apologia del Conte Sertorio Orsato contro le censure dell' autore del museo Veronese* (Patavii 1752. 4. pp. 126), item in *Romanarum inscriptionum fasciculo* (Patavii 1784. 8. pp. 222) et in commentario de inscriptione n. 2845, deinde in opere postumo *dell' antico stato e condizione di Padova* (Mediolani 1811. 4. pp. 192) quaedam Patavina posuit ut res ferebat. Nos non multum inde profecimus.

XVIII. MUSEA PATAVINA in universum monendum est non aliter ac Veneta saepe recepisse titulos externos, maxime Dalmaticos et Aquile-

*) Quae leguntur in cod. sem. Patav. 638 non petita ex libris epigrammata, ea profecta esse intellexi ex schedis his Ursati itaque omisi.

ienses, ut, ubi ex domo aliqua Patavina titulus primum proferatur neque addatur notitia ubi erudcratus sit, semper anceps haereas, num ab origine sit harum partium. Ita, ut exempla proferam, ex titulis qui fuerunt Altichieri in VILLA QUIRINIANA (hodie alii perierunt, alii servantur partim Patavii, partim Atestc in museis publicis) praeter tres n. 2521. 2610. 3051 ex vicinia petitos reliqui aut Veronenses sunt (n. 3463) aut Aquileienses (n. 748. 816) aut Salonitani Etruscive urbanive (v. elenchum n. 340*). — Item comitem DE LAZARA a. 1801 titulum Dalmaticum secum attulisse Patavium ibidem adnotavimus. — Simile quid accidisse de titulo n. 2795 iam saec. XVII servato Patavii in aedibus DA RIO suspicatus est Furlanettus non sine aliqua probabilitate, etsi hunc inter Patavinos reliqui. — PIAZZAE praeter unum lapidem n. 2938, quem in villa eorum Vanziana inventum esse constat, tres alios ibi habent advectos a Bassano vel Osopo n. 1816. 2233. 2237. Haec ne obliviscitor, qui his copiis a me paratis utitur, certaque ab incertis probe secernito.

XIX. Iacobi FERRETI (1752—1816) 'inscriptiones urbis Patavinae sacrae et prophanae' manu scriptae extant Patavii in bibliotheca municipali duobus exemplis autographis ambobus, quorum alterum prius scriptum constat voluminibus quattuor, alterum inde descriptum a. 1810 multisque titulis auctum cum in ipso opere tum in appendice (quod ubi citavi, recensionem secundam dixi) voluminibus duobus. Accedit principium syllogae similis spectantis ad agrum Patavinum, quae morte auctoris interrupta servatur imperfecta in eadem bibliotheca (C. 991. I). Praeter vulgaria quae profert ex Ursato fere descripta et a me omissa non pauca habet propria, maxime in recensione secunda et in sylloge titulorum agri Patavini, sed ea maxima ex parte conficta fraude peculiari. Et ea quidem evidentissime apparet in Veneta n. 2174, quam corruptam et confusam profert effossam ut ait nuper in hortis monialium S. Gregorii, cum sit titulus dudum notus Ferretique tempore adservatus in hortis Contareni Estensibus; item in Veronensi n. 3401, quae cum sit tabula aerea olim servata apud Ursatum, deinde translata in museum Veronense, Ferretus finxit partem eius denuo prodiisse a. 1810 in lapide eruderato ex aedibus olim Ursatianis. His admonitus qui examinabit Ferretiana reliqua, reperiet omnia fere ita comparata esse, ut nescias utrum veniant a descriptore parum accurato an a falsario timido et soli numero lapidum augendo intento; neque id ipsum non mirum est hominem eum, qui rara felicitate tot lapides viderit solus non in angulo aliquo parum noto, sed Patavii, item tam infelicem fuisse, ut vix descripserit ullum titulum ita integrum, ut intellegatur. Deinde cum Patavium Christianis titulis praeterea plane careat, plus quam suspiciosum est titulorum Ferretianorum partem fere dimidiam Christianitatis indicia prae se ferre. Denique quamquam falsarius hic non fide magis destitutus fuit quam fiducia, tamen non desunt tituli aperte perversi, maxime in nominibus, clauduntque ordinem falsorum, crescente scilicet dum opus procedit impudentia, tituli Iovis Babylonii aliique similes aperte conficti. Quam ob rem recte opinor Ferretiana omnia abieci inter suspecta, etsi multa in iis reperiantur, quae per se suspicionem non movent, potestque fieri, ut fragmenta quaedam hodie vel latentia vel deperdita vere servarit Ferretus solus.

XX. Iosephus FURLANETTUS Patavinus (1775—1848) duobus libris *le antiche lapidi del museo di Este illustrate* (Patavii 1837. 8. pp. 191) et *le antiche lapidi Patavine illustrate* (Patavii 1847. 8. pp. 607 cum tabulis LXXVIII, quibus repraesentantur musei publici Patavini inscriptiones Romanae omnes), maxime secundo, quo praeter Patavinos etiam Atestini omnes totiusque provinciae Patavinae quae nunc est tituli continentur, optime meruit de harum partium historia antiqua; nam magna diligentia cum ex ipsis saxis tum ex auctoribus Patavinis corporibusque maioribus titulos Patavinos congessit eosque solida et simplici doctrina illustravit, saepe in ea re adiutus a Borghesio, ut adhuc per totam Italiam septentrionalem nullum auctorem habeamus, quem recte cum eo comparemus. Sunt tamen non pauca etiam in Furlanetto quae reprehendas. Titulos legit diligenter et perite tabulaeque maxime probe factae sunt, ut in musei urbani titulis paucissima tantum superessent emendanda. Sed in reiciendis falsis et interpolatis oculos usu exercitatos iustamque severitatem saepe desideramus, nec raro in difficilioribus priores potius secutus est, maxime Ursatum quam quod ipse suis oculis in lapidibus deprehendisset. Auctores Gudio excepto diligenter adhibuit et licet non separarit nec Patavinos titulos Atestinosque nec ab his alienos, tamen in origines lapidum, quae vel maxima huius capitis difficultas est, strenue inquisivit. Sed solos editos libros excussit, a scriptis nescio quo modo plane abstinens. Quocum coniunctum est, quod deperditi hodie lapides apud eum plerumque exhibentur non ad primarios auctores, sed ad secundarios et corruptos Apianique errores interpolationesque Gruterianae vel apud Furlanettum locum suum retinuerunt. — Praeter edita adhibui etiam schedas Furlanetti servatas hodie Patavii in bibliotheca seminarii, maxime syllogen titulorum Patavinorum ab ipso de saxis descriptorum et exempla duorum illorum librorum auctoris manu emendata et hic illic aucta, item chartas varias cum his adservatas.

Patavium originem habuisse tradunt ab Antenore Troiano, qui capta urbe adsumptis Enetis ex Paphlagonia ad auxilium ferendum Troiam profectis (cf. Homer. Il. 2, 851) post varios casus hic sedem fixerit et devictis Euganeis eorumque rege Veleso (Servius ad Aen. 1, 242) condiderit populum Venetorum et caput eorum oppidum Patavium (Vergilius Aen. 1, 247; Livius 1, 1; Strab. 5, 1, 4 p. 212. 13, 1, 53 p. 608; Aelianus var. hist. 14, 8; al.). Quam fabulam antiquissimam fuisse inde colligitur, quod ipsi Catoni nota fuit (Plinius h. n. 3, 1, 130) indique adeo tricesimo quoque anno celebrabantur Patavii Graeco more in honorem Antenoris (vide quae adnotavimus ad n. 2787), etsi probabile est eam aut ortam esse aut certe percrebuisse eo demum tempore, quo in his partibus dominabantur Romani, quos aperte in originibus suis imitati sunt Patavini ita, ut Aeneae Antenorem, Latinis Euganeos substituerent, in summa autem hoc efficerent et ipsos Troianos se esse*) et 'gentiles Romanorum' (schol. Veron. ad Vergilii Aen. 1, 247). Quo item recte referemus quod capta urbe Galli ab arcis obsidione dicuntur abscessisse propter impetum in eorum agros factum a Venetis (Polyb. 2, 18). Crevit autem Patavium sic ut Roma maxime perpetuis bellis; nam Patavinos Venetiae semper in armis fuisse et perpetuo pugnasse cum accolis Gallis auctor est T. Livius ipse Patavinus (10, 2 cf. 5, 33) et addit Strabo (5, 1, 7 p. 213) Patavinos olim hominum milia ad CXX in armis habuisse. Navibus quoque multum potuisse Patavinos, quorum territorio orae tractum non exiguum comprehensum fuisse infra videbimus, ex iis apparet, quae de Cleonymi regis expeditione et de victoria a Patavinis de piratis iis reportata ludicroque navali annuo in eius victoriae memoriam instituto ad annum u. c. 452 in annalibus Livii (l. c.) referuntur. — Romani cum Pado superato Gallis bellum inferrent, his Veneti moribus quidem et habitu similes, sermone tamen diverso (Polyb. 2, 17) perpetuisque bellis inimici partes Romanorum secuti sunt (Polyb. 2, 23) itemque in bello Hannibalico contra Gallos cum Romanis steterunt (Polyb. 2, 24); unde credibile est eorum opes dominatione Romanorum etiam magis crevisse. A. 579 vel 580 cum legati quidam Romanorum per Patavium transeuntes itemque legati ipsorum Patavinorum ad senatum renuntiassent certamine factionum ibi intestinum bellum exarsisse neque coerceri posse rabiem gentis, senatus iussu consul seditionem eam compressit (Liv. 41, 27). Civitatem autem Romanam dubitari non potest quin adepti sint cum reliquis Transpadanis lege Iulia Caesaris a. u. c. 705. Opulentissimam vocat Mela 2, 2, 59. Idem testatur Strabo 5, 1, 7 p. 213 etiam luculentius: τὸ Πατάουιον, πασῶν ἀρίστη τῶν ταύτῃ πόλεων, ἥ γε νεωστὶ λέγεται τιμήσασθαι πεντακοσίους ἱππικοὺς ἄνδρας. Addit 3, 5, 3 p. 169 Gadibus censos esse equites Romanos quingentos, ὅσους οὐδένας οὐδὲ τῶν Ἰταλιωτῶν πλὴν τῶν Παταουίνων, unde apparet imperante Augusto (nam eius census Strabo intellegit) Patavium si non numero civium, certe censu inter oppida civium Romanorum imperii universi cum Gadibus primum post Romam locum obtinuisse (cf. Cicero Philipp. 12, 4, 10). De com-

*) Troia quoque fuit vel certe dicitur fuisse in litore Patavino (Liv. 1, 1) sicut in litore Latii. Etiam responsum quod acceperat Antenor, ut eo loco conderet urbem, quo sagittis avem petisset (Serv. ad Aen. 1, 242; schol. Veron. et Serv. ad Aen. 1, 247), refert responsum de scrofa coniunctum cum primordiis Latinorum. Ab eo oraculo ipsum Patavii nomen alii derivabant, alii a palude proxima Patena (Servius l. c.), quod verum esse potest.

mercio eorum idem sic ait l. c.: δηλοῖ δὲ καὶ τὸ πλῆθος τῆς πεμπομένης κατασκευῆς εἰς τὴν Ῥώμην κατ' ἐμπορίαν, τῶν τε ἄλλων καὶ ἐσθῆτος παντοδαπῆς τὴν εὐανδρίαν τῆς πόλεως καὶ τὴν εὐτεχνίαν et paullo post 5, 1, 12 p. 218, ubi agitur de lanificio, inter mollem lanam Mutinensium et duram Ligurum medium locum obtinere Patavinorum, ἐξ ἧς οἱ τάπητες οἱ πολυτελεῖς καὶ γαύσαποι καὶ τὸ τοιοῦτον εἶδος πᾶν ἀμφίμαλλόν τε καὶ ἑτερόμαλλον (cf. Martialis 14, 143: *Patavinae tunicae. Vellera consumunt Patavinae multa trilices et pingues tunicas serra secare potest*). Florebat autem oppidum ea aetate, ut nostra quoque, non solum opibus, sed etiam frugalitate; cf. Plinius ep. 1, 14, 6: *habet aviam maternam Serranam Proculam e municipio Patavino; nosti loci mores, Serrana tamen Patavinis quoque severitatis exemplum est* et Martialis 11, 16: *tu quoque nequitias nostri lususque libelli uda puella leges, sis Patavina licet.* Id ipsum etiam tituli testantur numero multi, sed antiquae fere simplicitatis, item mira paucitas titulorum honorariorum. Etiam in litteris Patavinos locum obtinuisse satis declarant nomina T. Livii, Q. Asconii Pediani, Thraseae Paeti Patavinorum. Nomina, quae in titulis leguntur, omnia fere Latina plane sunt, barbara paucissima eaque quae inveniuntur Illyricana magis quam Gallica (cf. ad n. 3019).

Patavium postquam municipium civium Romanorum factum est, statum non mutavit et semper mansit municipii loco (cf. Plinius ep. 1, 14, 6 et inscr. n. 2879). Praefuerunt ei *IIIIviri iure dicundo* (n. 2829. 2835. 2854. 2871. 2873. 2877) vel *praefecti iure dicundo* (n. 2504. 2836. 2849. 2852. 2854. 2858. 2859. 2868), qui praefecti etsi vere hic quoque extra ordinem creabantur (nam additur n. 2852 *ex decurionum decreto*), tamen tam saepe in ordine honorum summi magistratus locum obtinent et tam raro praefectura et quattuorviratus eidem homini tribuuntur (ut n. 2852), ut illa quoque ordinarii magistratus speciem prae se ferat. Neque iterationis neque quinquennalitatis exempla tituli adhuc reperti subministrarunt. Aedilitas praeter dubiae interpretationis fragmentum n. 2880 non enuntiatur nisi in titulo notissimo n. 2864 *IIIIviri aediliciae potestatis e lege Iulia municipali;* ex titulis tamen, in quibus *IIIIviri* nominantur nude (n. 2791. 2828. 2852. 2878), quidam fortasse pertinebunt ad minores, probabiliterque quattuor *praefecti*, qui decuriones consulunt n. 2856, locum obtinuerunt tam maiorum quam minorum IIII virum. Quaestores nusquam nominantur; nominantur *curatores aerarii* (n. 2504. 2822. 2861). *Adlegati* numero quinque homines ingenui, quos de decurionum sententia pontem faciendum curasse titulus n. 2845 dicit aetatis opinor Augustae, aeque obscuri sunt atque *adlecti aerario*, quos in aliis tribus oppidis Venetis reperiri supra p. 186 observavimus. — Sacerdotes reperiuntur *pontifices* (n. 2848. 2855, item n. 2822, nisi hic fuit pontifex publicus populi Romani); *augures* (n. 2836. 2854); *salii* (n. 2851; nam pro cognomine non habuerim); denique femina *sacerdos divae Domitillae* (n. 2829). Praeterea conferenda est narratio ex Livii annalibus relata apud Gellium 15, 18 et Plutarchum Caes. 47 de C. Cornelio nobili sacerdote Patavino, qui pugnam Pharsalicam dicitur vidisse Patavii eo ipso quo fiebat die; item quae infra p. 271 exposuimus de sacris cum Aponi fonte coniunctis. — In tribu Fabia censos esse Patavinos praeter inscriptiones plurimas infra relatas ostendit titulus Germanicus (Brambach n. 268): *M. Sulpicius P. f. Fab. Pat. mil. leg. XX.* — Inveniuntur *seviri Augustales* (n. 2857. 2870. 2875), *seviri* (n. 2794. 2844. 2853. 2876), *Augustales* (n. 2525. 2872), quorum sexvirum unus ingenuus est (n. 2844); in his etiam mentio fit honoris *quinquennalitatis* (n. 2794). — Praeterea proprii sunt rei publicae Patavinae *Concordiales* (n. 2525. 2865, in quibus titulis rei publicae nomen enuntiatur, item n. 2307. 2843. 2869. 2872. 2874 et fortasse n. 2875), liberti omnes (nam Optatus n. 2872 quamquam filius appellatur, non propterea ingenuus credendus est) et dignitate ut videtur infra Augustales. Certe n. 2872 pater appellatur Concordialis Augustalis, filius Concordialis tantummodo spatio vacuo relicto ad inserendum opinor alterum honorem, si quando obtigisset, ut similiter spatium vacuum post *Conc.* remansit n. 2307 (cf. n. 2525). — Denique Patavii fuerunt *collegium fabrum* n. 2850, cuius ibi nominatur decurialis et quaestor, et *collegium centonariorum* n. 2864, cuius ibi nominatur patronus. — Labentibus rebus Romanorum correctores Venetiae et Histriae sedem habuisse videntur Patavii, ubi tituli ab iis dedicati duo n. 2809. 2810 reperti sunt. Praeterea in Notitia Occ. p. 121 ibi collocatur *praefectus Sarmatarum gentilium.*

Patavinorum agrum ab Atestino supra p. 240 discrevimus, quantum fieri potest; nam cum plurimi tituli prodierint ex universo agro inter Patavium et Ateste interiecto, tribus honoresque Patavinis proprii ad vicos usque Lovigliano (n. 2873) et Carraram S. Stephani (n. 2836) neque ultra perveniunt. Etiam regio Piovensis, unde titulos aliquot habemus repertos Bovolentae, Vigorovene, Piovegne, Piove, Corte, Vallongae, aperta prae se fert indicia Patavina (n. 2786. 2838. 2878. 2971), fuitque ibi sine dubio unus ex vicis tribus maritimis Patavinorum, de quibus sicut de ipsa ora maritima Patavinorum supra p. 219 diximus. Ibidem Chioggiam quoque aetate Romana Patavinorum fuisse videri demonstravimus; Malamocci tamen et Chioggiae repertos titulos, licet Patavini sint et ipsi, magis placuit separatim proponere. — Quatenus fines Patavini pervenerint Altinum versus et ad septentrionem, minus certa ratione determinari potest, cum praesertim in omnibus hisce regionibus mira paucitas sit titulorum, praesertim collata frequentia eius regionis quae est inter Patavium et Ateste. Altinum versus tres tantum titulos habemus repertos Lugi n. 2846, Arini prope Dolo n. 2929, ad Gambarare n. 2899, quorum primus et tertius honores enuntiant Patavinos. Septentrionem versus reperiuntur tituli singuli Altichieri n. 2947 et Peragae n. 2799, Limenae tres n. 2966. 3022. 3078, Curtaroli et ad Curtarolum quattuor n. 2821. 2889. 2987. 3021, Camposampieri denique unus n. 2904, quorum nullus originis indicium utile habet; nam tribus Romilia n. 2889 inutilis est nec magis quicquam inde efficias, quod Curtaroli eruderata est n. 2821 basis statuae in honorem Fulvii Plautiani dedicatae. Denique fines inter Patavium et Vicetiam inde determinantur, quod itinerarium Hierosolymitanum p. 559 X a Patavio lapide, XI a Vicetia stationem collocat *ad finem*. Ex inscriptionibus hic quoque raris hoc unum adnotandum est Mestrini prodiisse titulum n. 2843 Concordialis Patavini; vicinos Montegaldenses duos n. 3105. 3144, qui certa attributionis argumenta non subministrant, rettulimus inter Vicetinos, quorum territorio Montegaldum hodie certe comprehenditur.

2781 Utrum in aere scripta fuerit an in marmore, non traditur. De forma litterarum sic est in R: 'ʌ b ꝺ ϵ ꞔ l ꟽ q ʋ = *a b d e g l m q u queste lettere perpetuamente sono nell' istesso modo formate.*' — Ne de loco quidem satis constat. 'Inscriptio Patavina' BOUHIER; praescriptionem nullam habent exempla PINELLIANA. — Ceterum etsi archetypum Patavii fuit apud Pinellium ibi degentem ab a. 1558 ad a. 1601, tamen fieri potest, ut ad eum venerit Roma. Certe urbs Romana in ipso edicto v. 32 ita commemoratur, ut videatur ad eam magis pertinuisse quam ad universum imperium; neque adversatur communicatio exemplarium cum magistratibus iis qui nominantur v. 28. Romae MUR. temere.

ODO IVDICIO REPELLATVR VTRVM QVICVMQVE INTENTIONIBVS EVIS PROBATIONES
HABEAT ADEVNDI IVDICIS LIBERAM POTESTATEM AC MANIFESTIS INDICIIS DVOR M
ET SDAT VT PRO QVALITATE FACTORVM CONPETENTER IN EVM QVI CONVICTVS FVERIT
VR QVOD SI MINIME POTVERIT EA QVAE INTENTAVERIT CONPROBARE SCIRE DEBET SEVER
TENTIAE EVBIVGANDVM SANE SI QVIS ALICVI MAIESTATIS CRIMEN INTENDERIT
SMODI OBIECTVS MINIME QVEMQVAM PRIVILEGIO DIGNITATIS ALICVIVS A STRICTIORI
ƆNE TVEATVR SCIAT SE QVOQVE TORMENTIS ESSE SVBDENDVM SI ALIIS MANIFESTIS INDI
VT ARGVMENTIS ACCVSATIONEM SVAM NON POTVERIT CONPROVARE CVM IN EO QVI
E TEMERITATIS DEPRAEHENDETVR ILLVD QVOQVE TORMENTIS ERVI OPORTEAT CVIVS
DQVE INSTINCTV AD ACCVSATIONEM ACCESSISSE VIDEATVR VT AB OMNIBVS TANTI
CONSCIIS VINDICTA POSSIS REPORTARI ❧
AVTEM QVOD ADEVNDI QVOQVE IVDICIS TAM STATVTIS PARENTVM NOSTRORVM QVAM
STRIS SANCTIONIBVS INTERCLVSA SIT FACVLTAS OMNIBVS COGNITVM EST CVM EIVSMODI
AVDIENTIA NON DEBEAT COMMODARI QVANDOQVIDEM EOS PRO TANTI SCELERIS AVDACIA
VENIAT EVBIVGARI ❧
VE SIVE LIBERTIS QVI DOMINOS VEL PATRONOS ACCVSARE AVT DEFERRE TEMPTANT EIVS
IVXTA ANTIQVI QVOQVE IVRIS STATVTVM OBSERBANDAM ESSE CENSVIMVS VT SCILICET
M ATROCIS AVDACIAE STATIM IN ADMISSI IPSIVS EXORDIO PER SENTEMTIAM IVDICIS
R AC DENEGATA AVDIENTIA PATIBVLO ADFIXVS QVI AD EIVSMODI DESPERATIONEM
T EXEMPLVM CETERIS PRAESTET NE QVIS IN POSTERVM AVDACIAE SIMILIS EXISTAT ❧
VNDIQVE VERSVM SECVRITATI INNOCENTIVM CONSVLATVR PLACET ETIAM FAMOSOS
N ADMITTI QVOS SINE NOMINE PROPOSITOS SI QVI INVENERIT STATIM DETRAHERE AD
E VEL IGNI DEBEBIT EXVRERE IN QVIBVS ETIAM IVDICVM EIVSMODI OBSERVANTIAM
SIT VT SI FORTE AD SE TALIS LIBELLVS PERLATVS FVERIT IGNI EVM PRAECIPIAT CONCRE
EIVSMODI SCRIPTVRAM AE AVDIENTIA IVDICIS PENITVS OPORTEAT SVSMOVERI MANEN
OS INQVISITIONE QVI LIBELLOS EIVSMODI PROPONERE AVSI FVERINT VT REPERTI DEBI
TATIS SVAE POENIS SVBICIANTVR ❧
ITAQVE OMNIBVS TAM AD PRAEFECTOS NOSTROS QVAM ETIAM ET PRAESIDES ET RATI
MAGISTRVM PRIVATAE SCRIPTA DIREXIMVS QVORVM EXEMPLA ALIO EDICTO NOSTRO
SMODI LEGEM STATVTVMQVE CONTINEAT PLENISSIME DECLARATVR ❧
STIS CONSCIENTIA VESTRA QVAE TESTIS EST PRAEBET EAM SVMMAM CLEMENTIAE
PECTIBVS ET FVISSE SENPER ET ESSE CVRARVM VT BEATITVDO VRBIS ROMANAE
NOSTRIS OBTEMPERAT ADVERSVS OMNES OMNINO CALVMNIAS QVAS IN VNIVERSVM
S CAESARIANORVM DESPERATIO PORRIGEBAT FIRMISSIMIS MVNITA SECVRITATIBVS

Inter schedas Pinellianas bibliothecae Ambrosianae quattuor huiusce tituli exempla reperiuntur vel vere duo, unum in cod. D 199 inf. (mihi D), alterum in cod. R 97 sup. (mihi R), nam tertium et quartum eidem volumini inserta ex altero descripta sunt. Praeterea descriptum repperi in codice Parisino Bouhieriano n. 164 p. 285, quod exemplum quamquam aperte sumptum est ex nostro R, tamen Bouhierius quaedam ad archetypum videtur emendasse, nam et subscriptionem 'non vidi' postea induxit et pauca adnotavit non reperienda in libro Ambrosiano. Ego ita adhibui, ut propria tantum secundae lectionis enotarem. Duo exempla R et D apparet ad archetypum recognita esse et passim emendata (quod significatur R^a R^b, D^a D^b). Edidit Mur. 580 ad exemplum D, repetiverunt multi, ut Maius script. vet. V, 316 et Klenzius in ephemeride iuris Saviguiana vol. 9 (1838) p. 56—90, qui primus diligenter tractavit. Idem postea in eodem volumine p. 225—231 addidit variam lectionem codicis D, deinde Vesmius in Richteri et Schneideri ephemeride iuris vol. 5 (1839) p. 177 variam lectionem codicis R.

1 ODO IVDICIO REPELLATVR VTRVM QVI om. R. — CVMQVE I. E. PROBATIONES om. R^a. — In fine v. hiatus non adnotatur nisi a Bouhierio. — 2 ABEAT R. — DVOR.M om. R^a D. — 3 in. ET D, T R. — FACTORVM R^a, FACTVRVM R^b D. — CONFITENTER R^a. — 4 VR D, R R. — CONPROBARE D, COMPROBARE R. — SEVER R, SE D; hiatus in hoc v. extr. non adnotatur. — 5 TENTIAE D, ENTIAE R. — MAIESTATIS X CRIMEN R^a. — 6 SMODI D, MODI R. — 7 ƆNE R, ONE D. — SE DR^b, SI R^a. — INDI/// D. — 8 VT D, ƆC R^a, ƆE R^b. — 9 TIMERITATIS R^a. — DIPRAEHENDETVR D, DEPRENENDETVR R^a. — 10 DVQVE R^a. — 11 CONSCIS R^a. — 11 sic POSSIS RD. — 13 STRIS D, TRIS R^b, EIVS R^a. — 14 VDIENTIA R. — DEBEAT D^b, DEBENT D^a R^b, DIVENT ut videtur R^a. — COMMODERARI R^a. — TANTIS R. — 15 VENIAT RD, ante VENIAT 'vestigium τοῦ E' Bouhier in margine. — 16 VE R, NE D. — DEFICERE TEMPTANTIVS R^a. — 17 OBSERTANDAM R^a, OBSERVANDAM D. — 18 MAIORIS AVDACIAE R^a. — SENTENTIAM R^a D. — 19 DISPERATIONEM R^a. — 20 CAETERIS R^a. — PRAESTET D^b, PRESTET R^b, PRAESTITA D^a, PRAEVET R^a. — QVIS R, EVIS D. — 22 in. N om. R^a. — INVERIT R. — 23 IGNI D^b R^b, I . . . D^a, ISNI R^a. — EXVPERE D^a R^a. — IVDICIVM D^a. — 24 IGNI Bouhier ante corr., IGNE idem ex corr., ISNI R^a, ISNE R^b, IS D. — EVM R^b D, CVM R^a. — CONCRE R^b et sic (non CONCIT, ut legit Muratorius) etiam D (ubi quod superscriptum est *per ignem*, supplementum est), CONAE R^a. — 25 IVSMODI D et Bouhier. — EVSMONERI R. — 26 INQVISITIONE D et sic correxit Bouhier, IN INQVISITIONE R et ante corr. Bouh. — 27 POENIS R^b, POTIVS DR^a. — EVBIICIANTVR R^a. — 28 PRAESIDES ET DR^b, PRAESIDIS-A R^a. — 29 QVARVM R^a. — 30 LESEM ETATVTVM QVAE R^a. — CONTINEAT R^b, CONTINENT DR^a. — 31 CLEMENTIA/ R^a. — 32 PECTIMVS R^a. — EEATITVDO om. in hiatu R. — ORBIS R. — 34 DISPERATIO R^a. — PORRIGEBAT R^b D, P/RIGEBAT R^a, PORRIGEBAT inducta littera R Bouhier. — SERVITVTIBVS R^a.

Redeunt huius constitutionis capita duo, nempe v. 5 *Si quis* . . . v. 11 *reportari* et v. 16 *In servis quoque* . . . v. 19 *affigatur* in codice Theodosiano 9, 5, 1, prius item in codice Iustiniano 9, 8, 3. Unde infra proposui cum supplementis emendationibusque, quorum quae petita sunt ex codice Theodosiano, comprehenduntur uncis ( ), quae ex coniectura veniunt uncis [ ]. In his pleraque adscivi a Klenzio Vesmioque proposita; de gravioribus quae mutavi monui in adnotatione.

(Imperator Constantinus ad Maximum praefectum urbis.)

. . . .

[omnim]odo iudicio repellatur. V[e]rum[1] *quicumque intentionibus suis probationes [adde|re queat], habeat adeundi iudicia liberam potestatem ac manifestis indiciis [q]uor[u]m [fide | crimen st]et, edat, ut pro qualitate factorum competenter in eum, qui convictus fuerit, [ani|madvertat]ur. Quod si minime potuerit ea quae intentaverit conprobare, scire debet sever[is|simae se sen]tentiae subiugandum. Sane si quis alicui maiestatis crimen intenderit, | (cum in huiu)smodi obiectus minime quemquam privilegi[um] dignitatis alicuius a strictiori | (inquisiti)one tueatur*[2]*, sciat se quoque tormentis esse subdendum, si aliis manifestis indi(ciis) [iam a]ut argumentis*[3] *accusationem suam non potuerit conprovare, cum in eo, qui | (huius esse) temeritatis deprachendetur, illud quoque tormentis erui oporteat*[4]*, cuius | (consilio a)dque instinctu ad accusationem accessisse videatur*[5]*, ut ab omnibus tanti*[6] *| (commissi) conscii*[7] *vindicta possi(t) reportari.*

| [Infamibus][8] *autem quod adeundi quoque iudicia tam statutis parentum nostrorum quam | [etiam no]stris sanctionibus interclusa sit facultas, omnibus cognitum est, cum eiusmodi | [personis] audientia non debeat commodari, quandoquidem eos pro tanti sceleris audacia | [gladio con]veniat subiugari.*

| (In servis quoq)ue sive[9] *libertis, qui dominos vel*[10] *patronos accusare aut deferre temptant*[11]*, eius[modi poenam] iuxta antiqui quoque iuris statutum observandam esse censuimus, ut scilicet*[12] *| (pro fesso ta)m atrocis audaciae statim in admissi ipsius exordio per sententiam iudicis | (comprimatu)r ac denegata audientia patibulo adfixus*[13] *qui ad eiusmodi desperationem | [processeri]t exemplum ceteris praestet, ne quis in posterum audaciae similis existat.*

| [Praeterea ut] undique versum securitati innocentium consulatur, placet etiam famosos | [libellos no]n admitti. Quos sine nomine propositos si qui invenerit, statim detrahere ad[que discerper]e[14] *vel igni debebit exurere. In quibus etiam iudicum eiusmodi observantiam | [tenere fas] sit, ut, si forte ad se talis libellus perlatus fuerit, igni eum praecipiat concre[mari, cum] eiusmodi scripturam ab audientia iudicis penitus oporteat submoveri: manen[te item in e]os inquisitione, qui libellos eiusmodi proponere ausi fuerint, ut reperti debi[tis temeri]tatis suae poenis subiciantur.*

| [De expositis] itaque omnibus tam ad praefectos nostros quam etiam et[15] *praesides et rati[onales et] magistrum privatae scripta direximus, quorum exempla, alio edicto nostro | [quid ad huius]modi legem statutumque contineat[ur], plenissime declara[nt]*[16]*.*

| [Fidem, ut no]stis, conscientia vestra, quae testis est, praebet eam summam clementiae | [nostrae res]pectibus et fuisse semper et esse curarum, ut beatitudo urbis Romanae[17]*, [quae nutibus] nostris obtemperat, adversus omnes omnino calumnias, quas in universum | [ibi genu]s Caesarianorum desperatio porrigebat*[18]*, firmissimis munita securitatibus | [tuta sit].*

(PP. kal. Ian. Volusiano et Anniano cos.)[19].

[1] VTRVM traditur; emendavit Klenzius.

[2] *cum in huiuscemodi re convictus minime quisquam privilegio dignitatis alicuius a strictiore* (*adstrictiore* cod. Vatic. Theodosiani et Casinas Iustiniani) *inquisitione defendatur* Codex. Mihi visum est admissa mutatione facillima, ut ex *privilegio* fiat *privilegium*, traditam archetypi lectionem posse retineri.

[3] *iam aut argumentis* abest a Cod.

[4] *cum eo, qui huius esse temeritatis deprehenditur, illum quoque tormentis subdi oportet* Cod.

[5] *videbitur* Cod.

[6] *tanti* om. Cod.

[7] *statuta* ins. Cod.

[8] Sic supplevi secundum Dig. 48, 2, 4. 8. De poena gladii propter eiusmodi commissum testimonia deficiant, sed recte puto v. 13 sic explevit Vesmius.

[9] *vel* Cod.

[10] *aut* Cod.

[11] *temptaverint* Cod.

[12] *eiusmodi . . . scilicet* om. Cod.

[13] *adfigatur* Cod., hic finiens.

[14] Sic Klenzius collata constitutione C. Th. 9, 34, 10: *qui famosam seriem scriptionis . . . . . non illico discerpserint vel flammis exusserint.* Quamquam spatium vix satis capit id quod sic suppletur.

[15] *ad* pro *et* Klenzius.

[16] Sic emendo; CONTINEAT PLENISSIME DECLARATVR traditur.

[17] *orbis Romani* proposuit Krueger.

[18] sic supplevi, explicans de criminibus contra varios officialium ordines prolatis.

[19] a. p. Chr. 314. Ceterum error est aut in inscriptione aut in subscriptione. Nam a. 314 Ian. 1 praefectus urbi fuit Rufius Volusianus consul; contra Valerius Maximus praefectus urbi fuit a. 319 Sept. 1 — a. 323 Sept. 12.

2782 ara parva, ad Abanum rep. m. Oct. 1858, deinde apud Dominicum Urbani Patavii primum, deinde Venetiis.

ADEPTVS
APOLLINI
V · S · L · M

Descripsi. Ed. qui possidet Dom. Urbani *indice di una raccolta* (Patavii 1864) p. 25.

AQVIS APONI DICATI TITVLI.

Patavinorum aquae calidae (sic Plinius h. n. 2, 103, 227; cf. 31, 6, 61) sive *Aponus* (Lucan. 7, 193: *Aponus terris ubi fumifer exit;* Silius 12, 218: *Apono gaudens populus*, significans Patavinos; Martial. 6, 42, 2: *fontes Aponi rudes puellis;* Sueton. Tib. 14: *sorte .. monebatur, ut de consultationibus in Aponi fontem talos aureos iaceret;* Claudian. idyll. 6 inscr. *Aponus;* Cassiodor. var. 2, 39: *salutiferi Aponi meminisse potentiam* et post alia: *quae* [*balnea*] ... *Aponum Graeca lingua ... nominavit antiquitas*) ibi fuerunt ubi hodie est vicus Abano, adhuc ut olim celebratus propter balnea et iucunda et salutaria. Nobis, qui non antiquam locorum condicionem explicamus, sed titulos colligimus, satis erit verbo monuisse de thermis ibi extructis, de quibus reficiendis Cassiodori epistula citata agit, ubi sic est: *antiqua illic aedificiorum soliditas innovetur, ut sive in thermis, sive in cuniculis fuerit aliquid reparandum, te debeat imminente reconstrui*, memoranturque item ibi palatium sive aedes publica et piscina Neroniana. Ad donaria complura ibi exposita, quorum quaedam supersunt, alludit Claudianus l. c. v. 4 seq.: *cum tibi* (Aponi) *plebeius carmina dictet honos et sit nulla manus, cuius non pollice ductae testentur memores prospera vota notae.* Inscriptiones omnes cum numen significent elementis his A·A·, ea explicanda sunt aut *Apono Augusto* aut *aquis Aponi*, non *Aponis*, cum Aponum tantum apud auctores testatum habeamus; de Apolline enim non cogitarim, licet lacera scholia Veronensia ad Vergilii Aen. 1, 249 sic habeant: ... *Antenoris* .... *Aponi esse ... tus Apollo dictus ... dolores fuget.* — Geryonis oraculum, quod iuxta Patavium fuisse scribit Suetonius (Tib. 14), item prope Abanum fuisse cum Suetonius quodammodo indicat tum confirmat *Herculis aratri semita* quam ad Aponum monstratam esse ait Claudianus l. c. v. 25, recte huc relata a Cluverio Ital. ant. p. 152. Ad id oraculum cum sortes traherentur teste Suetonio l. c., eo rettuli vol. 1 p. 267 seq. sortes aereas erutas in Gallia Transpadana et quidem teste Manutio *a Bahareno alla Montagna ubi dicitur Casa Ceccio*, probabiliter opinor; attamen cum locum a Manutio enuntiatum ut certo determinarem mihi non successerit, sortes eas hoc loco repetere nolui.

2783 tabella non magna, rep. Abani prope Monte Grotto in effossionibus quas instituit marchio Dondi-Orologio († 1789) POLCASTRO; extat Patavii apud academiam.

C · ACVTIVS
C · F · MATVRVS
A · A · V · S · L · M

Contuli. Inscr. acad.; Mandruzzato *prodromo alla seconda parte dei bagni d'Abano* (1791) in tabula; Polcastro apud eundem *bagni d'Abano* 3, 52 et *Padova* p. 160 tab. 3 (inde Orelli 1643); Furlanettus p. 46 n. 47.

2784 Patavii habuit Gualdus secumque tulit Vicetiam URS. apud Gualdos FERR. CERCH. Addit ille rep. esse Vicetiae in S. Marcelli errore, cum id vere pertineat ad titulum statim apud Ferretum sequentem n. 3168. Hodie desideratur.

C · CASSIVS
SEVERVS
MISSVS · EX · PR
SPECVLATOR
5 A·A·V·S·L·M

Ursatus ms. et 1652 p. 277; Ferretus inscr. Vic. ms. f. 51; Cerchiari f. 49. Ab his pendent reliqui: Reines. 8, 18 ex Ursato; Furlanettus p. 47 n. 46; Schio inscr. Vic. p. 117; Orelli 1644.

2785 Abani rep. in pratis prope balneas VALLISNIERI 1711. *Trovata ad Abano e dall' abbate di S. Daniele affissa nella facciata della sua chiesa* CAM. SILVESTRI. Ibi in novis balneis POLCASTRO eodemque loco (*stabilimento Todeschini*) adhuc.

A A
C · CLVENTIVS · C · F
ROMVL · PROCVLVS
ATESTE·AEDILIS·II·VIR·QVAESTOR
5 AERARI·BIS·PONTIFEX·V·S

Contuli. *Giornale de' letterati d' Italia* 7 (Venetiis 1711) p. 475, cui miserunt Vallisnerius et Ioh. Bapt. Ursatus; Cam. Silvestri ad Averoldum c. a. 1713 (misc. Averoldi vol. XVI f. 183); Car. Silvestri apud Calogerà 6 (1732) p. 422 (inde Mur. 67, 8); Polcastro inscr. p. 16 n. 48, *Padova* p. 171; Mandruzzato *bagni d'Abano* 1 (1789), 41. 3, 61; Orelli 3987; Furlanettus p. 46 n. 46 male.

2786 Saccolongi rep., dum templum instauratur, et ibi servata SALOM. Prope Abanum adquisitam Facciolatius misit Camillo Silvestrio Rovigum SILV. Iam Veronae in museo philharmonico n. 149. — Regii ORELLI errore.

A · IVNIVS
MACRINOR · L
NIGELLVS
A · A · V · S · L · M

Contuli. Salomoni 1708 p. 278; Cam. Silvestri ad Averoldum c. a. 1713 (misc. ms. Averoldi vol. XVI f. 183); Car. Silvestri apud Calogerà 6 (1732) p. 423 (inde Orelli 3011); Maffei M. V. 89, 2; Furlanettus p. 47 n. 49.

2787 parva tabula marmorea litteris non optimae aetatis, sed bonis, rep. a. 1641 Aponi ad thermas in hortis Sertorii Ursati, ubi balnea administrantur, deinde Patavii apud eundem URS. (apud Licetum alibique) similiterque OUD. Rovigi in aedibus Silvestriis SALOM. (1696) SILV. Nunc Veronae in museo philharmonico n. 199.

Q·MAGVRIVS·Q·F·FAB
FEROX
LVS·EPIDIXIB·ET·CETAES·I·II·III·IN
GREG·VETVRIAN QVAE·ET·IVNI
ORVM·A·A·DICAVIT·EVRAS·VIII
ET·PERTIC·VNCINOR·XII·N·CCL·IX

Contuli; lectio certa est et evidens, puncta quoque omnia certa. Fortunius Licetus de quaesitis per epistolas vol. 2 (Utini 1646) p. 31, cui misit Ursatus a. 1644; Ursatus 1652 p. 211, ubi aere expressit, et 1678 p. 100, addita p. 349 sq. Lucae Holstenii de eo titulo ad Iohannem Rhodium epistula; Gudius ms. 1000, 1 ab Ovidio Montalbano professore Bononiensi, 1017, 1 de visu (inde Reines. 2, 24); Salomoni 1696 p. 181; Fabrett. 630, 257 ex schedis Barb. (nempe Suaresius in cod. olim Barb. iam Vat. 9140 descripsit ex Ursato); Cam. Silvestri *Giuvenale* p. 46; Car. Silvestri apud Calogerà 6 (1732) p. 853 sq.; Maffei M. V. 127, 4; Mandruzzato *bagni d'Abano* 1 (1789), 43; Orelli 2620; Furlanettus p. 44 n. 45.

Cum eo quod legitur v. 3 *lus(or) epidixib(us) et cetaes I. II. III* composuit Iahnius primum (spec. epigr. p. 87) titulum urbanum (Henzen 6188) mihi quoque visum ... *Caesaris lusor mutus argutus imitator Ti. Caesaris Augusti, qui primum invenit causidicos imitari*, quo certe hoc stabilitur lusorum in usu fuisse etiam de ludio; deinde (praef. ad Persium p. XL) Taciti locum ann. 16, 21: *Thrasea Patavi, unde ortus erat, ludis cetastis a Troiano Antenore institutis habitu tragico cecinerat* collatis aliis duobus Dionis 62, 26 de eodem Thrasea: *ἐν Παταουίῳ τῇ πατρίδι τραγῳδίαν κατά τι πάτριον ἐν ἑορτῇ τινι τριακονταετηρίδι ὑποκρινάμενος* et Charisii (p. 100 ed. Putsch., p. 125 ed. Keil) vel potius Plinii: *Cetariis Pomponius Secundus ad Thraseam, cum ratio cetaribus poscat, ut moenia moenibus, ilia ilibus, Parilia Parilibus: ea enim nomina, quae i ante a habent, ut cetaria, in bus necesse est desinant.* Et *cetae* huius tituli (nam *cetaes I. II. III* videtur esse casus sextus Graeca ratione declinatus) et *ludi cetasti* Taciti et grammatici *cetaria* (cum casu sexto heteroclito *cetariis* pro *cetaribus*) videntur pertinere ad ludos illos Patavinos in memoriam Antenoris tricesimo quoque anno editos; sed quid proprie ita significetur, propterea non minus ignoramus. — *Eura* autem et *pertica uncinorum* quid significent, si fieri potest, etiam magis incertum est, nec immorabimur in plane obscuris. Tantum adnotabimus proprietatem titulorum Patavinorum addendi in titulis extremis (rarius in principio vel in latere, v. n. 2873. 2885) litteram N̄, quae videtur significare *numero*, et post eam numerum aliquem. Scilicet reperiuntur sic N̄ CCXXXXII (n. 2864); N̄·CCLVI (n. 2885); N̄·CCL·IX (hic); N̄·CCLXI (n. 2794); N̄·CCC (n. 2873), si numerus integer est; N̄·CCC.... (n. 3019); N̄·CCC·II (n. 2797); N̄ CCC XXIII (n. 3031); N̄ CCCC XXVIII (n. 2943). Inveniuntur hae notae tam in sacris (n. 2787. 2794. 2797. 2864) quam in sepulcralibus (n. 2878. 2885. 2943. 3019. 3031), tam in titulis intra moenia Patavii eruderatis quam in iis qui ex agro prodierunt (n. 2794. 2873). Quem ob finem numeri ii adiecti sint, latet; hoc unum certum est eos nusquam observatos esse nisi Patavii, ut certe eiusmodi nota originem tituli Patavinam declaret.

2788 in villa Sacci Longi ad Patavium RED. Saccolongi in aede parochiali rep. et ibi servata SALOM. Prope Abanum adquisivit Facciolatius misitque Rovigum ad Camillum Silvestrium SILV. Nunc Veronae in museo n. 147.

M · TERENTIVS
M·L·SECVNDVS
A·A·V·S·L·M

Contuli. Habent Rodianus Pat. 65 (inde Gud. 333, 2); Salomoni 1708 p. 278; Cam. Silvestri ad Averoldum c. a. 1718 (misc. ms. Averoldi vol. XVI f. 183); Car. Silvestri apud Calogerà 6 (1732) p. 423, 8 (1733) p. 295 (inde Mur. 87, 10); Maffei M. V. 89, 1; Furlanettus p. 47 n. 50.

2789 in villa Apponi [= Abano] in S. Laurentii in gradu scalarum.

C·STIVS·C·F·C.....
A·A·V·S·L·M

Rodianus Pat. 63 (inde Gud. 819, 10). C·SITIVS·C·F·C·A·A·V·S·L·M traditur.

2790 prope Abanum rep. et ab abbate S. Danielis exposita in facie ecclesiae suae SILVESTRI 1713.

A · A
C · TREBIVS
C · F
FIRMVS
CVM · DONO
V·S·L·M

Cam. Silvestri ad Averoldum c. a. 1713 (misc. Averoldi vol. XVI f. 183); Car. Silvestri apud Calogerà 6 (1732) p. 421 (inde Mur. 87, 12; Furlanettus V. 38 n. 51).

2791 in vico Putivitaliani [= Pozzovigiano II mil. a Patavio] in coemeterio SCARD. SAL. Unde venit Patavium in museum.

FORTVNAE · SACRVM
P·OPSIDIVS·P·F·RVFVS·IIII·VIR
TR·MIL·LEG·IIII·SCYTHIC
PRAEF · FABR

Contuli. Scardeonius p. 43. 84 (inde Grut. 72, 9); Ursatus ms. et 1678 p. 62 (inde Salomoni 1696 p. 405; ex hoc Mur. 80, 5); Furlanettus p. 36 n. 32 tab. 7.

2792 *a S. Pietro in Montagnare poco fa scavata* VALL. Venetiis in aedibus Bernardi Trivisan ASTOR.; in aedibus Suarez GRIS.

VELLEIA·P·F
CHRESTE
F·V·S·L·M

Vallisnerius in *Galleria di Minerva* 5 (1706), 113 (inde Salomoni 1708 p. 218, item ni fallor Mur. 104, 6 ex schedis suis; Polcastro *Padova* p. 177; Furlanetto p. 48 n. 52); Astor inscr. Venet. f. 1'; Grisellini ms. inter Taurinensia Gazzeriana.

2 CRESTAE Sal.

3 *F(ortunae) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito).* Vide vol. 1 p. 267.

2793 Patavii in ecclesia S. Iustinae.

VETVRIA·M·F·GEMELLA
C · DORCATIVS · VERVS
F · M · D · D · D

Servavit Antiquus. Habent Marcanova cod. Bern. n. 882, cod. Mot. f. 158' Pat. 21 (inde Ferrarinus cod. Reg. Pat. 54; Pingonius f. 232'; Scardeonius p. 59; Grut. 895, 1 ex Scardeonio); Redianus Pat. 50; Sanutus f. 57. A prioribus Ursatus 1652 p. 294 et Furlanettus p. 281 n. 310 (cf. p. 531).

Versuum divisio incerta. — 3 fortasse *F(ortunae) m(uliebri) d(onum) d(ant) d(edicant).*

2794 Piovegae olim in vico S. Crucis SAL., hodie Patavii in domo Ioh. Antonii Corradeni ad pontem Turricellarum SAL. ZENO.

G · C · D
NV · LAELI
VS · MAGN
VI·VIR·OB
HONOREM
Q·Q
N̄ · CCLXI

Salomoni 1701 p. 560; Zeno in epistula a. 1706 (ms. inter Muratoriana, ed. *lettere* 1, 365) misit Muratorio, qui ed. 712, 4. Inde Furlanettus p. 32 n. 31.

2 M· Sal., sed in explicatione habet *Manius.* De numero vide ad n. 2787.

2795 basim esse ex marmore Dalmatico et ex Dalmatia adlatam videri observavit Furlanettus probabiliter. — Patavii in aedibus Ridlorum versus cathedralem prope scalam URS. FERR.; comites da Rin dederunt museo publico.

duarum statuarum vestigia
GENIO · DOMNOR CERERI
T·POBLICIVS CRESCENS LARIBVS
PVBLICIS·DEDIT IMAGINES ARGENT DVAS
TESTAMENTO EX HS ∞ ∞

Contuli; de sinceritate tituli ne dubita. Habent Ursatus 1652 p. 33. 1669 p. 4. 1678 p. 39 (inde Reines. 1, 159; Spon. misc. p. 114; Donat. 19, 3); Meneghelli mem. antiq. lap. p. 20; Iac. Ferretus inscr. Patav. 3, 493; Orelli 1719, pro falsa habens post Maffeium sine causa; Furlanettus p. 32 n. 30 (cf. p. 516) tab. 4. Tractavit Borghesius opp. 7, 397.

2796 scripta in marmore rubro Veronensi. Patavii in domo Bassania PINGON. SCARD. PINELL., idque ipsum voluit MORILL. praescribens suis omnibus 'in domo Francisci Quirini et Alexandri Bassani'. Desiderari scribit URS.; sed habuit postea Io. Marsilius professor botanicae POLCASTRO. Nunc Catai in museo Obizziano.

ISIDI
SIGN · HARPOCRATIS
C · DIDIVS
A C V T I A N V S
DON · DED

Contuli. Pingonius f. 230'; Morillonius cod. Vat. 6039 f. 383', a quo pendent Smetius ms. Neap. p. 98, ed. 31, 15 'a Morillonio' et Pighius cod. Berol. f. 196; Scardeonius p. 70; Ligorius ms. Taur. 13; Pinelli cod. Ambr. C 61 inf. f. 44' et apud Grut. 82, 8 (inde Orelli 1873); Ursatus 1652 p. 312. 1678 p. 38 a prioribus; Polcastro inscr. p. 199; Cavedoni Catajo p. 85; Furlanettus Pat. p. 40 n. 40.

2797 columna RAMUS. Patavii in domo Hieronymi, postea Francisci Quirini PINGON. SCARD.; idque voluit, praescribens ordini toti 'in Francisci Quirini et Alexandri Bassani domo', MORILL. In aedibus Ramusii RAMUS. idque voluit PINELL., etsi locum non enuntiavit. Extare negat URSATUS. — Ad Aquileiam revocat FURLANETTUS non recte, cum clausula non reperiatur nisi in titulis origine Patavinis.

malleola
imago
ISIDI · REG
P · POSTVMI
VS · NECA
TEVS · ET
PVBLICIA
FELICITAS
L · D · D · D
N · CCC · II ·

Pingonius f. 235; Morillonius cod. Vat. 6039 f. 383', a quo pendent Smet. ms. Neap. p. 106, ed. 31, 12 'a Morillonio' et Pighius cod. Lazac. p. 7; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 2. 3; Scardeonius p. 69; Ligorius ms. Taur. 13; Ramusius in add. ms. ad Scardeonium p. 69 et in cod. Marc. n. 29 et in margine exempli orth. Manut. Rovigini; Pinelli cod. Ambros. C 61 inf. f. 43'; Grut. 83, 12 ex Smetio et Pinellianis. A prioribus Manutius orth. 627, 15; Ursatus 1652 p. 319. 1678 p. 39; Furlanettus p. 43 n. 44.

2 POSTVME Ram. — 3. 4 HECA | LEVS Morillon cum asseclis Smetio et Pighio.

De numero in fine vide ad 2787.

2798 tabella aerea prope Patavium rep.; m. Sept. 1833 fuit Patavii apud Zanattam venditorem ferri, *piazza dell' Erbe* FURL. Idem postea vendidit ignoto homini IDEM in add. ms.

Q·VALERIVS·Q·L·MENAND
ER · IVNONI·V·S·L·M

Furlanettus ms. et Pat. p. 7 n. 5.

1 MINAND ms.

Cf. Liv. 10, 2, 14: *rostra navium spoliaque Laconum in aede Iunonis veteri fixa multi supersunt qui viderunt Patavii.*

2799 in columnae striatae parte summa, ita ut prior versus scriptus sit in parte ea columnae, ad quam striae non perveniunt, alteri inter strias spatium relictum sit, ut, cum striae numero sint viginti, quinque earum ceteris breviores sint. Columna postea inversa est et ex parte ea, quae olim infima fuit, exsculpti leones quattuor iuncti, itaque opinor cippo alicui sepulcrali operculi loco impositi. Litterae antiquae sunt liberae etiamtum rei publicae. Peragne prope Patavium in coemeterio iuxta ecclesiam.



Contuli. Furlanettus ms. et ed. p. 435 n. 617 (inde vol. 1 n. 1435).

Significat Tampias mulieres donarium aliquod Iovi obtulisse.

2800 Patavii rep. prope S. Sophiae et allata ad comitem Ioh. de Lazzara URS. 1669. Lazzarae dederunt museo publico.

I · D
C · NELVIVS
ROMANVS
PRO·SE·ET·SVIS
V · S

Contuli. Ioh. de Lazzara ad Ursatum 14 Oct. 1669; Ursatus in epistula scr. a. 1669, ed. a. 1718 p. 4 et in hist. ed. a. 1678 p. 37 (inde Mur. 71, 9); Spon ign. deor. arae p. 40 et misc. p. 96 (inde Donat. 5, 2), qui vidit; Ferretus inscr. Patav. 3, 500; Moschini *guida di Padova* 1817 p. 180; Furlanettus p. 7 n. 4 tab. 3; Henzen 5627.

I(nvicto) d(eo) magis placet quam quod proposuit Henzenus *I(ovi) D(olicheno).*

2801 Patavii in domo de Centonibus apud pontem Molini ADD. AD. IUC. Deinde a. 1508 in domo Livii Bassani BONON.; itemque apud Bassanios viderunt MORILL. (praescribens 'in Francisci Quirini et Alex. Bassani domo') PINGON. SCARD. PINELLI URS. FURLANETTUS, qui vidit ibi a. 1824. Periit dum inde transferuntur lapides in museum publicum a. 1825 FURLANETTUS.

*MER*CVR*IO*
*AV*G · SACR
*IN · ME*MORIA*M*
*C·LAETI·*TAVRIN*I*
FILI·POSVIT
AELIA · MAXIMA
MATER·L·D·D·D

Codex Cicognae Iucundianus f. 223 Pat. n. 37; Bononius, qui vidit a. 1508, syll. f. 54; Morillonius cod. Vat. 6039 f. 383', a quo pendent Smetius cod. Neap. p. 95, ed. 25, 6 (inde Grut. 53, 17) et Pighius cod. Lazac. p. 45; Pingonius f. 232; Scardeonius p. 73; Ligorius ms. Taur. 13; Pinelli cod. Ambros. C 61 inf. f. 44; Pignoria in em. ms. ad Grut.; Ursatus 1652 p. 28. 1678 p. 41. Furlanettus (ms. et p. 9 n. 7) vidit fractam.

Quae non vidit Furlanettus, dedi inclinatis. — 5 FIL Scard. — pro 6. 7 ALIA·MATER (rel. om.) Bonon. — 6 ELIA omnes (praeter Bonon.) hiatu non indicato. — MAXIMINA Smetii ed. contra ms. et Pignoriam et reliquos.

2802 ara litteris non admodum antiquis, ut ait Furlanettus, sed rudibus admodum. In villa Appani [= Abano] MARCAN. et RELIQUI ANTIQUI. Deinde Patavii in aedibus olim Dondi *via delle Beccherie vecchie* n. 490 A PINELLI et POSTERIORES. Ibidem adhuc. — Ab altera parte legitur titulus n. 2923.

DIS PENATIBVS

Contuli. Antiqui referunt subiunctum titulo in eodem lapide inciso n. 2923 (inde Orelli 4455). Separatum proponunt Pignoria in suppl. ms. ad Grut. 768, 6 et *orig.* (1625) p. 53, qui ligno expressit; Ursatus 1652 p. 181, qui expressit aere, et 1678 p. 42; Polcastro *Padova* p. 77; Meneghelli memoria antiquario-lapidaria (Patavii 1808. 4) p. 12 qui aere expressit; Furlanettus p. 30 n. 28.

2 littera E hanc formam habet E errore quadratarii.

2803 in ara quadrata, in cuius latere dextro manipulus spicarum est et uvae rum racemo suspensi funiculo ex anulo, cui arae impositum est in basi minore simulacrum Priapi sublata tunica genitalia ostendentis, scriptus titulus proponitur certe in codice Mutinensi Marcanovae, ubi adnotatur: 'figura Priapi ex aere inaurato huic similis adinventa in fundamentis capellae S. Petri de urbe tempore papae Nicolai quinti est apud 'Ioannem Marchanovam artium et medicinae doctorem Patavinum'. — Paduae extra portam Romanam tribus millibus passuum in sacello Ruaconi [= Roncon prope Albignasegum] in lapide corroso vetustate, et nunc appellatur porta sanctae Crucis MARCANOVA; similiter RED. GVD. et RELIQVI PLERIQVE. In villa Boccia [= Bagazzi opinor prope Roncmum] agri Patavini in domo magnifici militis D. Bernardi Bembi IVC. 'Assentior iis, qui Priapeorum librum esse Virgilii non putant . . . . . (Bernardus Bembus) cum . . diceret . . . nihil esse eius libri auctoribus incertius, nihil obscurius, unius epigrammatis testimonium attulit, quod quidem me iuvene non habebatur, affirmavitque sese illud primum omnium 'invenisse in Patavino quodam sacello lapide extra urbem tertio, si recte memoria teneo, in antiquo marmore incisum obrutumque ruderibus abiecto 'loco: idque fuisse postea temere Priapeorum carminibus pro Virgiliano ab inpressoribus [insertum]'. Ita sub persona Pomponii Laeti PETRVS BEMBVS (1470—1547) Bernardi filius. 'Repertum in agro Patavino marmori insculptum extremis quibusdam priorum quatuor carminum syllabis 'vetustate corrosis' ALDVS MANVTIVS 1517, respiciens fortasse Iucundianas lectiones v. 2 fin. 3 fin. 'Non vidimus; alibi enim translatum est' PINGONIVS.

VILLICVS · AERARI · QVONDAM · NVNC · CVLTOR · AGELLI
HAEC · TIBI · PERSPECTVS · TEMPLA · PRIAPE · DICO
PRO · QVIBVS · OFFICIEIS · SI · FAS · EST · SANCTE · PACISCOR
ADSIDVVS · CVSTOS · RVRIS · VT · ESSE · VELIS
IMPROBVS · VT · SI · QVIS · NOSTRVM · VIOLABIT · AGELLVM
HVNC · TV · SED · TENTO · SCIS · PVTO · QVOD · SEQVITVR

Habent Marcanova cod. Bern. n. 664, cod. Mut. f. 162 Pat. 55 (inde Pingonius f. 233; Scardeonius p. 62; Sirmondus cod. Paris. 1419 n. 427; Grut. 95, 3 e Scardeonio); Felicianus Pat. 5; Ferrarinus cod. Trai. f. 46, cod. Reg. Pat. 8; Lilius f. 56'; Redianus Pat. 99; cod. Vat. 6875 f. 81; cod. Chig. I. VI. 203 f. 35; cod. Bergomas Δ. VI. 38, qui dicitur scriptus esse Romae in castello S. Angeli a. 1441; Iucundus Pat. 35; Choler ms. f. 59. Hi omnes cum pendeant ab eodem exemplo Antiqui, indidem sumptam editores Priapeorum sylloge extremae addiderunt; certe repperi in antiquissima quae mihi praesto est editione eorum post carmina Vergiliana Vicetine 1479 fol. Legitur item apud Petrum Bembum in dialogo de culice Virgilii in opusculis (Basil. 1556) p. 84, a quo pendet omnino Ligorius ms. Taur. 13. Pendet ab eodem Bembo opinor Aldus in editione Priapeorum a. 1517, carmen a reliquis separans et praescribens ea quae supra leguntur. Iosephus Scaliger in appendice P. Vergilii Maronis (Lugd. Bat. 1573. 8) sic de hoc carmine scribit p. 473: 'nomine Tibulli in antiquis Tibulli codicibus inveniri et alii in editionibus suis admonuerunt et nos inter opera Tibulliana in optima scheda reperimus'. Optima scheda ei est liber Cuiacianus hodie deperditus, sicut praeter alia inde colligitur, quod ad carmen sequens *Quid hoc novi est* item non cum corpore Priapeorum servatum, sed cum hoc nostro mature ad ea adiectum allude, sic adnotat p. 474: 'in veteribus excusis Tibulli nomine editur . . . itemque 'in veteri membrana Tibulliana, quae est penes te, Iacobe Cuiaci'. Sed Scaligeranis his ut difficile est fidem negare (nec fidem eis negavit Lachmannus, cum propter ea poematis his locum dedit inter Tibulliana ed. 1829 p. 71), ita vix facilius est fidem habere. Nam ut mittam a doctissimis quibusque viris frustra me quaesivisse, quaenam sint istae editiones Scaligerana anteriores, quae carminibus hisce duobus Tibulli nomen adscribant, mittam etiam mirificum casum carminis omnino pertinentis ad certum aliquod sacrarium Priapi et ut ei incideretur compositi tam loco pristino servati quam inter opera poetae, hoc maxime mirandum est Scaligeranam editionem non solum propriam lectionem nullam proponere, sed etiam v. 6 consentire Scaligeri codicem, secundum disertum ipsius testimonium, cum lectione ab editoribus Vergilianis profecta et sine ullo dubio interpolata. Sed videant de his qui carmina Latina colligent; nobis non contigit, ut nodum solveremus. Hoc nemo negabit carmen dignum esse poeta eximio et aetate Augusta. — A prioribus acceptum repetiverunt Burmann anthol. 6, 82; Meyer anth. n. 1635; Furlanettus p. 51 n. 56.

Lapidi incisum extitisse titulum constat ab auctoritate optime defensum, quamquam fortasse non plus semel descriptus est; nam Bembus etsi vidit adeoque possedit titulum, tamen potest dedisse ad exemplum Antiqui. Denique vilicum aerarii, quod vocabulum ne intellexisse quidem eius aetatis homines interpolationes ostendunt, quis finxerit? Quapropter eam quoque suspicionem procul habendam esse censeo saec. XV medio doctum aliquem Italum eum incidendum curasse villae suae exornandae causa. — V. 1. dabo Marcanovae (Bern.), Feliciani, Rediani, Lilii, Vaticani (6875), Chigiani, Iucundi, editionis Vicetinae, Bembi, Scaligeri. — 1 VILLICVS (VILICVS Iuc.) AERARI (AERARII Red. Chig., ERARI Felic., ERARII Iuc.) QVONDAM plerique, VILLICVS·AERARII·CVSTOS Vatic., RVSTICVS·AERARI·QVONDAM Vicet., AERARII·QVONDAM·CVSTOS Bemb. Lig., AERATI (sic) QVONDAM·CVSTOS Scal. in textu, VILLICVS AERARI idem in lemmate adnotationis. — CVLTOR·AGELLI] VILICVS·HORTI Vicet. — 2 HEC Lil. — PERSPECTA Vicetina, RESPECTVS coniecit Reinesius. — DICO] DIC DICO errore calami Iuc. — 3 PRO] POR Fel. (Ver.), 'al. POR' margo Marcanovae. — OFICIEIS Red., OFFICIIS Chig. Vic. Scal. — PACISCOR] PAC Iuc. — 4 ASSIDVVS Fel. (Marc.) Lil. Vic. Scal. — VELLIS Vicet. — 5 VIOLARIT Lil. Iuc. Bemb. Scal. — 6 TENTO reliqui, etiam Bembus, TACEO Vicetina et solus ex nostris Lilius, omnino ex editione aliqua Vergilianorum, cum in Patavinis praeterea nihil habeat eximium; 'TACEO veteres excusi, item et optima scheda Tibulli' Scaliger.

Villicus aerari quid velit, recte perspexerunt Scaliger ad h. l. et Iac. Gothofredus ad C. Th. 16, 5, 36; proprie puto significatur is qui dicitur *vilicus summarum* servus rei publicae, de quo supra dixi ad n. 737. Aerarium igitur intellege non populi Romani, sed rei publicae Patavinorum. Peracto autem officio fideque perspecta manumissus a re publica (sicut item manumissum esse apparet Aquileiensem illum vilicum) fundum comparavit ibique carmen hoc incidi iussit. Nomen videtur fuisse in alio lapide, ut saepe fit in talibus.

2804 Patavii rep. c. a. 1655 in via S. Aegidii prope monasterium Servitorum VRS., deinde in aedibus Ursati GVD. Postea Rovigi apud Silvestrios SILV. Nunc Veronae in museo n. 153.

IVSSV · PROSERPINAE
L · CALVENTIVS · L · L · FESTVS
ARAM POSIT
SACRVM

Contuli. Ursatus ms. et in epistula scr. a. 1669, edita a. 1719 p. 17, item in hist. ed. a. 1678 p. 40 (inde Mur. 117, 6. 142, 3); Gudius ms. 404, 1, ed. 60, 3; Silvestri *Giovenale* p. 366 ligno incidit; Maffei M. V. 84, 5 (inde Orelli 1475); Furlanettus p. 21 n. 20.

2805 Patavii in domo Hieronymi, postea Franc. Quirini SCARD. PING., idemque voluit, praescribens 'in Francisci Quirini et Alex. Bassiani domo', MORILL. (ms.).

VENERI · VIC
TRICI · PRIMA
MINVCIA · VISV
IVSSA · POSVIT

Pingonius f. 235. Morillonius cod. Vat. 6039 f. 383' vidit a. 1549; pendent ab eo Smetius ms. Neap. p. 105, ed. 26, 5 (inde Grut. 60, 2) 'a Pighio' et Pighius ms. Berol. f. 196, cod. Luzac. p. 59 et Lipsius ms. f. 18'. Aliunde Scardeonius p. 69. A prioribus Ursatus 1652 p. 319. 1678 p. 38; Furlanettus p. 17 n. 14.

Vv. aliter divisit Scard. — 1 nexus servavit Ping. — 3 MINVTIA Morill. et Smet. (ms.). — VSV Scard.

2806 rep. Abani prope Monte Grotto in effossionibus factis ab marchione Dondi-Orologio POLCASTRO; deinde Patavii in academia.

AT
. . E R I . .
POSVIT
. RIVS · MEN
. ATVS · VICE
. . VS · SACERD
. . S · AVG · PAS

Contuli. Inscr. acad.; Mandruzzato *prodromo alla seconda parte dei bagni d'Abano* (1791) in tabula; Polcastro apud eum *bagni d'Abano* 3, 52. 65 et *Padova* p. 181 tab. 3 n. 3; Furlanettus p. 435 n. 618.

. . . . . [*ma*]*xi*[*mo*] [*pro* . . *Va*]*lerio* . . . . . *posuit* . . [*Vale*]*rius Men.* [*Op*]*tatus Vice*(*na*) [*perpet*]*uus* (?) *sacerd*(*os*) [*Ind*]*is Aug*(*ustae*) *pas*(*tophorus*). Extrema explicavit Furlanettus.

2807 Abani rep., extat Patavii apud academiam.

. . IO
. ARG
. V · S · L · M

Contuli. Inscr. acad.; Mandruzzato *prodromo alla seconda parte dei bagni d'Abano* (1791) in tabula; Polcastro apud eundem *bagni d'Abano* 3, 52. 65 et *Padova* p. 181 tab. 3 n. 2; Furlanettus p. 432 n. 604.

2808 in plintho stylobatae 5 spith. longi, $2^{1}/_{2}$ alti, rep. Patavii 13 Mai. 1637 dum reficitur ecclesia monialium S. Bartholomaei una cum n. 2809 simillima.

P · MVLVIVS · CILO
DEDIT

Servavit Tomasinus de donar. (1639) p. 11. Inde Ursatus 1652 p. 306; Mur. 148, 6 ex Tomasino, 1713, 17 ex Ursato; Furlanettus p. 105 n. 96.

Versuum divisio incerta.

2809 rep. Patavii 14 Mai. 1637 una cum n. 2808 titulo simillimo TOMAS.; deinde ex dono abbatissae S. Blasii apud Ursatum URS. Postea Rovigi in aedibus Silvestriis SILV. Nunc Veronae in museo philharmonico n. 507.

SEX · POMPEIVS · SEX · F
DEDIT

Contuli. Habent Tomasinus de donar. (1639) p. 11 (inde Mur. 149, 2); Ursatus 1652 p. 212 et denuo inter deperditos p. 306 titulum domi suae servatum et ante a se editum (inde Mur. 1729, 1), item 1719 p. 96; Cam. Silvestri *Giovenale* p. 538; Maffei M. V. 92, 8; Furlanettus p. 105 n. 97.

Eiusdem est opinor n. 2836.

2810 Patavii rep. 1638 in hortis monialium ad S. Stephanum et ibidem servata TOMAS. URS. Deinde Rovigi apud Silvestrium SILV. Nunc in museo Veronensi n. 150.

M · PVBLICIVS
FESTVS · D · D

Contuli; integra est et margine comprehensa. Tomasinus de donar. (1639) p. 194 ab Ursato; Ursatus 1652 p. 21; Salomoni 1696 p. 405; Silvestri *Giuven.* p. 619 ligno expressit; Mur. 1733, 5 ex Ursato; Maffei M. V. 92, 2; Furlanettus p. 103 n. 95.

2811 Montegrotto rep. 1834.

F · COS . ER · TR . OT · V . ED

Furlanettus in add. ms.

2812 Patavii in aedibus Hieronymi, postea Francisci Quirini.

DIVO AVGVSTO

Servarunt Pingonius f. 235 et Scardeonius p. 67. Inde Ursatus 1652 p. 320 et Furlanettus p. 433 n. 606.

2813 Patavii in aedibus Bassaniis PING. SCARD. URS.; nunc in museo publico.

M · AGRI*PPA*
. . . COS

Contuli. Pingonius f. 232; Scardeonius p. 70 (inde Grut. 900, 15); Ursatus 1652 p. 70; Furlanettus p. 431 n. 599 tab. 60.

1 M · AGRIPPA priores, etiam Furlanetti tabula; in extremo versu primo marginem adfuisse significat Pingonius. — 2 punctum post primam litteram certum.

2814 Patavii apud Bassanios URS. Nunc in museo publico.

div[*o*] [*I* · TRA*iani parthici*
divi] [*N E R V*]*ae*

Contuli. Ursatus 1652 p. 70; Furlanettus tab. 60 (in ipso opere deest.).

Ne iungas cum fragmento quod sequitur; nam huius tituli elementa NERV maiora sunt litteris AE tituli sequentis. Videntur tamen tituli ambo reliquiae esse duorum divis fratribus simul dedicatorum.

2815 Patavii apud Bassanios URS. Nunc in museo publico.

divi seve[*AE · ABNEPO*]*ti*
t]*RIA · POTE*[*st*

Contuli. Ursatus 1652 p. 70; Furlanettus p. 432 n. 600 tab. 60, male uterque.

Marci est vel L. Veri.

2816 origine aut Patavina aut Dalmatica; nam aliunde lapides nullos habuit Ramusius pater. — Patavii in aedibus Io. Bapt. Ramusii in horti pariete introeunti ad laevam SCARD. similiterque MANUT. PINELLI (ms.); apud Contarenos PINELLI (Grut.). Nuper superior pars denuo effossa Este in hortis Contarenis inde translata est in museum Estense.

IMP · CAESAR
M · AVRELIO
ANTONINO
AVG · IMP · CAES
L · SEPTIMI · SE
VERI · PII · PER
TINACIS · AVG
ARABICI · *ADIA*
BENICI · *PARTHI*
CI · *MAXIMI* · *FIL*
D · *D*

Contuli quod extat. Panvinius cod. Vat. 6035 f. 28'; Scardeonius p. 84; Manutius cod. Vat. 5248 f. 4 et cod. 5237 f. 197; Ramusius cod. Barb. 1, Marc. 1; Pinelli cod. Ambr. C 61 inf. p. 49; Grut. 267, 5 e Scardeonio et Pinelli schedis. A prioribus Ursatus 1652 p. 322. 1678 p. 83; Furlanettus p. 57 n. 64.

Quae perierunt dedi inclinatis. — 1 CAES Man. 5248, CAESARI Man. 5237. — 10 MAX Scard. Ramus.

2817 ingens saxum hoc anno [1559] effossum Patavii ad S. Iulianam in aedibus Horatii Sorelli sacerdotis SCARD. In vico Arquati in aedibus de Gabrielibus URSAT. Extare negat FURL.

AETERNO · IMPERATORI
NOSTRO · MAXIMO · OP
TIMOQVE · PRINCIPI
AVRELIO · VALERIO
DIOCLETIANO · PIO · FE
LICI · INVICTO
AVGVSTO
PAETVS · HONORATVR · V · *c*
CORRECTOR · ITALI*ae*
NVMINI · EIVS · DICATISSIMVS

Panvinius cod. Vat. 6035 f. 35; Scardeonius p. 52. 82; ex eo et Ursini schedis Grut. 279, 4. Ex Scardeonio omnino Ligorius ms. Taur. 13; item fere Ursatus 1652 p. 191. 1678 p. 87, quamquam lapidem vidit; a prioribus Furlanettus p. 58 n. 67.

Vv. divisi ad Panvinium, a quo non multum recedunt Scard. 82 Grut. Ursat. — 8 fin. V . . . Panv., VIR Scard. Panvinius eodem exemplo usus esse videtur quo Scardeonius, sed antequam interpolaretur; nam Scardeonius cum ait inscriptionem licet aliquando imminutam tamen intellegi, significat se hiatus explevisse coniectura sua. HONORATVS · · · VIR Grut. Ursat. — 9 ITAL Scard. 52, ITALIAE Scard. 82 Lig. Grut. Ursat., STATI · · · Panv. — 10 DICATISS Scard. 52 Grut.

Cf. titulum T. Flavii Postumii Titiani *c. c. cos.* (a. 301) . . . . *corr. Italiae Transpadanae* (Orelli 1194). Fortasse hic quoque in fine v. 9 add. TRANSPAD*anae*.

2818 Patavii rep. a. 1819 in effossionibus quas Pedrocchius instituit apothecae causa, ubi glaciem servaret; dedit is museo.

PIISSIMO · AC · FOr
TISSIMO · D N · M
AVR VAL MAXI
MIANO p F iN
VICTO · SEMPER
AVG ·
ISTEIVS · TERTVLLVS · V//
CORR · VEN · ET · HISTRIA//
N E S D

Contuli. Labus in epistula ad Cancellierium *epigrafe antica nuovamente scoperta in Padova* (Mediolani 1819. 8; item in *Gazzetta di Milano* 1819 n. 208. 215 et in comm. Athenaei Brixiani 1818/9 p. 88); Furlanettus p. 59 n. 68 tab. 8; Orelli 1050.

4 versus mihi non visus est data opera erasus esse. — 9 *n(umini) e(ius) s(emper) d(evotus)* Labus recte. Cf. titulus eidem dedicatus apud Henzenum n. 6476.

2819 Patavii extra ecclesiam S. Iustinae in lapide nuper reperto IUCUNDUS. 'Nunc apud d. Hannibalem de Bassanis' addit IUCUNDUS CICOGNAE; in domo Bassaniorum POSTERIORES. Inde venit in museum publicum.

M · ARRVNTIO
M · F · TER · AQVILAE
III VIRO · A · A · A · F · F
QVAEST · CAESARIS
TRIB · PL PR · COS
XV · VIRO · SACR · FAC
FILIO

Contuli. Habent Iucundus n. 11 primus; item cod. Borghini ms. p. 63; Apianus 336, 1 (inde Smetius 162, 4); Pingonius f. 232; Scardeonius p. 72; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 118; Cittadini cod. Ven. p. 193, cod. Vat. 5253 p. 411; Morillon cod. Amstelaed. f. 36 (inde opinor Smetius 75, 2); Ligorius cod. Taur. 13; Pinelli cod. Ambros. C 61 inf. f. 44. 96; Grut. 366, 1 ex Apiano et schedis Pinelli; Ursatus 1652 p. 66, 1669 p. 243, 1678 p. 34; Furlanettus p. 61 n. 71 tab. 16.

Cf. rescriptum Vespasiani datum *C. Arruntio Catellio Celere M. Arruntio Aquila cos. IIII idus Octobr.* (Orell. 4031); quos c. a. p. C. 72 fasces gessisse post Marinium (Arv. p. 149. 152). Borghesius (opp. 7, 398) adnotavit. Alterum M. Arruntium Aquilam consulem suffectum anno, ut videtur, 66 nominant acta Arvalium.

2820 in agro Patavino rep. septimo ab urbe lapide [Curtaroli SALOMONIUS, sine dubio ex coniectura], deinde Patavii in aedibus Scardeonii SCARDEONIUS. Apud aedes Vinc. Scardeonii PINGON. Deinde ex dono domini aedium earum, qui tum fuit Camposampierus, apud Ursatum URS. Inde venit Rovigium ad Silvestrum, Rovigio Veronam, ubi est in museo philharmonico n. 318.

/ / / / /
O / / / / S · F
Q A S C O N I V s
GABINIVS · MODESTVs
PRAETOR · PRO · COS
PRAEF · AERARI · SATVRNi
DEDIT

Contuli. Pingonius f. 228; Scardeonius p. 45. 76 (inde Grut. 26, 2); Ursatus 1652 p. 212. 1678 p. 59; Salomonius 1696 p. 221 ex Ursato; Cam. Silvestri *Giuvenale* p. 531 et apud Mur. 183, 6; Car. Silvestri apud Calogerà 6 (1732) p. 370; Maffei M. V. 114, 1; Orelli 3168; Furlanettus p. 99 n. 89 ex Maffeio, p. 524 ad exemplum Borghesii; Borghesi opp. 7, 402, ubi emendavi.

V. 1, qui est evanidus totus fuitque iam aetate Pingonii (nam hic quoque incipit C S·F adnotans 'fractum est'), scriptus fuisse videtur litteris maximis; v. 2 minoribus scriptus fuit quam v. 3 illiusque principium ante C vel O scriptura vacabat; non recte igitur Borghesius cogitavit de *S(exti) f(ilio)*.

2821 basis ex marmore rubro Veronensi. Curtaroli 8 m. p. a Patavio ante ecclesiam humi iacet.

C · F V L V I o
C FIL
p L A V T I A N o
/ / / / / / / / / / / /
/ / / / / / / a d f i n i
iMPP · L · SEPTIMI · SEVER · pii
PERTINACIS · AVG · AR abici
ADIABENIC · PARTH ici
MAX · P · P et
M · AVRELI · ANTON ini
AVGG

Contuli. Ed. Furlanettus p. 57 n. 65 (cf. p. 519) exemplo non optimo; quonam spectaret titulus, Borghesium nihilominus intellexisse vidi ex Furlanetti additamentis ms.

2822 Patavii apud S. Sophiam, ubi ad praesens habitat reverendus d. Franciscus de Pisaro domini Fantini SANUTUS; in aedibus Ludovici a Vallibus prope S. Sophiam ROB. PING. SCARD.; in iisdem aedibus tum Optatorum URS.; ex iisdem tum Marii venit in museum publicum. — Apud Alex. Bassanum SMET. errore.

T · MVSTIO · C · F · FAB · HOSTILIo
FABRICIO · MEDVLLAE · AVGVRINO
ALLECTO · INTER · TRIBVNICIOS · AB
iMP · NERVA · CAESARE · AVGVST · PRAET p. C. 96/8
cVR · AER · PONTIFICI
d D

Contuli. Sanutus f. 54'; Pingonius f. 234; Morillon cod. Amstelaed. f. 33 (inde Smetius 75, 4 'ab aliis'; ex Smetio Grut. 440, 4, citans item Robortellum et Scardeonium) eodemque exemplo Metellus cod. Vat. 6039 f. 380, qui habuit a Lud. Budaeo; Robortellus emend. (1557) f. 46; Scardeonius p. 77; Ursatus 1652 p. 166. 1678 p. 65; Furlanettus p. 68 n. 75 tab. 9.

1 fin. O hodie effracta. — Uxorem huius Furlanettus existimat fuisse *Asconiam C. f. Augurini, sacerdotem divae Domitillae* (n. 2829) probabiliter. — De curatore aerarii vide capitis praefationem.

2823 Patavii in claustro monasterii S. Iustinae IUC. et COD. OLIV. Laude in villa S. Floriani in aedibus marchionis Georgii Sfortiae Pallavicini GOLDANIGA et COD. VIGN.

SEX · PAPINIO · Q · F
ALLENIO
TR · MIL · Q · LEG
TI · CAESARIS · AVG
TR · PL · PR · LEG pr. p. Chr. 27
TI · CAESARIS · AVG
PRO · PR · COS · XV · VIR cos. p. Chr. 36
SACR · FAC
D · D

Habent primi Iucundus in cod. Magliabecch. (a Veronensi abest) f. 150 et codex Olivae f. 72; ab illo pendent Apianus 336, 3 (inde Smetius 162, 5 et pessime Scardeonius p. 63) et Panvinius fast. ad a. 789. De lapide Hier. Bononius cod. 1874 f. 48, item cod. 1873, qui vidit a. 1504; Grut. 447, 9 ex Apiano et Verderianis. Ursatus 1652 p. 228. 1678 p. 47 a prioribus. Laude descriptam dant cod. Papiensis f. 33; Lodi *discorsi* (1629) p. 178; Iosephus Goldaniga in schedis Muratorianis fasc. 17, 224; cod. Vignatianus; Molossi *uom. ill. di Lodi* p. XXVII (inde Furlanettus p. 70 n. 76); Vignati p. 251.

2 GALLIENO Panv. interpolans. — 4 TRIB · PL Mol.

Cf. Borghesius opp. 7, 396 cum adnotatione Waddingtonii. Plinius h. n. 15, 14, 47: *ziziphа et tuberes . . non pridem venere in Italiam, haec ex Africa, illa ex Syria. Sex. Papinius, quem consulem vidimus, primus utraque attulit divi Augusti novissimis temporibus in castris sata.* Quod Borghesius (opp. 7, 396) refert ad tribunatum militarem et quaesturam probabiliter. Praetor peregrinus Papinius fuit a. p. Chr. 27 testibus fastis Arvalium.

2824 Patavii in aedibus Bassaniis PINGON. SCARD. URS. Inde venit in museum publicum.

C F · FAB · SAr
DO · P · CESTIo
sugBRIO · DEXTRO
DVCENIO
R proco S · PROVINCIAe

Contuli. Pingonius f. 230; Scardeonius p. 73 (inde Grut. 541, 1); Manutius cod. Vat. 5248 f. 3'; Ursatus 1652 p. 68; Furlanettus p. 431 n. 597 tab. 59.

2 fin. 1 littera integra est, non alterius fractae pars superstes. Cf. n. 2829: *C. Asconio C. f. Fab. Sardo.*

2825 Patavii in aedibus Mussatorum ad S. Iacobum PING. URS. Ille addit titulos in ea domo servatos venisse Patavium ex agro Ravennati, sed videtur errare. Cf. n. 2827. 2867. 2960.

CONS · PR*cos. pont. et*
*hon*VNIAE · PR/

Pingonius f. 229; Ursatus 1652 p. 146 (inde Furlanettus p. 438 n. 624).

2826 in quodam sacello in vico Poruoli COD. SEM. Patavii in aedibus Bassaniis PING. SCARD. URS. Nunc in museo publico.

*proc*VRATORIS
ILLYRICI

Contuli. Codex seminarii Patavini n. 175 f. 19; Pingonius f. 231; Scardeonius p. 70 (inde Grut. 492, 6); Manutius cod. Vat. 5248 f. 2; Ursatus 1652 p. 70; Furlanettus p. 431 n. 598 tab. 59.

2827 arca. Patavii FERRAR. In domo illorum de Capitibus Listae SANUTUS; in domo Marci Antonii de Massatis IUCUNDUS similiterque ACCURS.; apud Mussatos in via S. Iacobi PINGON. SCARD. URS.; apud Maldurios FERRETUS. Nunc in museo publico. — Ex Ravennati agro titulum advectum esse Patavium scribit PINGONIUS; lapidem Dalmaticum esse ait et titulum ex Dalmatia oriundum conicit FURLANETTUS. Mihi credibile non videtur iam saec. XV titulos inde advehi coeptos esse Patavium.

D M
P AELI · PONTICI
MIL · COHORT · V · PR
VIX · ANN · XXII · MENS · II
DIER · XVII · AELIA · DOMITA
MATER · INFELICISSIM
ET SIBI

mulier stans velata — *iuvenis stans cervidum tenens*

Contuli. Habent ex antiquis Ferrarinus in solo codice Parisino Pat. n. 3, Iucundus Pat. n. 28, Sanutus f. 57; deinde Accursius Pat. 2; Scardeonius p. 76 (inde Panvinius cod. Vat. 6035 f. 86'; Grut. 517, 10); Pignoria in em. ms. ad Gruterum; Ursatus 1652 p. 146 aere expressam; Ferretus inscr. Patav. 3, 507; Furlanettus p. 180 n. 176 tab. 23.

2828 titulus monumenti rotundi litteris optimis. Patavii ad aedem Iohannis Baptistae metropolitanam CYR.; a tergo ecclesiae maioris MARCAN. (Bern. 394); ad altare maius ecclesiae maioris ab extra versus coemeterium IDEM (Bern. 400); in pariete exteriore sacelli quod est in ecclesia cathedrali divo Danieli dicatum PINELL.; in pariete prope terram e regione domicilii archipresbyteri URSATUS similiterque RELIQUI, etiam FURLANETT. Nuper illata est in museum publicum. — Polae COD. BRIX. MEDIC.

M · ALLENIVS · M · F · FAB
CRASSVS · CAESONIVS
TR·MIL·PRAEF·FABR
IIII · VIR

Contuli. Habent Cyriacus inscr. Illyr. n. 193; Marcanova cod. Bern. n. 394. 400, Mut. f. 156 Pat. 5; Felicianus Pat. 3; Ferrarinus cod. Trai. f. 46, cod. Reg. Pat. 8; Gammarus f. 83; Lilius f. 55; Redianus Pat. 24; Chigianus I. VI. 203 f. 131; cod. Angelicanus f. 33; Riccardianus 996 f. 46; Borghini p. 116 ex libello Fr. Pandulfini; Iucundus Pat. 14; Sanutus f. 54; Alciatus Frac f. 26 et 30; Choler f. 72. 76; Apianus 388, 3 (inde Scardeonius p. 63); Hier. Bononius syll. f. 48; Accursius Pat. n. 3; Robortellus emend. 1557 f. 48; Pingonius f. 234; Manutius cod. Vat. 5237 f. 227; Symeon *obs.* (1558) p. 88, epit. p. 95 (inde Smetius 162, 1); Morillon cod. Amstelaed. f. 28 et apud Metellum cod. Vat. 6039 f. 380; Pinelli cod. Ambros. C 61 inf. f. 35. 96; Grut. 351, 3 ex Scardeonio et Pinelli schedis; codex Brixianus Mediceus f. 1 ante ipsam syllogen; Ursatus 1652 f. 5 (cf. add.), 1678 p. 61; Mur. 834, 9 ex schedis suis; Cicognae cod. 1025; Traversa *ill. di una lap. sepolcr. Padovana* (1810) p. 11; Meneghelli *memorie* p. 37; Furlanettus p. 70 n. 77.

2829 Patavii in aede divae Iustinae COD. OLIVAE (ad v. 9—12). In domo Francisci Quirini MORILLON; in domo Hier. Quirini PINGON. Apud Alexandrum Bassianum SCARD. pro foribus Bassianorum PINELL. similiterque RELIQUI. Ex eo museo venit in publicum.

C · ASCONIO · C · F
FAB · SARDO
IIIIVIR · I · D
PRAEF · FABR
FRATRI
CVSINIAE · M · F
SARDI · MATRI
ET · SIBI
ASCONIA · C · F
AVGVRINI
SACERDOS
DIVAE · DOMITILLAE

Contuli. Codex Olivae f. 21 (v. 1—5) et f. 15 (v. 9—12); Hier. Bononius qui vidit a. 1504 syll. f. 47; Morillon cod. Amstelaed. f. 28; Panvinius Rom. p. 360; Pingonius f. 234; Scardeonius p. 70; Ligorius ms. Taur. 13; Pinelli cod. Ambros. C 61 inf. f. 36; Grut. 366, 4 ex Scardeonio et Pinellianis; Pignoria in em. ms. ad Grut.; Ursatus 1652 p. 65. 1678 p. 60; Franciscus Traversa eorum edito commentario *ill. di una pietra sepolcrale Padovana* Patavii 1810. 4 pp. 20; Orelli 2231; Furlanettus p. 124 n. 120 tab. 42.

Codex Olivae subiungit titulum n. 3097.

12 Domitilla uxor est Vespasiani adhuc privati, mater Titi et Domitiani; unde aetas tituli aliquatenus definitur. Cf. n. 2822. 2824.

2830 Patavii in aedibus Bassaniis PINGON. SCARD. URS.; nunc in museo publico.

AVR · IVSTINO · APR|I
ONI · VET · SEPTIM|I
VS · PROCVLVS · ET V|A
PROCVLVS · HERED|ES
CVRANTIBVS
FAVSTINO ET IV
LIO · LIBERTIS · B · M · P

Contuli. Pingonius f. 230; Scardeonius p. 73 (inde Grut. 529, 4); Ligorius ms. Taur. 13; Ursatus 1652 p. 52. 1678 p. 68 (inde Mar. 791, 3); Furlanettus p. 194 n. 188 (cf. p. 529) tab. 34.

3. 4 ET · VA|PROCVLVS Ligorius recte, pro his VA|ERIO CVIVS Ping., VALERIVS·EIVS Scard.

2831 Patavii apud Bassanios PINGON. SCARD. POSTERIORES; nunc in museo publico. Origine fortasse Ravennas.

aedicula cum rosa

A · AVRELIVS ·
s ENODOTVS
*se*T · EX · T · SIBI ET ·
ELIAS · AQVILEIÆ
*c*ONIVGI · DVLCISS
VIVVS · POSVIT
H·A·P·E·S·S·A·V·D·F·HS

Contuli. Pingonius f. 230; Scardeonius p. 74 (inde Grut. 651, 4); Ligorius ms. Taur. 13; Reines. 8, 12 a Bartholino qui vidit; Ursatus 1652 p. 68; Furlanettus p. 194 n. 187 tab. 140.

[Si quis] *h*(*anc*) *a*(*ream*) *p*(*ost*) *e*(*xcessum*) *s*(*upra*) *s*(*criptorum*) *a*(*perire*) *v*(*oluerit*), *d*(*abit*) *f*(*isco*) (*sestertium*) . . . . Furlanettus. Sed in his sunt quae offendant.

2832 Patavii apud Alex. Bassianum.

Q · LAELIVS · Q · F
ROM · FIRMVS
SPEC · COR · PRAE
CENTVRIA · L · VIL
ANNOS · VIXIT · XXVI
T · F · I

Servarunt Pingonius f. 231' et Scardeonius p. 71 eodemque exemplo Ligorius ms. Taur. 13. A prioribus Grut. 549, 8; Ursatus 1652 p. 312; Furlanettus p. 178 n. 172.

3 SPECCOR Ping., SPE(SEP Scard.) CHOR Scard. Lig. — 4 L · VII Ping., MIL Scard. Lig. — 6 E Ping. Lig., ET Scard. pro T.

2833 Patavii apud Bassanios PING. SCARD. et POSTERIORES. Nunc in museo publico. — Origine crediderim Ravennatem.

D *ascia* M
F · MARIO · N · *sic*
GRY · CORVI
NA · NICON ·
VIX · AN · LXII
MIL · AN · XXV
III AESCVLA
PIO s s
ASCLEPIO
DOTI·E
N · CONIVG

Contuli. Pingonius f. 230; Scardeonius p. 73 (inde Grut. 806, 10); Ligorius ms. Taur. 13; Reines. 8, 32 ex Scardeonio et exemplo Th. Bartholini; Ursatus 1652 p. 57 qui aere expressit (inde Mur. 827, 6); Furlanettus p. 187 n. 181 tab. 40.

2 punctum post N certum; male multi NI. Quid significent verba N·GRY·CORVINA, nescio.

2834 Patavii apud Ramusios PINELLS (ms.), apud Contarenos PINELL. (Grut.). Fortasse origine Ravennas.

navis
L · MEMMIO · IDEN · HEBRENI
MIL · CLASS · 7 · SABINI · QVI · VIXIT · ANN · XXX
MILITAVIT · ANN · XII · HERED · EIVS · FECER
IARSA · FRATER · SVVS · PAVLVS · Q · CVSFILIA PER
L · CORANVM · VRSVIVM · FIDVC · HER

Ramusius cod. Marc. 25, cod. Barb. 16 indeque per Pinellum Grut. 553, 2 (inde Furlanettus p. 189 n. 183); Pinelli cod. Ambros. C 61 inf. f. 50; Pignoria in em. ms. ad Grut.

5 VRSVIVM Ramus. Pin. (ms.) Pign., VRSINVM Grut. ex coniectura.

2835 litteris bonis. Patavii in S. Iustinae IUC. et COD. OLIV. Deinde Laude in domo Bassiani Pontani PAP.; in S. Romano LODI; in nosocomio maximo MOLOSSI FURL. EGO.

T · MVTIO · T · F
CRACILI *sic*
PRAEF · FABR
IIII VIR · I · D
D · D · PVBLICE

Contuli. Habet primus Iucundus in cod. Magliabecch. (a Veronensi abest) f. 150 et codex Olivae f. 79'; ab illo pendent Apianus 336, 4 (inde Scardeonius p. 63) et Panvinius cod. Vat. 6035 f. 66'. Deinde de lapide Hier. Bononius qui vidit a. 1504 syll. f. 47'; Grut. 440, 5 ex Apiano et Verderii schedis. Ursatus 1652 p. 296 et 1678 p. 36. 64 a prioribus. Laude descriptam dant codex Papiensis f. 48; Hier. Borsieri cod. Paris. 8957 f. 70; Def. Lodi *discorsi* (1629) p. 158; Mur. ms. 18, 224 ab Argelato; Zaccaria episc. Laud. p. 24; Molossi *nom. ill. di Lodi* p. XXVI. XLI; Furlanettus p. 77 n. 80; Vignati *stor. Lodig.* p. 222.

2836 cippus magnus optime scriptus. Rep. a. 1552 in abbatia pagi Carrariae intus in ingenti operculo sepulcri Galearcae Marsilii Carrariensis uxoris SCARD. Patavii in aedibus Corradinis ad S. Danielem URS. STEPH. POLC. Nunc Cataji in museo Obizziano.

SEX · POMPRIVS · SEX · F
PRAEF · I · D · PRAEF · FABR · BIS
AVGVR · SIBI · ET
TVLLIAE · SEX · F · SEVERAE · VXORI
ET · SEVERAE · FILIAE · ANNOR · XX

Contuli. Scardeonius p. 82 (inde Grut. 455, 5; Salomoni 1696 p. 389); Panvinius cod. Vat. 6035 f. 139; Ursatus 1652 p. 188, ubi aere expressit, et 1719 p. 97; Stephanonius ms. p. 69; Polcastro inscr. p. 197; Furlanettus p. 131 n. 124.

Cf. n. 2809.

2837 Patavii rep. academiae Patavinae dono obtulisse patres Somaschios scribit POLCASTRO; at non ad eum pervenit, sed Cataium in museum Obizzianum.

C · kEMMIVS P F
RVFVS
MISSVS · EST *sic*
PRAETORIO DIVI
AVG · CVRATOR · ET

Contuli. Ed. Polcastro apud Mandruzzatium *bagni d' Abano* 3 (1804), 63 et *Padova* p. 178; Furlanettus p. 200 n. 192 (cf. p. 529).

2838 *a Corte di Piove di Sacco* MANUTIUS. In villa Curtis supra podium propylari scalarum domus archipresbyteri URSATUS.

FAB · VETERANVS · LEG · XX
SIBI · ET · C · SAVFEIO · T · F · FILIO
TVLLIAE · Q · F · SECVNDAE
VXORI · V · P

Manutius cod. Vat. 5248 f. 29 in schedula agglutinata; Ursatus ms.

Supra fractam esse non enuntiatur. — 3 TVLLIAE · Q · F. Man., IIIALOF Urs.

2839 in columna. Origine videtur Atestina. Patavii in monasterio S. Iustinae ANT.

OSSA
SALVI · SEMPRONI
C · / · ROM
LEG · XI · ACTIACO
LICINIA · I · / · F

Servavit Antiquus. Habent ab eo acceptam Felicianus Pat. 9 (inde Marcanova Mut. f. 157 Pat. 10 et ex eo Scardeonius p. 58 et ex Scardeonio Grut. 559, 8; Ferrarinus cod. Trai. f. 46', cod. Reg. Pat. 5 et inde Mur. 849, 4 ex schedis Farnesiis); Lilius f. 53; Redianus n. 37; Iucundus n. 6; Sanutus f. 54; Apian. 338, 2; Grut. 561, 12 ex Apiano et Verderianis. Ab his reliqui: Ursatus 1652 p. 294; Furlanettus p. 175 n. 168; Orelli et Henzen n. 3996. 6671.

Vv. divisio incerta. — 2 SALVIVI·EMPRONI Red., SALVINI · SEMPRONI Felic. (Marc.), SALVINI · EMPRONI antiqui plerique, SILVINI EMPRONI Iuc. — 3 CEROM traditur (CERONI Lil.); em. Furlanettus. — 4 ANTIACO Red., ANTICO Felic. et plerique, ANTIOCO vel ANTIOCIO Ferr. (Par. et Reg., non Trai.) ex coniectura; emendavit Furlanettus. — 5 LICINIA · I · L · P traditur.

2840 Patavii in aedibus Bassaniis PING. SCARD. URS.; nunc in museo. — Origine opinor Ravennas.

CII ·
ALEX ·
MIL · A · XXVII
M · TITIVS · HO
NORATVS · HER
III · APOL ·
B · M · P ·
sir alone

Contuli. Pingonius f. 231; Scardeonius p. 71. 72 (inde Grut. 570, 8); Ligorius ms. Taur. 13 bis; Ursatus 1652 p. 57; Furlanettus p. 183 n. 180 tab. 39.

Ligorius initium sic explevit: ABL · ALEXANDRO · VETERANO · ET · ALEXANDRO · SEVERO · VIXIT · AN · LXXX · MIL · cet.; deinde v. 5 pro HER · III · APOL dedit LEG · III · APOL · P · F.

2841 Patavii in domo domini episcopi apud portellum MARCAN. et ANTIQUI PLERIQUE (nisi quod multi eorum locum nullum praescribunt), extra portam portelli in domo q(uondam) Pe(tri) Donati episcopi Paduani IUC. Deinde Laude in S. Romani LODI ZACC.; in canonica Lateranensium COD. VIGNATI; in nosocomio NOV. FLOR. FURL. Ibidem adhuc.

delphinus rosa delphinus
L · VALERIO · PRISCO
VIENNIENSI · PRAEF
II · CON · DVAR · TERTIAE
THRAC · ET · SECVNDAE
EQVITATVM · TRIB · LEG · X *sic*
FRETENSIS · PRAEF · ALAE
FLAVIANAE · PRAEF · FABR
LOC · SEPVLTVR
D · D
PVBLICE · DATVS

Contuli. Patavii descripsit Antiquus, quod exemplum proponunt Marcanova cod. Bern. n. 372', cod. Mut. f. 157 Pat. 11 (inde Scardeonius p. 59); Felicianus cod. Marc. f. 111 (a Veronensi abest); Ferrarinus cod. Reg. Pat. 45; Lilius f. 53'; Redianus n. 2; Gudianus 253 f. 21; Chig. I. VI. 203 f. 14'; Iucundus n. 17; Sanutus f. 56; Apianus 341, 2; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 76'; Grut. 480, 6 e Scardeonio et Verderii schedis; Ursatus 1652 p. 308. Laude memorat iam Def. Lodi *discorsi* (1629) p. 158; descriptam dant Hier. Borsieri cod. Par. 8957 f. 66 ex Fabricio Gandino; *Nov. Flor.* 1753, 234; Anonymus Vignatianus n. 25; Zaccaria episc. Laud. p. 10; Molossi *nom. ill. di Lodi* p. XLI; Furlanettus p. 207 n. 201; Vignati p. 247. — Cf. Borghesi opp. 7, 399.

2842 Patavii apud ecclesiam cathedralem in marmore inciso ad fabricam Gottici sepulcri elegantibus litteris PING.

, C
praef. fa BR
ALI
DIA

Pingonius f. 234.

2843 Mestrini 6 m p. a Patavio Vicetiam versus rep. 1812, deinde Patavii apud Fr. Traversam, qui dedit museo.

C · ACILIVS · C · L ·
SEVERVS · CONC ·
SIBI · ET
ACILIAE · C · L ·
SECVNDAE · MATRI ·
PLOTIAE · L · ET · Ɔ · LIBERT ·
DONATAE ·
T · F · I

Contuli. Furlanettus Est. p. 78, Pat. p. 161 n. 154 tab. 16.

2844 Patavii in domo Francisci Contareni Veneti areopagitae MARCAN. similiterque RELIQVI ANTIQVI; in domo d. Zachariae q. d. Francisci Contareni SVC.; in aedibus Contarenorum apud ecclesiam cathedralem SCARD. PING. VRS. Inde venit in museum publicum.

V · F
L · AELIVS · L · F
FAB · MACER
VI VIR · SIBI · ET
L · AELIO · ANTIGON
LIB · CONSORTI
ET
P · SALTIO MYSTICO
AMICO
SALTIAE · EVTHY
CIAE
H · M · H · N · S

Contuli. Habet Antiquus, scilicet Marcanova cod. Bern. n. 385, cod. Mut. f. 158 Pat. 18; Felicianus Pat. 21; Ferrarinus cod. Trai. f. 49', cod. Reg. Pat. 20; Lilius f. 53'; Redianus Pat. 12; Gudianus 253 f. 22; Iucundus Pat. 21; Sanutus f. 55; Alciatus Fear f. 145; Apianus 343, 3; Pingonius f. 228; Scardeonius p. 79 (ex eo et Apiano Grut. 346, 6); Panvinius cod. Vat. 6035 f. 130; Ursatus 1652 p. 41; Furlanettus p. 144 n. 138 tab. 27.

V. 12 postea adiectus est. — Ab altera parte titulum n. 2885 extare scribit Scardeonius errore.

Consortes sunt coheredes patrimonio utentes non diviso (cf. Festus v. sors p. 297 al.); quod quamquam frequentius evenit in fratribus, tamen etiam in patronum et libertum eius cadere potest.

2845 Patavii rep. m. Maio 1773 loco antiquo in medio arcu pontis Romani hodie una cum altero eiusdem pontis arcu tecto partim via publica, partim muris domus Pappafavianae; nam fluvius hodie currit per arcum tertium solum, ex quo factus est pons qui nunc est S. Laurentii. Ectypum gypsaceum extat in museo.

...ᴐVRCIO · C · ALBARENIVS · C · F · M · POMPONIVS · Q · F · TISANDER
ONIVS · L · F · T · VLLA · C · POMPONIVS · L · F · SCAPVLA · ADLEGATEI
PONTEM · FACIENDVM · D · D · S · LOCARVNT · EIDEMQVE · PROBARVNT

Contuli. Ed. Ioh. Dom. Polcastro *notizia della scoperta fatta in Padova d'un ponte antico* (Patavii 1773. 4. pp. 36), ubi tabulis aere incisis pons repraesentatur additurque Simonis Stratici de eo ponte commentarius accuratus; idem Polcastro inscr. p. 79 n. 64; Furlanettus p. 82 n. 84 tab. 14, qui ectypum faciendum curavit et ad id emendavit. Ab his Donat. 458, 4; Henzen 6607.

1 ᴐVRCIO ego, VNIO Furl., C · CLO Polc. — Litterae M · P hoc versu, item v. 2 VS · L et v. 3 NT · EI vix apparent. — 1 fin. et TISANDER et PISANDER lapis admittit. — 2 T · VLLA ego et Polcastro, TVLLAS Furlanettus ectypo deceptus; in archetypo lectio illa, etiam punctum apparet evidentissime. — I littera extrema in ADLEGATEI spatio deficiente incisa est in saxo alio tamquam in margine.

2846 Lugi iuxta portam templi SCARD.; in campestri ecclesia nativitatis beatae virginis in ipso ostii magni vestibulo in pariete SAL.

ET · PRAEF · I · D
V · F
A · ANTONIVS · A · F
AGATAANGelus

Scardeonius p. 84, a quo pendent reliqui: Grut. 857, 5; Salomoni 1696 p. 336, quamquam is lapidem vidit; Furlanettus p. 133 n. 127.

1. T · PRAEF · T · D hiatu non indicato Scard. — 3. 4 A · F AGATTI ANG · L · IVI Scard. — Salomonius sic: T · PRAEF · T · D · V · F · A · · · ANTONIVS · A · F · AGATENSIS · A · G · N · L · SVI.

2847 Patavii in domo Bassania SANVTVS et RELIQVI. Nunc in museo publico.

L · ARRIVS · T · F
SEX · VIR
OPITERGI
SIBI · ET · SVIS
T · F · I

Contuli. Habent Sanutus f. 62'; Hier. Bononius a. 1504 syll. f. 47'; Pingonius f. 232; Morillon cod. Amstelaed. f. 28', a quo pendent Smetius 75, 5 (inde Grut. 365, 3) et Panvinius cod. Vat. 6035 f. 137; Scardeonius p. 71; Ligorius ms. Taur. 13; Alex. Bassanius misit a. 1574 Hieronymo Nigro medico Patavino in epistula inserta cod. Manutiano Vat. 5249 f. 41; Pinelli cod. Ambros. C 61 inf. f. 44'; Ursatus 1652 p. 67. 1678 p. 55; Furlanettus p. 152 n. 141 tab. 45.

2848 Patavii apud S. Sophiam RED. in angulo aedium doctorum apud S. Franciscum Parvulum in columna latericia prope terram SCARD. VRS. Periisse ait FVRL.

d m
..aCONI · Q · F · FAB
LABEONIS · PONTI
FICIS · VIXIT · ANN
XV

Redianus Pat. n. 31 (inde Gud. 98, 9); Scardeonius p. 75 (inde Grut. 900, 1), quem secutus est Ursatus 1652 p. 163, etsi vidit lapidem. A prioribus Furlanettus p. 345 n. 411.

Vv. divisio est Scardeoniana. — 2 CONI Red., ACONI Scard. Urs. — 3. 4 PONTIFICIS Red., PO LICIS Scard. Urs. — 4 ANNOS Red., AN Urs. — 5 scr. XI.

2849 rep. a. 1837 m. Iul. ad monasterium S. Hilarii *presso alla Malcontenta comune di Gambara;* destinata museo patriarchali quod est Venetiis.

C · AVILI
FAB
VINDICI
PRAEF · I · D
VIRO
ARRIA · P · F · SABI

Furlanettus ms. et *lap. Pat.* p. 129 n. 123, cui dederunt Iohannes Casoni, Moschini, Io. Baldi.

1 C · AVIL Casoni, C · AVIEI Mosch., C · ACILIO Baldi. — 6 P · F om. Baldi et Furl. in ed.

2850 Patavii in aedibus Ramusii MAN. RAMVS. PINELL. MARVC. Ateste in domo Contarena VRS. Nunc in museo Estensi n. 11.

T · AVREL · PAL
FLORENTIN
DEC · ET · QVAESTOR
COLL · FABR

Contuli. Manutius cod. Vat. 5237 f. 197'; Ramusius in add. ms. ad Scardeonium p. 85 et in codd. Marc. 7, Barb. 21; Pinelli in cod. Ambros. C. 61 inf. f. 38' et apud Grut. 372, 1; cod. Marucell. A 189; cod. Bouhier p. 230; Ursatus 1652 p. 262; Furlanettus Est. p. 61, Pat. p. 137 n. 131.

2851 Patavii rep. a. 1704 in ecclesia cathedrali, dum effodiuntur fundamenta aediculae S. Antonii ZENO BILV. SAL. 29. Deinde Patavii, mox Onarae apud Cittadellas SAL. 131 FURL., qui dederunt museo Patavino.

Q · RRASTIVE
M · F · FAR
SALIVS
TESTAMENT
FIERI IVSSIT · SIBI
ET · SVIS ·

Contuli. Zeno in epistula a. 1705 ad Muratorium scr. inter Muratoriana, ed. *lettere* 1, 340 (inde Mur. 1646, 11), cui dedit Ioh. Bapt. Ursatus; Cam. Silvestri in epp. ms. vol. 7 f. 59; Salomoni 1708 p. 29. 131.

2852 titulus monumenti rotundi litteris optimis. In villa Carpendi [= Carpanedo] RED. Carpanei extra ecclesiam in muro SALOM. Nunc in museo Cataiensi.

PVBLICE · DD *LOCus*
SEPVLTVRAE DAT*us*
VLCIO · L · F · FIlIO · CA
IIII · VIR · PRAEF FABRVM
PRAEF · I · D · EX · D · D

Contuli. Habent Redianus Pat. 75 (inde Gud. 142, 6); Sert. Ursatus ms.; Salomoni 1696 p. 386 et 1708 p. 165 ab Ioh. Bapt. Ursato (inde Mur. 759, 1); Alessi p. 232; Furlanettus p. 124 n. 121 (cf. Cavedoni *Bullett.* 1848 p. 103). — Ferretus terr. p. 67 finxit hoc fragmentum repperisse se Carpanei extra ecclesiam in muro coemeterii: . . . VLTVRAS | . . . . O · CA · III · VIR | . . . . . I · D · EX · DT. Scilicet Salomonius (quem etiam citat falsarius parum prudens) dederat et versibus continuatis et clausula sic corrupta.

1 fin. D · D · LOC . . . Red. Alessi Furl., D · D · LOCVS Sal. — 3 FILIO Red., hodie L deest.

2853 Patavii apud Cittadellas SAL.; deinde Onarae apud eosdem MAFF. TORN.; comes Iohannes Cittadella a. 1842 dedit museo Patavino, ubi integram vidit Furlanettus; iam fracta est et imminuta. — Sine loco URS.

P · CAECILIVS · P · L
*L*ICCA*E*VS
*IIII*I · VIR
*IVNI*AE · C · L · FAVSTAE
CONCVBINAE
SIBI ET · SVI*s*

Contuli. Ursatus ms. ex Ubertino Discalcio, ut ait; Salomoni 1708 p. 130 (cf. corr.); Maffei M. V. 377, 6 pessime; Tornieri in schedis Vicetinis; Furlanettus p. 154 n. 143 tab. 56.

Quae non vidi, dedi inclinatis. — 1 in. P om. etiam Torn. — 6 SIBI · ET · SVIS · VIVENS · FECIT Urs.; fortasse in v. extremo V · F vidit qui ei titulum descripsit.

2854 Patavii in coenobio S. Iustinae in viridario noviciorum in sacelli pariete exteriore URS.

CA*e*SO*nius*
RVFVS
AVGVR · PR*aef. i. d*
*s*a VFEIVS · P · F
IIII · VIR · I · D · P*raef. fabr*
*pon*TES · DV*at*

Servavit Ursatus 1652 p. 12 (cf. p. 17); ipse deinde protulit '*con qualche senso*', id est interpolavit 1678 p. 61. Inde Mur. 171, 2; Furlanettus p. 430 n. 596.

1 CAL · S · C Urs. — Interpolata lectio haec est: . . . . RVFVS | . . . AVGVR · PR . . . | . . . SAVFEIVS · P · F . . . | . . . IIII · VIR · I · D · PAT . . . . . . TES . . . . D . . .

2855 basis magna litteris optimis. Rep. hoc anno [c. 1810] *al Bassanello* M p. a Patavio FERR. Extat in hortis olim dalla Libera nunc Platis *alla Volta di Brusegnana*.

Q · CAMERIO · Q · F
CVLLEONI
PONTIFICI

Contuli. Ferretus inscr. Patav. 4, 64; Furlanettus in *Guida di Padova* 1842 p. 21 et Pat. p. 64 n. 72.

2856 Patavii in domo domini Francisci Contarini extra portam S. Crucis olim Romanam appellatam ALCIATUS similiterque RED.; in aedibus Pauli Contareni in horto PING. similiterque URS. In aedibus Iosephi Bonati professoris botanicae FERRET. Inde venit in museum publicum. — Venetiis in aedibus Contareni DON. errore; locum non adscribit CHIG.

L · CANIVS · F*estus*
C · AVFIDIVS · CAN*DI*
DVS · C · AVILIVS · Q · F · *D*
CERVIVS · STABILIS · PR*AE*
FECTI · DEC*VRI*ONES
CONSVLV*E*R*V*NT · VI
NONAS · MAIAS · IN CV
RIA · SCRIB · ADFVER · L · LAE
LIVS · STVLIO · Q · SATRIVS · AS
CONIVS · PASTOR · Q · STENIVS
AVGVRINVS · C · CVRTIVS
STRABO · C · ACILIVS · RVFVS
QVOD · PRAEFECT · V · F · L · PERP*E*
NAM · AMIANTVM · *LO*
CVM · COLVMNAR*IORVm*
EXTRA · PORTAM · *RO*
MANAM · ROG*ARI*
CLX · PER · IIIV/////
RINE · INIVRIA
/// M · D

Contuli. Habent Redianus Pat. 98 (inde Gud. 119, 4; Don. 5, 233 ex ms. ant.; Mur. 571, 2 ex Donio) eodemque exemplo Gudianus 253 f. 18 et Chig. I. VI, 203 f. 36' et Alciatus Feae f. 144; Pingonius f. 233; Ursatus 1652 p. 42 (cf. corrig.) male, 1678 p. 35 etiam peius; Ferretus inscr. Patav. 3, 414; Furlanettus p. 88 n. 86 tab. 15 (inde Henzen 7072). Tractavit Marinius Arv. p. 344. n. 49.

In titulo lectu difficili quemque Antiquus fortasse vidit paullo minus male habitum (quamquam vix crediderim v. 14 sq. recte et plene eum excepisse, cum praesertim ea quae plus habet magis expleant verba dimidiata versus sequentis quam quod vacat spatium) addere placuit variam lectionem eius et Pingonii et Furlanetti spreta Ursatiana pessima. — Quae dedi inclinatis, retinui ex Antiquo, cum ipse in lapide discernere non potuissem. — 1 L · CANTVS · TEST · V Ping. — 2 CANI// Ping. — 3. 4 Q · F · D · CERVIVS · STABILIS habent Chig. Gud. 253 Alciatus Feae, exciderunt apud Red. — 3 fin. pro D habet P Ping.; hodie cernitur L — 4 SRABILIS · PRA// Ping. — 5 FECIT Ping. — DEORVM · ONES (OMNES Chig. Alc.) Ant. — 8 SCRIBADEVIR Ping. — L · LAE ego, II · A · LE Ant., H · ALE Ping., L · LAEL Furl. — 9 STVPLO Ant. Furl., STVDIO Ping. — 10 PASTOR · Q · STENIV/, ego, de RQSTE litteris dubitans, SAREO · TI · ESTINIVS Ant., SASEOT · LESLINIVS Ping., FASTOR · TI · NINIVS Furl. — 11 AVCARINVS Ping. — CVLTIVS Ant., CVLCIVS Ping. — 13 PRAEFECTI · V · F · Furl., PR'API · EVI · VB Ping. — PERPE Ant., PERIIS Ping., PERFER Furl. — 14 LO Ping. Furl., IO Ant. — 15 COLVMNARIORV/ Ping., COLVMNAR Ant. — 16 L · STRABO · RIAM pro EXTRA PORTAM Ping. — MEDIANAM pro ROMANAM proposuit Marinius non recte. — 17 ROGARI Ant., ROGAN Ping., ROGARE Furl., ROG/// ego. — 18 C · IX Ping. — PER · IIIV Furl. et ego, PER Ant., PER · BB · DVOD Ping., fuit fortasse PERPETVO, etsi post PER videtur adesse punctum. — 19 SENENIVRIN Ping. — 20 M · D Furl. et ego, P Ant., RVM · DAR Ping. — Ab utroque latere et a tergo cerni in titulo Priapos alatos adnotavit Pingonius.

2857 Patavii in aedibus Bassaniis PINGON. SCARD. POSTERIORES; nunc in museo publico. — Romae in aedibus Marii Delfini BOISS. fraude.

P · CARMI
SOSTHS
MEDIC
IIIIII VIR · AVG
SIBI
ANCHAR

Contuli. Pingonius f. 231; Scardeonius p. 69; Ligorius ms. Taur. 13; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 98'; Ursinus imag. et elog. p. 100; Grut. 633, 3 ex Ursino; Boissard 6, 8; Ursatus 1652 p. 70. 1678 p. 42 (inde Reines. 11, 2; Spon misc. p. 145; Mur. 196, 2); Furlanettus p. 154 n. 144 tab. 22.

7 incertus est.

2858 Patavii rep. fortasse cum n. 2859; extat in museo.

P · CERVONIO · P · F
CERVOLO · PRAEF · I · D
VIRO
CASSIAE

Descripsi.

2859 Patavii rep. 28 Aug. 1659 ad portam Codalunga, dum ibi balnearum causa foditur MUELLER. Extat ibi in museo inter lapides repositos.

Q · CERVONIVS · C · F
SIMPLEX · PRAEF · I · D
VITORIAE · C · F
MATRI

Descripsi. Misit item Ios. Müller tum professor Patavinus.

2860 origine opinor Atestina. — Patavii in aedibus Bassaniis PINGON. SCARD. URS.; nunc in museo publico. — In aedibus Quirinorum ROB., errore puto.

P · FLAVIVS · Q · F · ROM
STABILIS
ADLECTVS · DECVR
SIBI · ET
P · FLAVIO · P · F · FESTO
FILIO · ADLECTO · DECVR
ET
ENNIae //TERTIAE
VXORI////T · F · I ·

Contuli. Pingonius f. 230; Morillon cod. Amstel. f. 23; Smetius 75, 3 ab aliis; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 135; Ligorius cod. ms. Taur. 13; Robortellus em. 1557 f. 35; Scardeonius p. 70 (ex hoc et Robortello Grut. 412, 5); Ursatus 1652 p. 69; Furlanettus p. 141 n. 133 (cf. p. 528).

2861 rep. 1811 Patavii, dum diruitur turris S. Martini. Maior pars extat ibi in museo, minor periit.

Q · GELLI
PRAEF · I · d
CVR · AEr
STATVAS · f
ET · IN · tVItionem

o · L · N
o FIERI
ERO

Contuli partem maiorem. Furlanettus eam edidit p. 421 n. 567 tab. 12, minorem p. 440 n. 632; hanc ita edo ut repperi in ms. eius. Eiusdem tituli duo fragmenta esse non constat, sed probabile est, ut sic fere iungas adsumpto tertio fragmento n. 2862 ex altero opinor eiusdem tituli exemplo superstite: *ex* HS .. DL *n. statuas ..... fieri et in tuitionem earum* HS ccclↄↄↄ CC .... *n. erogari testamento iussit.*

2862 Patavii rep. a. 1627 in templo S. Martini, extat in aedibus Sandelliorum PIGN. ORS. Deinde Rovigi apud Silvestrium SILV. Nunc Veronae in museo philharmonico n. 292.

STATVAS ii
ET IN TVITIOnem
HS ... (

Contuli. Pignoria symb. epist. 1628 p. 157 ligno incidit (inde Ursatus 1652 p. 135); Silvestri *Graven.* p. 50; Maffei M. V. 164, 5; Polcastro *apologia d'Orsato* 1752 p. 89 (inde Furlanettus p. 445 n. 655), cui misit descriptam Ios. Bartoli Taurinensis.

Vide n. 2861.

2863 Patavii in museo.

C · IVLIO
MARC
a II · VI

Descripsi.

2864 Patavii rep. 13 Aug. 1696 in aede S. Petri monialium ordinis S. Benedicti in limine inferiore portae, qua ab ecclesia itur ad claustrum coenobii, extat in parlatorio in pariete ad boream SALOM. Inde a. 1810 translata est in vestibulum ecclesiae S. Stephani, ex hoc in aedes Antonii Piazzae FURL., ubi vidi ego a. 1847; iam est in museo inter lapides repositos. — Martolae ad Lirim collocat GROSSIUS fraude (v. inscr. Neap. n. 661*).

M · IVNIVS
SABINVS
IIII · VIR · AEDILI
CIAE · POTESTAT ·
E LEGE IVLIA ·
MVNICIPALI ·
PATRONVS ·
COLLEGI · CEN
TONARIORVM
FRONTEM · TEMPLI
VERVIS · ET · HERMIS
MARMOREIS · PE
CVNIA · SVA · ORNA
VIT · ET TVITION ·
DEDIT · HS ∞ ∞ ·
N CCXXXXII ·

Contuli. Ed. Ioh. Garzia de Londogno *Galleria di Minerva* 1 (1696) p. 130 (inde Fabrett. 485, 160); Salomoni 1701 p. 120; Polcastro inscr. p. 69 n. 38, Pad. p. 36; Gennari *dell' antico corso de' fiumi in Padova* (1776) p. 20; Savigny *Zeitschrift für gesch. Rechtswiss.* 9, 370 = opp. min. 3, 363, cui descripsit Furlanettus; Furlanettus Pat. p. 88 n. 85; Orelli 3676. Inter ms. inedita Bernardi Trevisani de hac inscriptione commentarium repperit Ap. Zenus *lett.* 1, 239.

De lege Iulia municipali vide vol. 1 n. 206 p. 119 seq. De verva supra diximus ad n. 1019. De numero in fine v. ad n. 2787.

2865 'Quod [T. Livius historicus] fuerit sepultus eodem ipso loco, quo haec ista ossa reperta sunt [scilicet ad monasterium S. Iustinae, vide mox], 'fama auget fidem, quod lapis quo insculptum hoc epigramma videtur (necdum excessit octuagesimus annus) inde lavatus fuerit, nam et modo calcis 'fragmenta erant et apparebant vestigia, unde avulsus foret. Hunc autem . . . lapidem . . . repertores . . . in eo ipso quo nunc visitur vestibulo 'ecclesiae S. Iustinae fixerunt'. Ita sicco POLENTONUS in epistula (edita apud Pignoriam *origini di Padova* p. 124 seq.) data ad Nicolaum Florentinum Patavii V k. Nov. 1414; qui si verum refert, lapis prodiit inter a. 1335—1344. Contra quinquaginta annos ante repertam arcam a. 1413, id est c. a. 1364 titulum prodiisse in monasterio S. Iustinae 'pone abbatis aedes, ubi nunc valetudinarium est', et translatum esse in vestibulum templi appicta Livii imagine auctor est monasterii eius rerum scriptor Iac. CAVACIUS (hist. coenobii D. Iustinae ed. 2 Patavii 1696) p. 218. Ad aedem Iustinae collocat CYRIACUS, in introitu maioris portae ecclesiae S. Iustinae MARCANOVA, in pariete ecclesiae S. Iustinae ad portam IUCUNDUS; similiter ANTIQUIORES OMNES. Ibidem a. 1413 prodiit capsa plumbea, quae, cum monachi 'ex patribus accepissent Livium ibi sepultum esse', scilicet propter ipsum illum titulum eruderatam ibidem, statim visa est esse arca ea, in qua T. Livius sepultus esset, etsi ne tum quidem defuerunt, at ait Polentonus, qui infitiari magnopere niterentur. Videtur autem operae pretium esse, quid de ea inventione statim Polentonus in epistula citata scripserit ad Nicolaum hic quoque referre. Coenobium, is ait, 'Iustinae virgini consecratum est . . . . prope adiacent parietes, quos gentili'tati fuisse Concordiae templum fama refert. Abbatis [Ludovici Barbi † 1443] frater [Marinus, v. Cavacius p. 218] spatio quod intercedit (nam 'parum distant: lapidem pede iaceres) seu casu seu numine, cellulam ut commodiorem haberet, in olitorio, quod secus dormitoriam orientem 'versus ibi conterminat, fossam pro cloaca fecit. Quae cum quinque pateret pedes, detexit velati fundamentum lateribus maximis et calce nimi 'parte compositum. Eo aliquantulum fracto inclusa capsa reperitur plumbea quidem, longa pedes sex, alta vero et lata aeque ultra pedem. Livii 'mox clamatur, quod relatu fratrum sepultus ibi Livius haberetur. Scripsit ad me Rolandus monachus, et patriae quidem et litterarum amator, 'Livium repertum. Postpositis quibusque ilicet eo. Dissolverant iam id murale claustrum. In caveam descendo. Ostio sublato proportionate 'iacentia ossa quaeque video. Ponderosam denique capsam fune contrahimus. Commendo illis, exoro quod interim salva sint. Ad Palatium redeo; 'litigatore quod iam vesperasceret plenum erat. Peritiores optimates adeo, visa narro. Quid denique? omen bonum suspicari omnes, congaudere 'omnes, confluentibus replicatum saepius. Rem inauditam puta. Non satis poterat audientibus explicari. Mausoleum decens fabricandum univoce dicunt. 'Contribuere pollicetur quisque. Curem ista demum omnes et iubent et rogant. Officium ego id, quod video et civitati honoris esse et civibus gratum, 'accipio. Haec II kal. Sept.: annus iam exactus est: tum enim annus 1413 a nativitate Christi currebat. Commigrare illo vidisses omnes, atque ipsi 'demum lanii sutoresque. Porro incuria eorum ipsorum, quibus servare datum erat, nonnulli studiosi alienigenae tum memoria tum reverentia dentes 'anatim furantur, quam ob rem sero licet sub clava secretiore clauduntur. In qui absentis abbatis tenebat vices, concursu hominum terrefactus, 'fortasse futurum ratus his istis ossibus, si diutius superessent, ad gentilitia populum revocari, cum neque ab re Gregorius Pontifex scripta sua delere 'curaverit (puro homini videbatur hunc quasi deum paene coli), consuluit ipse sibi ea ossa comburere et in pulverem ventis dare. Cranium itaque id, 'quod fuerat tot saeculis terrae visceribus conservatum, is bono trivit. Patefecit consilium monachus ille mihi, ego Zachariae Trivisano: cuiusmodi 'quantusve fuerit nosti. Accitis extemplo nobilibus cotur. Non deerat ordo furari, si tradere ultro nollent. Tanto in conventu difficile custodissent. 'Verum aberat ille nimium atque nimium acutus. Gerebat tunc vices fautor noster: assensit libens ipse, portaremus quocumque. Nec mora, ne licen'tiam poenitentia revocaret, Andreas Dandulus Veneto ex Senatu clarus capite uno, ego ipse altera capsam ligneam pro commoditate praemissam, 'quod pondere plumbea tractari non posset, extulimus. Succurrerunt illico cives ornatissimi, qui iuvarent, Peraghinus de Peragia, Palaminus de Vi'talianis milites egregii. Succurrerunt item iuris scientia decorati viri, Alexander de Doctoribus, Ioannes Franciscus Capitilistae, Nicolaus Porcellinus. 'Partitis namque locis hinc atque inde et ramusculis lauri superfixis per fora ad aulam usque contulimus. Sequebatur Zacharias cum reliquis, comi'tiva grandis quidem, quam augebant continue vicatim supervenientes viri puerique et plebs omnis, ut pedes vel portantium impedirentur. Ut vero 'confluentium multitudinem refrenaret furibusque occasionem obstrueret, voluit Zacharias proprio in penetrali poni. Haec fodiendi causa, haec trans'ferendi series. Mausolaei autem formam cape. Demum itaque primoribus convocatis et his qui collegiatis artibus praesunt, quos alii decanos, alii 'priores, Patavii gastaldiones vocant, senatus habitus est. Interfuit pro dignitate Leonardus Mozzenigus, inclyti modo Venetiarum ducis frater. Inter'fuit et Zacharias ipse, cuius diligentia operam una parram dedit. Civitati ad iustitiam praeest ille, militiae ad praesidium late. Sententiam Zacharias 'dixit. Rem veluti oblatam divinitus efferunt quique. Contigisse hac aetate maxime collaetantur. Mausolaeum denique et urbe et viro dignum fa'ciendum consulitur. Nec fuit in tanta concione quisquam vel illiteratorum hominum, cuius imperitia a communi sententia discreparet: quin imo ad 'sumptum libere suo pro collegio portionem singuli obtulerunt. Verum enim vero ut pro quaque re quotidie senatus habendi occasio levaretur et 'quod perfectum videre omnes optarent citius compleretur, deligere omni ex ordine, ne invidiam praelatio generaret, sexviratum placuit. Delecti itaque 'sunt ex militibus Paulus de Leone, ex togatis Prosdocimus Comes I. V. C., ex honestis Ioannes Zabarella, ex opificibus Franciscus laricus(?), 'Franciscus aromatista, Gottifredus aurifex. His confertur auctoritas omnis modi, formae, temporis, impensae, loci dandi. Opus namque forma 'plerisque consiliis praelibrata nunc faciendum caelator habet'. . . . 'Locum [mausolei] dignum forum aulicum apud sancti Clementis basilicam decre'tum habent, quod accolis atque transeuntibus advenis in prospectu sit. Non minuet operis maiestatem forum illud pavimentari latereulis. Non de'fuerunt amplissimi viri cives optimi, Henricus miles et Petrus fratres Scroffegni, qui pro liberalitate sua offerrent se omnem impensam facturos, 'si ad domum suam opus hoc fabricari daretur. Non illiberalius obtulit Ludovicus Buzzacarinus vir utique clarissimus, litteratissimus, ditissimus. 'At nemo impetrare id potuit. Placuit enim quod publici ornamenti esset de publico et in publicum fieri'. Hactenus POLENTONUS, unde sua excerpsit Cavacius p. 219 sq. Etiam Flavius BLONDUS (1388—1463) in opp. (Basil. 1559) p. 381 narrat aedem S. Iustinae collocatam esse in vetustae aedis vestigio, 'quod effodientes ubique pulcerrima inveniunt lithostrata, eodemque in loco T. Livii sepulcrum aetate nostra repertum fuisse conspeximus'. Ossa illa in curia 'ad parietem occidentalem', ut ait, Scardeonius p. 41, 'supra portam honoratissime cum hoc elogio collocata: 'OSSA · T · LIVII · PATAVINI · VNIVS · OMNIVM · MORTALIVM · IVDICIO · DIGNI · CVIVS · PROPE · INVICTO · CALAMO · INVICTI · P · R · RES · GESTAE · CONSCRIBERENTVR'. Quam inscriptionem solent etiam syllogae referre una cum ea quam infra dabimus, e. c. Marcanova cod. Bern. n. 401, Mut. f. 156' Pat. 2; Felicianus Pat. 14; Apianus 347, 1; Scardeonius l. c.; Grut. spur. 13, 5. 'Os vero brachii', Scardeonius pergit, a. 1451 'Alphonsus Aragonum rex impetravit a re'publica Patavina, ut Neapolim deferretur, relicto ibi in tabula lapidea hoc elogio: INCLYTO ALPHONSO ARAGONVM REGI STVDIORVM FAVTORI REIP'VENETAE FOEDERATO ANTONIO PANORMITA POETA LEGATO SVO ORANTE ET MATHEO VICTVRIO HVIVS VRBIS PRAETORE CONSTANTISSIMO INTERCEDENTE EX 'HISTORIARVM PARENTIS T·LIVII OSSIBVS QVAE HOC TVMVLO CONDVNTVR BRACHIVM PATAVINI CIVES IN MVNVS CONCESSERE ANNO CHRISTI MCCCCLI XIIII KAL 'SEPTEMB'. Denique maxillam ex iisdem ossibus in sphaera aurea inclusam servari in cancellaria Patavii scribit Marcanova et eum secutus Scardeonius. — Titulus, propter quem arcam a. 1413 repertam Livio attribuerunt, remansit loco antiquo ad S. Iustinae, donec ea aedes reficeretur, ut ait adnotatio ad Iucundi codicem Cicognae; scilicet a. 1547 'ab aede D. Iustinae', Scardeonius inquit, 'epitaphium translatum est et appositum hono'rifice ad ossa in foro et desuper antiqua effigies capitis, quod extat apud Alexandrum Bassianum in maxima existimatione'. Imaginem parietis cum inscriptione inter ornamenta Ursatus proponit aere expressam 1652 p. 27. Titulus prostat adhuc in curia intus parieti infixus. — Falsum exemplum videtur extitisse Laude in domo Bassiani a Ponte; certe ibi ex lapide descripsit auctor CODICIS PAPIENSIS (inde Vignoli *storia Lodig.* p. 255), de quo agetur in Laudensibus.

V · F
T · LIVIVS
LIVIAE · T · F
QVARTAE · L
HALYS
CONCORDIALIS
PATAVI
SIBI · ET · SVIS
OMNIBVS

Contuli. Habent Cyriacus inscr. Illyr. n. 194; cod. Vat. 6875 f. 83'; Marcanova cod. Bern. n. 379, cod. Mut. f. 156 Pat. 1; Felicianus Pat. 4; Ferrarinus cod. Traiect. f. 46, cod. Reg. n. 7 et 40 (inde Mur. 1478, 3 e schedis Furnes.); cod. Vallicellianus G 47 f. 16'. 47'; Magliabecchianus 25, 626 scr. c. a. 1467 f. 136; cod. aedilium Flor. eccl. n. 203 (saec. XV med.) f. 40 post Priapea (inde Bandini bibl. Leop. Laur. I, 510); Angelicanus f. 32'; Cenninus n. 46; Pomp. Laetus cod. Vat. 3311 f. 180; Riccardianus 996 f. 23; Redianus n. 11; cod. Gudianus 253 f. 22; Gammarus f. 83; Lilius f. 55. 56; Chigianus I. VI. 203 f. 22; Iucundus Pat. n. 10; Flavius Blondus in opp. (Basil. 1559) p. 382; Sanutus itin. 1483 p. 27, syll. f. 57; Petrus Sabinus cod. Marc. f. 235; Hier. Bononius qui vidit a. 1504 syll. f. 47'; Schedel cod. Monac. 716 f. 187'; Alciatus Feae f. 36'; Choler f. 79'; Apianus 339, 2; cod. Papiensis auctoris Laudensis f. 48'; Sigonius fast. (1556) f. 155; Robortellus emend. (1557) f. 34; Pingonius f. 229; Manutius cod. Vat. 5237 f. 228; Scardeonius p. 42; Metellus cod. Vat. 6038 f. 95, cui descripsit Hodourdus Gallus a. 1548; Ligorius ms. Taur. 13; Symeon obs. p. 87, epit. p. 94 (inde Smetius 171, 17); Fonteius p. 184, cui dedit Iacobonius; Zamosius anal. Dac. f. 29' qui vidit; Pinelli cod. Ambros. C 61 inf. f. 37. 96; Grut. 877, 9 ex Scardeonio aliisque; Pignoria in em. ms. ad Grut. et *orig.* p. 132; A. Buchellius in cod. Traiect. II. A 5; Ursatus 1652 p. 27, 1669 p. 146 sq., 1678 p. 20 ubique aere expressam; Salomoni 1701 p. 480, 1708 p. 260; Polcastro inscr. p. 198; Moschini *guida* (1817) p. 223; Orelli 1165; Furlanettus Pat. p. 161 n. 153 tab. 33.

Livia T. f. Quarta redit infra n. 2883.

2866 in Tiburtino magnis litteris MORILL. Patavii apud Hier. Quirinium PINGON.; apud Franc. Quirinium SCARD. In hortulo prope portam ut vocant Portelli FABRIC.

SEI · QVI · MINVS · BEM · RELIQVIT
LIBEREI · SIBEI · QVAERANT
TV · VIATOR · VALE · AD · AQVAS
SVNT · SPISSA · ƀ ⊕ ⊕
Q · MARCIVS · F · F · SER · REX

Pingonius f. 234; Morillonius, qui vidit a. 1549, cod. Vat. 6039 f. 383', a quo accepit Smetius 137, 20 (inde Grut. 918, 3); Scardeonius p. 68; Fabricius antiq. p. 19 (inde Schradaeus mon. Ital. f. 33). Ab his Ursatus 1652 p. 320; Furlanettus p. 113 n. 104.

1 S · EIQVI · Ping., SEIOVI Fabric. — MIMVS Fabr. — 4. 5 om. Fabric. — 4 notas sic pinxit accurate Ping. neque fere aliter Mor.; ƀ ΦΦ// Scard. — 5 REX Ping. Scard., RE Mor. Smet. — 'Hoc puto saxum cum aliis saxis adhesit, sed divulsum solum extat' Pingon.

2867 litteris maximis. Patavii in domo illorum de Capitibus Listae SAX.; in aedibus Mussatorum ad S. Iacobum PING. URS.; in aedibus de Malduris FERR. Nunc in museo publico. — Ex agro Ravennate venisse Patavium addit PINGONIUS, errore opinor, v. n. 2825.

ma | XIMVS
aug. f. d. d. factus · GRATIS
nomine suo et f | ILIORVM
S · DEDIT

Contuli. Sanutus f. 57; Pingonius f. 229; Ursatus 1652 p. 146 aere expressit; Ferretus inscr. Patav. 3, 507; Furlanettus p. 432 n. 601 tab. 60.

2868 litteris magnis et pulchris Albignasegi in ecclesiae muro exteriore FURL. Ibi ego quaesivi frustra didicique postea eam hodie latere sub tectorio.

P · MVLV
FRONTONI
PRAEF · I · D · PR *aef. fabr.*
P · ALLO

Furlanettus ms. et Est. p. 163, Pat. p. 133 n. 126.

2 FRONTONI ms. et Est., FRONT Pat. — 4 ALION Est., ALLO Pat.

2869 Patavii in ecclesia omnium sanctorum ANTIQUI; apud Hieronymum, postea Franciscum Quirinium SCARD.; apud Ramusios RAM. PINELL. Ateste apud Contarenos URS. Hodie desideratur. — Gardue in quodam templo SARAYNA, PANV. errore.

SEX · NAVINIVS
SEX · L · APOLLONIVS
CONCORD
SIBI · ET · SVIS
IN · FRONT · P · XXXVI
RETRO · P · XX

Antiqui exemplum proponunt Marcanova cod. Bern. n. 564, cod. Mut. f. 157 Pat. 8; Felicianus Pat. 7; Ferrarinus cod. Trai. f. 46', cod. Reg. Pat. 10; Redianus n. 21; Gammarus f. 80; Lilius f. 54 et denuo f. 55; Iucundus n. 3; Sanutus f. 54; Apianus 344, 3; indidem auctores Veronenses Sarayna Lat. f. 44', Ital. f. 69 et Panvinius Ver. p. 230 (inde Grut. 948, 1). Denuo ex lapide Pingonius f. 235; Scardeonius p. 67; Ramusius cod. Marc. n. 32; Pinellius cod. Ambr. C 61 inf. f. 41; Grut. 986, 11 ex Sarayna et Pinelli schedis; Pignoria in add. ms. ad Grut. 948, 1; Ursatus 1652 p. 255. 1678 p. 19. A prioribus Furlanettus p. 169 n. 159.

D · M praemittit Sarayna solus cum Grut. 986. — 1 SEXTVS Marcan. (Bern.). — 4 SI pro SIBI Lil. 55. — 5 FRONT Ping. Pinell. Pign. Red., FRON Urs., FR Iuc., FRONTE Ram., FRONT reliqui. — XXXV Urs. — 6 P om. Lil. 54. — XXX Iuc.

2870 in villa Vallis de Labe FELIC.; in villa Vallium RED. GUD. Quinam vicus significetur, nescio; fortasse qui dicitur Valli proxime a Patavio prope Camin. Salomonius rettulit ad vicum *Isola dell' Abbate*; Furlanettus ad Villam *dell' Abbate presso il Monte Cero uno degli Euganei*. — In domo Alexandri Bassiani SCARD., errore opinor. Extare negat URS.

M · PETRONIVS · PRIMVLVS
IIIIII · VIR · AVG
SIBI · ET · PETRONIAE · VXORI
ET · LIB · LIBERTABVSQ · MEIS
V · F

Felicianus Pat. 15 (inde omnino Marcanova cod. Mut. f. 163 Pat. 61; Lilius f. 57; Ferrarinus cod. Trai. f. 47, cod. Reg. Pat. 16 et denuo f. 148); Redianus Pat. 70; cod. Gudianus 253 f. 17; Iucundus Pat. 43; Sanutus f. 58'; Apian. 346, 2. Ab his reliqui: Scardeonius p. 64 ex Apiano ut ait, locum indicans diversum; Smetius 162, 7 ex Apiano; Ligorius ms. Taur. 13; Burchelatus epitaph. (1583) p. 133 omnino ex Scardeonio; Grut. 451, 1 ex Apiano et schedis Sculteti; Ursatus 1652 p. 334. 1678 p. 42; Salomoni 1696 p. 332. 1708 p. 193; Alessi p. 246; Furlanettus p. 158 n. 147.

V. 1. dabo Feliciani Rediani Gudiani Iucundi Scardeonii. — Vv. divisio incerta. — 2 IIIIIvir Gud., IIIIvir Red. — 4 ET · LIBE Red. Gud., LIBERTIS (om. ET) Scard. — LIBERTAB · Q Iuc. — 5 VIVENS · F Felic., VIVENS · FECIT Iuc. Scard.

2871 Patavii habuit Gualdus secumque tulit Vicetiam URS. Vicetiae in hortis Gualdi FERR. Inde translata est a. 1782 in aedes Tornierias TORNIERI, ubi vidit adhuc a. 1825 FURLANETTUS; hodie desideratur.

S · C · PLO
PLOSVRI
et VIR · I · D · FIER
V R O R

Ferretus apud Ursatum ms. et 1652 p. 277 (inde omnino Cerchiari f. 152'); idem inscr. Vic. ms. f. 53'; Tornieri in ephem. 1782 Oct. 9 et Dec. 6; Faccioli 2, 41; Macca *stor. del terr. Vic.* 11, 2, 196; Furlanettus ms. et p. 432 n. 603 qui vidit.

1 PLOS Ferr. solus. — 3 FIERI Ferr. — 3. 4 coniungit Ferr. apud Urs.

2872 Patavii rep. in fundamentis S. Iustinae a. 1502 ADDIT. AD IUCUNDUM; in S. Iustinae BONON.; in aedibus Hieronymi, postea Francisci Quirini PING. SCARD.; apud Ramusios PINELLI. Ateste apud Contarenos URS.; nunc in museo Estensi n. 15.

V · P · S · ET · S
L · TERENTIVS
ACVTVS
CONC · AVGVST
L · TERENTIO
OPTATO · FILIO
CONC
TERENTIAE
SATVRNINAE
L · VXORI
CAESIAE · L
LVCANO · LIB
PVDENTI · LIBERTAE

Contuli. Cod. Iucundianus Cicognae f. 221 Pat. n. 16; Hier. Bononius, qui vidit a. 1504, cod. 1874 f. 47, item cod. 1873; Pingonius f. 235; Scardeonius p. 68; Ramusius cod. Marc. n. 34; Pinelli cod. Ambros. C 61 inf. f. 41; Grut. 472, 6 ex Scardeonio et Pinellianis; Pignoria in em. ms. ad Grut.; Thom. Bartholinus in adn. ad Grut. ed. 2; Ursatus 1652 p. 255. 1678 p. 20; Ant. Angelieri Este 1743 p. 16; Furlanettus Est. p. 72, Pat. p. 164 n. 155.

7 spatium vacuum remansit ad recipiendum opinor vocabulum AVGVST; v. p. 268.

2873 arcae pars antica. Luveiani [Luvigliano] in territorio Patavino in ecclesia S. Martini MARCANOVA; Luvignani SALOM. Nunc Catai in museo Obizziano.

N · CCC C · TERENTIO · T · F · FAB
CAETRONIANO · IIII · VIR
I · D · QVI · VIXIT · ANNOS
LXXX · MENS · II · DIES · DVO
FILI · POSVERVNT · SABINA
NVS · LVCIVS · VALERIANVS ·
PATRI OPTIMO

Contuli. Habent Marcanova cod. Bern. n. 566, cod. Mut. f. 161 Pat. 52 (inde Ferrarinus cod. Reg. f. 148; Scardeonius p. 62; ex Scardeonio Panvinius cod. Vat. 6035 f. 136; Grut. 472, 7; Ursatus 1676 p. 62), qui adnotat 'inventum per Ioannem Marcanovam doctorem'. Denuo ex lapide Salomoni 1696 p. 191; Furlanettus p. 129 n. 122.

Fortasse continuabantur numeri (de quibus v. ad n. 2787) in altero arcae angulo qui deest.

2874 rep. Patavii in fundamentis S. Iustinae a. 1502 ADDITAMENTA AD IUCUNDUM; in S. Iustinae BONON.; in aedibus Hieronymi, postea Francisci Quirinii PING. SCARD.; apud Ramusium PINELLI; Ateste in aedibus Contarenis URS.; nunc in museo Estensi n. 16. — Vicetiae VALER. errore.

V · F
C · TVRRANIVS
SECVNDI · LIB
EVANTHVS
CONCORD
T · TVRRANIO
PANTAGATHO · ET
C · TVRRANIO
EVTYCHO
LIB · OPT

Contuli. Habent codex Iucundianus Cicognae f. 221' Pat. n. 17; Hier. Bononius, qui vidit a. 1504, cod. 1874 f. 47 et cod. 1873; Valerianus ant. Bell. p. 78; Panvinius cod. Vat. 6036 f. 62' (inde Donius ms. Barb. 34, 73 p. 216); Pingonius f. 235; Scardeonius p. 67 n. 68; Ramusius in em. ms. ad Scard. et cod. Marc. n. 33; Pinellius cod. Ambr. C 61 inf. p 39'; Grut. 998, 6 ex Scardeonio et Pinelli schedis; Ursatus 1652 p. 254, ubi aere expressit, et 1678 p. 19; Ant. Angelieri Este 1743 p. 17; Furlanettus Est. p. 79, Pat. p. 164 n. 156 (cf. p. 528).

2875 Abani.

M · VARRON*ius*
STEPHANVS
VI · VIR · AVG · C*onc*

Novelle Fiorentine 1778, 468.

2876 Patavii in aedibus Ramusiorum PINELLI; Ateste apud Contarenos URS.; nunc in museo Atestino. — Aquileia venisse Patavium indicat CICOGNA errore.

C · VENNONIVS
C · L · PRIMVS
IIIIII · VIR
PETRONIA · M · F
MARCELLA

Contuli. Manutius cod. Vat. 5249 f. 28, ubi adscripta est postea ad Ramusii ad Manutium epistulam de inscriptione Aquileiensi; hanc quoque Aquileia venisse Patavium inde collegit Cicogna *iscr. Ven.* 2, 333, deceptus apographo epistulae illius Fontaniniano. Habent item Ramusius in cod. Marc. n. 14; Pinelli cod. Ambros. C 61 inf. f. 38 et apud Grut. 484, 5; Pignoria in em. ms. ad Grut.; Salomoni 1696 p. 81; Ant. Angelieri Este 1743 p. 17 (em. Antibabazus p. VII); Furlanettus Est. p. 90, Pat. p. 160 n. 152.

2877 Patavii in aedibus Zabarellae ad S. Laurentii intus in turri loco incommodo, ut recte legi nequeat URS. FURL. Ibi ego saepius frustra quaesivi.

. . . . ALE
. . . . TITI
. . . . PRA. . . IIII · VIR · I · D
PVBLICVS · LOCVS · PONITVR
SIBI · POSTERISQVE · EIVS
IN · FRONT · P · XXXX · RETR · P · XXXX

Ursatus 1652 p. 177, 1678 p. 62; Furlanettus p. 419 n. 558, qui vidit lapidem, sed certe Ursatum magis expressit quam lapidem.

Exhibui typum antiquissimum postea corruptum potius quam emendatum. — 3 PRAE . . . IIII · VIR · I · D Urs. 1678, PRAEF · IIII · VIR · I · D Furl. — 6 FRONTE Urs. 1678 Furl. — P · XXX Urs. 1678. — RETR · P · XXXX Urs. 1652, RETR · XXXX Urs. 1678, RET · P · XXX Furl.

2878 titulus litteris bonis effossus inter ruinas splendidi aedificii Romani, cuius columnarum reliquiae iam per viciniam dispersae sunt, Vallongae prope *Arzer grande;* nunc ibi in hortis parochi.

F · FAB · IIII · VIR
*in vias et pont*ES · IN · IIII VI
*ri*s . . . . . . *de*DIT · IDEM
CXↃ ꟾↃↃ ∼
*su*A · PECVNI*a*

Contuli. Ed. Gloria *territorio Padovano* 3 (1865), 292 cf. p. 313.

4 prima nota haec fuit opinor CXↃ, id est *decies.*

2879 litteris pulcherrimis, Patavii in aedibus Ioh. Bapt. Ramusii supra portam cellae vinariae SCARD. MAN. Este in domo Contarena URS. ALESSI. Periit.

*mun*CIPI · PAT*av*

Scardeonius p. 84; Panvinius cod. Vat. 6036 f. 65; Manutius cod. Vat. 5237 f. 197; Ursatus 1652 p. 261, ubi aere expressit, et 1678 p. 33; Alessi p. 211. A prioribus Furlanettus p. 444 n. 651. Paulus Ramusius Pinelliusque omiserunt.

2880 Patavii in domo privata RED. in domo d. Alexandri [de Bassano] OVD.

S · C
MEMORIAE
Q · M
AEDIL

Redianus Pat. 41 (inde Gud. 337, 8) et cod. Gud. 253 f. 16'.

Vv. sic dividit Gud.

2881 Patavii apud S. Trinitatem.

L · CRIMILI · HILA
L · ANNIVS · L · L
CRIMILIA · L · I · CRI
CRIMILIa · I · L · PHILE
5 RAVENAS · PHILENAA
SARCI · NAV · LEMMO
C · R · AVRELI

Redianus Pat. 53.

Versuum divisio incerta. — 3. 4 CRIMILIA · L · CRI·CRIMILI·L·PHILE traditur. — 6 fortasse nominatur *sarcinatrix*. — 7 scr. CRIMILI.

2882 Patavii apud Ursatum URSATUS. Postea Rovigi apud Silvestrium SILV. Deinde Veronae in museo philharmonico n. 337.

columba *patera* *columba*
GRAECO · DOCT · BASS TIMOTEI
protome mulieris *protome viri*
M · ARRI · ZETHI · L
PRIMI · STRATORIS
VI · FECIT

Contuli. Habent Ursatus ms.; Silvestri *Guar.* (1711) p. 119 ligno incisam (inde Mur. 955, 6); Mur. 938, 4 ab Hier. Baruffaldo; Maffei M. V. 143, 3.

Titulus ut lectionis certae, ita interpretationis difficillimae. Graecus servus videtur fuisse Timothei, qui Timotheus servus fuit M. Arrii Primi a Zetho manumissi. Strator utrum dicatur Timotheus an Primus, ambiguum est, quamquam hoc probabilius; utcumque est, strator videtur intellegi non militaris, sed qualem reperies in Henzeniana n. 6297. Praeterea requiritur nomen eius, qui Graeco titulum *vivens fecit*, contubernalis opinor propter imagines; quod nomen haud scio an praetermissum a lapicida postea additum sit extra ordinem v. 1. Nam BASS potest esse *Bassarus*; DOCT (nam sic est in lapide, non POCT) quid significet, nescio.

2883 Bruseganae in coemeterii pariete ad aquilonem.

PRVTIO
PATRONI · AELI
DISPENSATORI
QVEM·LIVIA·I·F
5 QVARTA
TESTAMENTO

Servavit Salomoni 1696 p. 26. Inde Mur. 793, 2; Furlanettus p. 215 n. 211.

4 I·F traditur; emendavi ex n. 2865.

2884 litteris pessimis. Patavii rep. 1819 in effossionibus Pedrocchianis, nunc in museo.

D M
PVRRICINA · IV
VENI PROVOCANTI · CO
IVCI · I BENEMARENTI *sic*
5 FECIT QVI VIXIT AN
NIS XXI · TN LVDO A *sic*
NNIS · IIII · PVCNAS
V

Contuli. Furlanettus in ep. ad Labusium (quae inserta est ephem. Patav. editae ab de Rio a. 1819), Pat. p. 217 n. 213 tab. 22. Inde Orelli n. 2567.

D(is) m(anibus). Purricina Iuveni provocanti coiu[gi] benemerenti fecit, qui vixit annis XXI, [i]n ludo annis IIII: pu[g]nas V. Cf. Cicero pro Sestio 64, 134: *alios Samnites, alios provocatores.*

2885 Patavii in domo Francisci Contareni MARCANOVA et RELIQUI. Extare negat URSATUS.

ab uno latere:
N · CCLVI
C · SEPVLLI
ONESIMI
OFFICINATORIs

ab altero:
L · S
M · C · P
IN · F · P · XXI
RET · P · XXXVI

Servavit Antiquus. Habent Marcanova cod. Bern. n. 389, cod. Mut. f. 159 n. 27. 28 (inde Pingonius f. 228; Scardeonius p. 61); Felicianus Pat. 24; Ferrarinus cod. Trai. f. 49', cod. Reg. Pat. n. 23. 25; Redianus Pat. n. 16. 17; cod. Gud. 253 f. 22; Iucundus Pat. n. 25. 26; Sanatus f. 55; Alciatus cod. Feae f. 145'; Apianus 343, 5. 6; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 146' (qui non habet posteriorem); Grut. 641, 5. 6 ex Apiano et Scardeonio (posterior redit apud eum adiecta ad aliam 346, 6); Ursatus 1652 p. 311 a prioribus; Furlanettus p. 210 n. 205 a prioribus.

Versuum divisio incerta. — 1, 4 OFFICINATORI Marcan. Red. Gud. Iuc., OFICINATORI Felic. Ferr. — 2, 2 M·C·P Marcan. Red. Ferr. (Reg.), M·P Felic. Ferr. (Trai.), M·C Iuc.

De numero in fine cf. ad. n. 2787.

2886 Patavii apud Alex. Bassaniam.

pro salute et per
pETVITATE · DOMINORVM
FAMILIAE · THERMENSI
THERMARVM · VRBANIAr

Servavit Scardeonius p. 70. Inde Grut. 181, 5; Ursatus 1652 p. 313; Furlanettus p. 120 n. 112.

1 ETVITATE traditur hiatu non indicato. — 3 VRBANIA traditur.

Thermae Patavii urbanae fortasse opponantur iis quae fuerunt in agro Aponi (v. p. 271).

2887 Patavii apud S. Trinitatem RED.; in domo Bassania PING. SCARD. URS.; nunc in museo publico.

ACILIA · P · L · BASIO
SIBI · ET
T·CARTORIO·SCIRTO
VXOR · VIRO

Contuli. Habent Redianus Pat. 56; Pingonius f. 232; Scardeonius p. 74. 330 (inde Ligorius ms. Taur. 13); Pinelli in cod. Ambros. C 61 inf. f. 36; Grut. 959, 2 ex Scardeonio et Pinelli schedis; Pignoria in em. ms. ad Gruterum; Ursatus 1652 p. 50 qui aere expressit; Furlanettus p. 306 n. 351 tab. 28.

2888 ad Patavium in ecclesia quadam. Traditur cum n. 2949 adservata tum Patavii apud comites Frigimelicas eique titulo, qui in schedis dicitur *quello di casa*, opponitur prout *quello della chiesa*.

ascia
T · F · I
T · ABB · C · F
IN · FR · P · XLV
RET · P · XXX

Servavit Ursatus ms. et in ep. scr. a. 1670, ed. a. 1719 p. 51. Inde Mur. 1623, 11 et Furlanettus p. 347 n. 414.

2889 Curtaroli extra fores templi abbatiae S. Andreae SAL. Deinde apud pharmacopolam Ant. Piacentini, qui dedit museo Patavino.

in latere: patera

T · AELIO · Q · F
ROM
phali duo nexi in formam serti

in latere: patera

Contuli. Salomoni 1701 p. 587. 1708 p. 182 (inde Alessi p. 149); Furlanettus p. 347 n. 415 tab. 57.

2890 extra Patavium ad secundum lapidem in sacello S. Mariae Spasanae PINGON. SCARD. Spasani extra in pariete ad orientem paullo altius in terra SALOM. similiterque URS.

AELIA · P · L
GNOME
P AELIVS·Ↄ·L
NARCISSVS
5 VIVA · POSIT

Pingonius f. 233', qui vidit; Scardeonius p. 80 (inde Grut. 959, 4); Ursatus ms.; Salomoni 1696 p. 408. A prioribus Furlanettus p. 257 n. 270.

In vv. div. secutus sum Pingonium Scardeonium Ursatum. — 4 NARCISVS Urs. — 5 POSIT Ping., POSVIT reliqui.

2891 origine omnino Patavina propter formulam v. 4 a Dalmaticis alienam (cf. praef. p. 265 c. IX). Patavii in aedibus Io. Bapt. Ramusii in descensu scalarum, quibus ad cellam itur SCARD. iisdemque fere verbis MANUT.; apud Contarenos GRUT. Extare negat URS.

P · AEMILIVS
P · L · DEODORVS
SIBI · ET · SVIS
IN·FR·P·X·RETR·P·XII

Scardeonius p. 84; Ramusius cod. Marc. 4, Barb. 3, ubi Pinellius negat se vidisse; Panvinius cod. Vat. 6036 f. 16'; Manutius cod. Vat. 5237 f. 197; Grut. 959, 7 e Pinelli schedis (scilicet Ramusianis) et Scardeonio; Donius cod. Vat. 7113 f. 10. A prioribus Ursatus 1652 p. 322; Furlanettus p. 347 n. 416.

4 RET Ram. (Marc.).

2892 Patavii rep. a. 1839 in hortis Papodopoli in burgo S. Crucis, mox coniecta ibi in pontem.

ALETIA · Ↄ · L
AMARYLLIS
SIBI · ET · SVIS
V · F

Servavit Furlanettus ms. et p. 348 n. 617 qui vidit.

2 AMERILLIS ed.

2893 Patavii in domo illorum de Obicis ad episcopium IVC. SCARD. PINELLI VRS. POLC. Iam Catai in museo Obizziano.

VXORI
M · ALLIO · M · F · PESTO
FILIO
HOSTILIAE·C·L·SEVERAE
N · F · F · N · S · N · C

Contuli. Habet primus Iucundus n. 29; deinde Scardeonius p. 78; Pinelli cod. Ambros. C 61 inf. f. 48' et f. 96; Grut 667, 4 ex Scardeonio et Pinelli schedis; Ursatus 1652 p. 38; cod. Ciongnae 1025; Polcastro inscr. p. 138 n. 1; Cavedoni Catajo p. 115; Furlanettus p. 300 n. 341 (inde Henzen 7387).

5 n(on) f(ui), f(ui), n(on) s(um), n(on) c(uro) proposuit Cavedonius recte. Cf. Lactoratensem Grut. 938, 8: *non fui, fui, memini, non sum, non curo* et musei Bononiensis C. I. Gr. n. 6745: *οὐκ ἤμην, γενόμην· ἤμην, οὐκ εἰμί· τοσαῦτα*, item supra n. 1939 aliasque.

2894 in arca quadrata lapidea, in qua intus erant vasa fictilia duo, alterum habens ossa, alterum lucernam. Rep. ad Patavium extra portam Codalunga MENEGHELLI. Extat Catai in museo Obizziano.

utrimque legitur:

TI · ANNIVS · TI · L
DARDANVS

Contuli. Ed. Meneghelli *sopra un' antichissima moneta di Padova* (Patavii 1803) p. 27; Furlanettus p. 348 n. 421.

2895 Patavii in sacello Hermagorae et Fortunati iuxta ecclesiam maiorem sub scamno PING. SCARD. VRS. Este in aedibus Lazzarini ALESSI. Onarae apud Cittadellas TORNIERI.

Ping. Scard. Urs. Torn.:	*Alessi:*
ANTONIA · C · F · VXOR	ANTONIAI
TERENTIA · F · FILIA	VXORI

Pingonius f. 234; Scardeonius p. 78 (inde Grut. 755, 7); Ursatus 1652 p. 6. 1678 p. 64 (inde Reines. 17, 9 ex Ursato; Salomoni 1708 p. 261; Furlanettus p. 420 n. 560); Alessi p. 152 (a ms. abest; inde Furlanettus p. 437 n. 622); Tornieri in schedis Vicetinis.

1 F om. Scard. — Alessianum titulum ab eo, quem Tornierius vidit, non diversum esse propterea credo, quod Lazzariniani lapides postea Cittadellarum facti sunt (v. e. c. n. 2561); nam pro vero tituli apographo substitutum esse similem ex Ursato desumptum a Tornierio teste religioso et idoneo nequaquam credibile est.

2896 rep. Patavii a. 1794 in aedibus Io. Bapt. Valvasori FURL. Prope ecclesiam S. Andreae in pariete domus de Valvasoriis FERR. Hi dederunt museo.

D · M
APRILIA
PRISCILLA
VIVA POSVIT
SECVRITATI
PERPETVAE

Contuli. Ferretus inscr. Patav. 3, 494; Furlanettus p. 352 n. 426 tab. 20.

2 APPILIA Furl.; mihi probabilior lectio visa est ea quam posui. — 6 PERPETVAB Furl.

2897 in arcae operculo Patavii rep. in burgo S. Crucis in aedibus Hann. Testa MIN.; in aedibus Io. Dom. de Polcastro POLC.

C·APRONIVS·THYRSVS·VIVOS
FECIT·SIBI·ET·SVIS

Minerva n. 42 (Venetiis m. Aug. a. 1765) p. 265; Polcastro inscr. p. 196 (inde Furlanettus p. 354 n. 427.) — In Minerva additur simul reperta esse fragmenta plura, unum inscriptum sic: C·APRONIO·FVLONIAE·C . . . . aliaque quae intellegi non possent.

In vv. div. secutus sum Polcastrum.

2898 Patavii in monasterio S. Iustinae in gradibus PINGONIUS SCARD. ostii culinae *add.* URS. in pariete atrii cuiusdam, per quod e sacrario aditus est ad claustrum FERR. Ibidem adhuc.

T·ARBENIVS·L·F·FAB
TESTAMENTO·FIERI

Contuli. Pingonius f. 232'; Scardeonius p. 79; (inde Grut. 924, 1); Ursatus 1652 p. 12 (cf. p. 18); Iac. Ferretus inscr. Pat. 2, 393; Furlanettus p. 420 n. 561 ex lapide.

2899 Patavii in aede divae Iustinae APPENDIX GENUAS. Ibidem adhuc in ambulacro inter sacristiam et chorum. — In incerto loco MUR.

V F
ASCONIA · SABINA
SIBI ET·VIRO·SVO
BENE MERITO
M·VALERIO·CELADO

Contuli. Ex antiquis quos vidi habet sola appendix Genuas Marcanovana f. 127. Mur. 1303, 7 per Berettam ex schedis Valvasoniis (in Valvasoniis iis quas habui haec non fuit); Ferretus inscr. sacr. in app. rec. 2; Furlanettus p. 319 n. 372; Benndorf descripsit.

2900 *Isola dell' Abbate* in ecclesia extrinsecus ad meridiem SAL. Nunc Catai in museo Obizziano.

ATILIA
VIVA
Q · COELI
ATILIA · C ·
LOCVM
IN FRON
IN

Contuli. Salomoni 1696 p. 332. 1708 p. 193; Furlanettus p. 354 n. 428.

2901 Patavii rep. a. 1827 in effossionibus Pedrocchii, qui a. 1832 dedit museo.

P AVILIVS · P
PHILODAMV
SIBI · ET
CAESONIAE
APTAE · VXO
VIVIS · FEC

Contuli. Furlanettus p. 268 n. 290 tab. 53.

2902 cippus rep. Patavii a. 1834 m. Ian. in effossionibus Pedrocchianis; deinde servatus apud comitem Marsilium Pappafavam ad S. Danielis; mox pessum datus.

V F
M · AVTON
C · F · FAB
IN · FR · P · XX
RETR · P · XXX

Furlanettus ms. et Pat. p. 355 n. 429.

2903 Patavii in domo episcopi ANTIQUUS. In domo D. Iulii et Caes. de Ponte (oppido non enuntiato) GRUT. 934. Deinde Laude in aedibus S. Romani ZACC., nunc in nosocomio.

D · M
L · AXIO · CHARISTO
AMICO · FRATRI
SODALI · QVI · VIXIT
ANNIS · XXI · DIEBVS
L · III · ITEM · PARENTIBVS
EIVS · L · AXIO · CRESCENTI
AXIAE · TYCHE · POSTE
RISQVE · EORVM · M
CALVISIVS · CLAVDIVS
VICTOR · AMICIS
BENE · MERITIS

Contuli. Antiqui exemplum habent Marcanova cod. Bern. n. 376, cod. Mut. f. 157' Pat. 15 (inde Ferrarinus cod Reg. n. 49); Redianus n. 6; Gudianus cod. 253 f. 21'; Lilius f. 57; Iucundus n. 19; Sanutus f. 56'; Apianus 335, 2; Scardeonius p. 59 ex Apiano magis quam ut ait ex Marcanova (ex his duobus Grut. 861, 1); Panvinius cod. Vat. 6036 f. 40; Ursatus 1652 p. 309 a prioribus. Aliunde Grut. 934, 1 ex Verderianis. Laude descriptam proponunt Hier. Borsieri cod. Paris. 8957 f. 68 'ex Fabricio Gandino'; Mur. ms. 18, 224 ab Argelato; Zaccaria ep. Laud. p. 10; Molossi *nom. ill. di Lodi* p. XLV; Furlanettus p. 339 n. 401; Vignati p. 239.

2904 Camposamperii in vico Rusticae.

. . . .
. . . AEBIVS . . . .
. . BIVS · SEC . . .
. . . D . . . .

Ursatus ms.

2905 Torregliae in aedibus Seb. Gussoni medici SAL. nuper denuo ibi reperta in aedibus comitis Perri mox periit FURLAN.

V · F
SIBI · ET · SVIS
M · BAEBIVS · Q · F
MATVRVS
IN · FR · P · XXXVIIS
RETR · P · L

Servavit Salomonius 1701 p. 595. 1708 p. 246. Inde Mur. 1644, 13; Furlanettus p. 305 n. 430.

1 malim V·F

2906 in monasterio Carrariensi in pavimento SCARD. Nunc Catai in museo Obizziano.

BIRRIVS
VOLTIOM F
SVMBICA
OSTIALA
BIBRIA FREM
BIBRIA · QVARTA
BIRRIA · VOLTIOM · F
TERTIA · TESTAMEN
TO · FIERI · IVSSIT

Contuli. Ed. Scardeonius p. 84 (inde Grut. 576, 18; Salomoni 1696 p. 389); Furlanettus p. 356 n. 432.

2. 7 *Voltiom* ..... nomen est Illyricum (cf. ad n. 3019) simile eius quod est *Voltimesis* (cf. vol. III, 3059). — 5 est opinor *Birria Frem(antio)*, cf. n. 2974.

2907 Patavii in moenibus civitatis apud portam quae dicitur S. Mariae de Avantio MARCAN. et ANTIQUI RELIQUI. Apud Alex. Bassianum PINGON. SCARD. URS. Inde venit in museum publicum.

C · BRIGENI · C · F
CLEMENTIS · ET
COELIAE VCMINI
VXORI
LOCVM · OEDI
SALVIO NIGELLO
ET
SALVIA IVCVNDA

Contuli. Habent Marcanova Bern. n. 397, Mut. f. 159 Pat. 32; Lilius f. 57; Redianus Pat. 27; Iucundus Pat. 30; Sanutus f. 54'; Alciatus Fese f. 146'; Apianus 335, 3; Pingonius f. 230. 231'; Scardeonius p. 71 (inde Grut. 764, 3) et denuo ex lapide descriptam p. 74; Ligorius ms. Taur. 13; Ursatus 1652 p. 69; Furlanettus p. 276 n. 301 tab. 19.

2 BRICENIO pro BRIGENI omnes praeter Pingon. 230 Scard. 74 Furl. — 3 sic ego cum Ping. Scard. 74, COELIAE · VOTINIAE antiqui, COELIAE · VOTIENAE Grut. (contra auctorem) Urs., COELIAE·VOTINI Furl. Debuit esse opinor *Coeliae Euchem.* — 8 sic mihi visum est, ut in fine possit deesse littera; idem legit Pingonius; SILVIA·IVCVNDA Antiqui, SATTIA·IVCVNDA Scard. 74, SALV·IVCVNDAE Grut. (contra auctorem) Urs., SALVIAE IVCVNDAI Furl.

2908 Patavii in domo Francisci Contareni MARCANOVA et ANTIQUI RELIQUI; apud aedes Pauli Contareni PING.; in aedibus Contarenorum ad dextram ianuae horti URS. Nunc ex dono Iosephi da Lion in museo publico.

L CAEDIVS
L · L · EROS · SIBI
ET · LIBERT · HILARO
ET · LIBERTO · AC///
/ / / \ / D \

Contuli. Habent Marcanova cod. Bern. n. 388, cod. Mut. f. 159 Pat. 31 (inde Ferrarius cod. Reg. Pat. 60; Scardeonius p. 60 male; ex Scardeonio Grut. 965, 2); Redianus Pat. 15; cod. Gudianus 253 f. 22; Iucundus Pat. 24; Sanutus f. 55; Alciatus Fese f. 145'. Denuo ex lapide Pingonius f. 228; Pignoria in em. ms. ad Grut.; Ursatus 1652 p. 41; Furlanettus p. 324 n. 379 tab. 25.

Vv. ordinem retinet Marcanova (Bern.). — 3 LIBERTHILAE Antiquus, LIBERTHILAE Ping., LIBERTINAE Scardeonius. — 5 vestigia adnotat (adscribens 'legi nequit') Ping., L·D·D·D Furl. male, om. reliqui.

2909 Patavii in aedibus Ramusii, postea apud Contarenum.

C · CAESIO
LAMBO
MVTTEIA
L · L · HOSPITA
VIVA · FECIT
SIBI · ET · SVIS
M · APPVLEIO
SCENONI

Ramusius cod. Marc. 27 (inde per Pinellium Grut. 863, 8); Pinelli cod. Ambros. C 61 inf. f. 42'; Pignoria in em. ms. ad Grut.

2 LAMBO Pinelli Pignoria, IAMBO Ram. Grut.

2910 Patavii in aedibus Bassaniis PING. SCARD. URS. Nunc in museo publico.

C · CESIDI · HERME
ROTIS · ET · CESIDI
AE · HORAE · LI
BERTAE · ET · COIVGI
V f

Contuli. Pingonius f. 231; Scardeonius p. 71 (inde Grut. 934, 1); Ligorius ms. Taur. 13; Ursatus 1652 p. 69; Furlanettus p. 274 n. 299 tab. 21.

2911 Patavii extra portam Coalonge RED., in burgo Caudae longae MARCAN. In domo Alexandri de Bassano LIL. PING. BOUR. SCARD. URS.; 'ex antiquo imitatum' addit PINGONIUS, temere opinor. — Sine loco PARM.

VIVA · F · S · ET · S · L · CAETRONIO
L · L · ANDEROVDD · VIRO
L · CAETRONIO · L · F · FIRMO · F
CAETRONIAI · L · F · PRIMAI · F

Antiqui exemplum habet iam cod. Cyriacanus Parmensis f. 104'. Item Marcanova cod. Bern. n. 381 (ubi haec legitur in margine adiecta), cod. Mut. f. 158 Pat. 20 (inde Ferrarius cod. Reg. Pat. 53; Pingonius f. 228'; Scardeonius p. 60; Grut. 1155, 3 ex Scardeonio). Differunt Redianus Pat. 66; Lilius f. 57; Chig. I. VI. 203 f. 17; Sanutus f. 56'; Mur. 1316, 15 ex schedis Valvasoniis; Choler f. 76'. Certo ex lapide Pingonius f. 231'; Scardeonius p. 69; Ursatus 1652 p. 68 (inde Mur. 1577, 3). A prioribus Furlanettus p. 305 n. 349.

V. 1. dedi Marcanovae Rediani Lilii Pingonii Scardeonii (69) Ursati. — Vv. divisi ad Ping. et Scardeonium 69, nec multum discedit Ursatus. — 'Imperfectam' in fine dicit Red. tacentibus reliquis. — 1 T pro F Scard. — S·ET·S Red. Lil. Ping. Scard., S·ET Urs., S·S Marcanova. — CETRONIO Lil., SETRONIO Scard. — 2 ANDERCVDO Scard., ANDERVDO Marcan. — 3 in. L om. Marcan. — CETRONIO Marc. — FIRMO·F reliqui, AVLAI·DE·ME·F Marcan. — 4 CAETRONIAE Scard., CETRONIAI Marc. — I·F pro L·F Red., L (om. F) Lil. — PRIMI Ping. Scard. — In Parmensi subiungitur titulo urbano Iuliae Polynices (Grut. 609, 8) et proponitur sic corrupta: VIVA · FECIT · SIBI · ET · S · L · CAETRONIO·L·F·FIRMO·L·L·ANDEROVDO.

2912 Patavii in cella vinaria cuiusdam domus prope D. Iohannem in virdiario PINELL.; in aedibus Corradenis S. Danielem versus URS.

capita duo
Q · CAR \
TERT
SIBI · ET · Q · CARM
Q · F · FILIO
ET · CLODIAE · T · L · FESTAE
VXORI · T · F · I

Pinelli cod. Ambros. C 61 inf. f. 37 et apud Grut. 675, 3; Pignoria in em. ms. ad Grut.; Ursatus 1652 p. 188 aere expressit. A prioribus Furlanettus p. 226 n. 221.

2 TERT ... Pinelli. — 3 CARM ... Pinelli Urs., CAR ... emendat Pign. — 5 T · L Pinelli ms. Pignor. Urs., T·F Grut.

2913 Patavii in divi Matthaei RELIQUI, in urna sacri baptismatis add. LIL.

CARMINIVS
FELICISSIMVS
V · F
BONONIANAE
APICESI
CONIVGI · CASTISSIMAE
IN · F · P · XX

Antiquus servavit. Habent Marcanova cod. Bern. n. 390, cod. Mut. f. 158' Pat. 24 (inde Ferrarinus cod. Reg. Pat. 57; Pingonius f. 228; Scardeonius p. 60); Redianus Pat. 18; Gudianus 253 f. 22'; Lilius f. 53'; Iucundus n. 27; Sanutus f. 55; Apianus 335, 1. Inde etiam posteriores: Barchelatus epitaph. p. 132; Grut. 757, 7 ex Apiano et Scardeonio schedisque Sculteti et Verderianis; Ursatus 1652 p. 300; Furlanettus p. 266 n. 289.

Versuum divisio incerta. — 1 CARMINIS Gud. — 3 V·F Red. Gud. Iuc., VI Lil., V·FECIT Marcan. — 5 BONONIAE Marcanova. — APICESIE Lil., AVXESI Verder., ex coniectura sine dubio, sed fortasse vera, om. Scard. — 6 CASTISSIME Gud., CARISSIMAE Red. — 7 habent soli Red. Gud.

2914 extra Patavium ad portam Codalungae in introitu monasterii S. Bernardi MARCAN. et similiter RELIQUI.

Q·CARTILIO·Q·L·OPTATO
FVLVIA·Q·L·TIS . . . . . .
V·F·SIBI·ET *suis*

Apud Antiquum, qui servavit, extant duo exempla, alterum (I) apud Marcanovam cod. Bern. n. 403, cod. Mut. f. 159' Pat. 35 (inde Pingonius f. 226'; Scardeonius p. 61; ex eo Grut. 967, 2; Ursatus 1652 p. 293; Salomoni 1696 p. 29; Furlanettus p. 305 n. 350); Redianum Pat. n. 67, Sanutum f. 57; alterum (II) apud unum Redianum Pat. n. 30.

1 CAPTILIO ex. II. — 2 sic ex. II; TVL·VIA·C·L sine indicatione hiatus ex. I, TVLLIA·C·L Grut. ex em. — 3 sic ex. II, F·V·SIBI·ET·SVIS ex. I.

2915 in monasterio Pratalene [= Praglia] VII m. p. a Patavio ante ecclesiam in solo MARCANOVA similiterque RELIQUI. Extare negat HIER. MAR. ROSA in comm. ms. (arcana lapidum patefacta) scripto a. 1723 viso a Furlanetto in bibliotheca monasterii Pragline. — Inter Florentinas FELIC., inter urbanas FERRAR.; Romae in hortis Iustinianis REINES.

L·CARTORIVS·P·F·FAB
HIC·SEPVLTVS·EST
HIC·LOCVS·PATRT
IN·FRÓNT·P·XX·ET·Á·MEDIA·FOS
INERO·VERS·P·SSV
HVNC·LOCVM·MONIMENTVMQVE
DIIS·MANISVS·DO·LEGOQVE

Servavit Antiquus. Habent Marcanova cod. Bern. n. 416, cod. Mut. f. 160' Pat. 48; Felicianus f. 132 (inde Marcanova cod. Mut. f. 79; Ferrarinus cod. Trai. f. 84; Lilius f. 82; Mur. 1653, 12 ex schedis suis); Redianus Pat. n. 56 (inde male Gudius ind. p. CVI); cod. Gud. 253 f. 22'; Lilius f. 57 (inde Reines. 17, 29 ex Langermannianis; Fabrett. 84, 150 ex schedis Lilii Vaticanis); Iucundus Pat. 31 (inde opinor Donius cod. Vat. 7113 f. 8; cod. Barb. 30, 182 f. 51'. 52'; cod. Barb. 34, 73 f. 236. 238); Sanutus f. 59. 267; Apianus 334, 5 (inde Scardeonius p. 64. 330; Grut. 905, 14 ex Apiano; Salomonius 1696 p. 194 ex Scardeonio; Mur. 1652, 5 ex Salomonio). A prioribus Orelli 4351 et Furlanettus p. 360 n. 439.

V. l. dabo Rediani Gudiani Marcanovae (Bern.) Feliciani Lilii (57) Iucundi. — Vv. divisio incerta. — 1 CATORIVS Felic. — 4 FRÓNT cum apice Red. solus, FR· Felic. Lil. Iuc. — Á cum apice Red. Gud. soli. — 4. 5 FOS INERO traditur, quod emendavit recte, sed tacite Fabrettius; FORSINERO (om. VERS) Ap., FORIS·IN·AGR Scardeonius sua coniectura, FORINS FRO Grut. — VERSVS (om. P) Felic. — 6 MONVMENTVMQVE Felic., MONIMENTVM (om. QVE) Lil. — 7 DIS·MANIBVS Lil. Iuc., om. Felic.

2916 Patavii in aedibus Scardeoniis ad S. Leonardum SCARD.; in iisdem aedibus, tum Camposamperii, humi ad fenestram quae flumen spectat URS. SAL.

TI·CARTORIO
TI·L·ANISROTI
CARTORIAE·APTAS
CARTORIVS·SIBI
ET·SVIS·VIVOS
FECIT

Scardeonius p. 76 et denuo p. 330 (inde Grut. 967, 3); Ursatus 1652 p. 141; Salomoni 1708 p. 128 (cf. corrig.).

2 TI·L·A//EROTI Sc. 76, TI·LANEROTI Sc. 330, TI..LAM..EROTI Urs. Sal. — 2 APTE Sc. 330. — 5. 6 VIVOS·FECIT Sc. 330, om. Sc. 76 Urs. Sal.

2917 Patavii rep. in fundamentis faciendis cathedrali novae.

T·CASSIVS L·DOMITIVS
L·L·P·P·
T·I·PAMPHILIO F

Vallisneri apud Calogerà racc. 3 (1730) p. 375.

2918 malis litteris et corrosis; Patavii in aedibus Hieronymi, postea Francisci Quirini.

C·CASSIVS
Q·F·MAC
VLA·TEST
FIER·IVSSI

Servarunt Pingonius f. 234 et Scardeonius p. 67. Ab hoc Ursatus 1652 p. 320; Reines. 17, 33; Furlanettus p. 361 n. 442.

Vv. non recte divisit Scard. — 4 FIERI·IVSSIT Scard.

2919 rep. in agro Patavino, deinde Patavii apud comitem de Lazara, nunc in museo.

CASSIA·T·L·CIA
SIBI·ET
T·CASSIO·T·FIL
PATR·FAVSTO
ONO V F

Contuli. Iac. Ferretus inscr. Patav. 3, 500; Moschini *guida di Padova* 1817 p. 180; Furlanettus p. 326 n. 380 tab. 19.

Cassia T. l. Cia sibi et T. Cassio T. fil. Fausto patrono v(iva) f(ecit).

2920 rep. in agro Patavino, deinde apud Fr. Traversam qui dedit museo.

protome muliebris *protome viri*
T·CASTRVCIVS C F OFS*bis*
C F MAXSVMA

Contuli. Furlanettus p. 272 n. 275 tab. 18.

2921 Patavii *al Ponte Molin.*

Q·CATIVS·Q·F·TRIB
SIBI . . . .

Sanutus f. 55'.

2922 Montegrotti ad balneas.

CATI
AVG

Furlanettus in add. ms. ab amico.

2923 in villa Appani [= Abano] MARCAN. et RELIQUI ANTIQUI. Deinde Patavii in aedibus olim Dondi *via delle Beccherie vecchie* n. 490 A PINELLI et POSTERIORES. Ibidem adhuc. — Ab altera parte legitur titulus n. 2802.

CATIA·C·F·PRIM
SIBI·ET
Q·SICINIO·M·F
VIRO·SVO
V·F
IN·FRONT·P·XX
RETRO·P·XB
H·L·ET·M·H·N·S

Contuli. Antiqui exemplum proponunt Marcanova cod. Bern. n. 417, cod. Mut. f. 161 Pat. 49 (inde Scardeonius p. 61; Grut. 759, 4 e Scardeonio; Salomoni 1696 p. 161 ex Scardeonio, cf. idem 1701 p. 576 et 1708 p. 133); Felicianus Pat. 36; Ferrarinus cod. Trai. f 51, cod. Reg. Pat. 39; Redianus Pat. 69; Sanutus f. 58. Denuo ex lapide Pinellius in cod. Ambros. C 61 inf. f. 35' et apud Grut. 768, 6; Ursatus 1652 p. 181 qui aere expressit; Meneghelli *memoria antiquario-lapidaria* (Patavii 1808. 4) p. 12, qui item in aere incidit; Furlanettus p. 318 n. 369. Orelli 4455.

Titulum n. 2802 in altera parte eiusdem saxi incisum huic subiungunt antiqui. — 1 CATIA ex antiquis recte solus Red.; CATILIA Marcan. (Bern.), C·ATTILA Felic., C·ATILLA vel C·ATTILIA Ferr.

2924 Abani.

P·CA//SONIVS
PVPI//TIMO
VIVOS FECIT SIBI
SV·ONA//TERI
VIIONA//TERI
P·CAN//O

Novelle Fiorentine 1778, 468.

2925 Patavii in domo Francisci Contareni Veneti areopagitae MARCAN. et RELIQUI. — Venetiis MUR. 2090 male.

Q·CERCENI
HERMEROTIS
IN·F·P·XX
R·P·LXX

Servavit Antiquus. Habent Marcanova cod. Bern. n. 387, cod. Mut. f. 159 Pat. 26 (inde Pingonius f. 228, qui negat se vidisse; Scardeonius p. 60; Grut. 906, 10 ex Scardeonio); Felicianus Pat. 23; Ferrarinus cod. Trai. f. 49', cod. Reg. Pat. 22 et denuo ex parte n. 58a; Redianus Pat. 14; cod. Gud. 253 f. 22; Iucundus Pat. 23 (inde per Gorium Mur. 1655, 3); Sanutus f. 55; Mur. 2090, 13 per Cervellonium ex schedis bibl. Vindob. A prioribus Ursatus 1652 p. 311 et Furlanettus p. 361 n. 443.

Vv. divisio incerta. — 1 CERENI Iuc. — 4 R·XLXX Iuc.

2926 cippus rep. Patavii m. Ian. a. 1834 in effossionibus Pedrocchianis; deinde adservatus apud comitem Marsilium Pappafavam; mox periit.

L S
C·CERVENIO·Ↄ·L
FVSCO
IN·FR·P·XX
RET·P·XXR

Furlanettus ms. et Pat. p. 361 n. 444.

2927 basis rep. Vallongae, extat in vico Arzer grande in hortis parochi.

//ERVONIVS
p V DNES *sic*
aquila
fulmini
insidens

Contuli. Ed. Gloria *territorio Padovano* 3 (1865), 292.

2928 Patavii in ecclesia S. Iohannis a navibus ante altare maius MARCANOVA et ANTIQUI RELIQUI, item PINGONIUS et similiter MANUTIUS. Apud Bassianos URSAT. Inde venit in museum publicum.

CIPIA · P · F · SECVNDA
PIEREI · IVSSIT
LOCVS·IN FRONTE P XX
IN AGRVM · P XXV

Contuli. Habent Marcanova Bern. n. 395, Mut. f. 159 Pat. n. 29; Ferrarinus cod. Reg. n. 59; Redianus n. 25; Iucundus n. 15; Sanatus f. 55; Alciatus Feae f. 146; Apianus 341, 3 (inde Scardeonius p. 64; Grut. 906, 13). Denuo ex lapide Pingonius f. 228; Manutius cod. Vat. 5237 f. 226'; Ursatus 1652 p. 68; Furlanettus p. 362 n. 446 tab. 37.

Puncta sunt formae huiusce ⁙, quam formam expressit iam Redianus.

2929 extra Patavium in villa Arini [prope Dolo] MARCAN. RED.

Q·CLODIVS·Q·L·MARO
Q · CLODIVS Q · F
VXOR · POSIT
TREBIA·M·/·SECVNDA

Servavit Antiquus. Habent Marcanova cod. Bern. n. 565, cod. Mut. f. 161 Pat. 51 (inde Ferrarinus cod. Reg. f. 148; Scardeonius p. 61 ex Marcanova; Grut. 936, 13 ex Scardeonio; Salomoni 1696 p. 270) et Redianus n. 68. A prioribus Furlanettus p. 296 n. 336.

Vv. divisio incerta. — 3 POSIT Red., POSVIT Marc. — 4 MI pro M·F vel M·L traditur.

2930 Abani ad thermas in hortis Ursati rep. 1641 cum n. 2787; deinde Patavii apud Ursatum URS. Postea Rovigi in aedibus Silvestriis SAL. SILV. Nunc Veronae in museo philharmonico n. 343.

M·COCCEIVS
M · LIB
IANVARIVS

Contuli. Ursatus ms. et 1652 p. 211, ubi aere expressit (inde Reines. 17, 146), et 1676 p. 100; Salomoni 1696 p. 161 (cf. corrig.); Cam. Silvestri *Galleria di Minerva* 2 (1697), 241 et *Giuven.* p. 242; Car. Silvestri apud Calogerà 6 (1732) p. 368. 379; Maffei M. V. 166; Furlanettus p. 364 n. 449.

2931 in lapide conico pulchre ornato rep. m. Maio a. 1821 *alla Mandria* secundo a Patavio lapide, deinde Patavii in hortis Marci Antonii da Lion FURL. Hodie in suburbano eorum in vico Lion in hortis.

DIS
MANIBVS
CLAVDIAE
TI·AVGVSTI·L
TOREVMAE
ANNOR·XVIIII
HAC EGO · BIS · DENOS NONDVM
MATVRA PER · ANNOS
CONDOR HVMO MVLTIS NOTA
TOREVMA IOCIS
EXIGVO VITAE · SPATIO · FELICITER
ACTO
EFFVGI CRIMEN · LONGA · SENECTA
TVVM
ornamenta ex foliis

Contuli. Furlanettus in epistula ephemeridibus Patavinis editis a da Rio m. Nov. Dec. 1821 inserta (inde Orelli 4852), ubi aere expressum est, item Pat. p. 212 n. 208; Petrettini Bibl. Ital. 92 (1838) p. 368 = *sopra una Latina iscrizione in un monumento sepolcrale scoperto presso Padova* Patavii 1839. 8. pp. 14, cui deinde respondit Furlanettus (*risposta all' epistola del Petrettini* cet. Patavii 1839. 8 pp. 23). Postea libelli hi prodierunt coniuncti (*alcuni scritti intorno ad un monumento sepolcrale scoperto presso . . . Padova ed illustrato dal . . Furlanetto*) Patavii 1839. fol. pp. 12. Inde Meyer anthol. n. 1512.

10 IOCIS Furl., LOCIS Petrettini, de qua lectione acriter diuque litigaverunt. Verum est in carmine exarato eleganti quadam neglegentia litteris minutioribus elementa I et L vix distingui; at Furlanettiana lectio et mihi lapidem recognoscenti probabilior visa est et per se magis commendatur. — Ceterum quod quidam voluerunt indicari litteris eminentibus annos defunctae chronosticho quodam, id vel inde refellitur, quod v. 10 in TOREVMA et v. 11 in VITAE littera V nequaquam eminet.

2932 Patavii in aedibus Hieronymi, postea Fr. Quirini.

CLODIAE
C·L·/ORTV
RESTITAE·M

Servarunt Pingonius f. 234' et Scardeonius p. 67. Ex hoc Grut. 866, 9; Ursatus 1652 p. 319; Reines. 19, 12 ex Ursato; Furlanettus p. 422 n. 569.

2 PORTV traditur.

2933 Patavii apud Ursatum antea, deinde Rovigi apud Silvestrium SILV. Postea Veronae in museo philharmonico n. 375.

CLODIA · M
L · PRIMA
M · CLODIO
M·L·IER
PATRONO
M · CLODIO
M·F·NIGRO
FILIO
V F

Contuli. Cam. Silvestri *Giovenale* p. 100 (inde Mur. 1530, 9); Car. Silvestri apud Calogera 8 (1733) p. 299; Maffei M. V. 153, 4.

2934 Patavii in aedibus Bassaniis BAS. et RELIQUI. Inde translata est a. 1825 in museum publicum.

delphinus *Medusae caput* *delphinus*
mutilus *mutilus*
D · M
CLODIAE · THAIDIS · VIX
ANN·XVIII DIES·XVI·
M · CLODIVS · IANVARIVS
SIBI·ET·LIB·BENE·MERENTI
V · F ·

Contuli. Sanatus f. 62; Pingonius f. 230'; Scardeonius p. 74; Ligorius ms. Taur. 13; Pinelli cod. Ambr. C 61 inf. f. 45'; Grut. 936, 14 e Scardeonio et Pinellianis; Pignoria in em. ms. ad Grut.; Ursatus p. 51 aere expressit; Furlanettus p. 307 n. 353 tab. 34.

2935 Patavii in cathedrali in fenestra sacelli S. Crucis in parte exteriore.

A·COELIVS·C·F·DIIS·MANIBVS
SIBIQVE·IN·PERPETVOM
HORTVM . . . .
ARIANVM . . . .
TOT . . . RV . . . .

Servavit Salomoni 1701 p. 30. Inde Mur. 1660, 14; Furlanettus p. 365 n. 451.

2936 Patavii rep. 1650 in vico Vautii in praediolo coenobitarum S. Michaelis et in pariete hortorum coenobii eius servata URS. (ED.) Patavii in aedibus Hieronymi S. Sophia URS. (MS.) Parmae in museo DE LAMA, errore addens titulum eruderatum esse ibidem in fundamentis aedium regiarum.

antema, cui insident leones duo; in medio Medusae caput

protome mulieris

COELIAE · G · F
GEMELLAE
A · COELIVS · A · L
OPTATVS·D·S·F

puer tabellam sustinens — IN·F·P·XX / R·P·XX / *vasculum* — *puer tabellam sustinens*

Ursatus ms. et 1652 p. 23 aere expressit (inde Reines. 16, 18). De Lama *iscrizioni ne' muri della scala Farnese* (Parmae 1818) p. 93. Furlanettus p. 276 n. 300.

1 C·F de Lama.

2937 reperta Paduae in fundamentis templi veteris divae Iustinae, dum novum templum aedificatur, anno Chr. 1502 ADD. AD IUC. Venetiis in domo filiorum Hieronymi Donati MAN.; *alli Servi in cà Donà* MAGL.; in quadam curia domus prope aedem divae Mariae servorum COD. MARCIAN.

V · F
L · COSIVS · DONATVS
SIBI · ET
COSIAE · EROTICE
VXORI · CARISSIM
C · CLODIO · METRODOR
AMICO
CLODIAE · FORTVNATAE
VXORI · EIVS
T · VARIO · VERECVNDO
AMICO
VARIAE · IVSTAE
VXORI · EIVS
ASCONIAE · AMABILI · AMICAE
ASCONIAE · FLORAE · AMICAE
A·PLOTIO·PRHONIMO·PLOTIAE
SEVERAE · ET · DIADVMEN
LIBERTO
IN · FR · P · XLIIII · RET · P · LX

Codex Iucundianus Cicognae f. 221' Pat. n. 15; Manutius cod. 5248 p. 6; cod Marcian. XIV, 175 f. 26; cod. Magliab. 28, 34 f. 163', ubi postea adscripta est.

Versus continuant Iuc. Man. — 2 om. Magl. — COSSIVS Man. — 4 COSSIAE Man. — EROTICAE Man. Magl. — 5 VSORI Marc. — CARISSIMAE Man. — 12 VSIAE Marc. — 13 ILLIVS pro EIVS Marc. — 14 AMABILIAE·AMICAE Magl. — 16 PRHONIMO Marc., PHRONIMO Iuc., DRSONIMO Man., ... ONIMO Magl. — 17 SAEVERAE Marc., SEVERR Iuc. — DIADVMENO Man., DIADVMAEN Marc. — 19 sic Iuc. (sed IX pro LX) Man. Marc., INFRA·P·LIIII·RETRO·P·LX Magl.

2938 Patavii in villa Vanzi Antonii Piazzae rep. nuper FERRETUS (1810 vel paullo post). Rep. a. 1817, cum lacus factus est MENEGHELLI. Extat ibidem.

L S
CRIMILIA
Ɔ·L·VERECVNDA
IN F · P · XII S
RET · P · XXIIS

Contuli. Ferretus inscr. Patav. rec. sec. 2, 83; Meneghelli *breve ragguaglio delle collezioni Piazza* (1842) p. 119; Furlanettus p. 367 n. 457.

2939 Patavii in domo cuiusdam civis.

L · CVSONIO
FELICISSI
QVADRATO
CONLIBER · I

Redianus Pat. 34 (inde Gud. 355, 13) vv. non divisis.

2940 Carrarae S. Stephani in pariete ecclesiae.

C · DOMITIVS
FIRMVS

Contuli. Ed. Gloria *territorio Padovano* 2 (1863), 19.

2941 Patavii in aedibus de Zacchis ad Pratum Vallis URS. Nunc ex dono Francisci Traversae in museo publico.

OMITIVS
FAB · SCAEVA
ONIA · Ɔ · L · P
MITIV

Contuli. Ursatus ms. et 1652 p. 206 (inde Reines. 19, 14); Furlanettus p. 439 n. 627 tab. 59.

2942 *Casale di Ser Ugo* in parietibus horti Francisci Ursati SERT. URSATUS; in hortis Ant. Mar. Ursati SAL. FURL. Ibidem adhuc extrinsecus in muro.

C·DOMITIVS
M F
SE VERVS

Contuli. Sert. Ursatus ms.; Salomoni 1696 p. 393 (inde Mur. 1667, 14); Furlanettus p. 369 n. 460.

2943 arca. Patavii in S. Iustinae ANT.; 'in penu ubi oleum asservatur inter ceteras marmoreas urnas inscriptionibus tamen ruptis haec integra' add. PINGON.; pro urna olearia add. SCARD. 78; in cella penaria quae per culinam aditur add. URS.; in carceribus PUCC. male.

D M
DOMITIAE · ATILIANAE · CONIVGI
KARISSIMAE · QVAE VIXIT
ANN · XLVII · M · VIII · D XII
FL · LAETVS · V P · ET SIBI
Ꞩ CCCC XXVIII

Antiqui exemplum habent Marcanova cod. Bern. n. 383, cod. Mut. f. 158 Pat. 22 (inde Ferrarinus cod. Reg. Pat. 55; Scardeonius p. 59); Redianus Pat. 51; Sanutus f. 57. Denuo ex lapide Pingonius f. 232'; Scardeonius p. 78 (inde maxime Grut. 778, 8 ex Scardeonio); ex Scardeonio potius quam ex lapide Ursatus 1652 p. 13 (cf. p. 18) qui aere expressit (inde opinor Puccinelli p. 60; Mur. 1337, 2 ex Ursato). A prioribus Furlanettus p. 281 n. 309.

Vv. divisi ad Ping. Scard. (78) Urs. — 1 habent Ping. Urs. soli. — 2 DOMICIAE Marcan. (Bern.), DOMITIA·F Ping. — ATTILIANAE Ant., FATILIANAE Scard. Urs. — 3 KARISSIMA Ping., CARISSIMAE Ant. — 5 LATVS Scard. Urs. — V P Ping. Scard. Urs., V E Marcan. (Bern.) Red., V C Marcan. (Mut.). — 6 CCCCC XVIII Scard.

De numero in fine cf. ad n. 2787.

2944 Patavii in aede divae Iustinae in sepulcro rep. 1496 OLIV.; in S. Iustinae PEUT. BONON.; apud Hieronymum, postea Franciscum Quirinium PINGON. SCARD.; apud Ramusium RAM. PINELLI; Ateste in domo Contarena URS. SAL. Hodie desideratur.

DOMITIA · Ɔ · L
PROBA
SIBI · ET
DOMITIAE · Ɔ · L
THALLVSAE
SORORI · ET
AETHONI
SORORIS · F
V · F
H · L · S · H · N · S

Codex Olivae f. 32; Peutinger cod. 526 f. 123' et 527 f. 28 et inde Apianus 339, 1; Hier. Bononius, qui vidit a. 1504, cod. 1874 f. 47' et cod. 1873; Pingonius f. 234; Scardeonius p. 67; Ramusius in em. ms. ad Scard. et cod. Marc. n. 35; Pinelli cod. Ambros. C 61 inf. f. 43; Grut. 972, 8 ex Apiano et Pinelli schedis; Pignoria in em. ms. ad Grut.; Ursatus 1652 p. 255; Salomoni 1696 p. 81. A prioribus Furlanettus p. 260 n. 277.

Cum plane consentiant exempla Peutingerana duo et Bononianum (cod. 1874) et Ramusianum (ad Scard.) et Pingonianum et Pinellianum a Pignoria confirmatum, reliquorum errores plerosque praetermisi. — 5 THALLVSAE Peut. Ram. (Scard.) Pinelli (ms.) Pign., THALLVSSAE Grut.

2945 Patavii apud Alex. Bassanium PINGON. SCARD.

c. ennio/S · C · FIL
/ICINVS · SIBI
u.IVOS · FECIT · ET
C·ENNIO·C·L·ANTIOC
PATRI ET
QVINCTIAE · C · FIL
MATRI
VETTIAE·L·/·PRISCAE

Pingonius f. 232; Scardeonius p. 74 (inde Grut. 897, 1; Ursatus 1652 p. 312; Furlanettus p. 244 n. 252); Grut. 975, 7 ad exemplum Sculteto ab amicis datum.

Vv. divisi ad Pingonium. — 2 VICINVS Scard. — 3 ET om. Scard. — 4 in. C om. Scard. — ANTIO·C Ping., ANTIO Scard. — 6 QVINCTAE Ping. Scard. — 8 LI pro L·F Ping., om. Scard. — Scultetiana sic: FILICINVS · SIBI | VIVOS · FECIT · ET | ENNIO · C·L·ANTIO CH·FATRI·ET. VETTIAE PRISCAE· MATRI·C·FIL QVINCTAE.

2946 arca, Carrarae S. Stephani in turris campanariae pariete extrinsecus.

D M
T · ENI MARCER
INI T⁻/ILLI
FENIVS MARCELII
NVS //////
/////

Contuli. Ed. Gloria *territorio Padovano* vol. 2 (1863), 19.

Quae desiderantur in fine versuum, latent in muro. — 3 littera post T aut E fuit aut T aut fortasse S.

2947 Altichieri in pariete ecclesiae SCARD. et SALIQUI, ubi est adhuc. Sine loco RED.

protome viri *protome mulieris*
IW·ENNIVS·P·F·RVFVS·FECIT
HONORIS · CAVSA
GALENIO·Q·L·PISIDAE
GALENIAE · PISIDAE · L
NYSAE

Contuli. Redianus Pat. 29 (inde Grut. l. c. in adn. ed. 2); Scardeonius p. 80 (inde Grut. 856, 5); Ursatus 1652 p. 291 aere expressit (inde Mur. 1459, 1); Salomoni 1696 p. 30; Ferretus inscr. Patav. 4, 17; Furlanettus p. 370 n. 462.

3 in. spatium vacat aptum recipiendo praenomini, quod vere ibi scriptum fuisse crediderim colore rubro, sed omissum a quadratario scriptas litteras incidente.

2948 *Casale di Ser Ugo* 5 m. p. a Patavio in turri campanaria SAL. FURL. similiterque SCARD. Ibidem adhuc.

protome mulieris *protome viri*
ETTIA·C·F·PRIMA
V·F · SIBI · ET
C·SEPVLLIO·C·F
MATVRO
protome viri *protome viri*

Contuli. Scardeonius p. 84 (inde Grut. 869, 15); Ursatus ms.; Salomoni 1696 p. 393 (inde Mur. 1459, 8); Furlanettus p. 316 n. 369 (cf. p. 534).

1 ETTIA certum; margo adest.

2950 Patavii apud Ramusios MAN. RAM. PINELLI; Ateste apud Contarenos URS. — Patavii apud Obicios GUD. errore.

CS — —
C · FABIO · C · L
CNESTO
FABIA · C · L · QVAR
TA · PATRONO · ET
VIRO·VIVA·FECIT

Manutius cod. Vat. 5237 f. 197'; Ramusius in add. ms. ad Scardeonium p. 85 et in libris Marc. 8, Barb. 6 (inde per Pinellium Grut. 974, 1); Pinelli cod. Ambros. C 61 inf. f. 49; cod. Bouhier p. 230; Sirmondus cod. Par. 1419, 369; Ursatus 1652 p. 262. 1719 p. 48. A prioribus Furlanettus p. 309 n. 358.

1 habet Pinelli solus, om. Man. Ramus. Bouh. Grut. Sirm. Urs.

2952 Patavii ad S. Iustinam.

SIBI · ET · SVIS
GIDIAE·ET·FAV
CONLIBERTO

Redianus Pat. 33 (inde Gud. 364, 10).

2953 in quodam operculo urnae marmoreae Patavii in domo Bassania.

FIRMIVS

Cod. Gudianus 253 f. 16'.

2954 Patavii ex coenobio omnium sanctorum monialium S. Benedicti translata ad Georgium a Turre medicum URS.

antoma, in quo scutum super hastis duabus
M·FIRMIO · M F —
FAVS

Servavit Ursatus 1652 p. 161, qui aere expressit. Inde Mur. 1675, 1; Furlanettus p. 372 n. 466.

2949 Patavii apud comites Frigimelicas URS. Prope aedes eorum olim, hodie Selvaticorum denuo prodiit a. 1833 et illata est in museum publicum.

L FABIO · C · F
PATRI · FABIAE
L · L · HELENAE MAR
FABIA L F QVINCTA
V F

Contuli. Ursatus ms. et in ap. aer. a. 1670, ed. a. 1719 p. 42 (inde Mur. 1255, 10); Furlanettus p. 245 n. 254 (cf. p. 531) tab. 52.

2951 Patavii prope Carmelitas divae Mariae super murum cuiusdam domus FERRARIN.; apud ecclesiam S. Iacobi SANUTUS 55. Apud Livium de Bassanis SANUTUS 62 similiterque PINGON. SCARD. PINELLI URS. Inde venit in museum publicum.

protome protome
C · FANNIO · C · L
FELICI · PATRONO
C FANNIVS · C · L
AVCTVS
fan NIAE · C · L

Contuli. Habent primus Ferrarinus cod. Reg. Pat. n. 61, quae extrema est Patavinarum; deinde Sanutus f. 55', ubi addit 'a me repertam' et f. 62'; Pingonius f. 230; Scardeonius p. 70 et denuo p. 74 (inde Manutius orth. 345, 60; Grut. 975, 1); Ligorius ms. Taur. 13; Pinelli cod. Ambros. C 61 inf. f. 47'; Ursatus 1652 p. 53 aere expressam; Furlanettus p. 328 n. 384 tab. 29 aere expressam.

3 C · FANNIVS Ferrar. Scard., sed praenomen abest a Sanuto utroque loco. — 5 C·FANNIAE Scard. 74 contra Ping. Scard. 70 et antiquiores.

2955 arca PINGON. Patavii apud Portellum in quodam hospitio RED.; extra portam Porteili in domo Iohannis Galassini hospitis serpentis in uno pilo IUC. apud Alex. Bassanum in canali putei PINGON. SCARD. Extare negat URS.

FLORO · CAECILIARVM

Redianus Pat. 8; Iucundus Pat. 20 (inde Donius cod. Barb. 30, 182 f. 52'; cod. Barb. 34, 73 p. 238); Pingonius f. 230'; Scardeonius p. 70 (inde Grut. 183, 5; Reines. 19, 16; Salomoni 1708 p. 230). A prioribus Ursatus 1652 p. 313 et Furlanettus p. 439 n. 629.

Sic Iuc. et Ping.; FLORO · CAECILIARO Red, FLORO·CAE·C·L·IARV Scard.

2956 Patavii apud Hieronymum, postea Franciscum Quirinium PING. SCARD.; apud Ramusium RAMUS.; apud procuratorem Contarenum GRUT. Ateste in hortis Contarenis MUR. Nunc in museo Estensi n. 31. — Sine loco post Patavinas DON. ms.; Romae in vinea M. Ant. Tuscanellae DON. ed. errore.

protomae duae

FORTVNATVS *ET P*
BIATA TITVLVM PO
SVERVNT VELAGIES
INGENVE FILE ET A *sic*
LVMNE VALENTINE
Q SI FATO MELIORE
FILIAS N P SVBI
TO MISELLAS IN
P · D · NON · F

ascia

Contuli. Pingonius f. 234'; Scardeonius p. 67; Ramusius cod. Marc. n. 40, cod. Barb. n. 19 et inde per Pinellium, item Scardeonium citans, Grut. 657, 1; Pinellius vel potius Pignoria cod. Ambros. C 61 inf. f. 50' et in em. ms. ad Grut.; Ursatus 1652 p. 319 a prioribus; Donius cod. Vat. 7113 f. 9', ed. 10, 39; Mur. 1168, 1 a Bonamico dat ligno incisam; Furlanettus Est. p. 116, Pat. p. 239 n. 243.

Litterae extremae v. 1. 2 hodie deficiunt lapide effracto.

Fortunatus et Pri(v)ata titulum posuerunt Velagies ingenue fil(i)e et alumne Valentine. Q(ui) si fato meliore filias n(on) p(erdidissent?), subito misellas in p(erpetuum?) d(olorem?) non f(uneras-sent?). — Nota opponi filiam ingenuam alumnae, ex iisdem parentibus opinor etiamtum servis genitae et postea ab iis altae.

2957 Patavii in aedibus de Priolis ad pontem Altinatem URS. ed., in aedibus Leonardi Pisauri divi Marci procuratoris URS. ms. — Venetiis REIN. errore.

LOC · SEP
C · FVLVI
DIONYS
IN · FRO
PED · XXX
IN · AGRV
PED · XXX

Servavit Ursatus 1652 p. 169. Inde Reines. 17, 56; Mur. 1679, 5; Furlanettus p. 375 n. 471.

2958 epistylium ornatum. Patavii habuit Gualdus secumque abstulit Vicetiam URS. Vicetiae in hortis Gualdi FERR.; ab a. inde 1792 in domo Tornieri.

corolla bos arcus Nympha
ELLIVS · Q · L · GALLIO · SIBI · MA

Contuli. Ferretus apud Ursatum ms. et 1652 p. 277 (inde Reines. 17, 44); idem inscr. Vic. ms. f. 54; Cerchiari f. 240'; Tornieri in ephem. 1790 Febr. 1 et 1792 Sept. 5; Faccioli 2, 42; Macca *stor. del terr. Vic.* 7, 12; Furlanettus p. 421 n. 565 qui vidit.

2959 Patavii ante ecclesiam S. Antonii.

O · L · F
G A V
G A V
Q · F · S
F · Q · X

Redianus Pat. 100 (inde Gud. 337, 3); Sanutus f. 56.

Vv. divisio incerta.

2960 Patavii in contrata S. Leonardi in domo illorum de Capitibus Listae SAN.; in aedibus Mussatorum ad S. Iacobum ACCURS. PING. SCARD. PIGN. URS.; in aedibus de Malduris FERR. Nunc in museo publico. — Sine loco BEMBUS. In agro Ravennate repertam esse addit PINGONIUS; quod refellunt auctores antiquiores.

C · GAVIO · C · L ·
IVCVNDO
CONTVBERNAL
SVO · ET · SIBE
OCTAVIA · METHE
V · S · F
IN · F · P · XII
IN · AGR · P · XII

Contuli. Sanutus f. 57; Ioh. Bembus f. 101; Accursius Pat. 1; Pingonius f. 229; Scardeonius p. 76 (inde Grut. 977, 4); Pignoria orig. p. 133 et in em. ms. ad Grut.; Ursatus 1652 p. 146 aere expressit; Ferretus inscr. Patav. 3, 507; Furlanettus p. 310 n. 359 tab. 24.

2961 rep. Patavii m. Nov. a. 1826 ad domum Pedrocchianam; nunc ibi in museo.

GAVIA · L · F
MAXIMA

Contuli. Furlanettus ms. et 376 n. 473 (cf. p. 536) tab. 74 *b* 5.

2962 Patavii apud Bassanios SAN. PING. SCARD. URS.; nunc in museo publico.

HATERIAE
FELICITATI ·
AN · XXXIII ·
HATERIA
IVSTINA · MATER
ET · T · FL · HYGINVS
MARITVS · P ·

Contuli. Sanutus f. 62; Pingonius f. 231; Scardeonius p. 71; Ligorius ms. Taur. 13; Sirmondus cod. Paris. 1419 n. 368; Ursatus 1652 p. 67; Reines. 12, 43 ex editis et exemplo Th. Bartholini; Furlanettus p. 232 n. 231 tab. 44.

2963 Patavii in monasterio S. Iustinae.

*Helvi*A · C · F · PRIMA
SIBI · ET
C · HELVIO ·) · L · COMMVN
HELVIAE ·) · L · SELENIIMIA
COELIAE ·) · L · CLIDI
POSTERISQVE · EORVM
LIBERTIS · LIBERTABVS
T · F · I
IN · FRONTE · P · XX · RET · P · XX

Habent Pingonius f. 232'; Scardeonius p. 79 (inde Grut. 873, 3; Ursatus 1652 p. 296; Furlanettus p. 330 n. 386); Manutius cod. Vat. 5248 f. 2.

1 *·llll·* Ping., HELVIA Scard., om. in hiatu Man. — 3) · L Man. — 4. 5 SELENIIMIA|COELIAE·) · L om. Scard. Man. — 5 CLIDIIS Scard., CHILI Man. — 6 POSTEIISQVE Ping., POSTERISQ Man. — 7 LIBERIS Ping. Scard. — LIBETABVS Ping. — 8 RAET · P · RR Man., RET · XX Scard.

2964 Patavii in monasterio S. Iustinae apud tonstrinam MARCAN. (Bern. 377); similiter RELIQUI.

D M
HRODIANO · FILIO
DVLCISSIMO · ET · INNOCENTISSIMO
QVI · VIXIT · ANN · IIII · M · X · D · XXIIII
GLYCERIVS · ET · VERA
PARENTES · FECERVNT

Apud Antiquum, qui servavit, extant exempla duo. Alterum (nobis I) habent Marcanova cod. Bern. n. 377, cod. Mut. f. 157' Pat. 16 (inde Ferrarinus cod. Reg. n. 50; Pingonius f. 232'); Redianus n. 9; Gudianus 253 f. 21'; Lilius f. 55; Iucundus n. 12; Sanutus f. 55'; Apianus 343, 2 (inde Scardeonius p. 63; Grut. 686, 6 ex Apiano). Alterum (nobis II) proponunt Marcanova cod. Bern. n. 384, cod. Mut. f. 158' Pat. 23 (inde Ferrarinus cod. Reg. n. 56; Scardeonius p. 58; Grut. 666, 5 ex Scardeonio) et Redianus n. 52. Ab his Ursatus 1652 p. 295 et Furlanettus p. 217 n. 214.

Vv. divisio incerta. — 1 om. ex. II. — 3 AERODANO ex. II, HERDANO ex. I (HERDANO Lil.). — 3 INOCENTISSIMO Marcan. 384, INOCENTISSIMO Red. 52, ININOCENTISSIMO Marcan. 377. — 4 QV · VIXIT Red. 9, QVI · VIR Gud., Q · VIX Lil. — MENS · XI Lil. — XXIIII ex. II, XXIII ex. I. — 5 GLICERIVS ex. II, GLICERVS (Lil.) vel OLYGERVS (Red. Gud. Marcan. Iuc.) ex. I. — 6 sic ex. I, PARENTES (om. FECERVNT) Red. 52, VIRENTE · VIVETE Marcan. 384, PARENTES · VIVI · T · F Grut. 666 ex interpolatione.

2965 Patavii rep. a. 1754, quo tempore turris campanariae S. Iacobi fundamenta facta sunt et ibi affixa MEM. ZACC. Periit FURL.

HORATIAE
DONATAS
IN · F · P · XX
S · P · XLVI

Mem. del Valvasense 1754 Sept. p. 11; Zaccaria *stor. lett.* 9, 489. 10, 613; Polcastro inscr. p. 197. A prioribus Furlanettus p. 376 n. 476 (cf. p. 536).

2966 Liminae in horto Andr. Magni patricii Veneti.

Q · HOSTILIVS · Q · L
EROS
TESTAMENTO · FIERI
IVSSIT
SIBI · ET · SVIS

Servavit Scardeonius p. 82. Inde Grut. 978, 8; Salomoni 1696 p. 229; Furlanettus p. 377 n. 477.

2967 Patavii in domo privata RED.; *presso il ponte delle beccherie vecchie* in aedibus Dondo-Orologio n. 490 *A* RELIQUI. Ibidem adhuc.

D · M
ISELLIAE
RENAE *sic*
POSVIT
SARA

Contuli. Redianus Pat. 40 (inde Gud. 337, 7); Pinelli in cod. Ambros. C 61 inf. f. 35' et apud Grut. 873, 14; Ursatus 1652 p. 181 qui aere expressit; Meneghelli *memoria antiquario-lapidaria* (Patavii 1808) p. 10, qui item incidit; Furlanettus p. 235 n. 235.

4. 5 altius sublato pavimento hodie latent.

2968 in columna Legnari extra portam monachorum Cassinensium URS. Nunc Catai in museo.

IVCVNDAE
PAPVS L · PATRONO
ET · COLLIBERTAE
ET · SIBI · ET
CVLCIA R /// ENI

Contuli quod superest. Integriorem dat Ursatus ms. duobus exemplis; ita fractam ut nunc est Furlanettus p. 420 n. 559.

1 sic Urs. I, IVC . . . Urs. II; ego haec vestigia excepi: *lud.* — 2 in. APVS ego.

2969 Patavii apud Ramusium, deinde apud Contarenos.

D · M
IVLIAE · VALEN
TINAE · IVL
VALENTIVS
ET · DOMITI
VS · LVPVS
MATRI · PIS
NTISSIMAE

Ramusius cod. Marc. 23, cod. Barb. 11 et inde Grut. 691, 1 (ex eo Furlanettus p. 250 n. 260) per Pinellium, qui negat se vidisse.

Vv. aliter divisit Grut. contra ipsius schedas Pinellianas. — VALENVS (fuit opinor VALENTVS) Ram.; em. Grut.

2970 Patavii.

D · M
T · LABIENO · PATAVINO
pATri SVO
FILIA · EVTYCHIA
S · M · POSVIT
LIS · LIBERTASQ
POSTERISQ · SVIS

Sanutus f. 56'.

Versuum divisio incerta. — 3 RATE SVO traditur. Possis in dubium vocare collata falsa n. 210*.

2971 rep. 1755 in *Vigo di Rovea* 6 m. p. a Patavio, deinde ibi apud Polcastrum; is dedit academiae Patavinae, apud quam extat.

M · LAELIO · Q · F
FAB ·
HEREDES · VOL
VNTATE SVA ·
FECERVNT ·

Contuli. Polcastro in *Memorie del Valvasense* 1755 Mart. p. 46 (cf. 1758, 1 p. 23; inde Zaccaria *stor. lett.* 14, 80; ex hoc Donat. 410, 19) et inscr. p. 197 (inde Orelli 4709); Furlanettus p. 341 n. 405.

2972 Patavii in aedibus Bassaniis PING. SCARD. URS. Nunc in museo publico.

M · LAEPO
NIVS Ↄ · L
SVRVS
sibi ET
LAEPONI
Ae · SVRI · L
A//TILLAE
///
OIIOI
V F

Contuli. Pingonius f. 231; Scardeonius p. 71 (inde Grut. 876, 12); Ligorius ms. Taur. 13; Ursatus 1652 p. 67; Furlanettus p. 235 n. 236 tab. 48.

9 in. videtur scriptura vacasse.

2973 Patavii in domo episcopi ANTIQUUS. Laude in monasterio canonicorum regularium BORS. Hodie ibi in nosocomio.

/AB · LARGVS
sic eia
SEVERA
L · F · FIL
L · F
MANIBVS

Contuli. Patavii descripsit Antiquus, a quo habent Marcanova cod. Bern. n. 373, cod. Mut. f. 157' n. 12 (inde Ferrarinus cod. Reg. n. 46; Pingonius f. 228'; Scardeonius p. 59; ex Scardeonio Grut. 1130, 3; Ursatus 1652 p. 309 a prioribus); Redianus n. 4; Gudianus 253 f. 21; Sanutus f. 56. Laude descriptam dant Hier. Borsieri cod. Paris. 8957 f. 64 ex Fabricio Gandino; Anonymus Vignatianus n. 50; Zaccaria episc. Laud. p. 8; Molossi *uom. ill. di Lodi* p. XV; Furlanettus p. 422 n. 571; Vignati p. 250.

2974 Patavii in aedibus Bassaniis PINGON SCARD. POSTERIORES. Nunc in museo publico.

protome viri — *protome mulieris*
C · LEMONIVS · C · F
MOLLO · SIBI · ET ·
FREMANTIONI · VXORI

Contuli. Pingonius f. 230'; Scardeonius p. 70; Ligorius ms. Taur. 13; Pinelli cod. Ambr. C 61 inf. f. 47'; Grut. 799, 7 e Scardeonio et Pinellianis; Pignoria in em. ms. ad Grut.; Ursatus 1652 p. 51 aere expressit; Furlanettus p. 288 n. 320 tab. 35.

2975 Patavii in domo domini Ioannis Francisci de Capitibus Listae MARCANOVA similiterque RELIQUI. Adhuc in iisdem aedibus eiusdem familiae. — In vestibulo templi d. Iustinae SCHRADAEUS errore.

T · LIVIVS · C · F · SIBI · ET
SVIS
T · LIVIO · T · F · PRISCO · F
T · LIVIO · T · F · LONGO · F
CASSIAE · SEX · F · PRIMAE
VXORI

Contuli. Marcanova cod. Bern. n. 392, cod. Mut. f. 156' Pat. 3; Felicianus Pat. 25; Ferrarinus cod. Trai. f. 50, cod. Reg. Pat. 24; cod. Angelicanus f. 33'; Laetus cod. Vat. 3311 f. 180; Redianus Pat. 23; cod. Gudianus 253 f. 23; Lilius f. 54; Iucundus Pat. 13; Flavius Blondus in opp. (ed. Basil. 1559) p. 382 (inde ut ait Sanutus itin. 1483 p. 27); Sanutus syll. f. 59; Petrus Sabinus f. 235; Bononius cod. 1873; Schedel cod. Mon. 716 f. 187 qui vidit; Alciatus Fene f. 146; Apianus 336, 2 (inde et ex Scardeonio Grut. 693, 15); Robortellus emend. (1557) f. 35 (inde Grut. 801, 2); Pingonius f. 229; Scardeonius p. 41; Metellus cod. Vat. 6038 f. 59, cui descripsit a. 1548 Hodoardus Gallus; Ligorius ms. Taur. 13; Boissard ms. p. 673; Laur. Schradaeus mon. Ital. (1592) f. 16; Ursatus 1652 p. 201, 1669 p. 182; Polcastro inscr. p. 197; Furlanettus p. 270 n. 294.

3. 4 fin. F recte Marcan. Metell. aliique, ET male Urs. (quamquam addit primo adspectu F videri) Polcastro Furl.

2976 Patavii in aedibus Bassaniis PINGON. SCARD. POSTERIORES. Nunc in museo publico.

protome iuvenis
T · LIVIVS
T · L ·
OPTATVS · AN · XV

Contuli. Pingonius f. 230'; Scardeonius p. 70; Ligorius ms. Taur. 13; Pinelli cod. Ambros. C 61 inf. f. 46'; Grut. 982, 8 e Scardeonio et Pinelli schedis; Ursatus 1652 p. 51 et 1669 p. 184 dat aere expressam; Salomoni 1701 p. 542; Furlanettus p. 380 n. 486 tab. 18.

2977 Patavii in aedibus Ramnsii PINELLI (ms.); apud Contarenos IDEM (GRUT.). Ateste apud Contarenos partem inferiorem vidit BONAMICUS; pars superior hodie est Catai in museo Obizziano.

D M
COIVGI
BENE
MERENTI
LOLIANVS *sic*
POS
uerio

Contuli partem superiorem. Integram dant Ramnusius cod. Marc. 21 et per Pinellium apud Grut. 801, 4; Pinelli cod. Ambros. C 61 inf. f. 38'. Partem superiorem dat Furlanettus p. 430 n. 595, inferiorem Mur. 1168, 1 a Francisco Bonamico descriptam.

2 sic Ram. Pinelli, COIV//I hodie apparet. — 5 L·OPPIANVS Furl. male. — 6 hodie deest.

2978 Patavii in vico S. Crucis in domo Bontorum SCARD.; deinde ex dono Barth. Boati apud Sertorium Ursatum URSAT. Postea Rovigii apud Silvestrios SILV. Nunc Veronae in museo philharmonico (numero caret).

P · LOLLIV
SIBI ET
V
IN F P·XV·RE

Contuli. Scardeonius p. 81 (inde Grut. 877, 11; Reines. 17, 45); Ursatus 1652 p. 210 aere expressit; Silvestri *Giuv.* p. 61 ligno incidit; Furlanettus p. 381 n. 487 a prioribus.

2979 Patavii extra portam S. Iohannis in angulo delubri ruinosi SCARD.

Q·LOLLIO·L·F·FAB
PATRONO·ET
PLOTIAE·F·F·VXORI
SECVNDVS · ET
HOMVLIVS · FECER
ET·SIBI·ET·SVIS

Redianus Pat. 28; Scardeonius p. 80. Ab hoc pendent Grut. 945, 4; Ursatus 1652 p. 334; Salomonius 1696 p. 26; Furlanettus p. 331 n. 389.

3 P·F om. Scard. — 5 HOMVLIVS traditur. — 6 in. ET om. Scard.

2980 Patavii in quadam domo RED.; in domo Livii de Bassanis SAN.; apud Bassanios GUD. ROBORT. PINGON. SCARD. URS. Nunc in museo publico.

C·LVCILI·P·F
FAB·XX·P QV
OQVR · VERS *sic*
FAMIL · QVE
EIVS·POSTER

Contuli. Habent Redianus Pat. 45; cod. Gudianus 253 f. 16'; Sanutus f. 62 et 62'; Robortellus emend. (1557) f. 48; Pingonius f. 232; Scardeonius p. 71 (inde Grut. 877, 12); Grut. 801, 12 a Sculteto qui vidit; Ursatus 1652 p. 67. 83, 1669 p. 273 (inde Mur. 1703, 2); Furlanettus p. 361 n. 488 tab. 55.

2. 3 QVOQVE recte Red. Rob. Ping. Furl., QVAQVE Scard., QVOQVO Grut. 801 Urs.

2981 Patavii apud Hieronymum, postea Franc. Quirinium.

V · F
C · LVCRETIVS
L · F · SIBI · ET
SVIS·IN·F·P·XV
R · P · XVIII

Servarunt Pingonius f. 234' et Scardeonius p. 68. Ex hoc Grut. 878, 2; Ursatus 1652 p. 319; Furlanettus p. 382 n. 490.

1 V·F Ping., V·F Scard.

2982 Patavii in aedibus Hieronymi, postea Franc. Quirini ROBORT. PING. SCARD.; in aedibus Bassaniis PINELL. URS.; nunc in museo publico. — Apud Ramusios GRUT. errore.

C · LVSCIVS	L · LVSCI	LVSCIA
QVADRA	VS VENS	QVADRA
TVS · SIBI · ET	H·S·E· AN·	TILLA·H·S·EST
INSTEIAE · MA	XIX · M · II ·	ANN · XXV
XIMAE · VXORI	D · XIII ·	M·IX·D·XXIII
ET · FILIS · SVIS		
V · F		

Contuli. Robortellus emend. (1557) f. 36, qui habet tertiam solam; Pingonius f. 235; Scardeonius p. 68; Pinellius cod. Ambros. C 61 inf. f. 46 et apud Grut. 802, 9. 10. 11; Pignoria in em. ms. ad Grut.; Ursatus 1652 p. 59; Furlanettus p. 286 n. 317 tab. 41.

2983 Patavii 'pridem mihi dono data parva tabella marmorea recens inventa' SCARD. Deinde ex dono Camposamperii apud Ursatum URS.

D · M
L · MACLO
FORTVNATO
VALGIA · THALLV*sa*
CONIVGI · BENE*mer*
FECIT

Scardeonius p. 77 (inde Grut. 803, 13); Ursatus 1652 p. 212. Ab his Furlanettus p. 314 n. 363.

Sic Urs., nisi quod v. 2 habet . . ACLO; contra Scard. sic: D·M | L·MACLONIO | FORTVNATO | VALGIA·THALLVA | CONIVGI·BENEM | FECIT.

2984 Patavii rep. in fundamentis S. Iustinae a. 1502 COD. IUC. In S. Iustinae BONON.

D · M · C · MA
GIVS · VRSINVS
V · F
MAGIAE · VALENTI
NAE · FILIAE · PIENTISSI
MAE · D · AN · VII · M · DVORV
D · IIII
LOCVM·DEDIT·CLODIA·MARCELLA

Codex Iucundianus Cicognae f. 221' Pat. n. 18; Hier. Bononius, qui vidit a. 1504, cod. 1874 f. 47' (inde omnino Mur. 1186, 10, non, ut ait, ex schedis Bellonii apud Antonium Scotum Tarvisinum, cum vere Belloniana hunc titulum non habeant; ex Muratorio Furlanettus p. 237 n. 239), item minus bene cod. 1873.

Versuum divisionem non observant Iuc. Bon. 1673. — 4 MAGIAE Bon. 1873. — 5 PIENTISS idem. — 6 ANNOR mutatum in ANN idem. — DVORVM idem. — 7 om. Iuc.

2985 cippus Patavii in academia.

M · MAGIRO
ET · ICMADI

Contuli; titulus integer est et lectionis certae. Inscr. acad.; Furlanettus p. 382 n. 491.

2986 Patavii ad aedes Hier. Quirini PINGON. In domo Bassania SCARD. 70 URS. In aedibus Iosephi Bonati professoris botanicae FERRET. Inde illata est in museum publicum FURL. — Stratae apud Danielem Veturium SCARD. 66 errore.

C · MANLIVS
GIBBAR · L
PRIAMVS

QVAESSI SEM*PER*
nec PERdere desi

Contuli. Pingonius f. 235; Scardeonius p. 66 et denuo p. 70 (inde Grut. 878, 14. 984, 3); Ursatus 1652 p. 67; Ferretus inscr. Patav. 3, 415; Furlanettus p. 382 n. 493 tab. 27.

Priores videntur vidisse integriorem. — 4. 5 QVAESSI·SEMPER | PER//*neq*//*all* Ping., T·QVAES·SEMPER . . . | PER . . . . . . Scard. 66, QVAESSI SEMPER Scard. 70 Urs.

2987 in Noniano [hodie villa Boza PIGNORIA in add. ms. ad Grut.; id est Villabozza prope Curtarolo] Petri Bembi cardinalis lapide a Patavio septimo.

T·MANLIO·QVINTO·ET
VETVLIENAE·PELAGIAE

Pinelli cod. Ambros. D 216 inf. (inde Grut. 878, 4 a Puteano).

2988 in vico Terrae nigrae [= Terranegra] rep. URS. Deinde Patavii apud Laur. Pignoriam URS. STEPH. GUD. Postea habuit Io. Rhodius Danus et Hafniam misit URS.

L · S
Q · MANTONI
MERCATORIS
ET · C · MANTONI
GEMELLI
IN · FRON · P · XXX
RETRO · P · XXIX

Ursatus 1652 p. 282 (inde Reines. 17, 10; Salomoni 1696 p. 38; Fabrettius 631, 261; Mur. 1635, 1 ex Salomonio; Furlanettus p. 352 n. 424); Stephanonius ms. p. 69; Gudius ms. 675, 5.

6 FRON Steph., FRONT Gud., FRON Urs.

2989 inter Patavinas.

TPONENVS
M · F · MARCEL
PATRI
IIII XXXVIII

In schedula solitaria inter Forlanettiana.

2990 Patavii apud Hier., postea Franc. Quirinium.

L · S
MARCIAE · FESTAE
IN · P · P · XXBII
RET · P · XBX

Servarunt Pingonius f. 234 et Scardeonius p. 67. Ex hoc Orat. 918, 4; Ursatus 1652 p. 320; Furlanettus p. 348 n. 494.

2 FESTA Ping., SEXTAE Scard. — 3 XXXI Scard.

2991 Patavii antea apud I. B. Ferrighium, nunc in museo publico.

columbae duae
protome
pueliae
MAXSVMA · NO · RVFI · F

Contuli. Furlanettus p. 350 n. 422 tab. 32.

2992 Patavii apud Hier., postea Franc. Quirinium.

L · E
C MEMMI
LIBANI · ET
P · MEMMI
TROPHIMI
IN · F · P · XXI
BET · P · XXX

Servarunt Pingonius f. 234 et Scardeonius p. 68. Ex hoc Grut. 880, 13; Ursatus 1652 p. 319; Furlanettus p. 384 n. 496.

3 LIBAN · ET Scard.

2993 in urna vetustissima Patavii in domo episcopi.

P · METRI

Redianus Pat. 7.

2994 Patavii in domo quadam RED. apud Alexandrum Bassianum PING. SCARD. URS. Periit, dum avehitur ex aedibus Bassani in museum publicum FURL.

MINIA · Ɔ · LIB · CILA
SIBI · ET · LAEPONIAE
MV · Q · LAEPONIORVM · L
EPINICE · MATRI · SVAE
VIVA · FECIT · LOCVS
SEPVLTVRAE
IN FRONTE · P · XXX

Redianus Pat. 48; Pingonius f. 231'; Scardeonius p. 75 (inde Ligorius ms. Taur. 13; Grut. 880, 10); Ursatus 1652 p. 66; Furlanettus ms. et p. 250 n. 261, qui vidit ante quam periit.

Vv. disposui ad Urs. et Furl. — 1 sic, sed CILAE, Red., MEMINIA (om. Ɔ · LIB · CILA) Pingon. Scard. Urs.; legere non potuit Furl. — 2 SIBI om. in hiatu Furl. — LEPONIAE Scard. Urs. — 3 LEPONIORVM Scard. Urs. — L · EPINICE scripsi, LAEPONICE Red., ET VNICAE Pingon. Scard. Urs., LIBER Furl. — 6 LOC Urs. — 7 sic Red., IN FRONTE · P · XV Scard. Urs., IN · P . . . . Furl., om. Ping. — Adhaeret apud Scard. Urs. titulus n. 3048.

2995 Patavii apud Io. Bapt. Rotam SCARD.; in aedibus olim Scardeoniis, nunc comitis Obicii de Camposamperio ad S Leonardum URS. SAL. Nunc Catai in museo Obizziano.

MV · MOLNIO · C · *sic*
vir absus
capite
velato

Contuli. Scardeonius p. 86 (inde Grut. 918, 19); Ursatus 1652 p. 141; Salomoni 1708 p. 128; Cavedoni Catajo p. 62; Furlanettus p. 385 n. 497.

Post C · spatium vacat non scriptum.

2996 Patavii apud Ramusios, deinde apud Contarenos RAM. PIN. Ateste in hortis Contarenis partem priorem collocat URS.; posterior nuper ibidem denuo reperta iam extat in museo Estensi.

C · M | VCIO · Q · F · SE
ET · AR | RVNTIAE · T · F
ET · MVC | IAE · C · F · N
MVCIA | E · C · F · PBC
| *H* · M · H ·

Contuli quod superest. Ramusius cod. Marc. n. 36, cod. Barb. n. 17; inde Grut. 881, 4 per Pinellium, qui negat se vidisse. Principia versuum, quae lineola separavi, habet Ursatus ms.; pars ea, quam distinxi litteris rectis, mihi visa est in museo Estensi. Ex Grutero Furlanettus p. 385 n. 489.

1 C · F Grut. contra schedas suas.

2997 ad aquas Aponi rep. ZENO. Nunc Venetiis apud Bernardum Trivisanum ZENO. Deinde in aedibus Suarez GATS. Iam Catai in museo Obizziano.

Q · MVRTIO
APHRODISIO
L · DOMITIVS
HERD

Contuli. Zeno in ep. a. 1706 scr. inter Muratoriana, ed. *lettere* 1, 365 (inde Mur. 1483, 14); Grisellini ms. inter Gazzeriana; Furlanettus p. 342 n. 407.

2998 Patavii apud Bassanios PIN. URS. Nunc ibi in museo.

rosa
V · F
Q · MVSTIVS
EVSEBES · SIBI
ET · CAETRONAE
PROCVLAE · VXORI
ET SAVFEIO NIGRINO
FILIASTRO
POSTERISQ · SVORVM
LOCO · PRIVATO
IN · P · P XXX
IN · A · P XXX

Contuli. Bouhier cod. 164 p. 293; Pinelli cod. Ambr. C 61 inf. f. 45' et apud Grut. 810, 1; Ursatus 1652 p. 57, ubi aere expressit, 1678 p. 65; Furlanettus p. 268 n. 291 tab. 38.

2999 Sarmazzae prope Patavium [prope vicum nunc dictum *Granze di Camin*] in pariete hortorum de Barbaro, nunc Triadani Griti SALOM.

protomae viri et mulieris
MVTTIAENA · *l* · T · L · SeCunda
SIBI · ET
. . MVLVIO · *L* · *f*. VRBANo *viro*
T · F · I
IISVLVS

Salomoni 1696 p. 342 (inde Mur. 1484, 5; Furlanettus p. 387 n. 500).

MVTTIAE · NA · ET · L · SIC · SIBI · ET · MVLVIO · ET · VRBANIO · T · F · I · I · I · SVLVS Sal., addens saxum fractum esse.

3000 Patavii apud Bassanios PING. SCARD. 70 URS. Sine loco SCARD. 81.

V F
Q · OCTAVIO
ATHICTO
AFRONIA · FESTA
VXOR · MARI
Q · OCTAVIVS
PRISCIANVS
Q · OCTAVIVS
LABERIANVS
P · P

Pingonius f. 230'; Scardeonius p. 70 et denuo p. 81 eodemque exemplo Ligorius ms. Taur. 13; Ursatus 1652 p. 59 aere expressit. A prioribus Salomoni 1696 p. 46; Alessi p. 180; Furlanettus p. 315 n. 365.

Vv. aliter divisit Scard. 81. — 1 sic Ping. Scard. Lig., D · M Urs. — 2 Q · Ping. Urs., C · Scard. Lig. — 4 AFFRONIA Scard. 81. — FESTA Lig. Urs., TESTA Scard. 70, PESTA Scard. 81. — 5 MARI Urs., //ARI Ping., MARITO reliqui. — 10 F · P Ping., P · P reliqui.

3001 Patavii in ecclesia misericordiae FELIC. cum suis; apud S. Iustinam RED.

V · F
OFILIA·L·/·DOTALIS
SIBI · ET
Q·GRANIO·OPTIMO
VIRO · MEO

Servavit Antiquus. Habent Felicianus Pat. 8 (inde Marcanova Mut. f. 157 Pat. 9; Ferrarinus cod. Trai. f. 46', cod. Reg. Pat. 11); Redianus Pat. 35; Iucundus Pat. 5; Lilius f. 55; Sanatus f. 54; Apianus 344, 4 (inde Scardeonius p. 64; Grut. 812, 9 ex Apiano). Habet item nescio unde Manatius cod. Vat. 5248 f. 4. A prioribus Ursatus 1652 p. 305 et Furlanettus p. 319 n. 371.

Vv. divisio incerta. — 1 habet Red. solus; D · M pro V · F Man. — 2 OFILLIA Red., OFFILIA Lil., . . . FILIA Man. — LEDOTALIS traditur (LEVDOTALIS Lil.). — 4 Q om. Man. — CRANIO Red. Lil., TRANIO Iuc. Man. — 5 MEO Red., SVO reliqui (omittit Marcanova).

3002 Patavii apud aedes Benedicti Bertoldi PINGON.; in aedibus Bassaniis SCARD. et RELIQUI. Inde venit in museum publicum.

protome viri *protome mulieris* *protome mulieris* *protome viri*
C · OPPIO · C · F · PATRI
RVTILIAE · PRIMAE · MATRI
CASSIAE · L · F · SECVNDAE · VXSORI
C · OPPIVS · C · F · T · F · I ·
P · OPPIVS · C · F · POLLIO · FRATER
FACIVNDVM · CVRAVIT

Contuli. Pingonius f. 228; Scardeonius p. 75 (inde Grut. 735, 11); Pinellius cod. Ambros. C 61 inf. f. 36'; Ursatus 1652 p. 70 aere expressit; Furlanettus p. 259 n. 274 tab. 30.

3003 Patavii apud Sertorium Ursatum URS. Deinde Rovigi apud Silvestrios SILV. Nunc Veronae in museo philharmonico n. 301.

PARCILIA
M · OXONI · F
SIBI ET SVIS

V · F

Contuli; titulus recens instauratus est, sed genuinus. Ursatus 1652 p. 212 (inde Reines. 16, 34; Fabrett. 636, 308; Mur. 1722, 14); Silvestri *Giuvenale* p. 118; Maffei M. V. 158, 2; Furlanettus p. 387 n. 501.

3004 Patavii in aedibus Ludovici Pasini medici apud S. Iulianam SCARD. ZWINGER URS.

delphinus cum ... (?)
PERPERNIA · L · L · FA
VOR · VIVA · FECIT
SIBI·ET·L·PERPERNAE
PHILONI · SVEIS

Scardeonius p. 75 (inde male Grut. 988, 1); Theodorus Zwingerus, qui vidit, per filium misit Grutero in epistula inserta codici Scaligeri Lugd. Papenbroekiano post f. 76 (inde adn. ed. 2 Grut.); Ursatus 1652 p. 185 aere expressit. A prioribus Furlanettus p. 387 n. 502.

1 PERPENIA Scard. — 3 PERPERNAS Urs., PERNAE Zwing., PERPENAE Scard.

3005 Patavii rep. 1826 prope ecclesiam S. Andreae, deinde in museo.

C · PETILLIVS · C · L ·
ANTEROS
SIBI · ET
PETILLIAE · C · L ·
STAPHI · L *sic*
TESTAMENTO
FIERI · IVSSIT

Contuli. Furlanettus p. 291 n. 324 tab. 50.

3006 Patavii S. Iohannem versus in aedibus Guidonum.

SEX · PETRONIVS
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

Ursatus 1652 p. 130 (inde Furlanettus p. 441 n. 636).

3007 Altichieri in villa Quiriniana FERR. Inde venit Patavium in museum publicum.

T · PETRONIO · P · F ·
VIRO · P · PETRONIO · F *sic*
FILIO · SIBIQVE · CV
RIATIA · L · F · QVAR
TA · Q · CVRIATIO · L · F
CELERI · FRATRI · MV
CIAE·L·F·RVFAE

L · S · IN · FRONTE ·
P · XXIV · RETRO · P · L ·

Contuli. Ferretus inscr. Patav. 4, 50; Furlanettus p. 315 n. 366 (cf. p. 533) tab. 49.

2 fin. post F (sic, non T) potest deesse littera et ipsa minor; debuit esse P·PETRONIO·T·F·FILIO.

3008 in plebe Sacci [= Piove di Sacco] retro ecclesiam S. Mariae SAN. similiterque PING. SCARD. URS. Babulentae [= Bovolenta] in domo Petri Angeli Zeni patricii Veneti SAL. Ibidem adhuc in aedibus hodie Diedo.

protome mulieris speculum (?) tenentis — *protome viri sine ulla subscriptione*
PETRONIAE ·
T·L·GRATAE·

Sanatus f. 57'; Pingonius f. 233'; Scardeonius p. 83 (inde Reines. 19, 32); Ursatus ms., qui delineavit; Salomoni 1696 p. 297; mihi dederunt de lapide descriptam amici Patavini. A prioribus Furlanettus p. 388 n. 504.

PETRONIE·T·L·GRATE San.

3009 Patavii.

PETRONIA · P · L · MVSA
VIVA · SIBI · POSVIT
IN·FR·P·XXIIX·IN·A·P·XIVI

Servavit Peutinger cod. 526 f. 123'. Inde Apianus 342, 1, a quo sumpserunt auctores Patavini Scardeonius p. 63. 64 (ex eo et Apiano Grut. 920, 15); Ursatus 1652 p. 331; Furlanettus p. 387 n. 503.

1 PETRONIAS MVSA, 3 XIVI traduntur.

3010 ex villa Casalis *di Ser Ugo* venit Patavium ad Sertorium Ursatum URSATUS. Deinde Rovigi in aedibus Silvestri SILVESTRI. Ibidem adhuc.

BINIVS
VS
PHILEROTIS ET
MPHIONIS
LIBERTVS
hic. sit VS · EST
OR · GER
ICVS
IA · MVNX
VNI / / / / /
/ / / / / / /

Contuli. Ursatus ms. et 1652 p. 212 (inde Reines. 18, 46); Cam. Silvestri *Giuvenale* p. 100; Furlanettus p. 441 n. 640; Devit *Polesine* p. 49.

3011 basis quadrata. Patavii habuit Gualdus secumque tulit Vicetiam URS. Vicetiae in hortis Gualdi FERR. Inde venit a. 1782 ad Tornierium.

D · M
PHILVMENVS
AEMILI
CELERIS
MARCIANENI
COIVG·AMANT

Contuli. Ferretus apud Ursatum ms. et 1652 p. 277 (inde Reines. 14, 122; Mur. 1387, 7), item inscr. Vic. f. 54, ubi haec postea adiecta est, ni fallor ex Ursati libro edito; Cerchiari f. 246; Tornieri eph. 1782 Oct. 8; Faccioli 2, 40; Maccà *stor. del terr. Vic.* 11, 2, 195; Furlanettus p. 288 n. 321 qui vidit.

3012 Patavii apud Liviam de Bassanis SAN. similiterque PING. SCARD. URS.; nunc in museo publico.

ATILIVS
CHES · ET
ILIA · PHOEBAS
PIENT · B · M · P
m QVI · LEGIST · VALE

Contuli. Sanutus f. 62'; Pingonius f. 231'; Scardeonius p. 72 et denuo p. 73; Manutius orth. 80, 2; Ligorius ms. Taur. 13 bis; Grut. 859, 5 ex Scardeonio et Manutio; Ursatus 1652 p. 65; Furlanettus p. 264 n. 285 tab. 35.

3013 Patavii in coemeterio S. Michaelis.

Q · PLO
SIBI
BIT

Scardeonius p. 78 (inde Ursatus 1652 p. 306; Furlanettus p. 446 n. 658).
Ab initio quoque fractam dat Scard.

3014 Patavii in aedibus Ramusiis PINELLI (ms.); in aedibus Contarenis PINELLI (Grut.).

D M
P POM
F I R M O
I N F E L C
Q V E M M
RS · ABSVLT
IVD'S IVL
OLYMPA M
RTO B M P

Ramusius Marc. 25, Barb. 18 et inde per Pinellium Grut. 537, 8; Pinelli cod. Ambros. C 61 inf. f. 50; Pignoria in em. ms. ad Grut.; Donius cod. Vat. 7113 f. 9'. A prioribus Furlanettus p. 318 n. 367 (cf. p. 533).
2 P POMP Grut. ed. contra auctorem. — 6 RS Pin. Pign., AS Ram. Don. Grut. — 6 V pro VL traditur.
D(is) m(anibus) P. Pom(peio?) Firmo infelic(issimo), quem maris (= mare) *apstulit undis. Iul(ia) Olympia marito b(ene) m(erenti) p(osuit).*

3015 Patavii prope S. Leonardum in aedibus Scardeonii, postea Camposamperii ante gradum vicini horti PINGON. SCARD. URS. SAL. Deinde Onarae apud Cittadellas, qui dederunt museo Patavino.

C · POMPEIVS · C · L
LEPIDVS · SIBI · ET
POMPEIAE · C · L
PRIMAE
TESTAMENTO · FIERI
IVSSIT

Contuli. Pingonius f. 228; Scardeonius p. 76 (inde Grut. 990, 4); Ursatus 1652 p. 141; Salomonius 1708 p. 128 (cf. corrig.); Furlanettus p. 291 n. 325 tab. 58.
6 IVSSIT Ping. et rel.

3016 Patavii extra portam S. Crucis ANGEL. CENN. BORGH. In suburbio ubi dicitur *el Basanello* MARCANOVA 404. Utraque loci indicatio eodem redit. In domo Francisci Contareni Veneti areopagitae MARCANOVA 386 et ANTIQUI RELIQUI; apud aedes Pauli Contareni patricii Veneti PINGON.; similiter URSATUS. Ex aedibus comitis da Lion ad S. Danielis venit in museum publicum. — Anconae SANUTUS f. 132 errore.

Q · POMPONIVS
Q · F · PAB
SEVERVS · SIBI
ET · LIB · OMNIB
T · P · I ·

N · M · H · N · S

Contuli. Marcanova cod. Bern. n. 386, Mut. f. 159 Pat. 30; Felicianus Pat. 22; Ferrarinus cod. Trai. f. 49', cod. Reg. n. 21; Redianus Pat. 13; cod. Gudianus 253 f. 22; Iucundus Pat. 22; Chigianus I. VI. 203; Sanutus f. 55 et denuo f. 132'; Choler f. 72. 76; Valvassonius ms. f. 6'; Apianus 343, 4. Aliunde Marcanova cod. Bern. n. 404; Symeon *obs.* (1558) p. 89, epit. p. 96 (inde Smet. 171, 18; Grut. 885, 3. 939, 2). Habent item cod. Angelicanus f. 33; Cenninus n. 60; Borghini p. 16 ex libello Fr. Pandulphini, hi tres eodem exemplo. Pingonius f. 228 qui vidit; Pignoria in em. ms. ad Grut.; Ursatus 1652 p. 42 qui aere expressit; Furlanettus p. 332 n. 390 tab. 26.

3017 Patavii in domo Lauri Divani ad Sanctum.

POMPONIA · Q · L
VRBANA · SIBI *et*
Q · POMPONIO · Q · L · OR
SIBI · ET · SVIS · VIVA *fec*

Servavit Scardeonius p. 79. Inde Grut. 990, 9; Ursatus 1652 p. 317; Furlanettus p. 316 n. 368 (cf. p. 534).

3018 In villa Vallium [cf. n. 2870] RED. GUD. Patavii apud Bassanios PING. SCARD. URS. Nunc in museo publico.

protome
POPILLIAE
C · P
PRISCAE

Contuli. Habent Redianus Pat. 71; cod. Gud. 253 f. 17; Pingonius f. 231; Scardeonius p. 72 (inde Grut. 920, 21); Ursatus p. 55 qui aere expressit; Furlanettus p. 388 n. 507 tab. 36.

3019 Patavii in domo quadam RED. apud Bassanios PING. SCARD. URS.

POPPIACA · VALERIANA · ET · TI · O
MARCELLVS · QVI · ET · ARSINOO
AB · SOLO · FABRICAVERVNT · N · CCC

Redianus Pat. 39; Pingonius f. 232; Scardeonius p. 75 (inde Ligorius ms. Taur. 13; Grut. 818, 7); Ursatus 1652 p. 68. A prioribus Furlanettus p. 121 n. 115.
Vv. recte diviserunt Red. Ping. Urs. — Hederas servavit Redianus. — 1 POPIA-CA Ping. — VALERINA traditur. — ET · TI · O Red., ETTIO Scard., ET TI · C Ping., ETATIC Urs. — 2 QVINTVS SARSINOO Scard. — 3 N CCC om. Scard.
Nota nomen formae eius, quae frequens est in Histricis et vere haberi potest Illyrica (cf. p. 44). Similia reperiuntur in titulis urbanis militum Patavinorum apud Kellermannum vig. n. 171: *C. Calaciaco Proculo Patavi*, item ibidem n. 101 a III, 27: *Q. Cavius Tarvicus Patavi(o)*. Nomina quae abhorreant a forma Latina cum rarissima sint in Patavinis, tamen eius generis quae inveniuntur (cf. n. 2906. 2911. 2974. 3053), ut convenit urbi Venetae, Illyrica magis sunt quam Gallica. — De numero in fine cf. ad n. 2787.

3020 Patavii in domo Alexandri (Bassani) COD. GUDIANUS.

primi GENII
APONI
AMICI
Q · C

Redianus Pat. 42 (inde Gud. 297, 12); cod. Gud. 253 f. 16'.
Vv. divisio incerta. — 2 APONII Gud. — 3 om. Gud.

3021 In Noniano Petri Bembi cardinalis [cf. n. 2987].

C · PVBLICI . . . . .
. . . .
. . . .
. . . . . MATER · OPTIMA
. . . .
. . . .

Pinelli cod. Ambros. D 216 inf.
1 PVBLICI Pin.

3022 basis magna. In ecclesia S. Mariae de Limina V m. p. a Patavio extra portam Caudae longae FELIC. similiterque RED. 78 (in limine oppidi RED. 1 errore) et GUD. Limena habuit dono abbatis Verdarae Polcastro deditque academiae Patavinae, apud quam extat FURLAN.

V · F
T · PVBLICIVS
PHRONIMVS
SIBI · ET
CERVONIAE · GALENE
VXORI

H · M · H · N · S

Contuli. Antiqui exemplum exemplave habent Felicianus Pat. 16 (inde Marcanova cod. Mut. f. 163' Pat. 62; Ferrarinus cod. Trai. f. 47, cod. Reg. Pat. 15); Redianus Pat. n. 1 et denuo n. 78; cod. Gudianus 253 f. 17 et denuo f. 22'; Lilius f. 55; Iucundus n. 7; Apianus 344, 5 (inde Grut. 820, 7 ex Apiano; 1041, 2 ex Apiano et Verderianis); Scardeonius p. 64 (inde Salomoni 1696 p. 229) ex Apiano ut ait, quamquam lapidem videtur vidisse. Denuo ex lapide Furlanettus p. 272 n. 296.

3023 Patavii in aedibus Bassaniis PINGON. SCARD. POSTERIORES. Nunc in museo publico.

I ET · SVIS
...IAE · M · F · VXORI
L · RAECIO · L · ADRASTO
GALLAE · L

Contuli. Pingonius f. 231'; Scardeonius p. 72 et denuo p. 73; Ligorius ms. Taur. 13; Pinelli cod. Ambr. C 61 inf. f. 47; Grut. 991, 14 e Scardeonio et Pinelli schedis; Pignoria in em. ms. ad Grut.; Ursatus 1652 p. 51 qui aere expressit; Furlanettus p. 300 n. 342 (cf. p. 532) tab. 31.

3024 rep. Patavii in porta Torricellae, deinde apud Traversam, qui dedit museo.

L S
T · AVRELLI
L · F
PVDENTIS
IN · FR · P · XXVII
RETR · P · XLV
S ET S

Contuli. Furlanettus p. 390 n. 509 tab. 17.

3025 in basi columnae Patavii in vico omnium sanctorum ANT.

M · SAGATIO
T · F

Servavit Antiquus. Habent Marcanova cod. Bern. n. 402, cod. Mut. f. 159' Pat. n. 34 (inde Pingonius f. 228'; Scardeonius p. 59; Grut. 922, 7 e Scardeonio); Redianus Pat. 19; cod. Gudianus 253 f. 22'; Iucundus Pat. 4 (inde Don. Barb. 30, 182 f. 82' et 34, 73 p. 238 ex lib. ms.); Sanutus f. 55'. A prioribus Ursatus 1652 p. 306 et Furlanettus p. 420 n. 562.

1 SAGATIO Red. Gud., SAGTIO Marcan., AGATIO Iuc., SAXATIO San.

3026 Patavii rep. a. 1794 in aedibus Io. Bapt. Valvasori FURL.; ad ecclesiam S. Andreae in pariete domus de Valvasoriis FERR. Hi dederunt museo.

C SALVIO · C L DIO
SALVIAE C · L · LESBIA
SALVIAE · C · L · SP·NS
LEMONIAE · PRIN
SALVIA · C · L · GRAT

Contuli. Ferretus inscr. Patav. 3, 495; Furlanettus p. 333 n. 393 tab. 21.

3027 Patavii in claustro S. Sophiae.

C · SATRIO · C · F · VERO
C · SATRIO · C · F · OPT*ato*
GRAMIAE · MORP
C · SATRIO · HILARO
SARRONIAE · T · F · TERTI*ae*
DEMINCONIAE · AM *andae*
VXORI
SATRIAE · HELPID
IN · FR · P · X
RETR · P · XII

Antiquus servavit. Habent Marcanova cod. Bern. n. 391, cod. Mut. f. 159' Pat. 33 (inde Pingonius f. 228; Scardeonius p. 58; Grut. 887, 11 ex Scardeonio); Redianus Pat. 22; Sanutus f. 54'. A prioribus Ursatus 1652 p. 295 et Furlanettus p. 393 n. 514.

Vv. divisio mea est; hiatus indicat 3 fin. Marcan. (Bern.), 10 fin. idem et Red. — 1 ATRIO Red. — 8 HEI·PIETAS·DEDAVM pro HELPID Scardeonius. — 9. 10 sic Red., IN·F (FR San.) P·RETR·P Marcan. San.

3028 in rure Leonis [Lion] extra aedis sacrae ianuam.

L · VA ..... POR
..... PATRONI
ANN · XVIII · ET
SATRIAE · C · F · FIRMINAE
VXORI CARISSIM.....
.... ERIMN ....
....

Salomoni 1701 p. 590, 1708 p. 195 (inde Mur. 1415, 9; Furlanettus p. 296 n. 335).

3029 in oppido Plebis Sacci in pariete horti archidiaconatus URS. *Piove di Sacco nella casa di quel primo canonicato, ora serve di gradino per calare in cantina* FURLANETTUS. Nunc Patavii in seminario.

C · SATTIO · L · F
CLEMENTI
ET · AXSIAE · T · L
PRIMVLAE
VXORI · SVAE
IN F · P · XX
RE · P · XXXR

Contuli. Ursatus ms.; Furlanettus p. 266 n. 288, cui descripsit Valentinellius.

3030 Patavii in quadam domo RED.; in domo domini Alexandri de Bassano GUDIANUS similiterque ROBORT. PING. SCARD. URS. Nunc in museo publico.

columbae duae ex vasculo bibentes
C · SAVFEIVS
CLEMENS
SIBI · ET
VALERIAE

Contuli. Habent Redianus Pat. 49 (inde Gud. 315, 22); Gudianus 253 f. 17'; Robortellus emend. (1557) f. 35; Pingonius f. 230'; Scardeonius p. 74 (inde Ligorius ms. Taur. 13; Grut. 887, 14 ex Rob. et Scard.); Ursatus 1652 p. 55; Furlanettus p. 297 n. 337 tab. 36.

4 sic etiam Red. Gud. Scard. Urs., V///PRIMAE Rob. errore.

3031 Patavinam credo propter clausulam. Innotuit ex museo Silvestrii Rovigino, in quod Patavina complura illata esse constat; hodie est Veronae in museo philharmonico n. 368.

SECVNDI
ENAE · SALVI
AE · Q · V · A · XXR
VI · M · VIII
Q · SERTORI
VS · LEONIC
COIVG · KAR
MER · POS
N CCC XVIIII

Contuli. Habent Silvestri *Giuv.* p. 412, qui ligno expressit; Mur. 1401, 7 ab Hier. Baruffaldio; Maffei M. V. 159, 6 (inde Orelli 4543); Devit p. 75 n. 65.

De numero in fine cf. ad n. 2787.

3032 cippus rotundus fractus, Patavii apud Zabadellam, qui donavit bibliothecae S. Antonii URS.

supra cippum leones duo cubantes
TI · SEMPRONI · II · F

Servavit Ursatus 1652 p. 149 aere expressam (inde Furlanettus p. 441 n. 637).

TI · SEMPRONI · I · F traditur.

3033 Patavii in hortis Ursati URS. Deinde Rovigi apud Silvestrios SILV. Nunc in museo Veronensi n. 494.

T · SEMPRONIO · AVCTO
PATRONO
T · SEMPRONIO
HERMETI
LIB BONO
L · THORIO · AMICO
/////

Contuli. Ursatus ms. et 1652 p. 212 (inde Reines. 18, 38); Cam. Silvestri *Giuvenale* p. 100; Car. Silvestri apud Calogerà 6 (1732) p. 380; Maffei M. V. 160, 2; Furlanettus p. 335 n. 394 (cf. p. 534), cui lapidem contulit Ortius.

3034 Patavii ante portam ecclesiae S. Iustinae ANTIQUI et BONON. 1873; apud Alexandrum Bassianum PING. SCARD. similiterque GRUT. URS. Nunc in museo publico. — Romae APIAN. 213.

protome viri *protome mulieris*

C · SSEMPRONIVS
Q · F · PSIRVS · VIV
OS · F · BIB · ET · VXORI ·
CLODIAS · SECVNDA *sic*
ET · Q · SEMPRONIO
TERTIO · FRATSI · SVO
IN · F · P · XXXVI · RET ·
P · XXVI · *ILLI* · *DE*
OS · *IRATOS* · *QVO*
S · *OMIS* · *COLVNT* · *SI*
QVIS · *DEO* · *SEPVLCRO*
VIOLARIT

Contuli. Habent Cyriacus inscr. Illyr. n. 195; Marcanova cod. Bern. n. 378, cod. Mut. f. 158 Pat. 17 (inde Ferrarinus cod. Reg. Pat. 51); Felicianus cod. Marc. f. 110 in add., cod. Ver. f. 97; Lilius f. 54'; Redianus Pat. 10; cod. Gudianus 253 f. 21'; Iucundus Pat. 9; cod. Angelicanus f. 33; Chigianus I. VI. 203 f. 14; Alciatus Fene f. 31; Choler f. 76; Sanutus f. 55'; Apianus p. 213, 2 et 339, 3 (ex hoc Puccinelli p. 59); Hier. Bononius, qui vidit n. 1504, cod. 1874 f. 47, item cod. 1873; Pingonius f. 231'; Scardeonius p. 73 (inde Panvinius cod. 6036 f. 60' et Macci II f. 87 n. 141, codicem ms. nescio quem citans); Ligorius ms. Taur. 13; Grut. 826, 1 ex Apiano Scardeonio Puteani schedis; Ursatus 1652 p. 50, qui aere expressit; Fr. Traversa *ill. di una lap. sep. Padovana* p. 14; Furlanettus p. 278 n. 304 tab. 29; Orelli 4789.

Non supervacaneum erit attulisse variam lectionem ad clausulam nec lectu nec intellectu facilem. QVOS OMIS COLVNT SIQVIS DSO SEPVLCRO VIOLARIT recte solus Furlanettus; idem, sed SEV/C// pro SEPVLCRO, Pingonius; idem, sed OMNIS pro OMIS et DS EO pro DEO, Grut., id est Puteanus, et Ursatus; QVO.S OMNES COLVNT QVIS DS . . . . | . . . . VIOLARIT Bonon. (1874); QVO COM . . . ER . . . COLVNT QVIANE . . . idem (1873); QVOS OMNES COLVNT (CV | VNT Scardeon. ed.) SIQVIS VIOLASIT mediis omissis Scard. cum Panv. Lig. Maccio; QVOS OMNIS COLVNT SIQVIS DEOS omissis extremis Felic. Angel. Chig. Alciat. Choler.; QVOS OMISCOLV om. rel. Cyriacus; QVOS · OMIS om. rel. Ap. 338; QVOS·OMNIS·COLVIT Lil.; QVO . . . S OMNIS COLVIT Iuc.; QVOS OMNIBVS·COLVIT Marcanova (cum Ferrarino) Gudianus Redianus, hic addens 'imperfec.'; QVOS·DEOS IRATOS·SOMNVM·DSDERVNT Ap. 213. De Sanuto non constat. — Ceterum clausula quam dedi inclinatis postea adiecta est ab imperito homine. *Omis* utrum accipias pro *homines* an pro *omnes*, dubitari potest; item *deo sepulcro* utrum pro *de eo sepulcro* sit an pro *deos sepulcri*.

3035 Abani in via

ab una parte:	*ab altera:*
SIIMPRONIAII	D · N
TRYPHIINAII	SIIMPSO
D M	TSYPIIN

Reinesius 17, 115, cui descripsit Bartholinus; Ursatus ms. duobus exemplis; Salomoni 1696 p. 161; Hier. Mar. Rosa in comm. 'arcanu lapidum patefacta, epistola Aponensis saxi dilucidatoria' scr. a. 1723, qui ms. servatur in monasterio Pragliae (inde Furlanettus p. 395 n. 517), nuper editus est in nuptiis Altan-Graziani Patavii 1865, 8; Nov. Flor. 1778, 468.

In priore 1 sic Rosa, SIMPRO|NAI Nov., SIMPRONIAI Urs. I, SIIMPRONYAI Urs. II, SIIMPRONIANII Rein., SYMPRONIAE . . . Sal. — 2 sic Rein., TRYPHIINAI Urs. II, TRYP . . IIII . . NA Sal., TRYIIINAI Nov., TSYPIINAII Rosa. — 3 om. Sal. — Posteriorem non habet Rein. — 1 O·N Urs. I. II Nov., O . . L . . . . N Sal. — 2 SYMPRO . . Sal., SIMPA Rosa. — 3 TRYP . . II . . N . . Sal.

3036 Patavii in domo Bassania PINGON. SCARD. POSTERIORES; nunc in museo publico.

N F
P SSPVLIIO · P · L
FLORENTI
CASCILIAE Ɔ · L CRSNI
C · CASTRICIO · C · L ·
CALVIONI
CASTRICIAS · C · L · EVCHI
C · CASTRICIO · Ɔ · L ·
MARTIALI ·
LOC · SEPVLT
SIBI · ET · SVIS
L · DOMITIO · THEOPHIL
IN FS · P · AX · SSTR · P · XXV

Contuli. Pingonius f. 231'; Scardeonius p. 75 (inde Grut. 994, 4); Ligorius ms. Taur. 13; Ursatus 1652 p. 66; Furlanettus p. 397 n. 520 tab. 38.

3037 litteris pulchris et magnis. Patavii in domo episcopi ad portellum MARCAN. similiterque ANTIQUI RELIQUI. Ad S. Iustinae GRUT.; in monasterio S. Iustinae pro torculari PUCCINELLI, errore omnino. Deinde Laude in domo Bassiani a Ponte COD. PAP., in canonica Lateranensium ANON. ET ZACC., nunc in hospitali.

DIS · MANIB
P · SEPVLLI
P · F · PAB
TACITI

Contuli. Habent ex Antiquis Marcanova cod. Bern. n. 374, cod. Mut. f. 157' Pat. 13 (inde Ferrarinus cod. Reg. n. 46; Pingonius f. 228'; Scardeonius p. 59); Redianus Pat. 3; Gudianus 253 f. 21; Iucundus Pat. 18; Alciatus Fene f. 144'; Sanutus f. 56. Deinde ex lapide Grut. 922, 19 a Scardeonio et Verderianis (inde Ursatus 1652 p. 296 inter deperditas et sine dubio etiam Puccinelli 1664 p. 60); item Laudenses auctores codex Papiensis f. 47'; Hier. Borsieri cod. Par. 8957 f. 67 ex Fabricio Gandino; Mur. ms. 18, 224 ab Argelato; Zaccaria episc. Laud. p. 8; Anonymus Vignatii n. 34; Molossi *uom. ill. di Lodi* p. XV; Furlanettus p. 396 n. 519 qui vidit; Vignati p. 249.

3038 litteris magnis, Patavii ante ostium S. Iustinae.

VAIVS · S
SERVILIAS

Redianus Pat. 102 extr.

3039 Patavii apud Ramusium, deinde apud Contarenos. '*Rotto in pezzi*' adscriptum est in schedis Ramusii Marc. et Gruterianis.

D · N
STRSCSIAE
DEP · ANN
RAII · IVST
A · OSLEC
ATE · B · M · P

Ramusius Marc. 24, Barb. 13 et inde Grut. 661, 15 (ex eo Furlanettus p. 397 n. 523) per Pinellium, qui negat se vidisse.

2 sic Ram. (Barb. et Grut. ms.), STERCEIAS Ram. (Marc.), STRECCIAE Grut. (ed.)

3040 tabula aerea rep. m. Mart. 1835 *alle Ghiaje verso S. Pietro Montagnon* in fundis Orologio, deinde apud negotiantem Rizzoli.

NVS
N V S
S · STRABO
LIVS · M · F
CARMINIVS · CLEMENS
SEVIVS · CLEMENS
ILIVS · TIBERINVS
NIVS · Q · F
ENS
ENS
IS

Furlanettus ms. et Pat. p. 418 n. 555.

3041 Patavii in museo.

L · SVLPICI · C F

Contuli. Furlanettus tab. 52 (in opere desideratur).

3042 Patavii rep. m. Sept. 1859 prope portam *Codalunga*, dum balneae publicae ibi instituuntur.

delphinus *persona* *delphinus*
V F
C · SVLPICIVS
MATVRVS
SIBI · ET SVIS
ET · L · CAVARO
MATVRO FRAT
ET CAVARIAS
MARYLLIDI SO
RORI ET
M · HOSTILIO · MATVRo *sic*
IN F · P · LV
RET · P · RL

Descripsi. Misit item Ios. Müller.

3043 Patavii in monasterio eremitarum.

DIs · MANIEVS · SACRVM
TAVRIA · M · L · TYCHe
VXOR
T · ANNIO · cEBINTHO
CONIVGI
ANNIAE · T · l · PIERIDI
SIBI · ET · SVIS

Servavit Scardeonius p. 76. Inde Grut. 996, 7; Ursatus 1652 p. 303; Furlanettus p. 301 n. 343.
1 DIS·V·MANIEVS, 2 TYCHAE, 4 CHERINTHO, 6 sq. ANNIAE·T·PIERIDI SIBI·ET·SVIS LIBERTAE traduntur.

3044 Patavio attulit Vicetiam Gualdus de Pusterla.

L · TE

Ferretus inter Ursatiana et in Vicetinis suis f. 24.

3045 Patavii in ecclesia omnium sanctorum.

V · S · D · M · CENTETRA VXORE
T · TERENTIVS · T · F · LAPIDARIVS · ET
TERENTIA · L · F · PRIMA · VXOR · ET
T · TERENTIVS · T · F · SEVERVS · FIEVS

Servavit Antiquus. Habent Marcanova Bern. n. 563, Mut. f. 157 Pat. 7 (inde Scardeonius p. 58); Felicianus Pat. 6; Ferrarinus cod. Trai. f. 46', cod. Reg. Pat. 9; Redianus n. 20; Gammarus f. 80; Lilius f. 54; Iucundus n. 2; Sanutus f. 54; Apianus 344, 2; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 146; Grut. 640, 5 e Verderianis et Scardeonio, 769, 1 ex Apiano; Ursatus 1652 p. 301 a prioribus; Furlanettus p. 272 n. 297 a prioribus.
Vv. divisio incerta. — 1 CENTETRA omnes, nisi quod prius E supra v. habet Marcanova (Bern.), CENTERA legit Iuc. — VSORE Red. Gamm. Iuc. — 2 T·F· (TI·F Red.) LAPIDARIVS boni auctores omnes, T·F·LA·PINDARVS Ap., T·PIL·PINDARVS Grut. 769, T·F (om. LAPIDARIVS) Lil. — 3 VSOR Gamm. — 4 FIE·IVS traditur, nisi quod FLEIVS Lil.

3046 Patavii in domo Bassania PINGON. SCARD. POSTERIORES; nunc in museo publico.

TERENTIA
T · F
SEVERA
Q · MINVCI · Q · F

Contuli. Pingonius f. 231'; Scardeonius p. 72 (inde Grut. 891, 1); Manutius orth. 523, 7; Ligorius ms. Taur. 13; Ursatus 1652 p. 65. 1678 p. 64; Furlanettus p. 400 n. 527 tab. 17.
1 /ERENTIA hodie.

3047 Pozzovigiani antea in muro ecclesiae, nunc Patavii in museo.

canis *canis*
protome
D · M
TILONIAS · MVSICS

Contuli. Furlanettus p. 402 n. 530 tab. 51.

3048 Patavii apud Bassanos GUDIANUS PING. SCARD. URS.; in domo Iosephi Bonati professoris botanicae FERRET.; inde illata in museum publicum FURL.

C · TITIVS · ST · F · LAN

Contuli. Habent Redianus Pat. 43 et cod. Gud. 253 f. 16'; Manutius cod. Vat. 5248 f. 2; Pingonius f. 232; Scardeonius p. 75 (inde Ursatus 1652 p. 66; Grut. 880, 10); Ursatus 1652 p. 70 (inde Reines. 17, 123); Ferretus inscr. Patav. 3, 414; Furlanettus p. 440 n. 635 tab. 61.
Integra est. — Apud Scardeonium adhaesit ad n. 2994.

3049 Patavii in domo episcopi ante ostium.

l. minucio
. . *f.* FAB · PAtri
*titi*CIAE · P · F · Matri
. . MINVcIO · L · *f*
FRATRI
C · MINVcIVS · L · F
TESTAMENTO
FIERI · IVSSIT

Servavit Antiquus. Habent Marcanova cod. Bern. n. 375, cod. Mut. f. 157' Pat. 14 (inde Ferrarinus cod. Reg. Pat. 48; Pingonius f. 228'; Scardeonius p. 59; ex Scardeonio Grut. 729, 2. 1135, 5); Redianus n. 5; Gudianus cod. 253 f. 21'; Sanutus f. 56; Ursatus 1652 p. 296 a prioribus; Furlanettus p. 257 n. 271 item.
Vv. divisi ad Marcanovam Redianum Gudianum. Traditur sic: V FAB PA|TICIAE (TITIADE Marcanovae liber Mut. solus) P·F·M|MINVTIO·L|FRATRI |C·MINVTIVS·L·F|TESTAMENTO FIERI·IVSSIT

3050 urna marmorea, in qua numisma Vespasiani inventum est BORGHINI. Patavii RED. apud Marcum Mantuam iureconsultum BORGH. SCARD. PINELL. PIGN. URS. Deinde Venetiis in museo Francisci Trevisani MUS. TREV. — Venetiis in aedibus M. Mantuae GRUT. male. Fortasse origine urbana.

D M
TITIAE TER
TVLINAE
VETVLENA
DORCAS
AMICAS
. B M F

Redianus Pat. 38; Borghini ms. f. 33; Scardeonius p. 79; Grut. 891, 4 ex Knibbianis et Puteanis, ubi delineata est urna pessime; Pinelli cod. Ambros. D 199 inf. f. 18; Pignoria in em. ms. ad Grut.; Ursatus 1652 p. 158 aere expressit; Museum Trevisani tab. 48. A prioribus Furlanettus p. 339 n. 402.
3 TVLINAE Pin. Pign., hic emendans lectionem Gruteri, TILINAE Scard., TVLLINAE reliqui.

3051 cippus magnus in pineam finiens, Altichieri in villa Quiriniana FERR. Inde venit Este in museum n. 123.

L · TROSIO
CRESCEN
TI · TROSI
A · TERTIA
F · P

Contuli. Ferretus inscr. Patav. 4, 46; Furlanettus p. 280 n. 305.

3052 Patavii.

D · M · V · F
TVLLIA · VRSINA · SIBI · ET
BARBIO · GAMMICO · MA
RITO · BENE · MERENTI

Hier. Bononius, qui vidit a. 1504, syll. f. 47; Manutius cod. Vat. 5248 f. 3; Pingonius f. 228, qui negat se vidisse.
Vv. divisi ad Bononium, nec multum discedit Pingonius. — 2 SIBI om. Man. — 3 GAMNICO Man., CAMMICO Bonon.

3053 Patavii apud Ursatum URS. Deinde Rovigi in aedibus Silvestri, ubi adhuc est.

*t*VRPILIA
FESTA
*s*IBI · ET · C · MANLIO
LVCCIACO
CONIVGI
*l*IBERTIS LIBERTABVS
/ / VI / / / / / /
ark. / / / / / / I · LIBERA

Contuli. Ursato descriptam misit Ioh. Paulus Cesarotti 23 Iul. 1670 nuper tum, ut videtur, inventam; idem posuit in sylloge ms. Silvestri *Giuvenale* p. 99 (inde Mur. 1411, 13). Devit p. 50.
7 QVE SVIS priores. — 8 . . . FR·PED . . Devit male, om. Urs. Silv.

3054 Patavii in aedibus Ramusiis, postea apud Contarenos.

D · M
C · V · C
F · M · S
T · P

Ramusius cod. Marc. 26, cod. Barb. 14 (inde per Pinellium Grut. 929, 8); Pinelli cod. Ambros. C 61 inf. f. 51.

3055 *Casale di Ser Ugo* in aedibus Ursati URS. SAL. PURL. Ibidem adhuc extrinsecus in muro. — Inter Patavinas MAN.

C · VALERIVS ·
C · F · POB ·
SILO ·

Contuli. Manutius cod. Vat. 5248 f. 3; Ursatus ms.; Salomoni 1696 p. 393 (inde Mur. 1759, 13); cod. sem. Pat. n. 638 f. 1; Furlanettus p. 405 n. 536 qui vidit.

3056 Patavii ad S. Trinitatem RED. Apud Bassanos PING. SCARD. URS. Nunc in museo publico.

V F
VALERIA MAT
RA · ET · VALERI
APRIONI
LIBERT
IN·FR·P·XX·RE·P·L\ //

Contuli titulum lectu difficilem. Habent Redianus Pat. 54 (inde Gud. 246, 9); Pingonius f. 231'; Scardeonius p. 72 (inde Grut. 712, 9); Ursatus 1652 p. 67. 1678 p. 68 (inde Reines. 18, 45; Mur. 1224, 1); Furlanettus p. 238 n. 241 tab. 24.

3057 Patavii in nova turri cathedralis basilicae MAN. SCARD. RELIQUI. Ibidem est adhuc. — Apud Bassanios GRUT. errore.

C · F · FAB · VEIO
FIERI · IVSSIT

Contuli. Manutius cod. Vat. 5237 f. 227; Scardeonius p. 84 (inde Grut. 893, 16); Pinelli cod. Ambr. C 61 inf. f. 36' et apud Grut. 911, 7; Ursatus 1652 p. 6; Cicognae codex 1025; Furlanettus p. 424 n. 577.

3058 in lapide reperto Patavii non longe ab ecclesia S. Luciae per Iohannem Marchanovam doctorem MARCANOVA (in Bern. verba 'per I. M. d.' postea adscripta sunt) et similiter RELIQUI ANTIQUI. In Noniano [= Non] Petri Bembi cardinalis septimo lapide a Patavio PINELLI GRUT. 894.

Q · VEIONIVS
TEVDA
Q · VSIONIVS
FAVSTVS
VSIONIA · CEA
IN · F · F · XXX · XET · P · LV
Q · VEIONIVS · SVAVIS · FECIT

Duo exempla supersunt Marcanovanum et Pinellianum. Illud habent Marcanova cod. Bern. s. 396, cod. Mut. f. 159' Pat. 36 (inde Pingonius f. 228'; Scardeonius p. 60); Redianus Pat. 26; Lilius f. 54'; Iucundus Pat. 16; Sanutus f. 56; Apianus 343, 1 (inde Grut. 895, 6); Mur. 2083, 10 per Cervellonium ex schedis Vindobonensibus. Ex lapide Pinelli cod. Ambros. D 216 inf. et apud Gruterum 894, 1, quamquam is ait dare se ex Scardeonio. A prioribus Ursatus 1652 p. 333 et Furlanettus p. 408 n. 541.

V. 1. dabo Marcanovae (Bern.), Rediani, Lilii, Iucundi, Pinelli. — 2 TEDA Lil. — 5 VEIONA Pinell. — 6 INEB · XXX REIPIV Pinell., qui in margine emendavit.

3059 Patavii in aedibus Octavii Ferrarii in vico omnium sanctorum in gradu scalarum.

VENVSTA

Ursatus 1652 p. 170.

3060 Patavii in aedibus Hieronymi, postea Francisci Quirini PING. SCARD.; apud Ramusios PINELL.; Ateste in domo Contarena URS.; nunc in museo Estensi n. 35.

VIVIS · F *sic*
SEX · VETTIVS
FIDELIS
SIBI · ET · AXIAE · F · L
AMABILI
CONTVBERNALI

Contuli. Pingonius f. 235; Scardeonius p. 68; Ramusius cod. Marc. n. 39; Pinellius cod. Ambr. C 61 inf. f. 41'; Grut. 1000, 7 e Scardeonio et Pinelli schedis; Pignoria in em. ms. ad Grut.; Ursatus 1652 p. 255; Ant. Angelieri Este 1743 p. 17; Orti *sopra lap. scop. in Verona* 1825 (Veronae 1825) p. 20; Furlanettus Est. p. 123, Pat. p. 265 n. 287.

3061 Patavii rep. a. 1835 et inlata in museum.

T · VSTTIVS · T · F
TERTIVS · VIVO
FECIT · SIBI · ET
VOLVMNIAE
F · FESTAI · VX
ET · C · PACCIC
FABIA

Contuli. Furlanettus Est. p. 66, Pat. p. 298 n. 339 tab. 53.

1 fin. T · L lapis non admittit.

3062 Patavii in lavacro monialium S. Benedicti in gradibus.

VETTIA · L · p. C · L
CLARA
TSSTAMENTO
FISRI · IVSSIT
SIBI · SVISQVE

Servavit Scardeonius p. 76. Inde Grut. 1000, 5; Ursatus 1652 p. 303; Furlanettus p. 408 n. 542.

1 L · F · C · L traditur.

3063 Patavii in aedibus Bassaniis PING. SCARD. URS. Nunc in museo.

VETVRIA · PRIMIGENIA
TI · VETVRI · FVSCI · LIBERTA
ANNORVM · XXIII
HIC · SITA · EST
C · SYNAECIO · APRILI

Contuli. Pingonius f. 230'; Scardeonius p. 69 (inde Grut. 957, 10); Ligorius ms. Taur. 13; Ursatus 1652 p. 55 aere expressit; Furlanettus p. 409 n. 543 tab. 37.

5 versus videtur postea adiectus esse.

3064 Patavii rep. a. 1727 in aedibus Cierae *agli Eremitani* et illata in academiam, ubi extat.

V · F
M · VIBIVS · M · L
CORINTVS
SIBI · ET · HEDIAE
Ɔ · LIB · PHILETINI
IN FR · P · R ·
RETR · P · XXVII

Contuli. Inscr. acad.; Furlanettus Est. p. 127, Pat. p. 315 adhibitis schedis Polcastri.

3065 Patavii apud Ramusios, deinde apud Contarenos PINELLI. Ateste apud eosdem GUD. Nunc in museo Estensi n. 28.

D M
VIPSANIO
FIRMO · DEF
ANN · III · VIPSAN ·
LONGINVS · ET ·
IVLIA · FAVSTINA
PARENTES FILIO
INFELICISSIMO

Contuli. Ramusius cod. Marc. n. 20; Pinelli cod. Ambr. C 61 inf. f. 40' et apud Grut. 715, 7; Gudius in adn. ad Grut. ed 2; Ant. Angelieri Este 1743 p. 16 (em. Antibabarus p. VII); Furlanettus Est. p. 110, Pat. p. 239 n. 244.

7. 8, quae dantur inclinatis, hodie desunt.

3066 Patavii apud Franc. Quirinium SCARD. 69. — Strà apud Danielem Veturium SCARD. 65. Haec indicatio si vera esset, apud Pingonium titulus non desideraretur.

D · M
C · VIRIO
STSFHANO
VENERATA
LIB · PATRONO
B · M

Scardeonius dat bis, p. 65 descriptam sibi, ut ait, a Pingonio, apud quem non reperitur, et p. 69. Inde Grut. 958, 2; Furlanettus p. 338 n. 400.

Vv. aliter divisit Scard. 69. — 4 VERTA Scard. 69.

3067 Patavii rep. in Prato vallis in puteo Fichettiano, deinde Brusegnanae in aedibus Barthol. Fichetti.

L · S · Q · VITO
RI · Q · F · IN
FRONTE · P
V · RETRO
P · IV
V · S · ET · R · PO

Servavit Ursatus ms. et 1652 p. 290, cui dedit Barth. Fichettus. Inde Reines. 17, 134; Salomoni 1696 p. 25; Furlanettus p. 410 n. 545.

3068 Patavii in aedibus Ramusii PINELLI (ms.), apud Contarenos IDEM (Grut.).

D · M
VLP · PROBL
LAE C · IVL · EV
TYCHES
COIVGI POS
B · M

Ramusius cod. Marc. 22 (inde per Pinellium Grut. 1001, 14); Pinelli cod. Ambros. C 61 inf. f. 13; Pignoria in add. ms. ad Grut. Ex Grutero Furlanettus p. 297 n. 338.

2 PROB-L Ram.

3069 Patavii MAN. apud Bassanios PING. URS. Nunc in museo publico.

LOC
C VOLVMN
C L · PRIVATI

Contuli. Manutius cod. Vat. 5248 f. 2; Pingonius f. 231; Ligorius ms. Taur. 13; Ursatus 1652 p. 70 pessime (inde Reines. 17, 137); Furlanettus Est. p. 65, Pat. p. 410 n. 546 tab. 55.

3070 litteribus informibus in saxo rudi, Patavii apud Sert. Ursatum.

AGRAECAE
VOSINIAE

Ursatus 1652 p. 211 aere expressit. Inde Furlanettus p. 429 n. 590.

2 VOSINIA Urs.

3071 in vico prope Patavium rep. m. Sept. 1832.

VOSSINIAI · C · F · QV
ETAE
CAECILIAI · C · F · POSTV
ARMINI

Furlanettus ms. et ed. p. 444 n. 653.

Schedas secutus sum; in ed. est VOSSINIAE et CAECILIAE hiatusque indicantur 2 in. 4 in.

3072 ex Buvolenta agri Patavini Ioannes Marchanova portare fecit et dono dedit d. Archoano de Buzacarinis, in cuius domo est Paduae MARCANOVA similiterque ANTIQUI RELIQUI. In domo Hannibalis de Bassano IUC. Apud aedes Hieronymi, nunc Francisci Quirini ad vicum omnium sanctorum PING. SCARD. Deinde in hortis Rhamnusianis RAMUSIUS, PINELLI. Ateste in domo Contarena URS. Nunc Ateste in museo publico. — De Dalmatica origine cogitavit FURLANETTUS non recte.

INFERENDI IN EA AREA *HVMAN*
SEPELIVNDI IVR POT*ESTASQ · ESTO*
ET HVIC AREAE QVAM *EGO DEFINII*
ET A FRONTE MACERIA*E DVXI ET TITVL*
POSVI VLTRA EAM AR*EAM ET*
MACERIAM IN FRON*TE IN AGRO*
VERSVS LATE PED X RETR*O PROPE AD*
CANARETVM HVIC AREA*E CEDIT IN*
QVA PEDATVRA NEQVE H*VMARI NEQ*
TVMVLVM FIERI VOLO VT H*ABEAT*
EA AREA ET A LATERE AC*CESSVM*
RVVM

Contuli quod superest. Habent Marcanova cod. Bern. n. 663, cod. Mat. f. 161' Pat. 54 (inde Scardeonius p. 62); Felicianus Pat. 18; Ferrarinus cod. Trai. f. 47', cod. Reg. Pat. n. 18; Redianus Pat. 46; Gudianus cod. 253 f. 17; Lilius f. 54'; Iucundus Pat. 1; Petrus Sabinus cod. Marcian. f. 235; Riccardianus 996 f. 31; Pomp. Laetus cod. Vat. 3311 f. 180; Sieder cod. Mutin. f. 46; Ioh. Bembus cod. Monac. f. 75; Winghe cod. Bruxell. 1 f. 72; Sanutus f. 54; Alciatus Fene f. 62; Choler f. 96; Apianus 335, 4 (ex eo et Scardeonio Grut. 896, 14); Manutius orth. 276, 1 omnino ex Scardeonio; Panvinius cod. Vat. 6036 f. 48'; Ligorius ms. Taur. 13, hi omnes eodem exemplo. Denuo ex lapide Pingonius ms. Fractam ut nunc est viderunt Pinelli cod. Ambr. C 61 inf. f. 51 et D 199 f. IIII; Ramusius ad Scardeonium p. 62 et in libris Marc. 38, Barb. 18; Ursatus 1652 p. 274 (inde Alessi p. 345); Furlanettus Est. p. 62, Pat. p. 414 n. 551.

Quae hodie desunt, viderunt Antiquus et Pingonius, defuerunt iam tempore Ramusii et Pinelli; 'dimidiatum lapidem' quod dicunt Redianus et Pingonius, 'fragmentum' Iucundus, referendum est ad partem superiorem olim abruptam. — Variam lectionem dabo Marcanovae (Bern.), Feliciani, Rediani, Gudiani, Lilii, Iucundi, Pingonii. — 1 om. omnes, nisi quod supra IIN v. 2 habet LAVS Pingon. — 2 HVMAIO Ping., HVMAND Marc., HVMANDI reliqui. — 3 SEPELIENDI Red. Gud. Felic. Iuc., SEPELLIENDI Lil. — POTESTASQVE Marc. — 4 VT pro ET Iuc. — DIFINII Red. Iuc., DIFFINIO Fel. Lil. — 5 MACERIES Marc., MARCERIAE Red. — 6 spatium vacuum ante ET indicat Ping. — 7 MACERIEM Marc. — 8 VERVS Gud. — LACTE Marc. — VSQ Red. Fel. — 9 ARAE Marc. — 10 NEQVE] NEQ Fel., NISI Lil. — NEQ] NEQVE Marc. Fel. Iuc., NISI Lil. — 11 VI pro VT Marc. — 12 ET A LATERE reliqui, ET AGRO FACERE Marc., ET A TERGO ET A LATERE sua interpolatione Scardeonius Marcanovam exscribens.

3073 in villa Apponi [= Abano] in ecclesia S. Laurentii.

L · I · F
P I M I
R I R I
VNDAE
T · P

Redianus Pat. 61 (inde Gud. 336, 16).

Versuum divisio mea est.

3074 in villa *la Rosa* [mihi ignota] agri Patavini in fundo dominorum Compostella rep. bipertita et evanida.

Q·NYΓPΩ....C
ΩNΓIΩS...N
P.....L....Θ
CAI......FIL
T · F · I

Novelle Fiorentine 1745, 40.

3075 Patavii ante ostium S. Iustinae.

ONIVS
CES
V · F ·
ET · Q · L
VXORI
OMENO
VXORI · SVAE
ET · P · XXXX

Redianus Pat. 101; Sanutus f. 55'.

Vv. divisio plane incerta. — 6 fin. add. NO San.

3076 Patavii in domo domini Alexandri [Bassani].

PANONA

Cod. Gudianus 253 f. 16', ubi huic adhaesit titulus n. 2980.

3077 Patavii humi in stabulo Centonis (sic) SCARD.

FAFIFIVS · Q · F
FEXEIVS · VIVOS
FECIT · SIBI · ET · SVIS
IN·FRONTE·PEDES·XXX
RETRO · P · V

Servavit Scardeonius p. 76. Inde Grut. 912, 11; Ursatus 1652 p. 315; Furlanettus p. 375 n. 472.

3078 Limenae ad pontem.

IAF C
. . . . NTA
. . . IBI ET
. . VINO . . . XIT .
. . D . C . . C . . . IAN . LI .

Salomoni 1696 p. 229 (inde Furlanettus p. 438 n. 625).

3079 (Patavii) in turri D. Iustinae ubi carcer habetur inverse posita.

SESTILANO
. . . DATANO

Ursatus ms.

3080 Patavii.

P · ACII
LOCVS
IN · FRO
PEDES · XV
INTRO·P·XX

Mur. 1621, 9 ab Octavio Bocchio Veneto (inde Furlanettus p. 343 n. 409).

Vereor ne error admissus sit in loco; hanc enim solam Patavinam Muratorius habet a Bocchio neque Patavinorum auctorum quicquam novit. Denique v. 1 certe corruptus est.

3081 Patavii in S. Iustinae PING.; apud Alex. Bassanium SCARD.

MOSISSIMI
TOXIS
ECVMIS

Pingonius f. 232'; Scardeonius p. 74.

Non adfirmo aetatis Romanae esse.

3082 rep. Patavii a. 1839 in burgo S. Crucis in aedibus Papadopoli, nunc in museo.

ENI · L · F
· LOCO
ATERNO ·
N·FRONT·P·XXIIII
RETRO · P · XX
A · P · XX · INTROSVS
PEDES · DECEM · SEXS
QVOQVE · VERSVS

Contuli. Furlanettus p. 415 n. 554 tab. 57.

6 fin. spatium vacat. Sepulcri formam puto fuisse hanc:



3083 epistylii pars, rep. Patavii cum diruta est ecclesia S. Iacobi, extat in museo.

NVCIA · SE

Contuli. Furlanettus p. 478 n. 776 tab. 76.

3084 litteris olim aere expletis. Patavii in museo.

NVARII

Descripsi; fortasse aetatis recentioris.

3085 — 3087 Montegrotti fragmenta.

3085 M / I · PE / · M

3086 PRA

3087 I · H

Furlanettus in add. ms. ab amico.

3088 Montegrotti ad balneas.

. N · M .
AE · DAN
S · P · F · LAI

Furlanettus in add. ms. ab amico.

3089 rep. Patavii, dum instauratur coenobium S. Iustinae et diruitur paries antiquus.

CIXCI · D · M · H · N · S

Cavacius historia coenobii S. Iustinae (Venetiis 1606) p. 56. Inde Ursatus 1652 p. 296.

3090 Patavii in aedibus Guidonum.

. . . .
. . . .
. . . .
IN·F·P·X·RETR·P·XXIII
H·M·H·N·S

Ursatus 1652 p. 130 (inde Furlanettus p. 447 n. 665).

3091 Patavii rep., dum via publica reficitur, extat in academia.

INI
P · XI · RET
ET · IN · PAR
POSTER
XIII

Contuli. Inscr. acad.; Furlanettus p. 447 n. 670.

3092 Patavii apud Bassanios URS. Nunc in museo publico.

IN · F · P ·
XIII · IN
AG·P·XXX

Contuli. Ursatus 1652 p. 70; Furlanettus tab. 55 (in ipso opere deest).

3093 Patavii in fundamentis campanilis S. Fuminae.

IN · FR · P · XX

Sanutus f. 56.

3094 in villa Apponi [Abano] extra ecclesiam S. Laurentii.

LOCVS · SEP
IN · F · P · XXX
RET · P · XX

Redianus Pat. 62 (inde Gud. 336, 15).

3095 in angustiore idque cavato lapide MAN. Patavii in domo cuiusdam civis RED.; in horto aedium Torquati Bembi Petri f. Sp. in canali PING.; in horto Bembino MAN.

L · M · IN · FR · P·XXX
IN · AGR · P · XXI

Redianus Pat. 32; Pingonius f. 228; Manutius cod. Vat. 5237 f. 226.

Vv. non divisit Red.

3096 in campanili villae Selvazani extra Paduam ad quartum lapidem SAN. similiterque SAL.

IN·FRONT·P·XXXVII
RETRO · P · XXXVII

Sanutus f. 58'; Salomoni 1696 p. 198.

P·XXX . . . RETRO·P·XXXVIII (rel. nm.) Sal.

3097 Patavii.

IN · FR · P · XXXVIII · R · P · XXIIX

Hier. Bononius syll. f. 47'; codex Olivae hunc titulum adnectit alteri n. 2829.

Sic Bon.; INFRA · P · XXVIII · R · P · XXVIIX V P codex Olivae.

3098 Patavii ad S. Andream.

/ / / / /
IN · F · P · XL
R · P · XL

Sanutus f. 56.

3099 Patavii in museo publico.


IN · FR
P · XL

Contuli. Farlanettus tab. 55 (in opere desideratur).

3100 Patavii in ecclesia S. Iustinae ANT. et RELIQUI; qua ad sacellum S. Prosdocimi pergitur in pariete add. URS. Ibidem adhuc.



in columna
intra coronam:
† OPILIO · VC ·
ET · INL · P · P · ADQ
PATRICIVS · HANC
BASILICAM · VEL · ORA
TORIVM · IN HONORE ·
sic SCA · E · IVSTINAE · MAR
TYRIS · A FVNDAMENTIS
COEPTAM · DEO · IV
VANTE · PERFE
† CIT †



Contuli. Antiqui exemplum habent Marcanova cod. Bern. n. 380, cod. Mat. f. 158 Pat. 19 (inde Ferrarinus cod. Reg. Pat. 52; Pingonius f. 232'; Scardeonius p. 267) et Sanutus f. 55'. Denuo ex lapide Laur. Schradaeus mon. Ital. (1592) f. 17; Pinelli cod. Ambros. D 199 inf. f. 17, qui accurate delineavit; Pignoria in add. ms. ad Gruterum missis; Tomasinus urbis Pat. inscr. sacrae et prophanae (Patavii 1649) p. 408 eodemque exemplo Ursatus 1652 p. 12 et 1678 p. 136, qui aere expresserunt (inde opinor Salmoni 1701 p. 425).

XXXV. VICETIA *(Vicenza)*. *Tribu Menenia.*

De auctoribus titulorum Vicetinorum haec repperimus.

I. Vicetinae inscriptiones in Cyriaci commentariorum reliquiis reperiuntur nullae; sed in corporibus saeculi XV extat sylloge epigrammatum Vicetinorum eadem fere apud omnes, quae potest proficisci a Cyriaco, nobis dicitur ANTIQUI, exigenda autem est ut similes maxime ad Marcanovae librum Bernensem, Feliciani Venetum, Redianum. Videntur tamen praeter communia haec singuli fere auctores quiddam adiecisse aliunde acceptum. Ita Marcanova in Bernensi libro habet postea adiectos genuinum unum n. 3140, alterum falsum n. 341* Palaemonis grammatici, quae fraus antiquissima redit apud reliquos auctores excepto uno Rediano; Felicianus praeter falsum n. 342*, quem Vicetinis inseruit de suo, in Marciano libro postea adscripsit titulos duos 3108. 3157 aliunde opinor acceptos; Marcanova in Mutinensi libro praeter duo epigrammata ex Feliciano adiecta tertium habet n. 3187*a* aliunde non notum; solus Redianus habet n. 3117; solus Ferrarinus n. 3106; solus Iucundus n. 3172; solus Sanutus n. 3210. Neque mirum id in oppido, quod qui corpora ea compilarunt plerique certe ipsi adierunt. Praetermisimus Alciati librum Feanum, utpote qui Vicetina propria nulla habeat; item quae accesserunt in Iucundi codice Cicogniano 2704 petita omnino ex Feliciano.

II. Auctor is a quo veniunt Vicetina METELLI cod. Vat. 6034 f. 17' (communicata deinde a Metello cum Grutero) et PANVINII († 1569) cod. Vat. 6035. 6036, quae eadem sunt, titulos Vicetinos excepisse videtur ex ipsis saxis diligentissime, etiam versibus recte divisis; certe ex Vicetinis Antiqui in hanc syllogen nihil transiit.

III. Adscripta ad CODICEM SEMINARII PATAVINI n. 180 f. 183—191 quae habentur 'epitaphia civitatis Vincentiae et quae in agro ipsius reperiuntur', ea sylloge cum comprehendat etiam Vicetina Antiqui vulgaria, in universum ut extant apud Marcanovam Mutinensem eodemque pleramque ordine, accesserunt alia maxime in principio et in fine quae non habet Antiquus non inutilia. Versuum tamen divisio nulla obtinet et in universum sylloge ut a praecedente plane diversa ita ei multo inferior est. Mihi auctor eius videtur esse IULIUS BARBARANUS († 1570; cf. Calvi *Bibl. Vic.* 5, 136. 6, 136 et Franc. Barbarani *hist. eccl. di Vicenza* 3, 318), de cuius commentariolo inscripto 'Vicetiae monumenta' edito a. 1566 vide ad n. 343*, ubi ostendi ad eum auctorem redire fraudes Arcignanenses in hac sylloge primum comparentes.

IV. LIGORIUS praeter Vicetina ea quae finxit quaeque habemus alia in Taurinensibus voluminibus, alia in Ursinianis a Gutenstenio cum Grutero communicatis (si quidem vere Ligorii haec sunt nec falsarii posterioris Ligorianis usi), in illis posuit complura genuina a falsis facile secernenda, quorum pleraque certe redeunt ad duo corpora de quibus modo exposuimus. Nam usurpasse eum quoque syllogen eam, quam habemus apud Metellum et Panvinium, efficitur praesertim inde quod in n. 3189 lectio interpolata L · PVBLICIVS pro PVBLICII reperitur tam apud Metellum quam apud Ligorium; item copiam ei fuisse Barbarani syllogae colligitur cum inde, quod falsi tituli Arcignanenses n. 343*. 344* etiam apud Ligorium leguntur, tum ex lectionibus AVRELIANVS pro CORNELIANVS n. 3106 et FILIVS n. 3145 fin. et in Patavino libro et apud Ligorium repertis. Habet tamen etiam propria et genuina, ut n. 2516. 3123, ut probabile sit syllogarum illarum vel certe alterius utrius exemplum eum nactum esse nostris plenius, interdum etiam emendatius (n. 3118. 3182).

V. Bernardinus TRINAGIUS edidit 'veteres Vicentinae urbis atque agri inscriptiones' (Vicentiae 1577. 4 foll. 31 non numeratis), adhibitis ut apparet schedis Barbarani; nam apud eum quoque legitur una certe ex interpolationibus a Barbarano primum propositis n. 3106 deestque item tituli Constantini inter miliarios infra referendi v. 3 apud utrumque ediditque primus Trinagius Arcignanensem alteram falsam n. 344*, quam ipse recte condemnat, ut alteram n. 343* magis sprevisse videatur quam non novisse. Ex eodem Barbarano Trinagius trahere potuit etiam titulos quos refert profectos ex sylloge Antiqui. Sed sine dubio alia nec pauca ipse addidit ex saxis oppidum agrumque perlustrans. Exempla non optima sunt, versuum divisio non semper observata. Librum minime frequentem posteriores plus iusto neglexerunt; ego exemplum adhibui bibliothecae Marcianae, quod habet additamenta quaedam manu scripta non magni momenti.

VI. MANUTIUS cod. Vat. 5237 f. 102—110 et denuo paucis mutatis additisque f. 426—428 quae habet Vicetina (quorum exigua pars redit in codice altero Vat. 5249 f. 40), proxime accedunt ad Triganiana, sed ubi inde discedunt, Manutiana magis emendata esse reperiuntur.

VII. Iacobus Marzari in libro *la historia di Vicenza* (Venetiis 1591. 4. pp. 214) inscriptiones fere omnes repetivit ex Trinagio. Ego ad ea sola attendi quae ad Trinagium addidit.

VIII. Inter Peiresciana codicis Parisini Lat. 6012 extat commentarius anonymi cuiusdam Itali f. 149—158 inscriptus *epitafia diversa antiqua per me in variis locis visa*, in quo praeter Mutinensia Ravennatia Ferrariensia aliaque vicinarum regionum continentur etiam Vicetina quaedam ex ipsis lapidibus non indiligenter excepta verarum ordine servato.

IX. Silvester Castellini († 1630; cf. Calvi biblioth. Vicet. 6, 61 sq.) quos scripsit commentarios rerum Vicetinarum (*storia della città di Vicenza*) ad ipsum usque mortis annum 1630, nuper editi sunt Vicetiae 1783—1822 (voll. 1—14. 8), sed ita, ut in inscriptionibus ei editioni nulla fides sit; nam adhibito manuscripto autographo, quod servat Gonzatius (F. 3. 45), intellexi plura omissa esse, alia mutata non socordia editoris solum (ut versus continuantur in ed. contra cod.), sed etiam studio et opera eius. Ceterum Castellinius etiam genuinus parum iuvat; nam totus fere (et in codice quidem multo magis quam in editione) pendet ex Trinagio etiam notulis eius interdum simul descriptis, neque adhibendus est nisi in titulis non multis, quos ad Trinagium addidit, usus fortasse exemplo eius cum supplemento scripto; nam ipsum lapides investigavisse vix crediderim. Caldognum certe non novit et videtur hanc commentariorum partem ante exarasse quam Caldogni sylloge facta est, de cuius emendationibus ad Castellinium adscriptis agetur infra. Ego codice per paucas horas usus potiora tantum enotavi, nec perpetuo eum cito; sed quae sunt vere utilia non praeteriisse me puto.

X. Comitis Nicolai Caldogno syllogae inscriptionum Vicetinarum duos habui codices scriptos manu ipsius ambos ambosque hodie adservatos in praeclara bibliotheca canonici Vicetini marchionis Gonzati (F. 3. 21. 22), qui liberaliter permisit, ut Patavii ubi tum degebam eos excuterem. Uterque cum indice careat, esse Caldogni vel inde dominus librorum intellexit, quod titulos quosdam in aedibus suis adservari dicit auctor, quos constat fuisse in Caldognianis. Nicolai autem Caldogni esse, cum Francisco eos attribuisset Maccà (*stor. del terr. Vic.* 12, 1, 94), demonstravit Vincentius Gonzati in commentariis ms. de Vicetinis auctoribus, quos mihi exhibuit filius, allata epistula a comite Nicolao Caldogno a. 1627 Oct. 1 scripta ad Aemilium Gualdum (*lettere d'uomini illustri, che fiorirono nel principio del secolo XVI.* Venetiis 1744. 8. p. 486) titulos Vicetinos cum tribu Menenia ita enumerante, ut qui eam scripsit, eum syllogen talem, qualis est Caldogniana, ante oculos appareat habuisse. Annum quamquam auctor non adscripsit, tamen quod in priore recensione p. 58 nummi a se adservati meminit reperti in ponte S. Michaelis a. 1622, in posteriore ad inscr. n. 76 donationis cuiusdam factae a. 1625, satis declarant eo circiter tempore eum scripsisse idque reliqua omnia indicia plane confirmant. Ex iis qui ante eum titulos ediderunt duos tantum adhibuit Trinagium et Gruterum. Praeterea titulos quosdam (e. c. n. 3128. 3177), quos neque ipse vidit nec rettulit ex libris editis, sumpsit aut a Castellinio aut quod magis crediderim a Castellinii auctore. Ipsum quoque codicem Castellinianum eum, de quo supra diximus, in inscriptionibus perpetuo emendatum esse adiectis item supplementis ab eodem Caldogno mihi constitit cum propter scripturae similitudinem tum quod lectiones omnino eaedem sunt; quas emendationes utpote petitas ex codice superstite omisi. De occasione scribendi sic exponit Caldognus in syllogae praefatione: *Essendomi venuto alle mani un libretto delle inscrittioni antique della nostra cita di Vicenza et suo distreto di M. Bernardino Trinagio . . . . . et essendomi convenuto li anni passati cavalcare per tutto il Vicentino in servitio publico, mi compiaque di portarlo sempre meco per incontrare queste inscrittioni stampate con li originali posti nelli sui proprj marmi, come feci anco quelle nella cita. Et havendo trovato molta diferenza tra quelle stampate et le originali . . . . mi ha parso non esser male dare di novo queste inscrittioni come stanno veramente.* Tenuitque quod promisit; nam sylloge proponit inscriptiones quatenus fieri tum potuit ad ipsos lapides recognitas scite et religiose, versibus recte divisis, hiatibus indicatis, nexibus expressis deperditas denique ab iis quos Caldognus vidit diligentissime distinctas, ut omnino talis sit, qualem saepe exoptamus, raro reperimus inter municipales. Ex codicibus duobus posterior longe praestat et numero titulorum et exemplorum praestantia; adhibui tamen etiam priorem perpetuo et si quid haberet proprium adnotavi. Sylloge hac qui post Caldognum venerunt omnes usos esse vel ipsa vel per alias syllogas inde compilatas mox videbimus; citavit eam Schio p. 6. 99. 125 et alibi passim.

XI. Franciscus Barbarano de mirona (1591—1656; cf. Calvi *bibl. Vic.* 6, 135) in *historia ecclesiastica di Vicenza* (ed. Vicetiae 4. lib. I 1649, lib. II 1652, lib. III 1653, lib. IV 1760, lib. V 1761, lib. VI 1762; quattuor ultimos libros ms. servat Gonzatius F. 6. 24—30) fere totus pendet ex Caldogno, nisi quod quaedam de annis effossionum maxime adscripsit, quibus et ipsis non magnam fidem praestiterim. Auctoris minime boni imperiti et insciti codicem scriptum excutere operae pretium visum non est, quamquam et hic quaedam tacite adiecta mutatave esse ab editore apparet ex iis quae notavi ad n. 3203. Eiusdem Barbarani *annali della città, territorio e diocesi di Vicenza* scr. a. 1651 qui servantur scripti manu Gonzatii patris in bibliotheca Gonzatiana, examinatos omisi, cum in epigraphicis certe non habeant nisi vulgaria et aliunde satis nota.

XII. Ioh. Baptista Ferretus Vicetinus monachus Cassinensis (1639—1682?; cf. Calvi *bibl. Vic.* 6, 185) is ipse, a quo habemus *Musas lapidarias* (Veronae 1672 fol.), etiam patriarum inscriptionum syllogen scriptam reliquit sic inscriptam: *le vestigie conservate, cioè delle memorie antiche di Vicenza colle loro dilucidazioni.* Liber autographus fuit primum in bibliotheca monasterii S. Felicis, ubi vitam exegerat auctor; inde venit in aedes Malacarne, postea ex dono Francisci Malacarne ad Gonzatium, qui mihi una cum Caldogniano utendum concessit. At exiguam utilitatem libellus habet descriptus totus ex Caldogniano et eius quidem recensione priore, ut ipsius ordinis Caldogniani multa vestigia adsint apud Ferrettium. Omissis igitur examine facto iis quae ex Caldogno sumpsit ea tantum adhibui, quae Ferretus propria haberet, desumpta fere ex museo Gualdiorum. — Ferretiana alia repperi Patavii inter schedas Ursati (v. p. 266) cum Gualdiana illa tam Vicetina alia. In Gualdianis Ferretus in Patavinis schedis diligentius distinxit, quam fecit in sylloge, quos titulos secum Vicetiam attulerit Gualdus Patavio quosque ibi adquisierit postea. Reliqua in schedas Patavinas relata cum intellexissem petita esse ex sylloge, examinata omisi duobus titulis exceptis repertis a. 1668 et 1669 post syllogen absolutam.

XIII. Io. Martii Cerchiarii (1641—1712; Calvi *bibl. Vic.* 6, 221) 'marmora Berica sive antiquitates urbis et agri Vicentini expositae suisque iconibus ornatae' (ms. bibl. publicae Vicetinae sive Bertolianae J. I. 7. 12 fol. foll. 365) coepta circa finem saec. XVII (nam 'exacto saeculo Trinagii librum evulgatum esse praefatio ait et index episcoporum Vicetinorum f. 113 finit in Rubino creato a. 1690), absoluta principio saec. XVIII (nam postea adiectus ibidem est successor Rubini creatus a. 1702) pendent et ipsa praecipue ex sylloge Caldogniana, nec satis distinguit auctor quid viderit quidve ex libris adsciverit, commentariis maxime intentus non minus copiosis quam indoctis, ut huius quoque libri utilitas concludatur fere in additione titulorum post Caldognum repertorum. Exempla minime bona sunt. — Sylloge quae est in codice Vaticano Ottoboniano 1266 saec. XVIII inscripta: '*iscrizioni Vicentine raccolte l'anno* 1715' excerpta est ex Cerchiariana neque quicquam proprium habet; itaque quamquam descriptam habui, tamen omisi. Item omisi quae in schedis bibliothecae municipalis Veronensis $\frac{\text{CCIX}}{1}$ 1 spectant ad Vicetiam et ipsa ducta ex Cerchiario.

XIV. Arnaldus Tornierius (1739—1829) ab a. inde 1778 inscriptiones per oppidum agrumque sparsas in domum suam comportavit primus; nam Gualdii fratres quae collegerant saec. XVII ineunte, ea quamquam Vicetiae remanserunt, tamen origine maiore ex parte aut Patavina sunt aut etiam urbana. Tornierius quae collegit, ex domo eius nuper translata sunt una cum reliqua Tornierii hereditate in domum Orgian; qua de translatione semel monuisse sufficiet, ut scias titulos musei Tornieriani

hodie quaerendos esse in domo Orgiana. — Quod ad scripta eius attinet, adhibui cum fructu ephemeridem eius, quae ab a. 1767 pervenit ad a. 1822 (*memorie di Vicenza*, ms. bibl. publ. Vicetinae J. 3. 5. 15—23), meа causa diligentissime excussam a directore lycei Vicetini Bartholomaeo Bressan, ubi optimo consilio inter alia quidquid de inscriptionibus patriis sibi innotesceret statim adnotavit. Item schedas eius epigraphicas heredes eius mihi exhibuerunt, inter quas erat editioni parata musei explicatio (*raccolta di lapidi antiche possedute e spiegate dal Conte Arnaldo Arnaldi Primo Tornieri negli anni* 1796. 1797. 1798), quam prodire voluit cum tabulis delineatis suo iussu a. 1792 ab Ioh. Sbizzego (Facciolius mus. lap. Vic. 2, 38), sed non edidit nisi in appendice ad primum volumen Castellinii (1783) titulorum ab eo relatorum et eo tempore servatorum apud se indicem. Ceterum schedae hae post ephemeridem excussam nihil attulerunt, quod me adiuvaret.

XV. Ioh. Thomas Facciolius in museo lapidario Vicentino (Vicetiae 4. I a. 1776. II a. 1803. III a. 1804) etiam antiquis titulis locum dedit, nec plane spernenda sunt quae collegit, quamquam praeter musei Tornieriani, quale tum fuit, lapidum elenchum vol. 2 p. 39—42 parum adiuverunt. Versus auctor numquam separavit. Quae vel ipse ait vel aliunde constat ex libris repetita esse, maxime ex Trinagio, praetermisi.

XVI. Gaetanus Hieronymus Maccà in libris quos scripsit: *dell' origine della città di Vicenza* (Vicetiae 1783. 8. pp. 73); *dell' estensione antica del territorio Vicentino* (Vicetiae 1793. 8. pp. 241); *storia del territorio Vicentino* (Caldogni 1812—1816 tom. I—XIV. 8); *raccolta delle iscrizioni sacre gentilesche di Vicenza* (Vicetiae 1822. 8. pp. 71) etiam lapides Romanos proposuit complures, maiore cura et diligentia usus quam plerique qui talibus studiis incumbunt.

XVII. Iohannes de Schio in libro *le antiche iscrizioni che furono trovate in Vicenza e che vi sono* (Bassani 1850. 4. pp. 128 tabb. 21) vestigia fere legens Tornierii quod ille facere instituit nec perfecit, ut lapides Vicetiae superstites ederet tabulis incisos, id praestitit; sed exempla neque incisa neque impressa satis perite facta sunt. Melius meruit auctor eo quod item ad exemplum Tornierii lapides per hos annos repertos in agro Vicetino ibi in domo sua exposuit.

Vicetia forma vel inde derivatae reperiuntur ut in titulis plurimis optimisque (v. n. 2490 Atestinum, n. 3401 Veronensem, I. R. N. n. 4234 Suessanum, item hic n. 3113. 3114) ita in optimis quibusque libris (scilicet, certe si sequamur auctoritates potiores, Ciceronis ad div. 11, 19; Strabonis 5, 1, 8 p. 214; Plinii h. n. 3, 19, 130. 132. 6, 34, 218; Plinii ep. 5, 4. 13; Taciti hist. 3, 8; Suetonii gramm. 23 certe secundum libros Hieronymianos). E contrario *Vicentia* non legitur nisi in titulo non optimae aetatis Bovianensi I. R. N. n. 4990 et apud auctores, quantum repperi, hos: Iustinum 20, 5, 8; Ptolemaeum 3, 1, 30 (ubi libri Οὐικετία) praeterea in itinerariis omnibus (Ant. p. 128, Hier. p. 559, Peutieg., quamquam quod est apud Ravennatem 4, 30 *Venetia* hic quoque ad alteram formam ducit); quam ob rem ita statuendum erit pristinam indigenarum formam illam fuisse, quam aetate labente Romani similitudine ducti vocabulorum Latine formatorum, qualia sunt Placentia Potentia adeoque Vincentia (v. vol. 3 n. 3773), inserta littera corruperint. — Vicetia oppidum Venetorum secundum auctores potiores Plinium 3, 19, 130 et Ptolemaeum 3, 1, 30 (nam Iustinus 20, 5, 8 refert inter oppida a Gallis condita) fere vices subiit easdem, quas subiisse vidimus urbem vicinam et magis splendidam Patavium; nam longe minus frequentem Vicetiam fuisse Patavio et Verona tum titulorum numerus declarat quam quas Vicetinis adscribit Tacitus hist. 3, 8 *modicas vires* (cf. Strab. 5, 1, 8 p. 214: Οὐικετία καὶ ἄλλαι τοιαῦται πολίχναι). Sine dubio simul cum Patavinis etiam Vicetini per legem Iuliam a. 709 ad civitatem pervenerunt commemorati primum in epistula D. Bruti ad Ciceronem paulo post scripta a. 711 (ad div. 11, 19). Municipii locum item ut Patavini et tum acceperunt et semper tenuerunt (Plinius l. c.; Tacitus l. c.; tituli infra n. 3111. 3137. 3139 addito supra citato Bovianensi). Fuerunt autem Vicetini sub quattuorviris, qui nominantur addita clausula *iure dicundo* n. 3102. 3108. 3135. 3137. 3141. 3142. 3149, nude n. 3122. 3129. 3132. 3133. 3134. 3136. 3148; *IIIIvirum aedilicia potestate* num recte efficias ex n. 3102, dubium est. Quaestor ne hic quidem reperitur; contra redit *adlectus aerario* n. 3137, de quo egimus p. 186. *Curatorem Vicetinorum* reperies in Veronensi n. 3401. *Pontifex* nominatur n. 3129. 3137, *sacerdos Isidis* vir in titulo Patavino n. 2806. Saepe mentio fit *sexvirum Augustalium* (n. 3120. 3121. 3126. 3128. 3131. 3140. 3152) sive *sexvirum* nude (n. 3127. 3138. 3139. 3143. 3145. 3146. 3147), qui omnes libertinae condicionis sunt; *Concordiales Augustales* item libertini qui nominantur n. 3130 utrum Patavii eum honorem acceperint an Vicetini in hoc quoque collegio instituendo Patavinos imitati sint, adhuc ignoratur. *Collegium centonariorum municipi Vicetini* habemus in titulis n. 3111. 3137. Tribum Vicetinorum fuisse Meneniam praeter titulos infra relatos confirmant alii externi, et Suessanus et Patavinus supra citati.

Agrum Vicetinorum cur protulerimus Patavium versus usque ad Montegaldam, supra p. 268 exposuimus. Item p. 240 dictum est, cur versus Ateste eum extenderimus ad Lobiam prope Lonigum et etiam paullo ultra. Veronam versus secuti sumus qui nunc sunt fines, cum tituli certe non obstent; nam Arzignanum Vicetinorum fuisse colligitur ex tribu titulorum ibi repertorum (n. 3179. 3207), ultra autem Vicetinae rei publicae indicia nulla amplius reperiuntur. Denique septentrionem versus dubitari non potest, quin Alpes eae, quae Athesis vallem a planitie Italiae superioris separant, item finem fecerint inter Tridentinos et Vicetinos; confirmantque id aliquatenus tituli reperti Schii et in vicis vicinis Piovene et Chiopan (n. 3106. 3129. 3137. 3187), cum magistratus ibi nominati satis conveniant cum forma rei publicae Vicetinae adeoque n. 3137 collegium Vicetinum diserte nominetur. Minus certi sunt fines Feltriam et Tarvisium versus; nos quamquam titulos repertos Marosticae et Bassani (n. 2086. 2088. 2101. 2107. 2108) non abiudicamus Vicetinis (vide quae adnotavi ad n. 3117), tamen cum attributio eorum minus certa sit, maluimus referre supra in capite XXVI, quo complexi sumus dubiae attributionis territorium circa Asolo oppidum quaquaversus.

3101 ara ornata. Vicentiae prope scalas odei DD. Felicis et Fortunati iam pridem defossum ex coenobii praesulis largitione in cuiusdam lapicidae manus venit; Georgius Farra archipresbyter Thienanensis in suae domus viridario reponendum mandavit a. 1690 CERCHIARI. Ibi frustra quaesivit MACCÀ. Nuper denuo prodiisse marmor et iam cerni Thienі in curia narrarunt mihi amici Vicetini.

A · A
MINISTROS
L · SAVFEIVS · C · F · SCA
VOTO

Cerchiari f. 13 (inde Maccà *iscr. sacre* p. 40; Schio p. 118).

A · A · cum in titulis Aponi repertis n. 2783—2790 significet *Aqua Aponi* vel similem formulam, hic quid subsit, non liquet.

3102 in villa Sovizo [Soizzo 5 m. p. a Vicetia] in pariete ecclesiae S. Danielis extrinsecus CALDOGNO similiterque RELIQUI. Inde translata Vicetiam in aedes Schio.

DIANAE
. . . ALONIVS · SECVNDINVS
IIII·VIR·I·D·A·P·V·S·LOC·D·D·D

Contuli. Habent Caldogno n. 4; Barbaranus 1, 30. 6, 194 (inde Mur. 34, 8; Orelli 3791); Faccioli 3, 252; Maccà *stor. del terr.* 9 (1814), 158 et *iscr. sacre* p. 56; Schio p. 38 tab. 8.

3 'A·P vix licet explicare *aedilicia potestate*, cum neque IIII vir iure dicundo simul aedilis esse possit neque in inscriptionibus votivis ordo honorum enuntiari soleat' Henzen ad Orellium.

3103 basis quadrata. Castagneri [Casterii LIG., Castaneti TRIN.] in ecclesia parochiali S. Georgii sub vasculo aquae lustralis fuit, donec a. 1785 transferretur Vicetiam in domum Tornieri.

FORTVNae
SATRIA·Q·F
PROCVLA
V·S·L·M

Contuli. Habent codex Patav. f. 188'; Ligorius ms. Taur. 18 (inde Gud. 50, 6); Trinagius F 4; Manutius cod. 5237 f. 107. 427' (inde Fabretti 697, 191 ex schedis Vaticanis); Castellini 1, 91; Caldogno n. 5; Tomasinus de donar. (1639) p. 220 (inde Reines. 1, 123); Barbaranus 1, 30. 6, 135; Cerchiari f. 32; Tornieri in ephem. 1785 Ian. 19; Faccioli 2, 40. 3, 31; Maccà *stor. del terr.* 4 (1813), 95 et *iscr. sacre* p. 50; Furlanettus lap. Pat. p. 38 n. 36 de lapide; Schio p. 39 tab. 6.

3104 Vicetiae *nelle case de' Mascarelli nella contrada S. Rocco ivi traportata dal palazzo della Signoria* CAST.; *trovata antiquamente nel palazo della ragione*, deinde apud Ioh. Bapt. Mascarellum ad S. Rochi, nunc *in la casa nostra in Carpagnon* CALDOGNO.

GENIO PRINCIPIS

Castellini ms. f. 88' (in ed. deest); Caldogno n. 8. Ab his Tomasinus de don. (1639) p. 220 et Schio p. 114.

Post GENIO puncta ponit Caldogno ms. I, spatium vacuum cum signo O idem ms. II.

3105 tabella aenea non magna, sed satis crassa, cum ansae vestigiis supra, scripta litteris extantibus. Rep. Montegaldae SCHIO nescio quo auctore. Vicetiae apud Angelum Calvi TORNIERI 1778; postea apud Tornierium SCHIO. Iam ibi in museo publico.

NEMESI · SACR
A · CONSIDIVS ·
M · F · Q · N · CAPI
TO · MIL · L · XXX ·
5 VLP · VIC · V · S ·

Contuli. Tornieri in ephem. 1778 Febr. 1; Faccioli 2 (1803), 42; Furlanettus Pat. p. 40 n. 39; Schio p. 41 tab. 9.

3106 ara parva. Scledi [Schio] in ecclesia S. Martini FERRAR.; *fori di Schio alla chiesa di S. Martino presso la porta di fori via, dove si vede anco tre pezzi di colonne di marmo finissimo et altre pietre pur di marmo* CALDOGNO; similiter RELIQUI. Inde translata est a. 1778 Vicetiam in domum Tornieri; antiquo loco exemplum remansit.

NYMPHIS LYMPHISQ
AVGVSTIS·OB REDITVM
AQVARVM
P · POMPONIVS
5 CORNELIANVS · C · I
VT · VOVIT

Contuli. Ex antiquis habet unus Ferrarinus in cod. Paris. f. 56' inter postea addita et cod. Reg. Vic. 15 (inde Mur. 87, 3 ex schedis Farnesiis et Capponiis, addita v. l. Ioh. Savorgnani qui vidit). Habent deinde cod. Patav. f. 188; Manutius cod. Vat. 5237 f. 108. 427'; Ligorius ms. Taur. 18; Trinagius F 2 (inde et ex Marzario Trinagii compilatore Barbaranus 1, 30. 6, 90; Don. 1, 107; Gud. 57, 6); Castellini 1, 91, hi quinque eodem exemplo. Aliunde Caldogno n. 6; Reines. 1, 188, cui descripsit Th. Bartholinus; Cerchiari f. 40; Maffei M. V. p. 79 emendavit (inde Donat. 48, 3); Tornieri in eph. 1778 Dec. 9 et apud Castellinium 1, 152; Faccioli 2, 40. 3, 292; Pezzo acc. *mon. ill. dei Cimbri* (Veronae 1785) 2, 19; Maccà *stor. del terr.* 11, 1 (1814), 210 et 11, 2, 196 et *iscr. sacre* p. 62; Venturi ms. et *storia di Verona* 1, 88 de visu; Orti *antico mon. delle Stelle* (1848) p. 12. 60. 65, ubi affertur lectio Furlanetti; Schio p. 39 tab. 6; Orelli 1637.

5 AVRELIANVS pro CORNELIANVS Man. Patav. Lig. Trin. Cast. et sic, sed ex em., Caldogno. — C·I'VT·VOVIT recte unus Furlan., C VT·VOVIT Maff. Vent. Schio (in textu), Q VT VOVIT Schio (tab.), C·F | VT·VOVIT Caldogno Reines. Maccà, C·F, C·VI·VOVIT Man. Patav. Ligor., C·F | VIB·C · VOVIT Trinag. Cast., COMMISIT·VT·VOVIT Ferrar., C·F. V·P . . . VOVIT Cerch., VT·VOVIT rel. om. Facc.

'*Dopo che le acque di S. Martino di Schio nello scorso secolo s' inaridirono repentinamente, e poi risorsero sino ad oggidì, si crede di sapere a qual accidente di simile fatto alluda quest' ara*'. Schio.

3107 basis quadrata. Extra Vicetiam in monasterio SS. Felicis et Fortunati nuper rep., dum sacristiae murus reficitur CALDOGNO; rep. esse a. 1611 scribit CAST., a. 1612 BARBAR. 1, 31 Mai. 1611 BARBAR. 5, superiore hieme traductam in porticum eius coenobii TOMASINUS (1639). Ex eo monasterio translata est a. 1808 in claustrum S. Iacobi TORNIERI, inde nuper in museum civicum.

VENERI
SACRVM
CASSIA·T·L·PSECHAS

Contuli. Habent Castellini 1, 90; Caldogno n. 3; Tomasinus de donariis (1639) p. 176; Reines. 1, 89 (inde Gud. 40, 1 ex schedis Reinesianis) ex Tomasino et a Bartholino; Barbaranus 1 (1649), 28 (inde Mur. 57, 8) et 5, 361; Cerchiari f. 23; Faccioli 2, 74; Tornieri in ephem. 1808 Ian. 11; Maccà *iscr. sacre* p. 46; Schio p. 36 tab. 6.

3108 Vicetiae apud S. Iacobum RED.; apud S. Crucem FELIC. 3; extra templum S. Pauli FELIC. 17. *Hora non si trova* CALDOGNO.

PETRONIVS · SATVRNINVS
IIII·VIR·I·D
V · S · L · M

Servavit Antiquus. Habent Felicianus Vic. n. 3 et rursus (in Marc. inter postea adiecta) n. 17 (inde Marcanova Mut. f. 166' Vic. 19; Ferrarinus cod. Trai. f. 39, cod. Reg. Vic. 4; Mur. 109, 13 ex schedis Valeriis et Capponiis); Redianus f. 74' Vic. 6 (inde Gud. 135, 7 et Donius app. 7 ex cod. ms.); cod. Pat. f. 186'; Ligorius ms. Taur. 18 ter (semel recte; deinde contaminatam cum aliis minoribus Antiqui; tertio loco interpolatam); Manutius cod. Vat. 5237 f. 104. 428'; Trinagius B 2 (inde Castellini 1, 82 et Caldogno n. 38 et Barbaranus 5, 366); Orelli 3829.

Vv. divisio mea est. — Titulum principio carere adnotat solus Red. — I·O·M·L·PETRONIVS·SATVRNINVS·IIII·VIR·I·D·ET·L·FABIVS·L·F·LYCAEVS IIIIV·ITER·F·C Ligorius tertio loco adsumpto titulo altero n. 3133.

3109 Vicetiae e regione turris Luscorum MAN.; apud Iulium Bonifacium TRIN.; *nel canton della casa di Francesco Bonifazio* [nunc comitum Ghellinorum in via Carpagnon CERCH.; nunc Guzan SCHIO] *di fori via* CALDOGNO.

neroNI·CLAVDIO druso
coS · IMP cos a. u. c. 745

Manutius cod. 5237 f. 107; Trinagius D 3; Caldogno n. 10 (inde omnino Cerchiari f. 107; ex hoc Schio p. 114).

Sic Trin. Cald., nisi quod 1 fin. hiatum celant; RONI CLAVDIO | IMPER | . . . . . Man., . . . NI CLAVDIO | IMP | C Cerch.

3110 Vicentiae in ecclesia S. Felicis ANT., in sacello S. Mariae post altare add. SANUTUS.

imp. caes. D I V I nervae n.
divi traiani PARTHici fil
traiano HADRIano aug
pont. maxiMO·TRIb pot. . . . .
5 principi INDVLG entissimo

Servavit Antiquus. Habent Marcanova Bern. o. 363, Mut. f. 165 Vic. 8; Ferrarinus cod. Reg. n. 16; Redianus f. 75 Vic. 12 (inde Gud. 89, 10); Sanutus Vic. 10; item cod. Pat. f. 185; Manutius cod. 5237 f. 105; Trinagius B 3, a quo pendent Vicetini reliqui, ut Castellini 1, 85; Caldogno n. 13, qui negat se vidisse; Barbaranus 5, 363; Schio p. 114 per Ferretum.

Vv. sic dividunt Red. Marcan. — 3 HADRIANO San., ADR Man. — 4 NO·TRI San., MATRI Man. Trin. cum asseclis. — 5 IDVLO Red. Marc. (Bern.), DVLG San., INDVLG reliqui.

3111 Vicetiae in foro episcopali TRIN. in cancelleria episcopatus CALDOGNO et RELIQUI. Ibidem denuo investigavit a. 1778 et ex dono episcopi Cornari transtulit in aedes suas TORNIERI; illo loco remansit exemplum recens addita memoria de translato archetypo (Faccioli 2, 5).

m a t i d i a e
diuae matidiae aug
filiae
diuae sabinae aug
SORORI
DIVAE MARCIANAE *aug*
NEPTI
c OLLEG·CENT·R·VIC *etin*

Contuli. Trinagius D 1 imperfecte (inde per Marzarium Mur. 513, 6); Castellini 1, 87; Caldogno n. 18; Barbaranus 5, 56; Cerchiari f. 107'; Facciolius 1, 28. 2, 42; Tornierius in eph. 1778 Sept. 1 et 17 et apud Castellinium 1, 151; Maccà *st. del territorio* p. 198; Guerra Asolo p. 24; Schio p. 42 tab. 10.

3112 Vicetiae superioribus diebus effossa MANUT. *Trovata i mesi passati piedi X dentro le viscere della terra cavandosi una sotterranea canera presso la piazza del mercato delle biade e alla chiesa di S. Eleuthera* MARZARI (1591). Rep. 1586 in aedibus prope ecclesiam S. Eleutherii CASTELLINI. In ipso lapide subscriptum est: 'Lapidem hunc diu sub terra latentem prope 'forum frumentarium repertum decemviri rei 'p. Vicentinae hoc loco conspicuo p. cc. an. 1586 'Ant. et Franc. Castellorum m(unere).' Extat eo loco, quo tum collocatus est, in curia. — A. 1540 in aedibus Francisci et Antonii Cascoliis prope forum frumentarium erutam dicit CERCH. errans.

IMP CASS
M ANTONIO
GORDIANO · PIO
FEL·AVG·P·P·COS·II p. C. 242
PROCOS TRIBVN
POTEST · V · PONT
MAXIMO
RES PVBLICA
EX LIBERALITATE
MATIDIARVM ·
D · D

Contuli. Habent Paulus Ramusius in epistula ms. (cod. Vat. 5249 f. 37) ad Aldum Manutium scripta m. Iunio [15]87 descriptam a Pigafetta; Aldus Manutius in commentario s. l. et a. et sine titulo paginarum sex, cuius exempla vidi alterum in bibliotheca publica Berolinensi, alterum Vicetiae apud Gonzatios; add. ms. ad Trinagium; Marzari (1591) p. 22; Velser mon. Aug. Vindel. in opp. p. 390 et ab eo Grut. 272, 4; cod. Lugdun. XXIV Papenbr. 14; Castellini 2, 53; Caldognus n. 15; Stephanonius ms. p. 137; cod. Barb. 31, 26 ad exemplum descriptum et recognitum a. 1648 a Calino notario et Trissino archidiacono; Barbaranus 1, 32. 5, 231; Maffei Ver. ill. p. 381 inscr. n. 69; Cerchiari f. 86; Facciolius 1, 165; Guerra Asolo p. 24; Schio p. 44 tab. 10; Orelli 973. Peculiarem de hoc titulo commentarium, sed in quo nihil admirere praeter molem, ed. Mich. Ang. Zorzi primum in *Giorn. de' lett. d'Italia* 29 (1718) p. 217 sq., deinde seorsum sub titulo: *il marmo illustrato o sia diss. epist. intorno ad una antica iscrizione di Gordiano III* Patavii 1735. 4. pp. 300.

Matidias duas matrem et filiam rei publicae Vicetinorum legatum aliquod dedisse componi potest cum titulo, quo collegium eius municipii filiam honorat n. 3111.

3113 in columna Brenduli in agro Vicentino LIG. similiterque PAT. MAN. TRIN.; in aede S. Mariae add. DONIUS. *In casa nostra in Carpagnon si trova hora, portata quivi da Brendola per dono del Padre Anselmo di Anselmi di ordine Carmelitano per intender la ultima riga di questa intorno ad un vaso* (vide infra) CALDOGNUS. Ibidem CERCH.

IMP·CAESARI·D·N
FL·VALENTI·PIO
FELICI · SEMPER
AVGVSTO · CI
VITAS·VICETINA

Habent Manutius cod. 5237 f. 428 (inde Donius 3, 73 ex schedis Vaticanis) eodemque exemplo Ligorius ms. Taur. 18; diverse cod. Pat. f. 189 eodemque exemplo Manutius cod. 5237 f. 108 et Trinagius G 2 (inde Castellini 2, 13 et per Marzarium Mur. 1094, 5); Caldognus n. 17; Cerchiari f. 99; Zeno *lett.* 1, 7 misit Fontaninio a. 1697 eodemque exemplo Mur. 264, 6 ex schedis suis; Castellini 2, 122; Barbaranus 6, 66 duobus exemplis praeter Trinagianum.

Variam lectionem dedi omnium excepto Castellinio. — Vv. divisionem veram dat Cald. — 1 IMPERATORI Man. 108 Trin. — 2 CL pro FL Man. 428 Lig., om. Man. 108 Pat. Trin. — 3 FELICIS Pat., FELICISSIMO pro FELICI Man. 108 Trin. — 4. 5 CIVITAS·VICETINA Cald. Cerch., CIVITAS·VICENTINA Pat. Zeno Barb. I. II., CIVITAS·VIGENTINA Mur. 264, CIVITAS · VEICENTINA Lig., CIVITAS · VECCENTINA Man. 428, CIVITAS · VICET Man. 108, VI · C Trin. — Versum circa vasculum, ut ait Caldognus, scriptum addunt auctores sic: PO...ITVS· (pontus *explic.*) ADRIE·SENATVS·S·V Cald., PONTVS·A·D·R·B·S·L·N· (N om. Mur.) A Zeno Mur., PONTVS·ADR·I·S·S·C·N·C·T·I·S·V Barbar. II, PONTVS·ADR...... Cerch., POSVIT Man. 428 Lig., om. Man. 108 Pat. Trin. Barb. I. Mihi inscriptio recens videtur esse in ipso lapide fortasse ad stemma quoddam adiecta; olim eo loco fuisse crediderim id quod supplevi ad finem n. 3114.

3114 Vicetiae rep. 1804 *scavandosi per i fondamenti della fabbrica dei Mansionarj al Duomo* TORNIERI, cui dederunt mansionarii; *la mandai a Settecà perchè servisse di gradino al Capitulo di S. Giovanni Nepomuceno* addit IDEM. Inde venit in aedes Schio.

imp. caes. D N
fl. gratia NO
pio fel. s EMPER
a u g u st O·DIVI
ualenti NIANI
filio
ciuitas ui CETINA
d.n.m.q.e VS

Contuli. Tornieri in ephem. 1804 Iul. 24 et 1811 Dec. 15; Schio p. 48 tab. 11.

Non facile alterum titulum reperies, qui Valentiniano divi appellationem tribuat, quamquam eum a filio divinis honoribus consecratum esse scribit Ausonius (grat. act. p. 286 Bip.). Hunc titulum et eum qui praecedit apparet simul positos esse intra a. 375 et 378.

3115 Vicetiae *nella contrada del Duomo sotto il portico de Marangoni* CAST.; *prima era sotto il portico de Botari et hora in casa nostra in Carpagnon* CALDOGNO; in vico cathedralis sub porticu fabrorum lignariorum pro sedili plebeiorum CERCH.; in aedibus de Zago FACC. *Probabilmente esiste ancora alle Pescherie vecchie in casa Zago, ove fu coperto da un muro posticcio* SCHIO secundum ea, quae Zagii ei narrarant.

AESAR · AVGVS
OTEST · COS · I

Castellini ms. f. 108; Caldogno n. 9 (inde sine dubio Schio p. 114); Cerchiari f. 107'; Facciolius 1, 275.

AESAR · AVGVS | OTEST · COS · I Cast., ... ESAR AVG | ... TEST·COS Cald., CAESAR·AVG·POTEST·COS Facc.

3116 Vicetiae ex theatri ruinis prodierant titulorum quoque reliquiae complures servatae in museo publico, sed omnes ita imminutae, ut ne vocabulum quidem ullum integrum habeant nec dignae sint quae hic proponantur. Specimina subieci.

COS

F F

ATRI

GN

Vidi.

3117 Vicetiae apud S. Marcellum RED. BAN. TRIN.; in hortis Gauldi in Pusterla CALDOGNO CERCH. MAFFEI. Inde translata est a. 1782 in aedes Tornieri. — Famam esse titulum olim fuisse in colle Torricelli inter valles Thienensem et Trissini; item ex ecclesia S. Marcelli venisse in ecclesiam S. Stephani, ex hac ad Gualdos add. SCHIO.

MA TTO
A · TI · CLAuDIO · CAESARE
AVGVStO · GERMANICO — a. p. C. 48
CENSORe aDLECTO · IN
SENATVM ET INTER
TRIBVNIcioS RELATO
AB EODEM ADSCITO IN
NVMERVM SALIORVM
SALONIA · MATER
FILIO pieNTISSIMO
VIVA FECIT

Contuli. Habet ex antiquis Redianus f. 74' Vic. 2 (inde Gud. 130, 1). Item Manutius cod. 5237 f. 105; Trinagius C 3; Castellini 1, 86; Caldogno n. 11; Barbaranus 5, 90; Cerchiari f. 152; Maffei M. V. 377, 8 (inde Orell. 3146); Tornieri in eph. 1782 Oct. 8 et Dec. 6 et apud Castellinium 1, 149; Facciolius 2, 41; Maccà *stor. del terr.* 3, 150; Henzen 6005 ad exemplum Furlanetti; Schio p. 67 tab. 9, qui in textu sumpsit ex Caldogno (I).

Titulum evanidum paullo meliore statu visum esse ab antiquis constat, quamquam ipsa eorum exempla ostendant ne tum quidem eum facile et plene legi potuisse. Adscribam v. l. Rediani, quod exemplum antiquissimum est, et Caldogni (II), quod est longe optimum; Trinagius pessime corrupit. — Vv. non divisit Red. — 1 MACE... Red., M... Cald.; cognomen fuit, quale exempli causa est MArtialO; M·SALONIO Ferretus Maff., MARCO·SALONIO Furl. male. — 2 CAESARI Red. — 4 CENSOR ...PVNCTO·IN Cald., CENSORI·LEGIONIS Red.; veram lectionem repperit Furl. — 5 SENATV...NTRO Red. — 6 TRIBVNICI ...ATO Red., TRIBVNI ... RELATO Cald. — 8 SALIORVM Cald., ...NORIOR Red.; illam lectionem, quae cum lapidis vestigiis sALIORvM optime convenit, certe Caldognus posuit de visu. — 10 PIENTISSIMO Cald., ...SSIMO Red.

Cf. n. 2068: *Ti. Claudio Caesa ... M. Salonia ... es.*

3118 *nella valle del Tressino nel tempio di S. Firmo* MET. PANV. LIG. MAN.

D · M
VATERNIAE · C · F · CALPVRNIAE · SERMIAE
QVAE · VIXIT · ANNVM · ET · MENSES · II
C·VATERNIVS·CALPVRNIVS·LVCRETIANVS
PROC·AVG·PATER
FACIVNDVM · CVRAVIT

Servavit auctor a quo pendent Metellus cod. Vat. 6034 f. 17', Panvinius cod. Vat. 6035 f. 104'. 119; Manutius cod. Vat. 5237 f. 427' (inde Don. 7, 5 ex schedis Vaticanis; Mur. 918, 5 ex Donio); Ligorius ms. Taur. 18. Vicetini auctores ignorant.

1 D·M om. Met. Panv. — 2 VATERNIAE Man. Lig. (cf. n. 3204), VETERNIAE Met. Panv. — SERMIAE traditur (HERMIAE Panv. 104); SEMNAE Don.; malim SERENAE. — 3 VIX Panv. — ANNVM ... ET Man. Lig. — 4 VATERNIVS Man. Lig., VETERNIVS Met. Panv.

3119 Vicetiae in S. Felicis TRIN. '*Non si trova*' CALDOGNO.

DIVI · ANTONINI
LEG·XV·C

Servavit Trinagius B 4; inde Caldogno n. 14, Barbaranus 5, 363, Schio p. 14.

3120 lapis ex marmore Histrico longus ped. Vic. 7 unc. 2, largus ped. 2 unc. 2 1/2, crassus ped. 1, rep. nuper Vicetiae in portica novi monasterii SS. Felicis et Fortunati, dum ibi cisterna effoditur VIGNA c. a. 1749. Eiusdem tituli alterius exempli pars rep. est a. 1818 m. Martio exeunte Vicetiae in aedibus tum Ios. Rivae, nunc Castraman, in muro antiquissimo sub ipsam viam publicam progrediente, dum ibi cella foditur TORNIERI; idem addit titulum esse non posse eum ipsum, quem vidit Vigna, nam murum illum et antiquissimum fuisse et ipsi Rivae ignotum nec saxum tum repertum ex marmore Histrico esse. Hoc extat in domo Tornieri, hodie Orgian.

M · ABONIVS · ACANTHVS · IIIIII · VIR · AVG
ADCENSVS · COS · IN · MEMORIAM
ABONI · SATVRNI · ... SVI · T · F · I

Alterum exemplar plenius ed. Franc. Fort. Vigna in folio solitario impresso s. a. et l. inscripto *Avviso*, quo hanc inscriptionem promittit se explicaturum. Ab eodem Vigna pendet exemplum editum in eph. *Novelle della repubbl. lett.* Venetiis 1749 p. 136; neque aliunde opinor Maffei M. V. 480, 2 (inde Donat. 245, 1) et Faccioli 2, 78. Id quod hodie superest quodque contuli habent Tornieri in eph. 1818 Apr. 18 et Schio p. 51 tab. 7.

Quae dedi inclinatis, absunt a fragmento Tornieriano. — 1 IIIIII·AVGVSTAL (om. VIR) Facc. — 3 sic Vigna, ADONIN·I ... ONI·SVI·T·F·I Facc., om. *Nov. lett.* et Maff.

3121 Vicetiae ad aedes Francisci Porti TRIN.; in aedibus comitis M. Antonii Porti CALD.; in via Pedemuri in fronte aedium com. M. Antonii Porti CERCH.; non longe ab ecclesia S. Blasii secus viam publicam FACC. A. 1780 ex aedibus Horatii Porto ad S. Blasium translata est in Tornierias.

IIIIII · VIR · AVG
IN MEMORIAM
patroNI · SVI · T · F · I

Contuli. Manutius cod. 5237 f. 105'; Trinagius D 3 (inde per Marzarium Mur. 206, 1); Caldogno n. 47; Cerchiari f. 208'; Facciolius 1, 217; Tornieri ephem. 1780 Apr. 17; Maccà *stor. del terr.* 3, 151; Schio p. 51 tab. 7.

Potest esse ex tituli praecedentis tertio exemplo; at certe neque pars est exempli c. a. 1749 erudenti ad S. Felicis, cum hoc diu ante alio loco prostiterit, nec potest pars fuisse eius exempli, cuius principium hodie extat in domo Orgian, nam natura lapidis differt neque intervalla versuum eadem sunt.

3122 Vicetiae in solo ecclesiae S. Stephani ante altare maius MARCAN. et ANTIQVI RELIQVI; *nelle pareti della capella de' Nobb. Capra di fora via* add. BARB. similiterque CALD.

V F
Q · IVLIVS · Q · FIL
MEN·CATVLLVS
IIII · VIR · MISSVS · HONES
TA · MISSIONE · EX · COH · VI
PR · SIBI · ET · COELIAE · SEVERAE
VXORI · SANCTISSIMAE · POST
OBITVM · ET · POMPEIAE · MAN
SVETAE · SOCRVI · OPTIMAE
ET · HOSTILIAE · SERENAE
CONIVGI · CARISSIMAE
H · M · H · N · S

Habet Antiquus, scilicet Marcanova cod. Bern. n. 173, cod. Mut. f. 165 Vic. 9; Felicianus Vic. 1; Ferrarinus cod. Trai. f. 38, cod. Reg. Vic. 1; Redianus f. 14' Vic. 1; cod. Gud. 253 f. 24; Iucundus Vic. 1; Sanutus Vic. 1; cod. Patav. f. 183. Denuo ex lapide Metellus cod. Vat. 6034 f. 17'; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 82' et Rom. p. 508 (ex Panvinio Smet. 162, 9; ex Panvinio et Metellianis Grut. 421, 9); Ligorius ms. Taur. 17 et 18 bis; Iacobonius app. ad Font. p. 161; ex simili auctore opinor etiam Donat. 254, 5, auctorem citans Io. Bapt. Passerium, quem errore ait ipsum exscripsisse. Habet item Bologna antiq. l. 2 p. 74, syll. f. 36. Item Manutius cod. 5237 f. 103. 267. 426, orth. 164, 5; Trinagius C 1; Marzarius p. 27, qui certe locum accuratius indicat; Castellini 1, 74; Caldogno n. 27; Barbaranus 5, 153; Cerchiari f. 178.

In vv. div. consentiunt Met. Panv. Bonon. Manut. (103. 426) Ligor. (17 et 18a) Trin. Cald. — V·F Man. 267. — 2 F Iuc. Man. (267. 426 et ed.) Lig. (bis) Panv. (ed.). — 3 CATVLVS Man. (267. 426 et ed.) Lig. 18b. — 6 CAELIAE Man. 426, CALIAE Man. 103. — 8 POMPEIAE Bon. — 9 SVETE Red. Fel. (Marcian.) Man. 426. — SORORI pro SOCRVI Felic. Iuc. San. Panv. et v. l. apud Marcan. (Mut.) — 10 OSTILIAE Cald. (II) contra Cald. (I) et rel. — Castellinii Barbarani Cerchiari v. l. omisi.

3123 Vicetiae in aedibus Gratianorum s. Garzadori TRIN. CALD. CERCH. Inde a. 1778 venit in aedes Tornierias TORNIERI. Ibi extat.

. . *larc* //VS · MV · F · MEN
/ BASSENS
MIL·COH·XIV VRB·sibi·ET
MV·LAEVIO·C·F·PATRI·ET
PONTEIAS Ɔ · LIB
MODESTAE · MATRI
T · F · I
VIXIT · ANNIS · XXXV
MILITAVIT · XVI
LIBERTI FACIEND
CVRAVERVNT

Contuli. Habent Ligorius Taur. 18; Manutius Vat. 5237 f. 107. 426' (inde Donius 6, 177 ex schedis Vatic.; ex Donio Donat. 291, 4); Trinagius E 3 (inde per Marzarium et ex Donio Mur. 828, 9) Castellini 1, 75; Caldogno n. 22; Cerchiari f. 131; Facciolius 1, 279. 2, 41; Tornieri in eph. 1778 Aug. 26 et apud Castellinium 1, 145; Maccà *stor. del terr.* 11, 2, 196; Schio p. 62 tab. 7.

3124 rep. in pago Insularum Maladi [*Isola di Malo*] a. 1689, cum aedium paries reficitur; deinde Vicetiae apud Cerchiarium CERCHIARI. A. 1790 dono Cerchiariorum venit ad Tornierium.

MV · VITA
Q F
VETERAN

Contuli. Cerchiari f. 142; Tornieri in ephem. 1790 Mart. 6; Faccioli 2, 39; Maccà *stor. del terr.* 7, 11; Schio p. 63 tab. 7.

3125 Vicentiae *era in un magazzino sotto i volti della basilica*, unde translata est a. 1795 in domum Tornieri TORNIERI.

CEN
VRB · D

Contuli. Tornieri in eph. 1795 Aug. 26; Faccioli 2, 42; Maccà *stor. del terr.* 4, 298; Schio p. 66 tab. 16.

3126 extra Vicetiam in S. Felicis in ima turri campanaria.

ATILI
GALLIO
N//LII//L
IIIIII VIR
GVSTA

Cerchiari f. 202'.

3127 Vicetiae in ecclesia S. Stephani in claustro MARCANOVA solus; in claustro S. Felicis RELIQUI ANTIQUIORES. Inde transiit a. 1808 in claustrum S. Iacobi, ex eo nuper in museum municipale.

viva
Q·BARBIVS·Q·L
THALLVS
IIIII · VIR
T · F · I

Contuli. Habent Marcanova cod. Bern. n. 369, cod. Mut. f. 166 Vic. n. 14; Felicianus Vic. 13; Ferrarinus cod. Reg. n. 19; Redianus f. 75' Vic. 17; Iucundus Vic. 8; Sanutus Vic. 6; Choler f. 87'; cod. Pat. f. 185'; Metellus cod. Vat. 6034 f. 17' et per Gutenstenium apud Grut. 374, 3; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 136; Manutius cod. Vat. 5237 f. 104. 427; Ligorius ms. Taur. 18 (inde Gud. 121, 13); Trinagius B 3; Poiresciane schedae cod. Par. 6012 f. 149; Castellini 1, 81; Caldogno n. 43; Barbaranus 5, 364; Cerchiari f. 208; Faccioli 2, 75; Tornieri in ephem. 1808 Ian. 11; Maccà *stor. del. terr.* 11, 2 (1814), 198; Schio p. 57 tab. 12.

Post 3 ins. AVG Met. (cod.) Panv., AVGVSTAL Met. (apud Grut.), a qua interpolatione cum reliqui immunes sunt tum Ligorius.

3128 Sovizzi in ecclesia parochiali S. Mariae de monte prope sacristiam CALD. Nuper Vicetiam delata in aedes Tornieri-Orgian SCHIO.

Q · CAL
Q L V
IIIIII VIR A*ug*
SIBI
/MIIAE//
VXO
CALVEN
///

Contuli titulum evanidum. Habent Castellini f. 68. 113 bis diverse; similiter diverse Caldogno n. 23 et 46 (inde Barbaranus 6, 194. 195 item bis diverse); Maccà *stor. del terr.* 9, 198; Schio p. 52 tab. 20 ad exemplum factum ab Iacobo Bonazioli.

Q · CAL | MEN · S (S om. Cald.) | IIIII | T (rel. om.) Castellini altero loco et Caldogno n. 23; non diversum esse ab hoc titulo inde colligitur, quod loci indicationes plane conveniunt.

3129 infra Schidium [Schio] ad Iuvenale [Giavenale villa] in templo S. Iustinae MAN. TRIN. *ne parapeto delo altar grande* add. CALD. similiterque MACCÀ SCHIO.

C · CAMERIVS·M·F
IIII VIR
PONTIFEX
SIBI · ET
TERENTIAE · L · F

Manutius cod. Vat. 5237 f. 108; Trinagius F 3 (inde Don. 5, 53 et per Marzarium Mur. 686, 5); Castellini 1, 80; Caldogno n. 35 qui vidit; Barbaranus 6, 91 ad exemplum datum sibi a Ferriis ecclesiae patronis d. 26 Dec. 1646 et 'ab aliis'; Cerchiari f. 174; Faccioli 3, 296; Pezzo *novis. ill. mon. dei Cimbri* (Veronae 1785) 2, 20; Maccà *stor. del terr.* 11, 1, 197 qui vidit; Schio p. 60 tab. 9.

Alterum exemplum Barbarani pessimum omisi. — Versum praemittunt CAMERIVS · M · F Man., M·CAMERIVS·C·F Trin. — 3 om. Trin. — 5 TERENTIE Cerch. — L · E Barb., I · F Cerch.

3130 Vicentiae rep. a. 1698, cum xenodochium Prothorum ad ampliorem ambitum extenderetur et collocatum ibidem CERCH. Similia leguntur in titulo subscripto a. 1699. Ibidem adhuc.

/SSIVS	Q CASS
EVTYCHVS	Q·L HICETI
CONCORDIAL	CONCORD
AVGVSTAL	AVGVSTAL
CVIO/IN/DHONOS	PATRONO
///////	
SIBI · ET	
	VOTV

Contuli. Cerchiari f. 60 (inde Maccà *iscr. sacre* p. 66 et fere Furlanettus p. 169 n. 160); Facciolius 1, 35; Magrini *notizie del Cav. Gianpietro de' Proti e dell' ospitale di S. M. della Misericordia* (Patavii 1847 pp. 64) p. 63, ad exemplum Bartholomaei Bressan reliquis diligentius factum, a quo fere sumpsit Schio p. 49 tab. 7.

Quid scriptum sit 1, 5. 6, expedire non potui, etsi lapidem examinavi bis cum cura; cogitavi de formula tali: *cui ob ind(ustriam) honos habitus est.*

3131 Vicetiae in fundamentis ecclesiae S. Stephani in hortos (sic) MARCANOVA solus; in ecclesia S. Felicis in campanili FELIC. et similiter ANTIQUIORES RELIQUI; ab a. inde 1808 in claustro S. Iacobi, unde nuper illata est in museum municipale.

delphinus tridens delphinus
V · F
L · CASSIVS · L · L
PROCVLVS
IIIIII · VIR · AVGVSTAL
ET · CASSIAE
THEODORAE · VXORI

INFR · P · XXXVIIS
RETR · P · XXXVIII ·

Contuli. Habent Marcanova cod. Bern. n. 366, cod. Mut. f. 166 Vic. 11; Felicianus Vic. n. 8 et denuo n. 15; Ferrarinus cod. Trai. f. 39, cod. Reg. Vic. 14; Redianus f. 75 Vic. 14; Iucundus Vic. 6; Sanutus Vic. 7; Choser f. 88; cod. Patavinus f. 86 et denuo f. 185'; Metellus cod. Vat. 6034 f. 17 et apud Grut. 386, 2; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 128; Manutius cod. 5237 f. 103'. 426'; Ligorius ms. Taur. 18; Peiresciannae schedae cod. Par. 6012 f. 149; Trinagius A 3; Castellini 1, 82; Caldogno n. 44; Barbaranus 5, 363; Cerchiari f. 202; Faccioli 2, 74; Tornieri in ephem. 1808 Ian. 11; Maccà *stor. del terr.* 3, 152; Schio p. 53 tab. 12.

8 IN·AG Grut. (non Metellus ms.) pro RETR, fraude opinor Gutenstenii.

3132 Vicetiae in S. Felicis ANTIQUIORES; inde translata n. 1808 in S. Iacobi; hodie est in museo municipali.

T · DELLIO · T F
IIII VIRO
T · DELLIVS T F
SERENVS
PATRI ET SIBI

Contuli. Habent Marcanova cod. Bern. n. 370, cod. Mut. f. 166 Vic. 15; Felicianus Vic. 12; Ferrarinus cod. Reg. Vic. 20; Redianus f. 75' Vic. 18; Iucundus Vic. 9; Sanutus Vic. 9; cod. Pat. f. 185'; Metellus cod. Vat. 6034 f. 17 et apud Grut. 400, 10; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 128; Ligorius ms. Taur. 18; Manutius cod. 5237 f. 104. 427; Trinagius B 2 (inde Don. 5, 41); Peiresciannae schedae cod. Par. 8012 f. 149'; Castellini 1, 80; Caldogno n. 34; Barbaranus 5, 366; Cerchiari f. 197; Facciolius 2, 75; Tornieri in ephem. 1808 Ian. 11; Schio p. 59 tab. 10.

Eiusdem T. Delli Sereni nomine inscriptae tegulae frequenter reperiuntur Vicetiae.

3133 Vicetiae apud S. Crucem ex fragmentis RED. et similiter RELIQUI. Nuper interiisse scribit CALDOGNUS. Titulum esse in aedibus suis contendit FERRETUS.

L · FABIVS · L · F
LYCAEVS
IIII · VIR

Antiquus servavit. Habent Marcanova Bern. n. 357, Mut. f. 165 Vic. 2; Ferrarinus cod. Paris. in add. et cod. Reg. n. 8 (inde Mur. 699, 4 ex schedis Valerii); Redianus f. 74' Vic. 5 (inde Gud. 122, 11); cod. Patav. f. 184'; Ligorius Taur. 18 ter (semel recte, altero loco confusam cum aliis minoribus fragmentis Antiqui, tertio sic ut rettulimus ad n. 3108); Manutius cod. Vat. 5237 f. 102. 428'; Trinagius C 3 (ex Trinagio et ex schedis Vaticanis Don. 5, 130); Castellini 1, 80; Caldogno n. 33; Barbaranus 5, 399. Ferretus f. 30 quamquam ait lapidem esse apud se, tamen repetit ad litteram exemplum Caldognianum desumptum ex Trinagiano.

Vv. divisio incerta.

3134 Vicetiae extracta ex pariete cubiculi cuiusdam sub ecclesiae cathedralis turri campanaria a. 1780 et illata in domum Tornieriam TORNIERI.

M · F · FESTO · IIII · VIR
IVS · M · F · FESTVS · IIII VIR
TESTAMENTO

Contuli. Habent Tornieri in eph. 1778 Aug. 19 et 1780 Sept. 12; Maccà *est. del terr.* (1793) p. 227 et *stor. del terr.* 11, 2, 197; Faccioli 2, 42; Schio p. 61 tab. 13.

3135 ad Monticulum pagum TRIN. *Montechio magiore* in ecclesia S. Vitalis CALD. Nunc in pariete extra coemeterium Antignanum versus MACCÀ. Hodie Vicetiae in domo Tornieri.

POSTILIO
EN · SEVE
I VIR I D
P

Contuli. Trinagius F 4 (inde Castellini 1, 78 et per Marzarium Mur. 707, 5 et Barbaranus 6, 74); Caldogno n. 37; Maccà *stor. del terr.* 9 (1814), 27; Schio p. 58 tab. 20.

3136 Vicetiae in ecclesia S. Felicis ANTIQUUS. In campo Martio PAT. MAN. TRINAG. In medio campi Martii est columna marmorea erecta et iuxta illam tabula marmorea inscripta ITINER. a. 1586. *Anticamente trasportata da Monastero di S. Felice nel Campo Marzio, come dimostrano alcune lettere intagliate sopra l'orlo di detta pietra; ed ivi fu portata per abbruciarvi sopra gli eretici* CASTELLINI. *Portata da Campo Marzo in casa nostra in Carpagnon* CALDOGNO. Ex aedibus marchionis Octaviani Sale illata a. 1781 in Tornierias.

TI · IVLIVS
MONTANVS
IIII VIR
T · F · I

Contuli quod superest. Habet plenam Antiquus, scilicet Marcanova Bern. n. 362, Mut. f. 165 Vic. 4; Felicianus Vic. 7; Ferrarinus cod. Trai. f. 38', cod. Reg. Vic. 11 (inde Mur. 710, 7 ex schedis Valerii); Redianus f. 75 Vic. 11 (inde Gud. 128, 2). Denuo ex lapide cod. Pat. f. 184' et Ligorius Taur. 18. Item auctor itinerarii Patavio Basileam a. 1586 (cod. Paris. Lat. 4856 f. 51'). Item Manutius cod. Vat. 5237 f. 106. 428; Trinagius D 4; Castellini 1, 79. Fractum ut nunc est lapidem dant Caldogno n. 30; Tornieri in eph. 1781 Febr. 5 et apud Castellinium 1, 147; Faccioli 2, 40; Maccà *stor. del terr.* 3, 151; Schio p. 61 tab. 8.

Vv. divisionem nemo retinuit ante Cald. — 1 IVLIANVS Itin. a. 1586. — 3 IIVIR Itin. a. 1586. — 4 T om. Man. Trin. Itin. a. 1586. — In superiore margine haec cernuntur evanida S///INO GVIDOTI STELLE////// omnino recentioris inscriptionis frusta; etiam in margine intuenti sinistra similis tituli reliquiae apparent. Eodem pertinent, quae ex tabula 'circum circa inscripta' post Romanam inscriptionem adnotavit peregrinator a. 1586: FELICIS·ET·FORTVNA·ANNO·DNI 1217. Vide supra relata ex Castellinio.

3137 Chiupan in posteriore parte altaris ecclesiae parochialis S. Michaelis INSTR. a. 1488. Ante portam eiusdem ecclesiae MARZ. CALD. Rep. 15 Mai. a. 1580 BARB. Chiupani in divi Danielis sarcophago CERCH. Extare negant MACCÀ et TORNIERIUS apud Furlanettum Est. p. 85; ille addit absumptam esse nuper in novam ecclesiae fabricam ab architecto Francisco Leoni.

L · LARTIVS
MAXIMVS
IIII · VIR · I · D
ADL · AER · PONT
VXORI
STATVAM · OBLATAM · A
COL · CENT · M · VIC · D · P · S · P

Pinelli cod. Ambros. C 61 inf. f. 53; add. ms. ad Trinagium; Marzari (1591) p. 39 (inde Reines. 6, 56); Castellini 1 83; Caldogno n. 19 de visu; Barbaranus 6, 136; Cerchiari f. 188 qui vidit. Macca *est. del terr.* p. 197 affert ex Ferreto, id est ex Caldogno; item *stor. del terr.* 12, 1 (1815) p. 186 ex instrumento ecclesiastico anni 1488. A prioribus Furlanettus Est. p. 85; Schio p. 105.

1 LARTIV/ Cald., LARCIV/ Cerch., LARCIVS Pin., LARTIVS Marz. Cast., LAHERCIVS Add., LAHERLIVS Barb. — 6 om. (hiatu notato inter v. 4. et 5) Marz. — A om. Pin.

3138 Vicetiae in aedibus Garzadori s. Gratianorum TRIN. CALD. Nunc in aedibus Tornieri.

pa *ve* — *duo deae sedens* — *homo accurrens et ut genibus procumbat paratus*

V F
P · PESCENNIVS · Ɔ · L
OPTATVS
VI · VIR · SIBI · ET
P · PESCENNIO · LEONI
FILIO
CAECINIAE · Ɔ · L
VITALI
VXORI · CARISSIMAE
ET · SVIS

homo ponenti ante ardens — *ca- gallo* — *gallus stans*

Contuli. Habent Manutius Vat. 5237 f. 106' (inde Don. 5, 202 ex vet. cod. ms.); Trinagius E 2 (inde per Marzarium Mur. 729, 5); Castellini 1, 81; Caldogno n. 42; Cerchiari f. 214; Facciolius 1, 279. 2, 41; Tornieri in eph. 1778 Sept. 19 et apud Castellinium 1, 148; Maccà *stor. del terr.* 7, 12; Schio p. 56 tab. 12.

3139 Vicetiae in coenobio monialium S. Petri TRIN. et RELIQUI ANTIQUIORES. Ab a. inde 1778 in domo Tornieriana; illo loco exemplum remansit. — Romae ad S. Mariae in montibus RED. IUC.

protome viri — *protome mulieris* — *protome mulieris*

P · POBLICIO · M · V · L
VALENTI
IIIII · VIR
fasces tres MATIENAE · Q · L *fasces tres*
RVFAE
MATIENA · P · ET
Ɔ · L · SVAVIS
PATRONIS · ET · SIBI
VIVA · FECIT

Contuli. Habent inter urbanas Redianus f. 20 et Iucundus cod. Magliab. 28, 5 f. 98; suo loco collocatam Metellus cod. Vat. 6034 f. 17' et per Gutensteinium apud Grut. 455, 3; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 136; Manutius cod. Vat. 5237 f. 102'. 426 (inde et ex Trinagio Don. 5, 210, ex eo Mur. 734, 3); cod. Pat. f. 184; Trinagius C 4; Castellini 1, 80; Caldogno n. 41; Barbaranus 5, 278; Cerchiari f. 226; Faccioli 1, 120. 2, 39; Tornieri in eph. 1778 Aug. 12 et apud Castellinium 1, 147; Maccà *stor. del terr.* 11, 2 (1814), 157; Orti *lap. scop. nel 1825* (Veronae 1826) p. 20; Schio p. 55 tab. 17; Furlanettus Est. p. 119 emendavit ex lapide.

1 M·V·L recte Red. Pat. Man. Cald. praeter recentiores, MU Iuc., MV·P·L Met. Panv., M·L Trin. Don. Cerch. Explicandum esse *municipum Vicetinorum liberto* docuit Furlanettus.

3140 Vicetiae extra civitatem ad ecclesiam S. Georgii MARCANOVA; *al Lazaretto fori di Vicenza nel muro della chiesa di S. Giorgio* CALD.; similiter RELIQUI ANTIQUI. Inde translata est a. 1778 in aedes Tornieri; antiquo loco exemplum remansit. — Et loco supra indicato, et ad aedem Felicianam ponit TRINAGIUS, addens: 'unde vero id obtigerit, in rerum Vicentinarum commentariis disputavimus.'

L · PVTINIVS · L · L
VITALIS
VI · VIR · AVGVST ·
PVTINIAE · L · L ·
CHIONI
T · F · I

Contuli. Habent Marcanova cod. Bern. n. 568, cod. Mut. f. 166' Vic. 17; Ferrarinus cod. Reg. n. 22 (inde Mur. 203, 5 ex schedis Valerii et ex Marzario); Redianus f. 75 Vic. 8 (inde Gud. 102, 3); cod. Pat. f. 186; Ligorius ms. Taur. 18 bis; Manutius cod. Vat. 5237 f. 102. 104. 428; Trinagius B 1 et C 4 (inde per Marzarium et ex schedis Vaticanis Don. 5, 180); Castellini 1, 82; Caldogno n. 45; Barbaranus 5, 346; Cerchiari f. 211; Tornieri in eph. 1778 Sept. 15 et apud Castellinium 1, 148; Faccioli 2, 113; Maccà *stor. del terr.* 14 (1816) p. 292; Schio p. 54 tab. 17.

3141 in vico Sossan supra portam aedium Petri Fosci extrinsecus.

C · RESIVS · C · F · PATRVI
IIII · V · I · D

Caldogno ad n. 3142 postea adscripsit (ms. 1 non habet).

2 IIII·V·D traditur.

3142 Vicetiae in aedibus Garzadori s. Gratianorum TRIN. CALD.

C · RESIVS · MV · P · SEVERVS
IIII · VIR · I · D

Metellus cod. Vat. 6034 f. 17'; Ligorius ms. Taur. 18; Manutius cod. Vat. 5237 f. 106. 427; Trinagius E 1 (inde Don. 5, 129 et per Marzarium Mur. 739, 7); Castellini 1, 82; Caldogno n. 36 de visu; Cerchiari f. 214'.

Vv. male div. Man. 106 Trin. Cerch. — 1 RAESIVS Man. 427. — M·P Cerch., MV (om. P) Man. 427.

3143 scripta in duobus lapidibus integris et margine conclusis, sed iungendis. Rep. a. 1606 Rielli M p. a Vicetia Patavium versus, deinde in curia CAST. Rep. ante aliquot annos Rielli, nunc Vicetiae in aedibus Quintii Saraceni doctoris et equitis CALD. Hodie pars superior cum anaglyphis est Vicetiae apud Tornierios, quo venit a. 1778 ex domo olim Saracena, tum comitum Ghellini, inferior Veronae in museo philharmonico n. 233. — E S. Iuliano translatam esse in palatium praetoris ait FACC. errore.

protome viri — *protome puellae* — *protome pueri*

L · TERENTIVS · TERENTIANI · L

TELEPHVS · HAC · SEDE · IVCVNDA · POTHVSQVE · QVIESCENT
DEBITA · CVM · FATIS · VENERIT · HORA · TRIBVS
HIC · LOCVS · HEREDI · NE · CESSERIT · INVIOLATI
SINT · CINERES · TVM · QVOS · CANA · FAVILLA TEGET
TELEPHVS · IIIIII · VIR · SIBI · ET · SVIS

Contuli partem utramque. Habet plenam Castellini ms. f. 77 (in ed. 1, 81 male omittitur pars superior); partem superiorem Caldogno n. 58 (qui monet duos lapides simul repertos coniungendos esse); Barbaranus 5, 288; Cerchiari f. 300; Tornieri in eph. 30 Iun. 1778; Schio p. 83 tab. 16; item inferiorem Caldogno n. 39; Barbaranus l. c.; Ferretus mon. lapid. p. 73; Cerchiari f. 217; Maffei M. V. 170, 3 (inde Donat. 263, 9; Orelli 1777); Facciolius 1, 168 (cf. 2, 39). Burmann anth. 4, 34; Meyer anth. n. 1185.

Apparet v. 1. 6 iungendos esse. Carmen subscripsi:

Telephus hac sede Iucunda Pothusque quiescent,
Debita cum fatis venerit hora tribus.
Hic locus heredi ne cesserit: Inviolati
Sint cineres, tum quos cana favilla teget.

Lepido errore de tribus fatis cogitarunt Burmannus et Orellius, ubi apparet agi de hominibus tribus expectantibus horam fatis debitam.

3144 Montegalda avexerunt Vicetiam Gualdii COD. BIBL. PUBL. VIC. Ex domo Gualdiana a. 1782 translata est ad Tornierium

ETTIO
VIVS
IAE · PHILAE · PAT
*par*ENTIBVS · P*ientissim*
VI VIXERVNT IN SE AN
S · LXX · VETT · T*/tr* FIL · VI · VR

Contuli quod superest. Hanc fortasse intellegit Nic. Caldognus in epistula scr. a. 1627 ad Aemilium Gualdum ea quam citavi p. 305 cum scribit: *starò aspettando l'iscrizione trovata a Montegalda.* Habent codex bibl. publ. Vicetinae olim signatus A. B. C. F. IV. 5 citatus a Schio, quem ego frustra quaesivi; Ferretus inscr. Vic. ms. f. 54'; Tornierius in eph. 1782 Dec. 6; Facciolius 2, 39; Schio p. 58. 126 tab. 21.

Alterum fragmentum iam imminutum explevi ex Ferretto.

3145 Vicetiae in ecclesia S. Stephani sub confessione MARCANOVA; in Felicis RED. In virdiario S. Felicis PEIRESC. *Hora non si trova* CALD.

C · VETVRIO · C · F
FIRMO
SCANTIAE · L · F
SECVNDAE
L · SCANTIVS · VETV
RIANVS · VI · VIR
T · F · I

Antiqui exemplum proponunt Marcanova cod. Bern. n. 368, cod. Mut. f. 166 Vic. 13 (inde Ferrarinus cod. Reg. Vic. 18); Redianus f. 75' Vic. 16; Sanutus Vic. 8; Pat. f. 185', quem qui adnotavit videtur emendavisse ex lapide. Denuo ex lapide Metellus cod. Vat. 6034 f. 17' et apud Grut. 746, 8 (ex Grutero Caldognus n. 67 et Barbaranus 5, 367); Panvinius cod. Vat. 6036 f. 82'; Ligorius ms. Taur. 18; Manutius Vat. 5237 f. 104. 427; Trinagius B 3; hi omnes ad idem exemplum. Castellini 1, 85 a prioribus puto. Peiresciua cod. Paris. 6012 f. 149 ex lapide opinor.

Vv. divisi ad Met. Lig. Panv. Man. Trin. nec multum differt Peir. — 1. 2 apud Peirescium adhaeserunt titulo proxime praecedenti n. 3198. — 3 SCANTIE Peir. — 4 SECVNDE Peir. — 5 sq. VETVRIANVS · VI · VIR · T · F · I adscripsit nescio qui vir doctus ad cod. Patav., VETIRIANVS · IIIIVIR (om. T · F · I) Peir., VETVRIVS Man. 104 Trin. Cast. (ms.), FILIVS Met. Panv. Man. 427 Lig., omittit Ant., ut de hiatu in fine moneant Marcan. (Bern.) et Red.

3146 Vicetiae apud aedem DD. Stephani et Caietani.

VIBIVS
IIIII

Cerchiari f. 223.

3147 Sandrici *sotto il volto presso la chiesa parochiale, per il quale si va alla canuzata(?)* CALDOGNO. Extare negat MACCÀ.

V · EMIT
L · VIRIVS · SABINVS
IIIIII · VIR · SIBI · ET
FVRIAE · Q · F
MAXIMAE · VXORI

Servavit Caldogno n. 40 (inde Barbaranus 6, 185; Ferretus f. 39'; Cerchiari f. 220; Maccà *stor. del terr. Vic.* 2, 2, 329 ex Ferreto; Schio p. 111 a prioribus).

1 sic Cald. Barb. et a prima manu Ferr., qui deinde em. V · FECIT et ita Maccà, VIVENS · EMIT Cerch., V · F Schio. — 2 LVRIVS Cerch., L · FVRIVS Schio. — 3 VI · VIR, 5 MAXVMAE · VXSORI Schio contra auctores.

3148 Vicetiae ad S. Petri ANTIQUI et TRIN.; *presso la porta grande che entra nel convento delle monache di S. Pietro* CALDOGNO.

ATIO · L · F
IIII · VIRO
PATRONO

Habet Antiquus, scilicet Marcanova cod. Bern. n. 356, cod. Mut. f. 165 Vic. 1; Felicianus Vic. 2; Ferrarinus cod. Trai. f. 39, cod. Reg. Vic. 2 (inde Mar. 678, 2 ex schedis Capponiis); Redianus f. 74' Vic. 4 (inde Gud. 115, 9); Iucundus Vic. 2; Sanutus Vic. 2; Patav. f. 184'. Item ex lapide opinor Ligorius Taur. 18 bis (altero loco quod legitur exemplum, petitum est omnino ex Antiquo adiectis aliis minoribus fragmentis); Trinagius C 4; Manutius cod. Vat. 5237 f. 102'. 236'. 428, orth. 84, 5 (inde Grut. 366, 7). Certo ex lapide Caldognus n. 31 (inde Barbaranus 5, 278); Cerchiari f. 266' qui delineavit; Faccioli 1, 120 male. Orelli 3830.

Variam lectionem dabo Antiqui Manutii 236 Caldogni Cerchiarii. Vv. praeter Caldognum recte div. Manutius (236 et ed.) — 1 TIO · L · F Cerch. — 2 IIII Iuc. San. Cald. Cerch., III reliqui. — 3 ATRONO Cerch., TRONO Cald., PATRONO reliqui.

3149 in pago Torreselle in vicariato Maladi in turri campanaria.

Barb.: M · III · VI

Cerch.: E · IIII · V · I · D

Barbaranus 8, 199 (inde opinor Faccioli 3, 149); Cerchiari f. 174 (inde, non ex Trinagio ut ait, Schio p. 110). Ex his Maccà *st. del terr.* p. 227.

3150 epistylii pars. In vico Sovizo [Soizzo 5 m. p. a Vicetia] in muro ecclesiae S. Danielis extrinsecus CALDOGNO similiterque reliqui. Inde translata Vicetiam in aedes Schio.

O · D · I

Contuli. Habent Castellini 1, 82; Caldogno n. 1 (inde Barbaranus 6, 194); Cerchiari f. 5; Faccioli 3, 252; Maccà *stor. del. terr.* 9, 198, *iscr. sacre* p. 7; Schio p. 41 tab. 8.

Tertia littera vere videtur fuisse I, non D fracta.

3151 Vicetiae in muro antiquissimo ad forum.

PVBLIC

Contuli. Ed. Schio p. 82.

Fortasse integra est.

3152 extra Vicetiam in S. Felicis in turri campanaria inverse posita.

NINVS · IIIII VIR · AVG

Cerchiari f. 202'. Quod ibi addit alterum fragmentum NI/VSI/A/G, fortasse non est nisi huiusce alterum exemplum.

3153 epistylii pars. Vicetiae in parva curte patrum monasterii Coronae.

E · SVO
A M

Caldogno n. 83.

3154 litteris magnis. Saregi rep. comes Trissino ex dono eius ab a. 1778 Vicetiae in aedibus Tornieri.

VS · E
C L X

Contuli. Tornieri in eph. 1778 Sept. 23; Schio p. 84 tab. 18.

3155 Vicetiae *trovata la settimana scorsa escavandosi avanti il vestibulo della nuova chiesa di S. Felice* FERRETT. 16 Iul. 1669; in SS. Felicis et Fortunati CERCH. Ab a. inde 1808 in claustro S. Iacobi, nunc in museo municipali.

P · AELIO · P · L
LVGDO MENSORI *sic*
LEPIDIAE L L
GEMELLAE
VXORI
L Y G D A M O
NEPOTI
LEPIDIAE L L
ACIME *sic*

Contuli. Ferrettius misit Ursato a. 1669; Cerchiari f. 258; Maffei M. V. 378, 1; Tornieri in ephem. 1808 Ian. 11; Schio p. 70 tab. 14.

3156 in cippo rotundo permagno. Apud Insulanos [= Isola di Malo] in Petri fano TRIN. similiterque PAT. MAN. Isolae in aedibus archipresbyteri CALD. REIN. Inde pars superior translata est Vicetiam in hortos Pauli Gualdi FERRET. BARB. CERCH. transiitque inde a. 1782 in aedes Tornierias. Partem inferiorem Isolae in coemeterio relictam vidit adhuc MACCÀ nuper demum adiuncta est parti superiori.

Q · CLODIVS · Q · L · NIGER
MEDICVS · OCVLAR · SIBI · ET
Q · CLODIO · Q · L · SALVIO · PATRON
Q · CLODIO FRONTONI CONLIB
Q · CLODIO · CLEMENTI · CONLIB
HYGINO · L · TESTAM · FIERI · IVSSIT

Contuli quod extat. Integrum habent codex Patavinus f. 191, ubi haec ultima est et postea adscripta; Manutius cod. Vat. 5237 f. 107 (inde Malvasia p. 219 ex schedis Vaticanis); Trinagius G 1 (inde opinor Barbaranus 6, 148 et per schedas Barberinas Fabrett. 300, 275); Castellini 1, 88; Ferretus f. 31; Cerchiari f. 321. 322. Partem superiorem dant Caldogno n. 50; Reines. 11, 8 a Bartholino; Tornieri in eph. 1782 Dec. 6 et ad Castellinium 1, 151; Maccà *stor. del terr.* 3, 51 et 7, 133; Schio p. 70 tab. 13; inferiorem idem p. 71 tab. 13.

Monumento dissecto perierunt v. 4 magna ex parte et totus v. 5. Addam v. 1. Pat. Manutii Trin.; nam Caldognus iam repperit truncatam ut hodie est. — Vv. recte diviserunt praeter alios Pat. Man. — 2 OCVL Pat. Man. Trin. — 3 PATRONO Pat. Man. Trin. — 6 HIGINO Pat. Man. Trin. — TESTAM · FIERI · IVSSIT recte Man. Pat., TESTAMEN · F · I Trin.

3157 Vicetiae apud S. Stephanum RELIQUI, *al fori via della capella delli Signori Capra* add. CALD.

L·FVRIO·L·L
LALO
P O L L A
PAEDAGOGO

Habent ex antiquis duo soli Falicianus Vic. 18 in Marciano codice postea adscriptam et Redianus Vic. 16 (inde Don. 14, 72 ex ms. ant. et Gud. 215, 5; item Mur. 955, 1 ex Marzario et Donio). Habet item Hier. Bononius antiq. l. 2 f. 74, syll. f. 36. De lapide Manutius cod. 5237 f. 103; Trinagius C 2; Castellini ms. f. 85; Caldogno n. 57 (ex his Barbaranus 5, 154; Schio p. 109).

1 L·L om. Man. — 4 PAEDAGOGO Ant., ... O Cast., om. Bon. Man. Trin. Cald.

3158 Creazzi versus Altavillam in loco dicto Ponte Alto in fundo Todeschini rep. a. 1826, nunc Vicetiae in aedibus Schio.

M TERENTIVS
M·P·MARCELLVS
CAPSARIVS
sibi · ET · SVIS

Contuli. Todeschini *d'una iscrizione antica scoperta nel distretto di Vicenza* (Patavii 1828. 8. pp. 14) et in *Giornale da Rio* vol. 66 (Patavii 1828) p. 45 (inde Ferussac 1829, 13 p. 180; Henzen 7222); Schio p. 69 tab. 14.

3159 cippus oblongus. Rep. prope Vivaro, nunc Vicetiae in aedibus Schio.

VIA · PRIV
P C · ATILIO
RVM

Contuli. Furlanettus Pat. p. 526 melius quam p. 108; Schio p. 72 tab. 5.

3160 Vicetiae intra turrim Luscorum TRIN. Inde translata est in atrium ecclesiae Coronae SCHIO.

V F
L AEMILIVS · EVPOLIS
sIBI ET
IOIIIAE \IIEC///E
///\\\T//
//\///\I//
///\O/////
iV//-/ CV////
SV
PIIIITAII · ECI
TROPHIMO II //

Inspexi et excepi quae hodie leguntur. Nec plura legere potuit Trinagius F 1 (inde Caldognus n. 66, qui titulum extare negat; Barbaranus 5, 91; Mur. 1431, 7 per Marzarium; Schio p. 85), qui interpolavit.

Trinagii exemplum hoc est: V F | L·AEMILIVS EVPOLIS | SIBI ET | LOLIAE FILIAE AN·I·SORORI FR·CHAR | IVNIAE·SORORI PROPITIAE (pro TROPHIMO).

3161 Vicetiae in vico cathedralis in area comitum de Trissino.

////AGRIPPAE
MEN TEST//
/////////
SATILIVS · VIV//

Cerchiari f. 211' (inde Schio p. 107).

3162 Vicetiae in aedibus Garzadori s. Gratianorum TRIN. CALD. Inde venit a. 1778 ad Tornierios. — Romae MUR. errore.

[illegible]
V · F
TI · ALLENIVS
FLORVS·SIBI·ET
ALLENIAE MVRRAE
LIBERTAE·VXORI
ET·FILIS·LIBERTIS
SVIS ET
TI · ALLENIO
TYRANNO

Contuli. Novisse Ligorium apparet ex n. 351 [a]. Habent Manutius cod. Vat. 5237 f. 107. 427'; Trinagius E 3 (inde per Marzarium Ursatumque Reines. 14, 12); Castellini 1, 86; Caldogno n. 53; Pignoria orig. p. 134. 172 qui citat tantum; Cerchiari f. 284; Mur. 1517, 6 ex schedis Averoldi; Facciolius 1, 279. 2, 41; Tornieri in eph. 1778 Sept. 18 et ad Castellinium 1, 150; Maccà *stor. del terr.* 3, 151; Furlanettus Pat. p. 263 n. 281; Schio p. 75 tab. 12.

3163 rep. Altavillae 4 m. p. a Vicetia, nunc ibi in aedibus Schio.

//\ESIO
C·F·MEN
APRVSCONI

Descripsi.

3164 Vicetiae in claustro D. Laurentii intus humi strata.

//////////
MENE///D · XI
TH////VII
CAESONIAE·AMABILI
VXORI
IN · P · P · XXXX
RET · P · XIX

Cerchiari f. 331'.

3165 Vicetiae in ecclesia S. Mariae Servorum humi.

P · N · CAMPILIAE · PATRONIS · V · F

Facciolius 1, 177.

3166 Vicetiae in aedibus Garzadori s. Gratianorum TRIN. CALD. MAFF. Inde translata est a. 1778 in aedes Tornieri. — 'Ibidem', cum praecedat 'Barbarani in ecclesia', CERCHIARI errore; nam apparet eum voluisse collocare titulum loco vero. Quod moneo propter Schium us indicatione deceptum.

C CARTORIVS
C · L
MENOPILVS
CORNELIA
Ↄ · L
TERTIA

Contuli. Ligorius ms. Taur. 18; Manutius cod. 5237 f. 106'. 427; Trinagius E 1; Castellini 1, 86; Caldogno n. 54; Maffei M. V. 378, 2; Cerchiari f. 294'; Tornieri in eph. 1778 Aug. 26 et ad Castellinium 1, 150; Faccioli 2, 40; Maccà *stor. del terr.* 11, 2, 195; Schio p. 80 tab. 11.

3167 arca, Vicetiae rep. a. 1675, dum reficitur templum D. Vitalis virginum ordinis Benedictini, et mox in fundamenta abiecta.

L CARTORIVS RAS///
/////////////
/ATRI//ET SIBI
EX PECVNIA NERONIS

Cerchiari f. 329 ad exemplum factum a Georgio Trissino et Iosepho Cerralto Ursino.

4 in NERONIS latet opinor IN·FRONT.

3168 Vicetiae extra ecclesiam S. Marcelli TRIN. similiterque MAN. Nunc apud Gualdios in Pusterla CALD. FERR. CERCH.

Q · CASSIO

Manutius cod. Vat. 5237 f. 105; Trinagius C 3; Caldogno n. 68 (inde Barbaranus 5, 91; item opinor Ferretus f. 53; Cerchiari f. 334).

3169 Vicetiae rep. 1762 in pavimento antiquo *sul cantone dei Co Salvi a S. Corona*; deinde apud comitem Aloysium Monzam, ab a. inde 1778 apud Tornierios TORNIERI.

C CORN
C·F·RVFI
IN FR·P XX
RETR·P·XXV

Contuli. Tornieri in eph. 1778 Dec. 18; Facciolius 2, 41; Maccà *stor. del terr.* 3 (1813), 150; Schio p. 79 tab. 9.

3170 Bagnoli prope Lonigum; nuper interiit SCHIO.

C · DOSSENI
BLANDO · FRA
FONTEIAE · EGLOGE
FIL

Schio p. 99.

3171 arca, Vicetiae rep. io S. Felicis ad sacristiam CASTELL.; rep. ad S. Felicis et Fortunati et donata a. 1625 patribus Capucinis, in quorum monasterio pro lacu est CALD. Inde a. 1780 translata in aedes Tornieri.

D M
genius alatus FABIA·L·F·MARCELLA SIBI *genius alatus*
T · F · I

Contuli. Castellini 1, 86; Caldogno n. 78; Cerchiari 1, 335; Tornieri in eph. 1779 Oct. 19. 1780 Sept. 12 et apud Castellinium 1, 149; Faccioli 2, 42; Guerra Asolo p. 57; Schio p. 73 tab. 18.

3172 Barbarani in pariete ecclesiae parochialis S. Mariae extrinsecus CALD. similiterque RELIQUI. Extare negat MACCÀ *stor. del terr.* 4 (1616), 8.

protome
D · M
FORTVNIO
FILIO · KARISSI
MO · Q · VI · AN
N·III·M·VII·D·VI
PARENTES
PIENTISSIMI
V · F
puer stans, aves cum pomo

Ex antiquis habet Iucundus Vic. 10. Deinde cod. Pat. f. 188'; Manutius cod. Vat. 5237 f. 108; Trinagius G 1 (inde per Marzarium Mur. 1168, 2 et Barbaranus 6, 63; ex hoc Faccioli 3, 25); Caldogno n. 69 (inde opinor Cerchiari f. 287).

De anaglyphis monet Cald. idemque solus vv. recte divisit. — 3 CARISSIMO Man. Pat., CHARISSIMO Trin. — 4 QVI·VIX Man. Trin. — 5 in. N om. Iuc. — D·V Man. Trin.

3173 extra Vicetiam in S. Felicis in basi columnae rep. 1668 FERR.; in atrio templi DD. Felicis et Fortunati CERCH.

Ferretus:	*Cerch.:*	*Facc.:*
]LIO·Q·F	GALLO	D·Q·GALLO
]GALLO	I·II	Q·SATRIO
]R		

Ferretus in schedis Ursatianis; Cerchiari f. 254; Faccioli 2, 74.

3174 extra Vicetiam ante ecclesiam S. Felicis MARC. et RELIQUI. *Hora non si vede* CALDOGNO. — Romae APIAN.; Mediolani titulum collocare dicitur REDIANUS in ed. Grot. 2 errore.

item
SORORIBVS · DE|*functis*
AELPIDI · AN · XVII · ET
THAeMIDI · AN · XI · ET
THAIDI · AN · VIII
AERENNIA · PROCVLINA

Servavit Antiquus, scilicet Marcanova cod. Bern. n. 359, cod. Mut. f. 165 Vic. 5 (inde Ferrarinus cod. Paris. inter add. et cod. Reg. Vic. 9; ex eo per schedas Valerii et Farnesina Mur. 1457, 8); Redianus f. 75 Vic. 9; Iucundus Vic. 3; Sanutus Vic. 3; Choler f. 87'; Apian. 288, 2 (inde Grut. 1041, 11); Patav. f. 184'; Ligorius ms. Taur. 18. Inde Vicetini Manutianus auctor cod. 5237 f. 104. 428'; Trinagius B 4 (inde per Marzarium Mur. l. c.); Castellini 1, 85; Caldogno n. 65; Barbaranus 5, 366.

Versuum divisio et hiatuum indicatio meae sunt. — 1. 2 DEII ELPIDI, 3 THAELMIDI, 4 THATDI (sic Red., THATIDI reliqui), 5 AERENNIA (sic Red., AERENNA reliqui) Antiquus.

3175 Vicetiae ante paucos annos rep. ad S. Felicis.

D
T · HOS

Caldogno n. 91.

3176 apud Insulanos in Petri fano TRIN. similiterque MAN. *In Isola poco fa vi era questa inscritione, da me altra volta vista* CALD.

LABEO·C
VI · CAL · MAR

Manutius cod. Vat. 5267 f. 107' et Trinagius G 1, unde videtur pendere Caldogno n. 87 (vide supra), pendet certe Barbaranus 6, 148.

1 fin. C om. Man.

3177 *alle Teze di Arcignano intra sechiaro*(?) CALDOGNO; Arzignani *alle Teze* rep. 1586 BARBARANUS. Vicetiae in aedibus nobb. de Aurificiis FACCIOLIUS (vol. 1). Ex aedibus Caroli Lodi ad S. Mariae Novae a. 1778 translata est in Tornierianas.

V F
M LARRRIVS *sic*
MV · L · GRAE
CVS
SIBI·ET·OPTATAE
LIBERTAE

Contuli. Habent Castellini ms. (in ed. 1, 88 emendata est) eodemque exemplo Caldogno n. 59, qui negat se vidisse (ab his Barbaranus 6, 56; Cerchiari f. 169). Denuo ex lapide Facciolius 1, 275. 2, 42; Tornieri in eph. 1776 Iul. 5 et ad Castellinium 1, 151; Furlanettus Pat. p. 140; Maccà *stor. del terr.* 3, 37 et 11, 2, 197; Schio p. 78 tab. 15.

5 OPTIMAE pro OPTATAE Cast. (ms.; in ed. emendatum est) Cald. Barb. — Cerchiari sic habet interpolatam: V F | M LABERIVS | MIL·SPECVL | SIBI ET OPTIMAE LIBERTAE.

Aut v. 2 erravit quadratarius aut v. 3 solvendum est *mu(lieris) libertus*, non *M(ani)*.

3178 Vicetiae in claustro SS. Felicis et Fortunati CALD. Inde a. 1781 translata in aedes Tornieri.

S M
IVLIAE *sic*
MARCEL
LAE·EC//
///XORIS
/// ALSA
///\RO
//IB·PIIS·
// MAE
/EMINA

Contuli; sed tituli instaurati antiqua lectio plane incerta est. Habent Castellini ms. f. 81; Caldogno n. 79 (inde Barbaranus 5, 367), quem apparet et ipsum vidisse renovatam ut nunc cernitur; Cerchiari f. 261 pessime; Tornieri in ephem. 1781 Dec. 15; Faccioli 2, 42. 75; Maccà *stor. del terr.* 7, 12; Schio p. 87 tab. 18.

3179 Arzignani in angulo ecclesiae S. Mariae de Nale.

MV · LISTENI ·
MV·F·MEN
T·F·I

Maccà *stor. del terr. Vic.* 3 (1813), 36; Schio p. 72 tab. 11.

2 M F Schio in tab.

3180 Vicentiae in S. Felice prope ostium MARCAN. similiterque RELIQUI. *Hora non si vede più* CALD.

MAXVMA·LVCILIA·MATER
L·SEMPRONIVS·C·F·REMVS

Antiquus servavit. Habent Marcanova cod. Bern. n. 360, cod. Mut. f. 165 Vic. 6; Felicianus Vic. 5; Ferrarinus cod. Trai. f. 38', cod. Reg. Vic. 6; Redianus f. 75 Vic. 10 (inde Gud. 240, 4); Iucundus Vic. 4 (inde per Gorium et ex schedis Valerii Mur. 1709, 12); Sanutus Vic. 4; Patav. f. 184'; item Manutius cod. 5237 f. 104. 236 (ubi confunditur cum n. 3198). 428; Ligorius ms. Taur. 18 bis; Trinagius B 1; Castellini 1, 85; Caldogno n. 77 ex Trinagio; Barbaranus 5, 367; Faccioli 2, 74.

Vv. divisio incerta. — 1 MAXIMA Man. 104. 428. — LVCILLA Man. 236. — C·F REMVS om. Man. 236.

3181 Vicetiae *dirimpetto del ponte Furio.*

Q·I.VSILIO·SISSO
VOLSANALI
. . . .
EXORATA·FIL
FA SI . . .
. . . R · M · F

Caldogno (II; in 1 deest) n. 81. Inde male Cerchiari f. 275' (ex hoc, non ex Barbarano ut ait, Faccioli 2, 8).

3182 Vicetiae MET. in regione Protorum TRIN. ad aedes Pracancianas add. MAN.; *in contra delli Proti nelle case delli eredi di D. Francesco Targa per mezo la chiesa dell' ospitale de' Proti* CALD.

MARIA · Q · L
FREQVENS · SIBI · ET
Q·MARIO·Q·L
ENNYCHO·PATRONO

Metellus cod. Vat. 6034 f. 17 et apud Grut. 946, 7 eodemque exemplo Panvinius cod. Vat. 6036 f. 93'; cod. Pat. f. 184; Ligorius ms. Taur. 18; Manutius cod. Vat. 5237 f. 427; Trinagius D 4; cod. Lugd. XXIV Pap. 14 peregrinatoris cuiusdam Batavi saec. XVI; Caldogno n. 48. A prioribus Cerchiari f. 275'.

1 LIBERTA Trin. — 3 Q·MARIO·L·F Pat., Q·MARIO·LIBERTO Trin. — 4 SNNICO Lig., ENNYCHA Met. Panv.

3183 Vicetiae in turri Zironis.

MVNDILLAE
C / / / / RSI
/ / / / / P

Cerchiari f. 335.

3184 Vicetiae in ecclesia D. Georgii vulgo *il Lazaretto.*

IA I
IB
NIMPHIS

Cerchiari f. 211.

3185 Vicetiae in hortis Simonis Porti archidiaconi MAN. TRIN. *Hora non si trova* CALD.

L · OPPIVS · L · L · FELIX
SIBI · ET
L · OPPIO · L · L · FELICI
PATRONO · ET · CALLISTO · /

Servarunt Manutius cod. Vat. 5237 f. 109' et Trinagius D 2 (inde Caldogno n. 49 et per Marzarium Mur. 1552, 2 neque aliunde Cerchiari f. 275).

4 f. L addidi.

3186 Monticuli MAN. TRIN. Montecchio Maggiore in ecclesia S. Vitalis CALD. in pavimento add. MACCÀ; ad pedes columnae add. SCHIO.

L·C·SEVERVS · PACONI · SIBI · ET
L · PACONIO · L · F · MEN · PATRI
ET · SATRIAE · MATRI
PIISSIMIS
H · M · H · N · S

Manutius cod. Vat. 5237 f. 107 (inde opinor Malvasia p. 256); Trinagius F 3 (inde per Marzarium Mur. 1278, 5); Castellini 1, 75; Caldogno n. 25; Barbaranus 6, 75; Maccà *stor. del terr.* 9 (1814), 27 ex Ferretto, id est ex Caldogno, cum lapis detritus hodie non legatur; Schio p. 86 tab. 20 imperfecte.

In vv. div. secutus sum exemplum Caldogni. — 1 LC Man. Cald. Barb. Schio, L Trin., C Cast. — SEVER rel. versu omisso Schio. — PACONI Cald. (II), PACONII Man. Cald. (I) Barb., PACONII · F Trin., PACONIVS Cast., IS rel. omissis usque ad v. 4 incl. Schio. — 3 ET om. Man. — 4 sic Cald. II, PIISSIMI Trin. Cald. (1) Barb., PIISSIMAE Man. — 5 H M H N S Schio.

3187 Piovene rep. a. 1820 in fundamentis turris campanariae TORNIERI. Nunc ibi in hortis archipresbyteri SCHIO. — Piove di Sacco FURLAN. errore.

D · M
PAPIRIA · MA
XIMA
LAETILIAE
MACRINE ma
TRI CARISSimae
. . . .

Tornieri in ephem. 1820 Dec. 6 et 1821 Ian. 15; Furlanettus Pat. p. 254 n. 266, cui descripsit Ios. Valentinelli; Schio p. 74 tab. 11.

5. 6 sic Schio; MACRINAE·MA TRI CARISS Furl., MACRINAE MATRI·CARISSIMAE Tornieri.

3187 *a* Vicetiae MARCAN. *Hora non si trova* CALD. — Sine loco CHIG. ALC. CHOL., hi duo inter Placentinas; inde Placentiae in S. Sabini APIAN.

Q · POBLICIO · LLG
HIPPOLYTVS·SIBI·ET
I O M I M V S

Marcanova Mut. f. 166' Vic. 21. Inde posteriores: Ferrarinus cod. Paris. in add., cod. Reg. Vic. 10; ex hoc Mur. 5, 15 ex schedis Iac. Valerii et Farnesiis; item cod. Pat. f. 186'; Ligorius ms. Taur. 18 (inde Grut. ed. 2 l. c.); Manutius cod. 5237 f. 105. 428; Trinagius C 1; Castellini 1, 85; Caldogno n. 55; Barbaranus 5, 364. Neque aliunde opinor Chigianus I. VI. 203 f. 27' et Alciatus Fesc (inde Choler ms. f. 45'; Apianus 58, 4; Grut. 989, 4 ex Apiano).

Sic fragmentum informe, fortasse etiam interpolatum proponunt Chig. Alc. Marcan., nisi quod hic HYPPOLITVS; emendationes posteriorum non curo. — Q·POBLICIVS·L·L·HIPPOLYTVS·V | PRO·SALVTE·Q·POBLICI | I·O·M | IM . . . VS Ligorius.

3188 Vicetiae in claustro ecclesiae S. Laurentii MARCAN. et RELIQUI ANTIQUIORES. Franciscani S. Laurentii a. 1798 dederunt Tornierio.

L · POBLICIO · L · L
SECVNDO
H · D · S

Contuli. Habent Marcanova cod. Bern. n. 358, cod. Mut. f. 165 Vic. 5; Felicianus Vic. 4; Ferrarinus cod. Trai. f. 39, cod. Reg. Vic. 5 (inde Mur. 1726, 19 ex schedis Farnesiis); Redianus f. 74' Vic. 7 (inde Gud. 361, 3); cod. Patavinus f. 184'; Ligorius ms. Taur. 18; Manutius cod. Vat. 5237 f. 102. 426; Trinagius C 3; Castellini 1, 86; Caldogno n. 56; Barbaranus 5, 121; Cerchiari f. 331; Facciolius 1, 70. 2, 42; Maccà *stor. del terr.* 3, 152; Schio p. 79 tab. 15.

3189 Vicetiae in aedibus Gratianorum TRIN.; apud Octavianum Garzadori archiepiscopum Zarae CALD. Ex aedibus comitum Graziani-Garzadori translata est a. 1778 in Tornierianas TORNIERI.

D M
L · PVBLICI L · F · MEN
VALERIANI · IVVEN ·
HONESTISSIMI
VIXIT·AN·XVI·D XXXIII
PVBLICII PAVLLVS
ET SERENA PARENTES
INFELICISSIMI

Contuli. Habent Metellus cod. Vat. 6034 f. 17' et apud Grut. 703, 3; Ligorius ms. Taur. 18; Manutius Vat. 5237 f. 106'. 427'; Trinagius E 2; Castellini 1, 75; Caldogno n. 20; Cerchiari f. 294; Facciolius 1, 278. 2, 42; Tornieri in eph. 1778 Aug. 26 et apud Castellinium 1, 146; Maccà *stor. del terr.* 11, 2, 197; Schio p. 73 tab. 17.

6 L·PVBLICIVS Met., L·POBLICIVS Lig. soli pro PVBLICII.

3190 extra Vicentiam *al Lazaretto* in ecclesia S. Georgii ad altare maximum CALD. similiterque MAN. TRIN.

QVI · VIXIT
ann XXIII · M · VIII
PVBLICIA · PRIMA
MATER

Manutius Vat. 5237 f. 102; Trinagius D 1 (inde Barbaranus 5, 346 et per Marzarium Mur. 1206, 6); Caldogno n. 84 (inde Cerchiari f. 211).

Man. et Caldognum secutus sum; ANN in f. v. 1 tanquam ex lapide dat Trin.

3191 Vicetiae *in una cantina sotterra della mia casa a S. Michele* FERRETUS.

```
C·PROCVLO·C·F·MIL
ÆLIÆ · SORORI · VIVA
MATER
H·M·H·N·S
```

Ferretus f. 51, qui evanidam dicit et ita interpolavit, at emendari nequeat.

3192 Vicetiae in domo Montani Barbarani extrinsecus TRIN. MAN. CALD. In ea, hodie comitum Porti, adhuc extat.

```
) · L · PVSILLAS
```

Contuli. Manutius cod. 5237 f. 105; Trinagius D 3; Caldogno n. 85; Cerchiari f. 335; Schio p. 84 tab. 16.

3193 Vicetiae *al duomo* MAN. TRIN. CAST.; extare negat CALD.

Castell.:	*Caldogno 80:*	*Manutius:*	*Trinagius:*
AMAN T·F	AMANT·F	CVRAE·X·T F	
EMI·Q VART	EMI·Q VART	EAF QVART	QVARTAE
APIAE M·	AFINS M	PIAE M	PIAS MATRI
mI	.....MI		
M mL	M.....MI		

3 PIAE Cald. I.

Manutius cod. 5237 f. 103'; Trinagius C 2 (inde Caldogno n. 82; Barbaranus 5, 39); Castellini ms. f. 86 (inde opinor Caldogno n. 80, certe non ex lapide, quem utroque loco negat reperiri).

3194 rep. in ruinis ecclesiae S. Thomae m. p. sub Lonigo MACCÀ; extant Bagnoli in turri campanaria.

```
SALONIA·C·F·MODESTA·Q·MATID|i        q. matidius Q·F·MEN·PATRVINVS
VIXIT · ANNIS · XVIII · MENSIBVS|     vixit men|x10 · MENSIBVS · IIII
```

Faccioli 3 (1804), 125; Maccà *stor. del terr. Vic.* 3 (1813), 231; Schio p. 82 tab. 11.

1 MATID Facc., MATIL Maccà; sic ut ultima littera et pro D et pro A accipi possit dedit Schio.

3195 Vicetiae in claustro S. Felicis.

```
D
... ALVIAE .. M ..
.... A ... V ....
... A N .......
........ MENEP
V
```

Castellini ms. f. 67 (in ed. deest); Caldogno n. 21 (inde omnino Barbaranus 5, 365; Cerchiari f. 257).

1 om. Cald. I. — 2 AN pro M Cald. I. — 4 ..N..., Cald. I, A ... M Cast. — 5 NENII Cald. I, MENENIAI Cast.

3196 Vicetiae TRIN. *Hora non si vede* CALD.

```
Q · SAT
FAT
FISSIMO
ITALICA
```

Servavit Trinagius C 1 (inde Caldogno n. 61; Barbaranus 5, 365; per Marzarium Mur. 1276, 1).

3197 *nella villa del Beton* [Albetone] *alcuni anni fa trovata in casa delli Signori Campeglia, hora Gonzagi; hora non si trova* CALDOGNO. Rep. 1586 Albetonii in monte q. d. *il Castellaro* CAST. Extare negat MACCÀ *stor. del terr.* 4, 77.

```
D         M
L · SENTI ....
SVPERI ....
SENTIA · AMAN
DA · MARITO
BENE·MERENTI·P
```

Castellini ms. f. 90, ed. 1, 88 (inde Barbaranus 6 (1762), 112, ex hoc Facciolius 3, 25); Caldogno ms. n. 70. A prioribus Cerchiari f. 269.

D·M|L·SENTI|SVPERI|SENTIA AMA|DA MARITO|BENE·MERENTI|POSVIT Castell. ms. et inde Barb.

3198 Vicetiae in ecclesia S. Felicis sub confessione FELIC. RED. In ecclesia S. Stephani sub confessione MARCAN. In virdiario S. Felicis PEIRESC. Extare negat CALD. — Translatam in S. Iacobi ORTI dicit, errore puto. Tridenti prope moenia PERR. (REG.) errore.

```
V   ·   F
SERTORIA · AV · F
MAXIMA
```

Ab Antiquo pendent Marcanova cod. Bern. n. 367, cod. Mat. f. 166 Vic. 12; Felicianus Vic. 9; Ferrarinus cod. Par. inter Vicetinas postea additas, sed ut hanc mox delerit, cod. Reg. f. 59' inter Tridentinas (inde Mur. 1745, 4 ex schedis Valerii, a quo sumpserunt auctores Tirolenses, ut Roschmann ms. Trid. 11; Giovanelli *iscr. Trent.* p. 93); Redianus f. 75 Vic. 15 (inde Gud. 331, 8); Iucundus Vic. 7; Sanutus Vic. 9; Donius cod. Barb. 34, 73 p. 238; cod. Patav. f. 185'; Ligorius ms. Taur. 18; Manutius cod. Vat. 5237 f. 104. 236 (ubi confunditur cum n. 3180). 427; Trinagius B 2; Castellini 1, 85; Caldogno n. 78 ex Trinagio; Barbaranus 5, 367; Orti *gente Sertor.* p. 11, cui misit Trissinus Vicetinus. Ex ipso lapide opinor Peirescianae schedae cod. Par. 6012 f. 149'.

Divisi ad librum Peirescianum. — 1 fin. F om. Red. — 2 SERENA pro SERTORIA Man. 427. — F om. Red.

3199 Vicetiae rep. a. 1775 ad S. Luciam in hortis comitis Scroffae una cum urna parva ex marmore Pario, olla coctili, vasis lacrimatoriis, lucernis, nummis duobus Constantii Chlori; ab a. inde 1778 apud Tornierios TORNIERI.

```
Q · SINCI
CLLANTI · ƆL    sic
FRIMI  IN · FR
P·XXVII RETRO P XXXV
```

Contuli. Tornieri in ephemeride 1775 Mart. 16 et 1778 Iul. 27; Faccioli 2, 40; Schio p. 63 tab. 7.

2 puto legendum esse *Cleanti l.* vel *Cleanti (et) mulieris l.*, si quidem inter I et L vere adest Ɔ.

3200 rep. proximis diebus in pago Brendularum cum lacrimatoriis vasculis et lucerna; extat Vicetiae apud Rogerium Storatum CERCH.

```
P·SVLPICI
CLEM
ARTIFICIAS
```

Cerchiari f. 282.

3201 *al Monte di Lorenzo* [inter Sovizzo et Gambugliano] *nella chiesa parochiale si vedeva; per essere murata dietro l'altar grande non la può vedere chi non geta giù il muro* CALDOGNO. Rep. a. 1588 BARB. Nunc inde translata Vicetiam in museum municipale.

```
C · TERENTIVS
SEDATVS
SIBI · ET
GRASINIAE·HELPIDI
VXORI · SVAE
T·F·I

IN F        P · XXX
R           P · XXX
```

Contuli. Castellini ms. f. 92, ed. 1, 88; Caldogno n. 71 (inde, non ex Trinagio ut ait, Schio p. 112 cf. p. 128); Barbaranus 6, 160; Cerchiari f. 341; Faccioli 3, 249; Maccà *stor. del terr.* 9 (1814), 139; Schio p. 128 ex lapide.

3202 cippus magnus. Vicetiae in ecclesia S. Stephani in claustro S. Laurentii extra moenia MARCAN.; in ecclesia S. Felicis FELIC. RED. et RELIQUI ANTIQUIORES. Ab a. inde 1808 in claustro S. Iacobi, unde nuper transiit in museum municipale. — Belluni ad D. Felicis GRUT. suo errore.

V · F
L · TVRRANIVS · L · F
VALENS
SIBI · ET
TERENTIAE · Q · F
PRISCAE · VXORI

H · M · ET · L · S · H · N · S

Contuli. Habent Marcanova cod. Bern. n. 365, cod. Mut. f. 165' Vic. 10 (inde Ferrarinus cod. Reg. n. 17); Felicianus Vic. 14; Redianus f. 75 Vic. 3; Iucundus Vic. 5; Sanutus Vic. 5; cod. Pat. f. 185; Choler f. 87'; Donius cod. Barb. 34, 73 f. 113 ex ms. ant.; Metellus cod. Vat. 6034 f. 17'; Panvinius cod. Vat. 6036 f. 58'; Ligorius ms. Taur. 18; Valerianus ant. Bell. p. 77 (inde Pinelli cod. Ambr. D 199 f. 13' et per Lollinum Grut. 836, 7); Manutius cod. Vat. 5237 f. 103'. 427; Peirescius cod. Par. 6012 f. 149; Trinagius A 4; Castellini 1, 85; Caldogno n. 64; Barbaranus 5, 365; Cerchiari f. 256; Maffei M. V. 377, 9; *Novelle della rep. letteraria* (Venetiis 1747) p. 229; Faccioli 2, 74; Tornieri in ephem. 1808 Ian. 11; Furlanettus Est. p. 81, Pat. p. 393; Schio p. 76 tab. 15.

3203 cippus. Nuper rep. Vicetiae in monasterio S. Felicis, dum scalae novae fiunt VIGNA (1737). In S. Felicis BARBARANI EDITOR, FACC. Ab a. inde 1808 in claustro S. Iacobi FURL. SCHIO. Nunc in museo municipali.

L · S
L · TVRRANI · L · F
VALENTIS
IN F · P · XXX · RET · P · LS
CIRCVMITVS · MACE
RIAE · SESQVIPEDES

Contuli. Habent Vigna *preliminare alla stor. eccl. e sec. di Vicenza* 1737 p. X; editor Barbarani 5, 364 (nam a Barbarani codice abest); Faccioli 2, 74; Tornieri in ephem. 1808 Ian. 11; Furlanettus Est. p. 81, Pat. p. 393; Schio p. 77 tab. 17.

3204 Vicetiae in aedibus Franco ad portam Patavinam.

L · VATERNIVS · L · F
OI//////S · SIBI
///// F

Contuli. Tornieri in ephem. 1789 Iun. 28; Schio p. 81 tab. 8.

3205 *tavola di pietra la più parte corosa* CALD. Vicetiae in aedibus Garzadori s. Gratianorum TRIN. CALD.

M · VLLIO · M · F
PATRI
LVCRETIAE · C · F · MA
TRI
M · VLLIO · M · F · PRAE
SENTI
C · VLLIO · M · F · CLE
MENTI · FRATRI
BVS
T · VLLIVS · M · F · COL
VERECVNDVS
T · F · I

Manutius cod. Vat. 5237 f. 106 et Trinagius D 4 et E 1 habent bipertitam v. 1—9. 10—12 (inde repetiverunt partem priorem Donius 13, 8 ex schedis Vaticanis, item Mur. 1286, 4 per Marzarium ex Trinagio; partem posteriorem Mur. 1787, 2 indidem); continuam Caldogno n. 68. Ex utroque Schio p. 109.

1 M · FILIO Trin. — 5 M · F Cald. — 10 I · VLLIVS Man., C · VLLIVS Trin. — 11. 12 quae non vidit Cald., dedi inclinatis.

3206 titulus evanidus. Vicetiae in monasterio S. Mariae Gratiarum in Carpagnon in coquina.

C · VLPIO
MEN
//////

Caldogno n. 24, qui addit in alio margine cerni litteram C. In rec. I p. 82 non affertur nisi solum MEN.

3207 Arciniani MAN. TRINAG. Extra Arzignanum in S. Mariae in Ale in pariete ecclesiae CALD. BARB. Frustra indagavit MACCÀ *stor. del. terr. Vic.* 3 (1813) p. 36.

L · VOLVMNIVS · L · F
MEN
SERGIAE · SECVNDAE
VXORI · MEAE
M · VOLVMNIO · L · F
L · VOLVMNIO · M · F
TESTAMENTO · PONI · IVSSIT

Metellus cod. Vat. 6034 f. 17' et Panvinius cod. Vat. 6036 f. 111 et Ligorius ms. Taur. 18 et Manutius cod. Vat. 5237 f. 109. 426' (ex schedis Manutianis Vaticanis et ex Trinagio Don. cod. Barb. 34, 73 p. 154) et Trinagius G 3 (inde per Marzariam Mur. 1424, 11), hi quinque eodem exemplo; Castellini 1, 75; Caldogno n. 26 qui vidit; Barbaranus 6 (1762), 55.

Sic vv. div. Cald. Man. 426 Lig. Met. Panv. — 4 MEAE om. Met. Trin. — 5 M · Man. Lig. Met. Panv. Trin., N · M Barb. pro M. — 5. 6 L · F · L · VOLVMNIO om. Panv. — 6 om. Cast. — M · F Panv. Man. 109 Trin., M · MV · F Man. 426. — 7 sic Lig. Cald., TESTAMENTO PONI IVSSI Met., TESTAMENTO · FIERI · IVSSI Panv., T · P · I Man. Trin.

De fraudibus, quae ad hunc titulum se applicuerunt, v. n. 344*.

3208 Vicetiae in ecclesia S. Felicis ANT.; *a piedi del campanile di S. Feliçe e Fortunato* CALDOGNO n. 51.

. . . .
paTRONI · SVI · T · F · I

Ex Antiquo habent Marcanova Bern. n. 381, Mut. f. 165 Vic. 7; Ferrarinus cod. Paris. inter addita ex Marcanova, cod. Reg. Vic. 7; Manutius cod. 5237 f. 105; cod. Pat. f. 185. Suppletam exhibet ex eodem Antiquo Felicianus Vic. 8, a quo pendent Marcanova Mut. f. 166' Vic. 20; Ferrarinus cod. Trai. f. 38', cod. Reg. Vic. 13 (inde Mur. 729, 6 ex schedis Capponiis); cod. Patav. f. 186'; Manutius cod. 5237 f. 104; Trinagius B 1 (inde Caldognus n. 32 et ex hoc Barbaranus 5, 365 et denuo 366). Denuo ex lapide fortasse Sanutus Vic. 8, Manutius cod. 5237 f. 428', Ligorius Taur. 18 (quamquam confudit ibi cum aliis minoribus ex Antiquo desumptis), certo Caldogno n. 51 (inde Barbaranus 5, 364; Cerchiari f. 258').

Sic et dedi Cald. 51 et San., PATRONI · SVI · T · F · I Man. 428, PATRONI · SVI · T · F · I · D Ligorius, TRONIS · VIR · T · F · I Marcan. (Bern.) cum suis, PETRONIVS · VIR (IIIIVIR Mur. ex corr.) T · F · I Felic. cum suis.

3209 Vicetiae *al duomo* CALD. I; *hora non l'ho veduta* CALD. II.

NAVIVS · PATRONVS
H · N · S

Caldogno n. 52 (inde Barbaranus 5, 39).

Dedi ad Cald. I; postea emendata est sic: D · M | . . . . . . | NAEVIVS · PATRONVS | H · M · H · N · S.

3210 Vicetiae in S. Felicis.

OBSEQVENTISSIMO

Sanutus Vic. 11.

3211 Trissini *nella contrada Lovara* olim in ecclesia pro fulcro feretri cadaverum, nunc ibi prope in hortis comitum Trissino.

D   M

Maccà *stor. del terr.* 13, 255; Schio p. 87 tab. 6.

3212 Vicetiae rep. 1840 in ecclesia S. Marcelli et illata in aedes Schio.

ATRI
MEN
CER

F

Contuli. Schio p. 87 tab. 14.

3213 Sovizzi in sacrato ecclesiae parochialis.

VS · Q · F
NIOR
R
I

Castellini ms. f. 81; Caldogno n. 69 (inde Barbaranus 6, 195).
4 om. Cald. II.

3214 effossa dicitur a. 1612, dum ampliatur sacra aedes D. Petri Insularum Maladi; extat in parietibus eius CERCH.

C · R · AV · P · V · D

Cerchiari f. 44. Utrum sit huius aetatis necne, nescio.

3215 *Montecchio maggiore* ad ecclesiam S. Vitalis in macerie.

P · XXX
P · XVIII

Faccioli 3, 237; Schio p. 85 tab. 20.

3216 arca ex epistylio facta, Sandrigi in curte archipresbyteri FACC. Nunc Vicetiae in aedibus Schio.

MVNVS VIRGO TVVM INVIOLATA CARNE IVVASTI ·
AETERNVMQ INDE ADEPTA PER SAECVLA NOMEN ·
CORONAM PACIS HABES QVAM CASTIS DAT AB ORIGINE PRINCE
REGNARE QVI QVIVIT SANCTIS DEDIT VICTORIAE PALMA
IN SINVS IAM REQVIESCIS ABRAHAM IACOB AIQVE ISAC *sic*
sic NVLLA BOENARVM TE LOCA DITINENT HORRENDAE GEHENNAE
ADEO NIACRINA VIVIS SEMPER IN NOMINE ☧TI

Contuli. Facciolius 3, 202; Schio p. 99 (cf. p. 127) tab. 18.
3 fin. post PRINCE spatium vacuum. — 5 sic pro POENARVM. — 7 legendum esse MACRINA vidit iam Facc.

XXXVI. VERONA *(Verona)*. *Tribu Poblilia.*

Auctores Veronenses hi sunt.

I. CYRIACANA antiquissima quae mihi dicuntur, Veronensia ea sunt quae leguntur apud Marcanovam in codice Bernensi loco priore f. 102. 103 (mihi n. 347. 346. 351—355; interpositi duo tituli n. 349. 350 Aquileienses sunt supra relati n. 767. 781); nam cum Veronensia ibi proponantur bipertito, quae altero loco exhibentur, ea ad secundum ordinem pertinere mox videbimus. Illo loco non referuntur nisi tituli Veronenses sex, scilicet arcuum trium n. 3329. 3400 (qui bis refertur). 3464 et sepulcrales duo n. 3505. 3723 et falsus ad Plinium pertinens n. 365*. A Cyriaco eos proficisci dubium non est, cum tituli n. 3329 Gallieniani idem exemplum imperfectum adhuc et omnino omnium antiquissimum praeterea non redeat nisi in codicibus duobus certo Cyriacanis Vat. 6875 et Marc. cl. XIV n. 124 (v. p. 3), redeatque in iisdem libris alter titulus ex sex illis n. 3505.

II. ANTIQUUS qui mihi dicitur et ipsum Cyriacum esse videri et agi de sylloge epigrammatum Veronensium plena et perfecta, quam post rudimenta illa Cyriacus absolvit c. a. 1433, infra demonstrabitur. Primum autem recensebimus libros, quibus haec tradita accepimus; ipsius enim auctoris exemplum mature videtur interiisse, quaeque inde supersunt, iam sparsa et disiecta ex multis multorum libris aegre nec fortasse plene recuperantur.

1. SCALAMONTIUS in vita Cyriaci, quae servata est in codice bibliothecae capitularis Tarvisanae scripto manu Feliciani, edita inde omissis epigrammatis a Coluccio ant. Pic. vol. 15 p. L—C, iter enarrans, quod constat spectare ad a. 1433 vel 1434, f. 88 seq. sic scribit*): 'Et denique Veronam '.... venit, ubi non exigua veterum monumenta comperit..... In hac 'urbe Ligurica vidit Kiriacus, ut in commentariis suis reposuit, laberin'thum', scilicet amphitheatrum, cuius descriptio sequitur. Deinde pergit biographus ad portam Gallieni verbis iis quae attulimus ad n. 3329; sequuntur epigrammata Veronensia numero viginti. Ea excerpta esse ex sylloge ea de qua agimus comparatio ostendit. Etiam n. 3677 cum praescribatur 'ibi prope in hortulo', praecedat autem 'In phano divi Proculi', apertum est inter utrumque excidisse titulum titulosve servatos ad S. Zenonis; nam in eius ecclesiae hortis lapis ille olim fuit. Exempla Scalamontiana saepe retinent veram versuum divisionem.

2. FELICIANI praeter pauca ea, quae ex Veronensibus suis posuit in libro Tarvisano, de quo modo dixi, f. 205 seq. post iubilationem (de qua vide in praefatione ad Brixiana) duos adhibui libros autographos Marcianum et Veronensem, quorum ille et paullo antiquior et plenior et emendatior est, hunc nescio quis subinde emendavit ad Saraynam editum lapidesve adhuc superstites. Tertium exemplum item autographum omnium antiquissimum domini Labusii sordida avaritia nobis denegavit. Inter secundarios auctores, quibus in his standum esse vidimus, Felicianus fortasse primum locum obtinet; nam sylloge Veronensium quam proponit et ampla est epigrammatum circiter CLXXXVIII, quorum n. 1—88 (secundum meam numerationem) oppidi sunt, reliqua agri, et accurate scripta. Ad additamenta ipsius Feliciani quod attinet, adiecisse videtur in ordine titulorum ipsius oppidi quinque extremos n. 84—88, nobis n. 3511. 3365. 3479. 3260. 3608; nam et praescripsit ad n. 84 'Ve'ronae iterum in fabrica S. Nazarii .... noviter repertum' (ubi attende ad verbum *iterum*) et absunt hi a reliquis auctoribus Cyriacanis omnibus praeter eos, qui expilarunt ipsum Felicianum. Similiter titulum n. 3460 ipse ex lapide explevit. In suburbanis si quidem item quaedam adiecit, ea iam non distinguuntur. Ficta videtur ab eo una inscriptio n. 368*, quae vel a Marcanova abest et postea accessisse videtur, quam is Feliciani librum describendum accepit. — Schedae Muratorii Pseudo-Pacedianae, scilicet quas Muratorius citat sub nomine Pacediani, cum a codice eius absint, aut Feliciani fuerunt aut certe ex Feliciano derivatae (cf. n. 3396).

3. MARCANOVA quae posuit in libro Bernensi loco posteriore f. 145. 146 (mihi n. 640—655), ea quamquam propria quaedam habent (ita titulum n. 3307 praeterea nullus rettulit ex antiquis, alterum n. 3840 ex hoc uno libro novimus; cf. n. 3340), tamen pendere ex ea sylloge, quam Antiqui nomine appellare soleo, certum est, cum tituli admodum corrupti (ut n. 3361. 3664) plane similiter et cum iisdem locorum indicationibus legantur tam apud alios auctores qui Antiquum expilarunt quam apud

*) ed. p. XCIII. Cf. itinerarium a Mehusio editum p. 28, ubi sic scribit Cyriacus ipse: 'Veronam venimus ... ubi et insignia vetustatum plu'rima vidimus et arenarum augusta ex L. Vitruvio nobilissimo architecto, 'theatra antiqua, deinde moenia portasque regias et veterem abbatiae 'S. Zenonis bibliothecam'.

Marcanovam Bernensem. Quam ob rem haec rettuli inter alia ab Antiquo pendentia. In secunda autem syllogae recensione sive in Mutinensi libro Marcanova post descriptam alteram syllogen longe uberiorem, de qua statim agetur, rediit ad ea, quae ante habuerat posueratque in Bernensi; nam septem epigrammata, quae in Mutinensi Veronensium postrema sunt, ab illa sylloge aut absunt (n. 3307. 3486. 3578. 3723. 3840. 365*) aut poterant videri abesse (n. 3736). — Ea autem sylloge, quam praeter appendicem hanc septem epigrammatum proponit liber Mutinensis, conspirat cum corpore Feliciani et omnino ab eo proficiscitur, cum praesertim adsint etiam apud Marcanovam epigrammata 'noviter reperta' ea de quibus modo diximus. Contra cum Felicianus in calce Veronensium titulum Plinianum n. 365* ponat petitum omnino ex Marcanovae sylloge priore, videntur syllogas suas inter se contulisse et alter alteri quod ei deesset describendi copiam fecisse. Titulum in hac quidem parte nullum Marcanova refert, quem non habeat Felicianus; omisit duos n. 3432 fractum et n. 3496, hunc certe casu. Sed anaglypha apud Marcanovam delineantur, cum verbis breviter indicentur a Feliciano certe in libris quos habemus. Item in versibus distinguendis et in ipsa lectione Marcanovana non raro praestant Felicianis nostris, at illa abici iam non liceat, quamquam fortasse liceret codicem Feliciani Labusianum nactis. — PINGONIUS quae habet Veronensia in collectaneis ms. servatis hodie Taurini in tabulario regio f. 211'—217, descripta sunt ex ipso Marcanovae libro Mutinensi.

4. FERRARINUS in prima corporis editione sive in codice Traiectino Veronensia alia habet licet non multa, quorum primarius nobis auctor est, ut ab eo pendeant qui praeterea ea referunt ex antiquis, de quibus Ferrarino propriis postea (c. III) seorsum agetur; reliqua, id est longe plurima, expressit ad Felicianum, cuius tamen librum usurpavit nostris paullo meliorem. Nam adsunt interdum apud Ferrarinum, quae frustra quaeras in libris nostris Feliciani Marciano Veronensive: ita ille n. 3760 locorum indicationem habet Gammarianae similem et omnino profectam ab Antiquo, cum nulla sit in Feliciani schedis nostris; habet item n. 3390 vocabulum AMANDAE, quod adest quidem in excerptis Feliciani Tarvisinis, deest autem in syllogae codice utroque. At haec quibus praestat Ferrarinus Feliciano rara sunt et exigui in universum momenti. Adsunt autem apud Ferrarinum tam quae addidit Felicianus (quamquam casu opinor ex quinque epigrammatis additis non repetivit nisi duo) quam interpolationes ab eo profectae, et in universum propius abest a Feliciano Ferrarinus Traiectinus quam absunt ab eo qui ex eodem capite pendent Marcanova et Iucundus. — Post scriptum librum Traiectinum Ferrarinus nactus syllogen Marcanovae inde Veronensia sua auxit; unde in libro Parisino Marcanovana supplementa leguntur f. 31', item passim apparent Marcanovanae lectiones et locorum indicationes ad marginem adscriptae, quae deinde in textum recepta sunt libri Regiensis. Ita, ut exemplum apponam, n. 3754 praescripta est loci indicatio Feliciana apud Ferrarinum in Traiect. et Paris. m. 1, indicatio Marcanovana apud eundem in Parisino m. 2 et in Regiensi. Denique in libro Regiensi extremo loco adsunt tituli quidam petiti ex sylloge simili Redianae (cf. n. 3277. 3578. 3850), sed ii perpauci sunt neque utiles. — Ferrarinus praesertim in libris posterioribus fraudibus interdum indulsit, maxime ut patriae famam augeret; ita n. 3466 gladiatorem Mutinensem in libris Parisino Regiensique, non in Traiectino, transformavit in Regiensem, ut similiter interpolavit notissimum titulum Mutinensem L. Nonii Veri (Orell. 3764) inter verba PATRONUS MUTINENSIUM AQUILEIENSIUM BRIXIANORUM interposito secundo loco vocabulo REG. (cf. n. 3677). Item ad eum redeunt duo tituli falsi n. 369*. 370*, quos habent libri Parisinus et Regiensis, tertiusque n. 371*, quem habet unus Regiensis, cum absint tam a Traiectino quam ab auctoribus, quorum ope Ferrarinum Veronensia sua composuisse modo diximus. — Ego in Ferrarino curavi, ut notitia extaret eorum quae haberet, attendens praesertim ad Traiectinum, ad Parisinum autem et Regiensem in iis solum quae addiderunt; lectionem autem variam raro inde attuli, cum sit inutilis. — Schedae IACOBI VALERII a Muratorio passim allegatae Ferrarini sunt et prioris quidem recensionis, qualem exhibet codex Traiectinus; nam citantur inde praeter communia huius classis etiam Ferrarini propria eaque forma, quae non habet nisi liber Traiectinus (cf. n. 3809). Schedas CAPPONIAS ab eodem Muratorio non minus saepe laudatas propter easdem causas constat a Ferrarino originem duxisse, sed a libro eius Regiensi (cf. n. 3809).

5. IUCUNDUS, quem Veronensia collecta habuisse iam a. 1484 ex codice Gariano colligitur (v. ind. auctorum vol. III), in libro Veronensi, ad quem solum attendimus (nam posteriores Iucundi recensiones haec non auxerunt), Veronensia exhibet tripertita, scilicet n. 1—49 (secundum nostram numerationem) f. 64—67, n. 50—52 f. 103, n. 53—103 f. 192—196. Ex his secunda pars brevissima aliunde venit, quamquam et ipsa ad communem auctorem Antiquum videtur redire (cf. n. 3381); prima autem et tertia communem originem habentes proxima coniunctae sunt cum Feliciano, cum titulum nullum habeant ab hoc omissum, quamquam complura habet Felicianus, quae frustra quaeras apud Iucundum. At lectiones optimae sunt plerumque et ubi textum interpolavit Felicianus, ibi verum retinet Iucundus, cuius rei exempla infra afferentur.

6. REDIANUS liber scriptus ab Alexandro Strozza Venetiis a. 1474 epigrammata Veronensia f. 62'—72 proponit in universum ea quae leguntur apud Gammarum Liliumque, quibuscum proxime coniunctus est; sed habet sex, si recte numeravi, quae non sunt apud eos, e contrario octo opinor epigrammata omittit ab his relata. Praeterea Redianus neglegenter scriptus est maxime locorum indicationibus in brevissimam et saepe perversam epitomen redactis versibusque nusquam separatis. — Proxime ad Redianum accedit ut in Venetis et Patavinis (v. supra p. 204. 263), ita in Veronensibus quoque CODEX GUDIANUS 253 f. 18—20, sed ita, ut cum passim vincat tam versuum divisione observata quam lectionis praestantia. Parum tamen profuit, cum non multa epigrammata proponat eaque fere vulgaria.

7. GAMMARI liber Bononiae scriptus c. a. 1500, hodie partim Stuttgardiae servatus, partim Treveris, Veronensia habet in cod. Stuttg. f. 85—88. 109'—110'. 113—132', quibuscum iungenda sunt folia hodie solitaria Treverensia 3. 6. 9. 11. 13. Hic omnium eorum, qui habent Veronensia Cyriaci, longe praestantissimus est, at hunc ubi habeas, plerumque reliquos tuto seponere possis; cuius praestantiae luculentum iudicium suppetunt inscriptiones arcuum theatri n. 3441. Proprium est tam huius auctoris quam asseclae eius Lilii, quod locorum indicationes effert non Latine plerumque, sed Italice. — Mutinae inter Muratoriana (fasc. XXI, 231) folia tria supersunt ex exemplo Gammari altero eiusdem aetatis quae cum pauca tantum habeant, omisi.

8. LILII liber proxime accedit ad Gammarianum, ut etiam errores quosdam, a quibus immunia sunt cum reliqua Antiqui exemplaria tum Redianum, habeant communes (ita n. 3277 SELIUS pro SEIUS); nec mirum id, cum eodem tempore eodemque loco scriptus sit. Plerumque Lilius Gammaro cedit, quamquam interdum e contrario Lilius verum servavit, ubi alter fallit; quam ob rem non abieci. Liliana apud Reinesium citari sub nomine Langermannianorum, apud Muratorium sub nomine schedarum Brembatianarum Bergomatium iam constat.

9. Codex chartaceus saec. XVI, olim Iulii de la Turre (unde TURRIANUM dixi), deinde Ortii, hodie bibliothecae Veronensis (hist. 57) proxime accedit ad Gammarum Liliumque, sed ut non habeat fere nisi Veronensia epigrammata, quamquam pauca interposita descripta Papiae Laude Venetiis alibi satis indicant excerpta ea esse ex sylloge maiore quaeque non ad Veronam solam pertineret. Derivatus est ex neutro eorum librorum, cum habeat interdum locorum indicationes ampliores (n. 3830. 3984), sed potuit omitti, cum multa non habeat quae habent illi, propria autem quae proponit quaeque absunt ab illis, falsa sint omnia. Fraudes has, quarum alibi vestigium non deprehendi, rettuli suo loco n. 373*—388*.

10. Codex VATICANUS 5251 Veronensia habet eadem fere quae Gammarus Liliusque et cum iisdem indicationibus locorum idiomate vulgari, sed perturbata neque utilia.

11. SANUTUM, cuius codicem iam servat bibliotheca publica Veronensis, Veronensia quae ibi leguntur f. 64—76 apparet habuisse a diversis auctoribus. Prior pars urbanorum f. 64—67, item prior pars descriptorum in agro f. 70—72 proficiscitur ab eodem auctore proximo, a quo pendet Iucundus, ut eadem plane habeant duo libri et in ordine epigrammatum plerumque conveniant. Ipsum tamen Iucundum Sanutus non expilavit; nam non habet quae Iucundus traxit ex fonte diverso f. 103 et interdum antiqua servavit, ubi inde discedit Iucundus. Sed in universum

Iucundus emendate scripsit, Sanutus autem tot mendis inquinatus est, ut in summa bonorum auctorum copia locus ei nullus sit. Haec igitur Iucundianis similia Sanuti omisi. Contra recepi quae secundo loco leguntur in oppido descripta f. 67—69', item in agro f. 72—76 reiectis paucis titulis, qui casu ex Iucundianis in has quoque partes sese viderentur insinuasse. Posteriora haec maiore ex parte petita sunt ex sylloge simili Redianae, cui quamquam in universum cedit Sanutiana, tamen interdum habet quae ab illa absunt (ut n. 3467); praeterea alia venerunt aliunde, quaedam etiam ex ipsis marmoribus, id quod constat de titulo n. 3590, ad quem Sanutus annum adscripsit, quo inventus est, 1496. Insunt item perpauci tituli, in quibus alibi non repertis standum est exemplis Sanutianis licet neglegenter factis.

12. AUGUSTINI Tyferni codex Vindobonensis o. 3492 Veronensia habet f. 22. 23 ex hac sylloge derivata vulgaria et inutilia.

13. APIANUS pendet maxime ex Iucundo, cuius etiam proprii errores apud eum redeunt (cf. n. 3638); citavi eum, non adhibui.

14. SARAYNA etsi ipsos lapides diligenter conquisivit et propria protulit complura, de quibus postea agetur, tamen etiam Antiqui corpus usurpavit et multa inde in suam syllogen recepit; reperiuntur enim apud eum tituli non pauci cum in locorum indicationibus tum in ipsis corruptelis Antiqui tam similes, ut qui eos examinarit, ei de ea re dubium superesse omnino nequeat (v. n. 3384. 3638. 3643. 3664. 3739. 3767. 3780. 3996 et inter lap. mil. Constantinianum). Accedit, quod tituli quidam in aliis quoque corporibus ex eadem sylloge pendentibus male relati ad Veronam, maxime f. 51' Argivus et Creticus ii de quibus infra dicetur, etiam apud Saraynam leguntur tamquam excepti Cologuolae. Denique cum Sarayna descriptionem amphitheatri Veronensis proferat ex 'Cyriaci Anconitani itinerario' (v. mox p. 322), iure inde colligemus etiam epigrammatum Veronensium ab Antiquo exceptorum ei copiam fuisse; nam Antiquum quem dicimus esse ipsum Cyriacum infra demonstrabitur. Difficilius est determinare, cuius generis librum Sarayna habuerit. Habuit certe exemplum plenius quam id fuit, ex quo pendent Redianus Gammarus Lilius; nam adsunt apud Saraynam tituli complures (n. 3638. 3780. 3996) iique omnino petiti ex corpore Antiqui, qui absunt ab illis auctoribus. E contrario titulos relatos sub n. 3441 cum ex Cyriacanis auctoribus ii quos diximus soli habeant, refert etiam Sarayna eaque forma, ut item certum sit eum pendere ex schedis iisdem. In lectione Sarayna, ubi constat eum ex schedis pendere, plerumque facit cum Rediano Gammaro Lilio; ita inscriptionis n. 3905, quam integram dant Felic. Marcan. Ferr., Sarayna omittit v. 3. 4 cum Red. Gamm. Lil.; item n. 3767 cum iisdem scribit PROBO, cum vera lectio, sed fortasse inventa facillima coniectura, PROBO sit apud Iuc. Felic. Marcan. Ferrar.; praeterea habet saepissime veram versuum divisionem a Feliciano asseclisque eius raro observatam. In iis autem, quae item habet Felicianus cum suis, Saraynae lectio immunis est ab interpolationibus eius consentitque potissimum cum Iucundo, ut n. 3996 retinet antiquam lectionem II, ex qua Felicianus fecit XII. Videtur igitur Sarayna habuisse syllogae Cyriacanae exemplum perfectissimum, scilicet plenius Gammariano, Feliciano emendatius; quamquam verum est non multum nos inde proficere, cum difficile sit separare ea quae ex schedis illis traxit Sarayna ab adsumptis aliunde. At hoc certe iam assecuti sumus, quod consensus Saraynae cum antiquioribus deinceps non fallet, nec obstabit, quominus exempla haec omnia iudicentur ab eodem archetypo profecta. Nam ubi certis argumentis demonstrari non potest Saraynam pendere ab ipso lapide, ibi iam propria auctoritate carebit.

Praeter hos libros, quorum rationem habui, si enumerare vellem eos, in quibus praeterea reperiuntur Veronensia Antiqui, vix ullum ex antiquioribus praetermittere possem; nam longe plerique plus minus ex illis copiis profecerunt. Pendere autem eos ad unum omnes ex eodem Veronensium inscriptionum corpore primario cum ex aliis indiciis constat tum maxime ex consensu in erroribus. Ita, ut paucis exemplis defungar, cum plura qui volet in ipsa editione inveniat, n. 3643 DEI pro DEF, deinde ST male intrusum, item SERVIO pro SE·VIVO adsunt et apud Scalamontium in libro Tarvisino et apud Felicianum Marcanovam Ferrarinum Iucundum Redianum Gammarum Lilium Saraynam; similiter n. 3830 PVPRONVS pro P·VERONVS est apud eosdem omnes; ut cavendum sit, ne horum exemplorum antiquissimorum multitudo imponat. — Inveniuntur inter eos, qui arte cohaerent et in gente ut ita dicam familias constituunt; quod cadit praesertim cum in Felicianum Marcanovam Ferrarinum tum in Redianum Gammarum Lilium; nec pigebit utriusque familiae proprietates solito diligentius exequi, cum id ad epigraphiam Veronensem recte ordinandam non minimum momentum habeat. In universum illius ordinis auctores aetate et titulorum copia praestant, secundi ordinis exemplorum fide et scripturae diligentia; videnturque illi Cyriacana habuisse plena, sed incuriose sua inde deprompsisse, hi nacti Cyriacanorum reliquias solas diligentissime expressisse. Videamus de singulis. — Ad numerum titulorum quod attinet, sexaginta circiter reperiuntur apud Felicianum Marcanovamque, quos frustra quaeras apud secundi ordinis auctores; nec probabiliter coniicias hos omnes additos esse a Feliciano demum, cum non pauci eorum ab ipso Scalamontio ex Cyriacanis referantur. E contrario habent etiam secundi ordinis auctores propria, quae absunt a Feliciano cum asseclis; sed et longe minore numero ea sunt, nempe paullo plus viginti, et pleraque ex ordine fragmentorum minutiarumve, qualia consentaneum est Felicianum admittere noluisse. — Lectio cum plerumque consentiat etiam in naevis, ut convenit in libris ex eodem fonte primario ductis, tamen non solum singula exempla, sed etiam ordines ipsi lectiones habent sibi proprias. Ita n. 3367 vera lectio AVLIA servata est apud Red. Gamm. Lil. (adstipulantibus Iuc. San. Sar.), cum in interpolata IVLIA consentiant Felic. Marcan. Ferrar. Similiter n. 3938 Q·AED, quod in lapide est, habent Red. Gamm. Lil. Iuc. San., Q·PRAEF, ex interpolatione Feliciani opinor, Felicianus Marcanova Ferrarinus. Item n. 3653 vera lectio DEBET·NEC·BENEFACTA est apud Scalamontium et Redianum solos, DEBENT·NEC·BENEFACTA apud Felicianum Marcan. Ferr., DEBET·NEC·BENEDICTA apud Gamm. Lil. Iucand. Contra ibidem verum FVNCTA·IACES·HIC·SET legitur apud Felic. Marcan. Ferr. Iuc. San., interpolatio IVNCTA·IACES·PRIMO·ET apud Red. Gamm. Lil. Marulum. Similiter in miliario Constantini infra referendo cum in ipso lapide sit MAXIMO·SEMPER, antiqua lectio non interpolata MAXIMVS·ET reperitur apud Red. solum, MAXIMVS (om. ET) apud Gamm. Lil., MAXIMO (om. ET) apud Felic. Marcan. Ferrarinum. Denique in minoribus quoque non semel solus Redianus verum servavit; ut n. 3938 CONVG cum litteris NI contignatione iunctis, ut iunguntur in lapide, non invenitur in ullo quem quidem norim libro excepto eo. Unde qui criticam artem callet, quinam nexus inter ordines auctorum statuendus sit, iam intelleget. — In versuum divisione accurate reddenda primae partes omnino Gammari sunt, qui in hac raro fallit, secundae Lilii; sed etiam reliqui auctores, maxime Scalamontius et in Tarvisino libro Felicianus, item ibi ubi paginae spatium angustum versus breves facile caperet Marcanova, saepe eos ad lapidem separarunt, ut etiam in eorum archetypo eos recte divisos fuisse appareat. — Locos Cyriacum adscripsisse sermone Latino et per se constat et demonstrat consensus Feliciani cum Rediano; quod si Gammarus Liliusque in his vernaculo utuntur, sive ipsi sive proximus auctor eorum hac in re suae aetatis usum sequi maluit; quamquam vel apud ipsos modo apud unum modo apud alterum Latinae indicationes non paucae remanserunt. Ceterum indicationes locorum proficiscantur necesse est ex archetypo in his quoque accuratissimo et plenissimo, ut alia alius epitomator inde seligeret. Maxima auctoritas in his est item Gammari et Lilii, deinde Feliciani et Marcanovae, vix ulla libri Rediani, cuius in his naevos saepe tacite suppressi. — Idem fere dicendum de anaglyphis. In archetypo delineata fuerunt delineanturque item apud Marcanovam semper, apud Gammarum passim, interdum apud Lilium; Felicianus verbis ea enarrat, Redianus ad ea non attendit. — Falsae denique in hac sylloge, si dempseris quas exscriptores addiderunt, non videntur fuisse nisi duae, scilicet n. 365*. 366*; nam n. 367* lusibus magis quam fraudibus adnumeranda est.

Conditorem huius syllogae satis constat esse Cyriacum. Nam quod altera sylloge extat ab hac diversa et hac antiquior, quam et ipsam Cyriaco attribuendam esse vidimus (c. I), tantum abest ut obstet, ut omnino verisimile sit Cyriacum in studiorum suorum rudimentis transeuntem per Veronam arcus ibi inspexisse et quaedam praeter ea epigrammata adnotasse, deinde cum commentarios instituisset eorumque causa reliquias antiquas data opera exploraret, syllogen eam effecisse, de qua iam agimus.

Immo qui Cyriacana primordia cum maturae aetatis laboribus conferre velit, fortasse nulla inveniet certiora et evidentiora documenta quam Veronensia libri Marcanovani Bernensis ordinis prioris componenda cum Veronensibus Gammari Felicianique. Argumenta autem originis Cyriacanae haec potissimum deprehendi. Primum sylloge de qua agimus tam perfecta est versuum ordine ad archetypa expresso, contignationibus litterarum retentis, fragmentis lapidum propositis (id quod patet praesertim ex Gammari libro) cum ipsis fracturis, Graecis erudite exceptis, anaglyphis diligenter depictis, ut in his nostris rebus qui studium posuerit, tam certo Cyriaci stilum ex illis indiciis deprehendat quam qui picturam callent ex lineamentis luminibusve Leonardi penicillum vel Raphaelis. Deinde in locis indicandis sermonis peculiaris indoles et antiquitatis affectatio, quo pertinent 'S. Combustus' pro S. Laurentio, 'is qui Plutonem expulit' pro S. Michaele, 'templum Bacchi' pro cella vinaria aliaque similia, calamistri sunt proprii Cyriaco auctori tam diligentiae quam insipientiae summae. Item imago Mercurii alati cum disticho subiuncta n. 367* cum ad ipsam hanc antiquissimam syllogen pertinere videatur, digna est Cyriaco homine Mercuriali (v. vol. III p. 131), scilicet qui luderet, non deciperet. Item ex supra dictis cum appareat ab ipso eo tempore, quo obiit Cyriacus c. a. 1450, syllogen hanc Veronensem a multis expilatam esse locis diversis, neque eam ad nos pervenisse nisi per epitomas imperfectas omnes, condita esse non potest a Feliciano aliove eius aetatis homine, sed venit ab auctore antiquiore, cuius schedae posterioribus paterent, idque ipsum apprime cadit in Cyriacum, cuius ex commentariis tamquam ex Sibyllae foliis vento perturbatis alia ad alios delata sunt, plenos nemo adhibuit. Item qui in Veronensem syllogen tituli male se insinuaverunt non Veronenses, ut Argivus vol. III n. 531, Cretensis ib. n. 5, Laudenses duo infra referendi, Hostilianus n. 3758, Cyriacanae originis indicia sunt haud spernenda*); nam et Argivus ille venit a Cyriaco et Laudenses Hostilianumque ex commentariis eius qui supersunt constat ab ipso descriptos esse. — Sed praeter indicia haec duo certe auctores ex iis quos supra recensui Veronensia ea de quibus agimus diserte Cyriaco accepta ferunt Scalamontius et Sarayna. Et illum quidem supra iam vidimus epigrammata Veronensia viginti ex hac sylloge deprompta referre ex commentariis itineris a Cyriaco a. 1433 vel 1434 instituti. Sarayna autem quamquam in epigrammatis Cyriacum auctorem non laudat, tamen f. 13' agens de amphitheatro sic ait 'Cyriacus Anconitanus in quodam itinerario sic scriptum reliquit', quamque subiungit amphitheatri descriptionem infra adscriptam**), ea ad verbum fere redit apud Scalamontium (p. XCIII Col.), ut appareat tam Scalamontio quam Saraynae eorundem commentariorum Cyriaci copiam fuisse. — Sane ut Felicianum et Sanutum de suo auxisse Cyriacana vidimus, ita alii quoque alia adicere potuerunt; plurima tamen quae referuntur in libris supra recensitis a Cyriaco proficisci nemo negabit, cum praesertim praeter Felicianum compilatores et alii et ipse Iucundus Veronensis corpora non Veronae condiderint.

Copiarum harum rationem ita habui, ut in titulis mihi non visis octo primariorum, scilicet Scalamontii Feliciani Marcanovae Iucundi Rediani Gammari Lilii Saraynae variam lectionem plenam afferrem, item Sanuti ubi deficit Iucundus, Ferrarinum Apianumque citarem.

III. Ferrarinum supra vidimus expilasse primum Felicianum, deinde Marcanovam neque in hac longe maxima parte Veronensium eius quicquam inesse quod prosit. Sed demptis his restant apud eum epigrammata si recte numeravi undeviginti, relata iam in prima corporis editione Traiectini libri neque seorsum, sed reliquis interiecta, quae absunt tam a Feliciano quam a Marcanova et a Rediano quorumque Ferrarinus aut solus nobis auctor est aut certe ex primariis. Unde veniant, incertum est. Tria eorum (n. 3381. 3403. 3762) redeunt apud Gammarum, quorum primum et tertium etiam Lilius habet, primum item Iucundus in parte ea, quam secundam diximus, videnturque exempla haec eadem esse, quibus usus est Ferrarinus, cum consentiant in erroribus. Quam ob rem non nego haec quoque redire ad communem auctorem Antiquum sive Cyriacum; cui opinioni praeterea hoc patrocinatur, quod n. 3762 reperitur etiam inter Cyriaci Histrica in codice Augustini Tyferni Vindobonensi et quod haec apud Ferrarinum leguntur intermixta Cyriacanis certis et ita relata, ut vix cogitare liceat de duarum syllogarum contaminatione. Utut est, nos ea separavimus, cum tradita habeamus in universum ab auctoribus diversis et ne Sarayna quidem in suo Antiqui exemplo haec Ferrariniana videatur repperisse, nam quamquam plura eorum apud eum referuntur, tamen nullum ita comparatum est, ut ullum subministret eiusdem originis indicium. Exempla proba sunt neque inferiora Cyriacanis certis, nisi quod versuum divisionem liber Traiectinus plerumque neglexit. Standum autem est in his, quantum ad Ferrarinum attinet, libro Traiectino eius et additamentis Parisini ductis ex auctoris schedis primariis, cum ipse codex ex Traiectino descriptus sit (cf. n. 3367. 3809. 3876); a Traiectino ubi discedunt posteriores Parisinus et Regienses, errant, id quod maxime cadit in locorum indicationes admodum in his quidem perturbatas.

IV. Matthaeus Rufus quod Plinius sit Veronensis Brixiae 1496. Ipsum librum editum non vidi, adhibui exemplum inde manu descriptum bibliothecae publicae Veronensis. Cf. Rezzonicus disquis. Plinian. 1, 12. 2, 302.

V. Io. Ant. Pantheus adnotationes ex trium dierum confabulationibus de thermis Calderianis Venetiis 1500 fol. Scripsit ante a. 1471 (Rezzonicus disq. Plin. 1, 9).

Hi duo auctores pleraque ex paucis quae proponunt sumpserunt ex Antiquo; praeterea primi ediderunt titulum Plinianum n. 3442. Falsa denique n. 374* aut Panthei ipsius est aut certe ab eo primum profertur.

VI. Iulius Bononius in codice bibliothecae capitularis Tarvisinae, quo continetur antiquarium patris Hieronymi, manu sua scripto posuit titulos Veronenses sub hoc elogio: 'antiquitates Veronenses ann. MDXVII mens. Aug. per me Iulium Bonon. Tar(visinu)m'. Exempla ex ipsis lapidibus excepta sunt cum fide et diligentia; locos Bononius non adscripsit. Alia eiusdem Veronensia leguntur in cod. Cicognae 1874 f. 38—40 minus utilia.

VII. Iohannes Bemaus in cod. Monacensi f. 132 refert quinque epigrammata Veronensia perite descripta, sed notissima.

VIII. Franciscus Aligerius Dantis tertii filius Veronensis in primo dialogo de antiquitatibus Valentinis (ed. Romae 1537, quam editionem rarissimam non vidi; vidi repetitam cura Clementis Bartolini *le antichità Valentine, dialoghi due di Francesco Alighieri e Sante Ponzio* Perusiae 1828. 8. pp. 199), quo illustravit museum Trevii institutum a Benedicto Valenti, etiam Veronensia epigrammata quaedam profert, sed quae omnia aut spuria sint aut certe pessime interpolata (n. 398* — 402*).

IX. Taurellus Sarayna iurisconsultus Veronensis, mortuus senex VIII id. Mai. a. 1550 (sicut adnotatum repperi in prima pagina exempli Giulianiani hodie, olim Palermiani), quae de antiquis inscriptionibus patriae urbis collegit, ad nos pervenerunt per libros scriptos editosve hos.

1. Schedae ipsius Saraynae cum perierint, earum aliquatenus vicarias habemus Nicolai Pacediani recordationes pertinentes ad annos 1510—1522 servatas in codice bibliothecae Ambrosianae A 105 inf.; nam in

*) Apud Gammarum, a quo reliquis accuratius archetyporum exemplum repraesentari saepe monuimus, f. 110', 112 media inter Veronensia haec et plane similiter scripta leguntur epigrammata complura Mediolanensia Laudensia Cretensia, quae ipse ait venire a Cyriaco. Similia observavi in libro Turriano.

**) 'Et denique Veronam feracissimam et antiquam civitatem venit, ubi 'non exigua veterum monumenta comperit, praesertim labyrinthum, quod 'Arena nunc dicitur, et habetur quod constructum fuerit anno imperii 'Octaviani Augusti trigesimo nono, ante natalem Christi diem tertio. 'Cuius pars exterior terrae motibus corruit: et nunc conspicitur locus 'rotundus Arenae per totum magnis saxis undique constructus et, ut ita 'dicam perfilatus, quum intus cabalis et antris multiformiter redimitus 'sit. In huius autem rotunditate extant scalae magnis lapidibus appositae, quae quanto magis in amplitudinem pertenduntur, tanto magis in 'rotunditatem videbantur ampliari, et sicuti nonnulli referunt quinquaginta 'cubitis in altitudinem extenditur. In cuius summitate quidam locus 'magnus et nobilis multiformis elaboratus marmoreo lapide circumcirca 'redimitus erat.'

his qui referuntur tituli Veronenses maxime l. III, item l. XV inter miscellanea, eos ita deprehendi conspirare cum exemplis Saraynae, ut ab eodem auctore utrumque pendere necesse sit. Confer si placet titulos n. 3502. 3510. 3968 cum iisdem naevis relatos apud utrumque, neque ullum per totam syllogen deprehendes diversae originis indicium. Iam cum quaestio oriatur, uter eorum ab altero mutuatus sit, equidem persuasum habeo non Saraynam pendere ex Pacediano, sed Pacedianum ex Sarayna, cum quod hunc Veronae degentem titulis patriis colligendis operam dedisse constat, tum quod universorum collectaneorum Pacedianorum ea condicio est, ut ex schedis magis corrasa videantur quam de ipsis saxis petita, id quod vel sola neglegentia in locis indicandis et originum perturbatio ubivis obvia satis declarat. — Praeterea addo ex Pacediana sylloge quaedam redire apud CIRIACUM, unde et huius Veronensia, quae paucissima sunt, rettuli inter Saraynniana. — Cavendum autem est, ne Pacediano attribuas omnia, quae tamquam eius essent Muratorius edidit; qua de re supra (c. II, 2 fin.) monui.

2. Tractatum 'de origine et amplitudine civitatis Veronae' edidit ipse Sarayna Veronae a. 1540 fol. foll. 70, cuius huc maxime pertinet liber quintus 'de monumentis antiquis civitatis et agri' f. 43'—52. — Tantopere et hic liber et alter qui mox secutus est a. 1542 de rebus gestis Veronensium civibus placuerunt, ut aediculae, quam Sarayna fecerat a. 1523 in ecclesia S. Firmi maioris, iubente senatu sic inscriberetur: 'Torello Saraynae iur. con., quod Veronae patriae antiqu. monumenta 'perquisiverit eaque ab edacitate temporis eripuerit, suorum quoque civium 'gesta conscripserit, s. p. q. Ver. b. m. civicam d. d.'

3. Gabriel Sarayna fratris Taurelli filius patrui librum transtulit Italice sic inscriptum: *dell' origine ed ampiezza di Verona* epistula praeposita ad Gerardum Boldieri scripta Veronae d. 15. Oct. 1546. Cuius versionis extant codices duo, uterque perscriptus eadem manu, scilicet Gabrielis ipsius, alter ex bibliotheca seminarii Rovigini per Iosephum Venturium c. a. 1826 illatus in Veronensem publicam (ms. histor. CCX, ubi inscriptiones agri f. 65—75 errore glutinatoris positae sunt ante inscriptiones oppidi f. 76—83), alter postea scriptus bibliothecae Veronensis capitularis n. 822. Illum eundem puto, quo servato tum apud Iacobum Rosinam canonicum Veronensem in Panvinii antiquitatibus edendis usus est Cozza (v. apud hunc praefatio typographi et series iconum ad tab. Bb; item infra n. 3784). Ipsam versionem omissis inscriptionibus ad priorem librum (alterius enim notitiam eo tempore non habuit) edidit praefectus bibliothecae publicae Veronensis Cavattonius (Veronae 1851. 4. pp. 79 propter nuptias Portalupi-Canossa). Praestat in universum codex bibliothecae publicae anaglypha delineata habens solus et interdum lectiones minus corruptas numquam perpetuo citavi; sed habet alter non solum inscriptiones aliquot quae absunt a codice antiquiore, quamquam adsunt apud Saraynam editum, sed etiam locorum indicationes in priore libro a Gabriele omissas suppletasque deinde manu Caroti pictoris, quem librum possedisse et adnotavisse Cavattonius l. c. demonstravit. Denique secunda manus, quam cum ex lectionibus tum ex scripturae comparatione intellexi esse Panvinii*), primitivam lectionem libri antiquioris saepe obscuravit, quam intemeratam servat codex bibliothecae capitularis.

4. Denique et Panvinio et Caroto ipsarum schedarum Taurelli Saraynae copiam fuisse infra demonstrabitur.

Inter haec quae recensui Sarayniana primum locum obtinent Pacediana tam aetate quam bonitate; habes hic versus recte divisos, hiatus diligenter indicatos, fragmenta etiam minora in ordinem recepta. At multa Pacedianus non habet quae apud ipsum Saraynam extant, sive partem tantum Saraynianorum describere ille potuit voluitve sive Saraynae syllogen usurpavit coeptam neque dum perfectam; denique locorum indicationes praetermisit omnes. Saraynae editus liber Latine scriptus numero epigrammatum tam Pacedianum superat quam versionem Italicam, ut multa Saraynae ex uno solo habeamus. Praeterea accurate loci ibi enuntiantur, ut in his sola fere editione standum sit, textumque habet in universum emendatiorem quam versio Italica, ne dicam Panvinius Carotusque. Sed male habita sunt epigrammata secundum eius temporis usum per typographum scriptura semper continuata hiatibusque celatis, ut lapides fracti raro intellegantur. Versio Italica neglegenda non est, cum aperte non ex libro edito ducta sit, sed ex codice Saraynae, anaglypha exhibens et ordinem versuum, quem in illo diximus numquam retineri, plerumque observans, praeterea immunis sit a mendis ab operis in editionem illatis. Sed Gabriel patrui librum vertens complura epigrammata ab eo relata nescio quam ob causam non recepit, addidit autem duo tantum n. 3928 fractum ideoque postea ab ipso inductum et n. 4004a; denique a fide magis commendatur liber Latine scriptus quam versio Italica, quippe quae interpolationes quasdam admiserit in illo non repertas (n. 3442. 3585). Etiam minorem auctoritatem sibi vindicant Panvinius et Carotus, quamquam et ad eos res redit ibi, ubi destituimur versione Italica. In summa re iam intellegitur subsidiis his coniunctim utendum esse, ut ad veram et incorruptam Saraynae lectionem eatenus perveniatur, quatenus hodie fieri potest. — Ipsa autem Saraynae sylloge et a fide et a diligentia commendabilis pauca tantum admisit ficticia, quorum quaedam utpote in lapidibus conficta n. 396*. 397* nullo modo in culpam eius verti possunt, reliqua n. 389*—393* Calderiana sunt balnearum causa composita sane non a Sarayna, sed ab alio nescio quo eius aetatis homine. Hoc unum utilitatem Saraynianorum imminuit, quod Sarayna, sicut supra diximus, non ex ipsis saxis solis syllogen composuit, sed etiam Antiqui codicem scriptum adhibuit (nam Apianum editum non videtur novisse), ut cavendum sit, ne consensus exemplorum ab eodem archetypo profectorum nobis imponat.

X. Onuphrius PANVINIUS (1530—1586) 'antiquitatum Veronensium 'libros VIII' anno 1559 absolvit (v. p. 163) neque edidit. Ipsi Caroto copiam fuisse Panvinianorum infra apparebit, sed non tam absolutum librum videtur usurpavisse quam fuisse cum auctore dum fieret, quod confirmat etiam exemplum Gabrielis Saraynae servatum tum apud Carotum, ipsius autem Panvinii manu emendatum et auctum. Manu auctoris scriptos commentarios deinde fuisse apud Nichesolam intellegitur ex praefatione Valerianorum (v. c. XVI); apud eum videtur vidisse Scaligerus, qui inscriptiones inde Gruteri causa excerpsit. Idem codex cum 'nescio unde erutus' (verba sunt eius qui editionem mox memorandam curavit) illatus esset in tabularium publicum Veronense, editionem publico iussu inchoavit Alexander Becelius urbis cancellarius; at mox pestilentia ingruente ipsoque Becello abrepto editio interrupta est neque eius exemplum quod sciam hodie superest. Ita factum est, ut liber prodiret demum a. 1648*) Patavii typis Pauli Frambotti (fol. pp. 236) instante archipresbytero Cottio de Cottis neque ea cura, qua opus erat; nam 'multas mendas irrepsisse' ipse editor conqueritur in praefatione. Codicem autem cum umquam ex tabulario efferri Veronenses publico decreto vetuissent, mox post factam editionem inde nescio quomodo abstractus nuper demum emersit Romae in bibliotheca Angelicana (A. 7. 3) ibi meo iussu huius syllogae causa diligentissime excussus a Bormanno. Continentur autem volumine eo formae maximae exempla duo (quamquam utrumque hic illic hiat folio deperdito) commentariorum Panvinianorum, alterum (f. 319—559. 289—295; nam sic ordinanda esse folia apparet) scriptum a librario parum emendate, alterum (f. 1—288. 296—306 sequentibus foliis quibusdam non scriptis) scriptum manu auctoris idque ipsum, ad quod editio facta est; nam additamenta quoque editorum (ut verba 'Pontini nunc' ed. p. 224) in eo leguntur scripta manu diversa. Quo exemplo reperto iam certius iudicari potest de Panvinianis quam poterat eo tempore, quo standum erat praeter editionem neglegenter factam et quibusdam locis etiam editorum arbitrio correctam Gruteri excerptis passim interpolatis emendationibus tacitis; nam nullus fere usus erat eorum quae ex Panvinii libro manuscripto etiamtum (v. Maffei ser. Veron. s. v.) protulit TINTO (*la nobiltà di Verona.* Veronae 1590. 4). — Accedunt Panvinii collectanea ad id ipsum opus pertinentia, quae proponit liber Gabrielis Saraynae supra memoratus servatus in bibliotheca publica Veronensi;

*) Ortius *di un' epigr. Latina dedic. alla Tutela* p. 10 non recte manum ibi agnovit Polycarpi Palermi.

*) Vidi exempla inscripta alia MDCXIILX (pro MDCXLIIX), alia MDCXLVIII. Extant etiam in quibus pro typographo Paulo Frambotto heredes eius nominantur atque dedicationi annus 1667, novo indici a. 1668 inscriptus est; sed ea quamquam 'denuo in lucem' se edita esse enuntiant, tamen novum non habent nisi indicem et praefationem.

nam Panvinium eum librum versavisse comperi neque solum inscriptiones ibi relatas passim emendavisse, sed etiam f. 49'. 50'. 75'. 87 addidisse *epitafi da agiongersi a quelli della città et a quelli del territorio* numero c. XXXVIII. Excerpsit haec Panvinius maxime ex libro Taurelli Saraynae non edito, sed scripto. — His subsidiis usus intellexi Panvinium epigrammatum Veronensium recensionem suam totam superstruxisse corpori Sarayniano, ut textum passim emendaret vel interpolaret coniecturis plerumque temerariis quaeque vulnera celarent magis quam sanarent (v. inter alia multa n. 3439. 3767), addidisse praeter falsa duo n. 402*. 403* pauca vere utilia, ut in universam abiecto Panvinio redeundum sit ad auctorem et aetate et fide eum superantem Saraynam. — De appendice Liscae et Cozzae vide infra c. XVIII.

XI. CAROTUS. *De le antiqita de Verona con novi agionti da M. Zuane Caroto pitore Veronese, cioe pitafi con li sua adornamenti et alchuni soneti in laude dil autore et dil opera, la quale e nessesaria ad ogni qualita di persone a pittori a intahatori et architeti con le sue misure per ogni anticalia. Verona apreso Paulo Ravagnan libraro al Gilho* MDLX. fol. max. Prima haec editio hodie rarissima nec facilis reperta extra Veronam, ubi ego usurpavi et in publica bibliotheca et in Giuliariana, inscriptiones sola habet omissas in altera a. 1764; leguntur eae ibi in foliis signatis 1. (II). A—M. quae sequuntur tabulas incisas. Adhibuit librum Gruterus per Tobiam Scultetum et citare solet sub nomine falso schedarum Carottae vel etiam sub nudo nomine Sculteti. — Iohannes Carotus is est, a quo factae sunt tabulae ad Saraynae librum adiectae in hoc ipsius denuo expressae; praeterea supra monuimus versionis Saraynae Italicae codicem eum, quem emendavit auxitque Panvinius, fuisse Caroti et complura habere ipsius manu postea adscripta. Unde quod colligitur Carotum in inscriptionibus pendere maxime ex Sarayna Panvinioque, comparatio confirmat; nam pleraque epigrammata Carotus dedit ad Saraynam ea forma quam servant libri eius scripti adsuntque passim interpolationes Panvinianae (v. n. 3442. 3767), ut ex his fructum nullum capias. Sed idem maxime in locis indicandis et in anaglyphis quaedam addidit de suo non ex Panvinio derivata. Praeterea duo epigrammata n. 3276. 3726 Carotus adiecit, quorum hoc solus servavit.

XII. MANUTIUS quae in urbe Verona et in agro suburbano ipse descripsit, ea referuntur in codice Vaticano 5235 parte quinta f. 1—9 cum praescriptione 'inscriptiones Veron. MDLXV a *l'ultimo di Ottobre in Verona*' cum appendice f. 10: '*portati da mio padre nel ritorno del viaggio suo di Verona*'. Repetuntur quaedam inde excerpta addito uno epigrammate, quod non legitur in cod. 5235, in altero libro 5251 f. 63'. 64. 64'. Utilis sylloge est satis ampla et facta, ut reliquae Manutianae, probe et perite. Contra quae sequuntur in eodem volumine 5235 f. 13—23 petita pleraque ex Ferrarino, alia ex Sarayna et Caroto examinata abieci.

XIII. Andreas MOROSINI sive Maurocenus (cf. de eo Cicogna *iscr. Ven.* 4, 465 sq.) una cum Benedicto Zorzi sive Georgio (1555—1601; v. Cicogna libro mox citando p. 55) m. Oct. a. 1598 iter fecerunt per litora lacus Benacensis regionesque vicinas, quod scriptum nactus Emanuel Cicogna nuper edidit (*viaggio fatto da Andrea Morosini a da Benedetto Zorzi patrizii Veneti del secolo decimo sesto in alcuni luoghi dello stato Veneto, del Parmigiano, Mantovano, Modenese ec. ora per la prima volta pubblicata* propter nuptias Comello-Montalban. Venetiis 1842. 4. pp. 80) cum adnotatione inscriptionum Labusiana. Easdem inscriptiones sine nomine auctoris repperi inter Pinelliana cod. Ambros. D. 199 inf. f. 4. 5; quae excerpta potuerunt praetermitti. Denique Morosinianis his usus est Gruterus.

XIV. GRVTERVS in Veronensibus praeter editos libros Apiani et Saraynae, item Caroti habuit, ut diximus, ex Panvinianis eo tempore nondum editis excerpta diligenter facta a Tobia Sculteto. Praeterea ex ipsis saxis petita exempla titulorum Veronensium accepit pauca a Sculteto, Andrea Maurocено Veneto (v. c. XIII), Antonio Beffa Nigrino (v. inter miliarios titulum Traiani Decii); plura eaque optime excerpta misit Fridericus Cerutus petita fere ex Palermianis (c. XV).

XV. Polycarpus PALERMUS iuris consultus Veronensis quas collegit inscriptiones Veronenses habui ex parte manu ipsius scriptas ad marginem libri Sarayniani servati hodie in bibliotheca Giuliariana cum ipso Palermi nomine adscripto in indice, ut de auctore constet. Praeterea plerasque et Grutero submisit per Frid. Cerutum et Marcum Velserum et ipse edidit postea in libro inscripto 'de vera C. Plinii Secundi superioris 'patria atque ea Verona libri tres, quibus Pauli Cigalini medici Novo-'comensis et aliorum contraria sententia confutatur' (Veronae 1608. 4. pp. 184), ubi p. 49 ait subicere se inscriptiones Veronae et in agro repertas 'earum prius exemplo in Germaniam ad Ianum Gruterum a 'me misso, in cuius postrema appendice leguntur Palermanarum sche-'darum praeposita nota' additque p. 52 de titulo, quem a Grutero omissum opinabatur, dolere se incuria sua eum subductum esse doctissimo Velseri calamo. Denique etiam Velserianorum (c. XVI) bona pars proficiscitur a Palermo. Auctor diligens est et peritus, ut exemplis ab eo exceptis tuto insistas. Adhibuit item libros scriptos antiquos, ut Felicis Feliciani ex bibliotheca Nichesolae (Plin. p. 103) et alterum, puto Marcanovae codicem Mutinensem, quem passim citat ad oram Saraynae. Sarayniana in minoribus saepe a Palermo tacite coniectura emendantur.

XVI. VELSERIANA dixi codicem hodie servatum Venetiis in bibliotheca Marciana Lat. cl. X n. CCV (chart. 4 saec. XVII incip.) sic inscriptum: 'inscriptiones antiquae Veronae et agri Veronensis ex biblio-'theca illustris viri Caesaris Nichesolae [† 1612] patricii et canonici Ve-'ronensis'. Ex auctoris qui non nominatur praefatione data 'ad illustris-'simum virum D. Marcum Velserium duumvirum Augustanae rei publicae' (quem Velserum ipsum auctor scribit se cognovisse, cum honoris gratia invisendi Philippum Fuggerum f. m. Augustam se contulisset) excerpsi haec: .... 'Caesar Nichesola canonicus Veronensis .... nulli sumptui parcens, ut in Pontinum, ubi praedia sua habet, lapides inscripti .... citissime transferrentur ....., quoniam ... immensi laboris nedum sumptus fuisset periclitantes omnes in unum colligere videretque ex illis inscriptionibus, quae a Torello Saraina editae fuerunt, aliquot periisse, nonnullas vero quae diu obrutae ruinis latuerant erutas fuisse, a me perhumaniter petiit ut .... darem operam, ut quam primum eas ita ordinatim disponerem, ut aliqua cum elegantia .... et perspici et legi possent. Onus istud libenter suscepi, cum ut perveteri amicitiae quae mihi cum illo intercedit satisfacerem, tum etiam ut officium quod patriae debeo nulla in re desiderari posset. Erat in eius bibliotheca liber Felicis Feliciani Veronensis, C et L abhinc annis manu scriptus .... quod (volumen) mihi in hoc munere fungendo non parum profuisse fateor. Me quoque ab hoc onere non parum levarunt schedulae quaedam asservatae in eadem bibliotheca manu ipsius Onuphrii scriptae; ab amicis quoque nonnullas accepi, inter quos fuit Polycarpus Palermus I. C..... Quod ad ordinem attinet, eo usus sum, quo et Iustus Lipsius et Ianus Gruterus ...., suas inscriptiones concinnarunt'. Scripsit haec opinor Fridericus Cerutus (1531—1633; cf. Biancolini *chiese di Verona* 4, 430; Maffei Ver. ill. 2, 225), cum praesertim in ipsa sylloge, quae praeterea minora fragmenta non admisit, complura eius generis referantur tamquam servata a Friderico Ceruto. Posteriora haec esse Cerutiana iis, quae per eundem Velserum accepit Gruterus profecta maxime ex Palermianis, ex praefatione intellegitur; denique etsi ea taceret, ex ipso libro satis appareret eum factum esse adhibito Grutero, cum exempli causa n. 3285 in codice legatur bis f. 5 simpliciter, f. 9 ad formam a Grutero interpolatam, item titulus Caeretanus Grut. 235, 9 in hanc syllogen receptus sit f. 9 ideo quod Gruterus pro Caere praescripsit Caerete itaque Veronensis auctor cogitavit de vico Cerea sive Cereta. Adhibuit Cerutus praesertim Felicianum, Saraynam, Panvinium et quidem manu scriptum, ut ait recte, nam habet inde ea quoque, quae non ediderat Gruterus, ut 'miliarium Volarguensem Magni Maximi. Nos haec omisimus omnia, ne inutilibus allegationibus liber plus iusto oneraretur. Sed quae inseruit Cerutus ex ipsis lapidibus a se amicisve excepta, sedulo enotavi nec sine fructu. Nam exempla etsi non satis accurata sunt et longe inferiora Palermianis nec nisi raro versuum ordinem observant, tamen et Nichesoliani musei lapidarii (cf. c. XXIV) iustam notitiam unus hic liber servavit et de origine

titulorum testimonia utilia suppeditat et titulos quosdam habet, quos alibi frustra quaeras.

XVII. Sebastianus Macci in sylloge manuscripta, quam composuit c. a. 1609—1611, servata in codd. bibl. Parisinae Lat. n. 9693. 9694, vol. II f. 293. 293' Veronensia habet perpauca, sed petita ex ipsis lapidibus.

XVIII. Lisca et Cozza. 'Auctarium monumentorum illustrissimorum 'virorum Io. Baptistae Liscae et Cozzae de Cozzis studio' accessit plerisque (non omnibus) exemplis antiquitatum Panvinianarum a. 1648 editarum, numeris paginarum inde continuatis 237—244, quam editionem ab hoc Cozza (n. 1586, † 1656) curatam esse supra diximus. Praeter excerpta ex Saraynu (cuius etiam codicem scriptam editores adhibuisse supra diximus) et Palermo dederunt titulos eo tempore in academia philharmonica et in hortis Giusti et alibi prostantes descriptos ex ipsis lapidibus. Sylloge licet non recte digesta et diligenter magis facta quam perite cum non pauca habeat utilia, neglexerunt eam omnes tam Veronenses quam non Veronenses collectores; nam Reinesius, qui ipsum Panvinium editum denuo excussit, exemplar videtur nactus esse appendice destitutum, Muratorius autem Maffeiusque eam insuper habuerunt.

XIX. Cod. Lugdunensis XXIV Papenbroekianus 14 (n. 156 Geel) in foliis tribus solutis, quibus locorum indicatio nulla adscripta est, habet titulos aliquot Veronae in locis celeberrimis et maxime conspicuis exceptos saeculo opinor XVII a peregrinante quodam de ipsis saxis exiguae utilitatis.

XX. Giusti comites in hortis nobilibus monumenta antiqua collocare coeperunt ante a. 1598 (v. Morosini in itinerario eius anni citato supra c. XIII p. 51) et prout fors obtulit auxerunt, donec in musei speciem crescerent; quamquam Maffeius effecit, ut tituli quidam insigniores ex hortis illis in academiam transferrentur. Latini tituli quos servant omnes originis videntur esse Veronensis neque extra territorium empti. Descripserunt eos c. a. 1648 Lisca et Cozza (v. c. XVIII), paullo postea Marquardus Gudius, deinde a. 1705 Franciscus Blanchinius (cod. ms. bibl. capit. Veron. 353 f. 31), nuper Orti'us (*antichi monumenti dei Conti Giusti* Veronae 1835. 6).

XXI. Museum Moscardianum fundavit Ludovicus Moscardus et ipse descripsit in libro *note overo memorie del museo di Lodovico Moscardo dal medesimo descritte*, qui prodiit primum Patavii 1656 fol. pp. 308, denuo adiecta parte secunda p. 309—488 Veronae 1672, quocum iungenda est eiusdem *historia di Verona* (Veronae 1668. 4. pp. 556). Eiusdem musei lapides extant scripti manu, ut Henzeno visum est, Mezzabarbae Mutinae inter schedas Muratorianas fasc. XVII, 204 cum hac praescriptione 'monu-'menta antiqua adservata in aedibus co. Francisci Veronae, prout data 'sunt'. Ea quoque quae Muratorio misit Brichierius Columbus Veronensia, petita sunt ex museo Moscardiano. Ad idem museum pertinet praecipue commentarius Dionisii (v. c. XXVIII) editus a. 1755. Extincta deinde familia heredes lapides scriptos omnes, qui quidem in porticibus illis recte collocari possent, dederunt academiae philharmonicae, quo pervenerunt teste Venturio die 26. Oct. 1817, usurpavique eius temporis indices musei duos alterum factum a Bartholomaeo Giuliario antequam efferrentur ex domo Moscardia, alterum ab Iosepho Venturio titulis eo delatis adiunctum catalogo musei philharmonici manu scripto (bibl. Veron. mun. fasc. n. 100), ex quibus, maxime ex Giuliariano, constat de statu musei tempore postremo. Nam ne neglegi possent haec subsidia scripta, fecit socordia eorum qui titulos custodire debuerunt; aliquot enim eorum perierunt in domo Moscardiana, plures in ipsa academia. — Minora quae fuerunt apud Moscardios, maxime aerea, heredes retinuerunt servanturque fortasse adhuc apud Miniscalchium Veronensem regni Italiae senatorem, a quo tamen ut inspicerem obtinere non potui utpote ab homine maioribus curis districto nec pusillis his officiis pari. — Moscardii quae habuerunt, singillatim et prout quaeque eruderata sunt adquisivisse videntur omniaque traxisse ex urbe agrove Veronensi, maxime ex latifundiis suis suburbanis, ut originis externae suspicio in haec nequaquam cadat.

XXII. Octavius Alecchi in schedis variis ad res Veronenses pertinentibus scriptis c. a. 1700 servatisque Veronae in bibliotheca capitulari n. 306 perpauca affert, quibus uti potuerim. Alterum eiusdem volumen ms. n. 305 nihil omnino dedit.

XXIII. Franciscus Blanchinius Veronensis (1662—1729), qui in urbanis titulis assiduam operam collocavit, in patriis non multum elaboravit neque libri eius tam editi quam scripti Veronensia habent praeter Giustiana descripta a. 1705 (cf. c. XX) et alia pauca relata in cod. bibl. capit. n. 359. Alia communicavit cum Fabrettio, qui Bianchinium in sylloge praefatione laudibus exornat et quidquid Veronensium proponit non desumptum ex libris editis schedisve bibliothecarum urbanarum, a Blanchinio accepisse videtur.

XXIV. Museum philharmonicum, scilicet societatis philharmonicae Veronensis, originem cepit a Caesare Nichesola canonico († 1612), qui quos collegit et in villa Pontoni in Valle Pulicella exposuit lapides scriptos duodetriginta, ei societati testamento legavit (Maffei Ver. ill. 3, 208). Prostiterunt ii lapides ibidem certe iam a. 1617, quo anno qui scripsit Hadrianus Grandi praedicat *la quantità di marmi eletti nel Cortil Filarmonico riposta* (Persico *descr. di Verona* 1, 150. 258). Nichesola quos lapides habuerit iam cognovimus ex Velserianis (v. c. XVI), ubi quicumque indicantur cum praescriptione 'Pontoni', sine dubio sunt Nichesoliani; museum autem quale fuerit a. 1648, apparet ex auctario Liscae et Cozzae, quo proponuntur tituli eo tempore in academia adservati omnes descripti a Cozza. Diligenter autem distinguenda sunt antiqua haec a Maffeianis eapropter, quod vetusta collectio non recepit nisi titulos origine Veronenses, quod in Maffeianis longe secus est. — Maffeius deinde museum illud quantopere auxerit, nemo ignorat ab his studiis non plane alienus. Congessit eo lapides scriptos quotquot potuit ex urbe et agro; addidit complures externae originis, maxime advectos ex urbe Roma, sed etiam alios aliunde, in his totum museum Silvestrianum, quod institutum a Sertorio Ursato Patavii, eo autem tempore servatum Rovigii Maffeius, ut titulus n. 3401 origine Veronensis Veronam rediret, pretio ducatorum 400 comparavit, item titulos alios ex agro Brixiano et Tridentino, ex Histria et Dalmatia, ex Graecia Asiaque minore aut Venetiis venales aut donatos sibi ab amicis Venetis. Quibus titulis numero circiter quingentis deinde curavit ut locus pararetur et nobilis et aptus in porticibus theatri philharmonici sumptibus suis amicorumque, se instante post longas moras tandem aliquando absolutis a. 1745, in qua collocatione hoc unum reprehendendum est, quod etiam tabulas aereas parietibus inclusit, ubi et difficile leguntur et facile evelluntur, ut iam museum quas habuit paucis exceptis perdiderit dolo furum, culpa autem dominorum custodumque*). Denique quae ita congesserat publicaverat ordinaverat etiam edidit in splendido volumine, cui inscripsit Museum Veronense (Veronae 1749 fol. **), quocum iungenda sunt supplementa edita anno ante obitum in libro de diptycho Quiriniano (Veronae 1754) p. 27. Hoc triginta annorum indefessae industriae monumentum tam ipsius nomen perpetuavit quam studia cum Veronensia tum antiquaria in universum multis nominibus adiuvit et nos quoque vota facimus, ut maneant porticus illae neque, id quod quidam hodie faciendum esse censent, tituli alio deferantur illo loco a Maffeio collocati. Sed cum tot laudanda sint ab eo excogitata et perfecta, unum est, quo meritis suis multum ipse detraxit, scilicet, quod vix credas fecisse auctorem Veronae illustratae, quod originem titulorum plane non curavit eamque neque ad titulos adscripsit neque paucis exceptis in editione adnotavit; nomina enim eorum, a quibus titulos accepisset, et origines longo temporis cursu rerumque vicissitudine sibi excidisse chartulasque, quibus consignata fuissent, evanuisse (p. II). Praeterea quamquam exceptis columnis miliariis paucisque aliis parietibus non insertis Maffeius numeros adscripsit ad titulos, qui perveniunt ad n. 574, neque eos edidit ad musei ordinem neque in editione numerum musei iis ad-

*) Parisios quae dicuntur ablata monumenta ex museo Veronensi apud Persicum *descr. di Verona* 1, 259 seq., eorum pleraque et hodie Veronae sunt et semper ibi manserunt.

**) Exemplum bibliotheca publica Veronensis servat cum additamentis ms. auctoris, sed paucis neque utilibus.

scripsit, ut neque a libro ad lapidem neque a lapide ad librum facile perveniatur. — Post Maffeiam museum auctum est solis fere titulis originis Veronensis, inter quos primum locum obtinent Moscardiani eo illati a. 1817 (cf. c. XXI); praeterea donec institueretur nuper museum civicum, plerique Veronae eruderati modo publico iussu modo cura privatorum in academiam venerunt. Distinguantur autem hi postea adquisiti a Maffeianis vel primo obtutu ne libro quidem eius adsumpto, cum et numeris careant et iaceant per porticus non affixi, propter quam incuriam multi eorum perierunt in ipso museo aut a furibus abstracti, sed ab operis ablati vel pessumdati. — Pertinent ad id museum praeter Maffeianum libri scripti editive hi.

1. Marchio Iacobus MUSELLI Veronensis (1697—1768) scripsit 'vetera 'monumenta musei lapidarii Veronensis quae exstant in atrio, extra 'atrium et inter columnas'. Libri ad editionem parati bibliotheca publica Veronensis exempla scripta servat quattuor (hist. LXXV. CCXV. CCXVI. CCXXVI), quorum excussi secundum, inspexi reliqua. In origines lapidum, quos recenset ad ordinem quo prostant in museo, Musellius diligenter inquisivit, sed adiutus subsidiis vix ullis praeter libros editos, propria habens perpauca, quae excerpsi. Praeterea liber utilitatem nullam praebet, cum titulos non habeat nisi Maffeianos descriptos descriptosve de libro Maffeii.
2. Leonardus TARGA medicus clarissimus (1730—1815) c. a. 1759—1765 catalogum conscripsit ad exemplum Muselliani (bibl. publ. Veron. hist. n. CXXXVI), de quo eadem dicenda sunt quae diximus de antiquiore. De origine lapidum propria subministrat perpauca, cum pleraque aut ex Musellio petierit aut ex facili coniectura, alia utilia nulla.
3. TOMMASELLIUS, cuius commentarius *museo Veronese ridotto a maggior chiarezza* legitur in fine libri editi ab Iosepho Venturi *compendio della Verona illustrata* (Veronae 1795. 8) vol. II p. 113—205, satisfecit sibi expilato catalogo Musilliano, cuius adhibuit exemplum ms. n. LXXV.
4. Iosephus VENTURI *guida al museo lapidario Veronese*. Vol. I edidit Veronae a. 1827. 8; secundi voluminis, quod non prodiit, particulam impressam (Veronae 1828 pp. XVIII et 1—16) servant bibliothecae duae Veronenses publica et Giuliariana. Ex schedis autem eius, quas servat illa, huc pertinent et catalogus musei scriptus a. 1817 (fasc. n. 100), et adnotationes adscriptae ad Maffeium et Tommasellium, et Augustini Bisesti, quo pictore usus est Venturius, tabulae nuper bibliothecae ei illatae cum libris Fregosianis (*disegni al museo lapidario* 1825. 1826; fasciculi duo sunt perveneruntque ad n. 421). Pervolvi schedas has labore maiore quam fructu; repperi tamen in iis quaedam a Venturio in museo excepta hodie deperdita.
5. OSANNUS quae edidit a. 1834 in sylloge inscriptionum Graecarum et Latinarum p. 549—552 excepta a se in museo Veronensi, similiter quaedam servarunt in ipso museo postea pessumdata.
6. Hieronymi ORTII praeter Maffei corpus ab eo adnotatum de museo Veronensi collectanea servata iam in bibliotheca publica (hist. XC et IL) item eo nomine profuerunt, quod quosdam titulos servavit Ortius vel potius qui Ortii iussu eos delineavit, qui iam desiderantur.
7. Corporis Maffeiani exemplum cum notis VALLARSII servatum olim in bibliotheca Gianfilippiana non novi nisi per Ortium (*ant. mon. delle Stelle* p. 63. 69. 72; *due antichi tempj* p. XIX); nec magis vidi exemplum cum notis comitis Verità, cuius mentionem facit Venturius (*guida* II p. VI).

Libris his qui ad museum Maffeianum pertinent parum adiutus ego curavi ut de origine lapidum testimonia aliunde quatenus hodie fieri potest conquirerem cum ex editis tum ex scriptis libris, nactus inter alia in codice Parisino suppl. Gr. 332 f. 305 sq. indicem titulorum urbanorum missorum Veronam (*'inscriptions Romaines envoyées a Vérone'*), quamquam is nequaquam omnia continet inde ad Maffeium advecta. Adhibui etiam epistulas tam Maffeii quam ad Maffeium, quas benemeritus Giuliarius summo studio collectas in bibliotheca capituli cui praeest collocavit, sed inde parum profeci*). Denique ubi testimonia deficiebant, ipsos lapides consului effecique hoc certe, ut urbanos a reliquis secernerem, cum et monumentorum natura et marmoris indoles plane differant; scilicet columbariis aptae tabellae aliaeque formae titulorum urbanorum in usu non fuerunt apud Veronenses cippis magnis sepulcra ornare adsuetos nec marmor Graecum vel Lunense adhibentes, sed suorum montium modo rubens ex Tridentinis montibus, modo calcarium Brixianorum. Separatis autem urbanis reliquos titulos, de quorum origine non constaret, retinui inter Veronenses uno duobusve exceptis, quos aliunde venisse ex argumento colligeretur. Remansisse inter hos aliquot non Veronenses originis probabile est, multos esse non puto, nam ex longinquis locis petitorum titulorum credibile est in apparatu quo utimur exempla superesse excepta antequam Veronam perferrentur. In titulis, qui vel ante Maffeium in academia fuerunt vel post eum accesserunt, de Veronensi origine dubitari non debere supra iam monui. — Ceterum in appendice reperies indicem titulorum musei Veronensis omnium originis externae.

XXV. Scipio MAFFEI (1675—1755) quid praestiterit museo lapidario et instituto et edito, modo exposuimus. Praeterea quae huc pertinent ex reliquis eius operibus (prodierunt collecta voll. 21 Venetiis 1790. 8), prae corpore illo parum profuerunt. Veronae eius illustratae adhibui editionem 4 voll. fol. Veronae 1732 (1. 3). 1731 (2. 4), quam in quibusdam emendatiorem a typographo repperi quam alteram simul emissam 4 voll. 8; inspexi item ed. Mediolani 1825 (5 voll. 8) auctam adhibitis schedis auctoris. Inscriptiones potiores ad Veronam pertinentes, quae leguntur coniunctae ad finem voluminis primi, citavi numero adiecto; ubi pagina citatur nec volumen enuntiatur, intellege primum. Alibi si qua occasione oblata edidit Maffeius patria monumenta, ea suo loco allegavi. Collectanea eius epigraphica videntur periisse; certe in bibliotheca capitulari, cui Maffeius schedas legavit, eius generis scriptiones non extant nec magis emerserunt adhuc ex Seguierianis. — Quod attinet ad fidem Maffei in lapidibus edendis, legit quidem plerumque scite et prudenter, sed supplementa saepe non distinxit ab iis quae in ipso lapide deprehendisset; interdum quid sibi permiserit in titulis contra archetypi fidem emendandis, deprehendere licet ex n. 3808. Temeritatem autem, qua lapides nullo nomine suspicionem moventes inter falsos rettulit, etiam minus excusabis.

XXVI. MURATORIUS praeter editos libros, maxime Maffeii Veronam illustratam schedasque veteres, de quibus rettuli supra, non multa nactus est quae ad Veronam pertinerent subsidia, scilicet Moscardiana ea de quibus diximus c. XXI et pauca submissa alia ab Iosepho Blanchinio Francisci fratris filio, alia ab archipresbytero Iohanne Francisco Musellio.

XXVII. Comitis Hieronymi PEVERELLI *vita, viaggi et ricordi*, id est biographiam ipsius manu exaratam c. a. 1755—1766, servatam hodie apud heredes eius Cavalli-Peverellios Cologniolae, excussi post Venturium (bibl. Veron. mun. fasc. n. 100) et Ortium optimi amici Bertoldi comi beneficio; ea ad Cologniolenses inscriptiones utilia quaedam suppeditavit.

XXVIII. Ioh. Iacobus DIONISI canonicus Veronensis (1734—1808). Extat Veronae in bibliotheca municipali (fasc. n. 100) inter Venturiana fasciculus foliorum 17 sic inscriptus: 'Thesaurus Veronensium inscriptionum eo ordine ut suo quaeque loco inspiciuntur cura D. Io. Iac. Di[onisii canonici] Veronensis'; nomen auctoris obscuratum est superscripto Iosephi Venturii, cuius postea liber fuit. Primaria scriptura amici cuiusdam Dionisii sit necesse est vel adiutoris eius a studiis mihi ignoti (certe non Vallarsii, quamquam Venturius id videtur credidisse); secundaria

*) Scribit Maffeius 22 Mai. 1719 ad Gagliardium expectare se titulos ex Ravenna Mutina Mantua Brixia. Eundem d. 3 Sept. 1719 rogat, ut titulos quosdam sibi procuret ex domo Averoldiana, item ex Garda et Valle Camonica. Epistulae a. 1742—1744 ad Mazzuchellium complures pertinent ad titulum ex Brandico agri Brixiani vico in museum Veronense delatum; item data 2 Iun. 1748 ad titulum Bergimi dei ex Arco prope Tridentum adquisitum opera canonici Bozzi. Haec quo referenda sint, satis patet. De urbanis autem a Maffeio emptis nullum in his epistulis indicium repperi.

est Dionisii ipsius. Adsunt in schedis his inscriptiones pleraeque, quas edidit Dionisius, maxime in commentario sic inscripto: *apologetiche riflessioni sopra del fondamental privilegio a' canonici di Verona concesso dal vescovo Ratoldo. Vi s' aggiunge uno spicilegio . . . d'iscrizioni del museo Moscardi* (Veronae 1755. 8. pp. 62), item in altero, qui est anecdotorum Dionisianorum (*serie di aneddoti* Veronae. 4. I—VII. 1785—1799) sextus, *de' blandimenti funebri o sia delle acclamazioni sepolcrali cristiane* (Patavii 1794. 4.); sunt autem, ut esse solent, scripta exempla editis et puriora et auctiora. Primum locum tam in scriptis quam in editis obtinent tituli musei Moscardiani; sed insunt alii quoque, in his etiam petiti ex sylloge Feliciani. Reliqui commentarii a Dionisio editi ad inscriptiones non perveniunt.

XXIX. Comes Barth. Giuliari Veronensis (1761—1842) architectus nobilis etiam ad rem epigraphicam attendit. Adhibui eius et schedas quas scriptas mihi exhibuit nepos avo dignus meusque necessarius Bartholomaeus, et libellos editos ad amphitheatrum praesertim spectantes, quorum indicem reperies in indice auctorum.

XXX. Iosephus Venturi (1766—1841) praeter ea, quae indicavi c. XXIV agens de museo philharmonico commentariolumque *descrizione di un sotterraneo a S. Maria delle Stelle* (Veronae 1811 pp. 11; ed. 1 a. 1786 pp. 6 non vidi) in libro *compendio della storia sacra e profana di Verona* (ed. 2. 1825. 8. vol. I pp. 200. vol. 2 pp. 240; prior editio a. 1820 inscriptiones non habet) edidit quaedam per eos annos eruderata Veronae, sicut etiam in commentariis de museo tam editis quam manu scriptis extra ordinem quaedam attulit non inutilia. Plura habent schedae eius varii argumenti (bibl. publ. Veron. fasc. n. 100) perturbatae quidem nec faciles usu, sed non inutiles. Contra sylloge inscriptionum Veronensium et tractatus de magistratibus Veronensibus (bibl. ead. ms. hist. XCIX) non profuerunt.

XXXI. Ioh. Bapt. da Persico vel potius, qui vere librum conscripsit, abbas Santi Fontana in commentariis *descrizione di Verona e della sua provincia* (Veronae I. 1820 pp. 268. II. 1821. pp. 348) quamquam ad epigraphica non attendit nisi in transcursu, tamen plura dedit utilia diligens auctor rerumque patriarum peritissimus.

XXXII. Ioh. Hieronymus Orti comes de Manara (1803—1858) de antiquitatibus Veronensibus ab a. 1824 ad a. 1856 commentarios edidit numero, sed eo solo insignes, operose magis quam industrie confectos veraque doctrina plane destitutos; novit enim titulos ne Veronae quidem suae recte et plene. Indicem libellorum quos adhibui (vidi autem eius auctoris etiam reliquos) dedi in indice auctorum huic volumini praemisso. Ex schedis ipsius quae illatae sunt in bibliothecam publicam Veronensem (fasc. n. 2. 9.) vix quicquam subministraverunt; contra non spernendum fuit volumen (hist. n. XCIV), quo continentur monumenta et in suburbano Mongae et alibi per agrum Veronensem Ortio iubente delineata ab Iosepho Razzettio. — Lapides ab Ortio collecti iam depositi sunt in museo civico.

XXXIII. Museum civicum nuper institutum Veronae titulos habet adhuc paucos per urbem fere his ultimis annis repertos diversis locis temporibusque. Eidem aut destinat aut certe destinare se ait advocatus Smania collectos a se non paucos, maiore tamen ex parte non Veronenses origine, sed urbanos aut Aquileienses (cf. p. 83). Urbanorum, quos Smania possidet, habui plenum catalogum antequam Romam efferrentur ab Ioh. Bapt. Rossio confectum; in Aquileiensibus et Veronensibus secernendis quidam remanserunt originis dubiae. Reliqui autem et in his inter Veronenses, quorum de origine Aquileiensi nec certum testimonium suppeteret nec probabilis coniectura.

Verona quae aliis dicitur, Straboni est (4, 6, 8. 5, 1, 6) Οὐήρων; cives *Veronenses*, raro, ut n. 3412, *Veronienses*; liberti rei publicae *Veronii* (n. 3470. 3832). Raetorum et Euganeorum oppidum appellatur Plinio h. n. 3, 19, 130, quocum ea componenda sunt, quae capite sequenti observabuntur de sacris Raeticis pagi Arusnatium. Cenomanos Gallos locos tenuisse, 'ubi nunc Brixia ac Verona urbes sunt', Livius scribit 5, 35 itemque Iustinus 20, 5, 8 inter oppida a Gallis in Italia condita Veronam quoque recenset. Cenomanis Veronam tribuit etiam Ptolemaeus 3, 1, 31, neque aliam ob causam Veronensis Catullus (67, 34) Brixiam dicit Veronae suae matrem amatam, quam quod illa caput fuit gentis Cenomanorum. Coloniae deinde Latinae ius adepta lege Pompeia a. u. c. 665 (unde Veronam coloniam aliquando deductam esse a Cn. Pompeio scribit auctor panegyrici ad Constantinum Aug. 8, 1) cum reliquis Transpadanis oppidis ad municipii condicionem pervenit a. u. c. 705 lege Iulia. Municipii loco fuit imperantibus Flaviis, nam Plinius Veronam non inter colonias regionis decimae, sed inter oppida refert; coloniam cur Tacitus dicat (hist. 3, 8) in rebus gestis a. p. Chr. 69 enarrandis, nemo adhuc explicavit potestque in ea denominatione erravisse, ut erravit de colonia Augusta Vindelicum (vol. III p. 711). Tituli Veronam neque municipium appellant (nam *honores municipales* n. 3408 etiam coloniae conveniunt) neque coloniam, nisi quod in portae titulo scripto a. p. Chr. 265 n. 3329 dicitur *colonia Augusta nova Gallieniana*, ut hoc certum sit nisi ante habuit, certe tertio saeculo more eius aevi coloniae nomen Veronam accepisse. Borghesio (opp. 5, 269) visa est ius coloniae nomenque Augustae ab ipso Augusto traxisse; sed Plinii testimonium contrarium quomodo removeatur, non docuit. — Magna urbs dicitur et Martiali 14, 195 et Straboni 5, 1, 6, qui componit cum Mediolano, Patavio postponit, anteponit Brixiae reliquisque huius regionis oppidis; *copiis validam* appellat Tacitus hist. 3, 8, et Vespasiani duces cum eam possedissent, *in Veronensibus*, ait, *pretium fuit: exemplo opibusque partes iuvere.* — Magistratus reperiuntur *IIII viri iure dicundo* passim (n. 3364. 3366. 3376. 3400. 3401. 3413. 3432. 3450. 3938. 4006 cf. 3396. 3418), quorum officiales videntur esse *apparitores et limocincti tribunalis* cuiusdam eorum n. 3401; item *IIII viri aedilicia potestate* (n. 3388. 3401. 3427. 3451. 3938), cum rari sint *IIII viri* omissa determinatione (n. 3334. 3997). Tam quinquennales quam praefecti certi (cf. n. 3427) deficiunt. *Quaestores aerarii* (n. 3413. 3938) vel *quaestores* nude (n. 3376; alium dabimus in Brixianis) adsunt; quaestores alimentorum casu opinor nondum prodierunt. — Sacerdotes reperiuntur *pontifex* (n. 3334. 3364), *augur* (n. 3427. 3936), *salius* (v. in Brixianis), *flamen divi Augusti et Romae* (n. 3936) sive *flamen Romae et Aug(usti)* (n. 3376. 3420. 3427) sive *flamen Aug(usti)* ut dicitur n. 3341 is qui *primum Veronae creatus* est. Accedunt sacerdotes minores *Larum* compitalium *magistri* ingenui, *ministri* servi terni in titulo a. u. c. 753 dedicato n. 3257; *collegium dendrophorum* n. 3438; *sacerdos iuvenum* n. 3415, *sacerdos matris deum* femina n. 3438, *sacrorum Romaniensis* femina n. 3416, *sacraria* n. 3423. *Sexviri Augustales* vel *sexviri* nude (nusquam *Augustales* nude) passim reperiuntur, in his ingenui quidam (n. 3272. 3281 et 3295. 3386. 3389. 3397. 3409. 3422. 3437. 3440), item libertus tribui Publiliae adscriptus n. 3415, nisi erravit quadratarius. Notabimus item sexvirum n. 3404, propterea quod titulus scriptus videtur ipso Augusto vivo. Praeterea *sexvir Claudialis* nominatur n. 3430. 3433, *sexvir Cl(audialis) mai(or?)* n. 3438, *sexvir II Claudialis et Augustalis* n. 4008 (si quidem recte hunc rettulimus ad Veronam), *sexvir Augustalis et Neronien(sis?)*, qui in eodem titulo alibi dicitur *sexvir* simpliciter, n. 3429. — Opificum collegia Veronae parum honorata videntur fuisse. Certe *fabri* non nominantur nisi in uno titulo n. 3387, quem posuerunt *curatores instrumenti Veronae(ium?) ex numero colleg(ii) fabr(um)*, nec multo saepius inveniuntur *magistri collegii centonariorum* (n. 3413. 3439). De nautis Veronensibus consistentibus Arelicae infra dicendi locus erit. — Ex professionibus et artificiis notabiles sunt *grammaticus Latinus* n. 3433 aetatis Claudianae ornamentis decurionalibus honoratus, *architectus* n. 3464, *medicus ocularius* n. 3940, *medica* n. 3461, *calculator* n. 3384, *argentarius vascularius* n. 3428, *lintiones* n. 3217, *restiarius* n. 3466. Denique vigesimae hereditatium officinum regionis Transpadanae primariam sedem habuisse Veronae effici videtur ex n. 3351. — Tribum Veronensium fuisse Publiliam notum est nec opus exempla componere; scripturae *Pob.* pauca tantum offendi exempla (n. 3335. 3341. 3697. 3711. 3783. 3785). Adde tam Veronae quam in agro, exceptis scilicet magistratuum militumque titulis, rarissime (ut n. 3569. 3640) reperiri tribum rusticam alienam.

Iam videamus de territorio. Ad meridiem pervenisse id ad Padum inde constat, quod *Hostilia* ad Padum (Plin. h. n. 21, 12, 43; Tac. hist. 3, 9), mansio a Verona distans XXXIII (Peut.) vel XXX m. p. (itin. Ant. p. 282), unde pedibus ibant Mutinam et Bononiam (Anton.), navibus per Padum Ravennam (Peut.), hodieque Ostiglia, vicus dicitur Veronensium (Tacitus h. 3, 9 cf. 2, 100. 3, 14. 21. 40 et Plin. l. c.). Pauci tituli ibi reperti (n. 3245. 3721. 3758) cum nihil proprii habeant, cum Veronensibus contributi sunt. Inter Padum deinde et Athesim in locis, quas paludes Tartari fluminis nominat Tacitus (h. 3, 9), tituli plane deficiunt, ut non redeant orientem versus ante Stientam ad Padum et Villabonam et Badiam ad Athesim, de quibus supra p. 236 egimus, ad occidentem autem compareant inde a Gazzo (n. 3412. 3613. 3655. 3861) Correzzo (n. 3570) Cerea (3241. 3242. 3369. 3403. 3809. 3842*a*. 3878) Legnago (n. 3381. 3605), quorum titulorum qui tribum officiaque publica habent, Veronensium ponunt (n. 3381. 3403. 3412. 3570). Reperiuntur deinde tituli in planitie inter Veronam Mantuamque non ita multi, nimirum in vicis Campalano, Filigare, S. Pietro di Morubio, Roverchiara, Isola Porcarizza, Ronco, Isola della Scala, Trivenzuolo, Villafontana, Caselle, Volone, Zevio, S. Maria di Zevio, Vigasio, Nogarole, Mozzecane, Castel d'Azzano, Povegliano, Villafranca, Valeggio, Sommacampagna, S. Lucia. Fines inter Veronenses et Mantuanos ubi fuerint, tituli non satis declarant, cum praesertim ex locis a Mantua propius remotis nullos habeamus; reperti in pagis supra nominatis non habent nisi Veronensia, ut n. 3366. 3415, sunt autem privati omnes, sacri pauci, plurimi sepulcrales. Nos ad Mincium substitimus, quae in sinistra ripa eius inventa sunt seorsum propositurі. — Deinde ubi nos convertimus ad ripam Athesis sinistram, cum Atestinorum territorium secundum supra (p. 240) demonstrata ad Porcile usque excurrat et Lobiam, hoc loco ut certum est terminum fuisse inter Atestinos et Vicetinos, ita probabile trifinium adeo fuisse inter hos duos populos et Veronenses; nam quidquid inde reperitur occidentem versus, his videtur attribuendum esse. Quo pertinent tituli reperti in vicis S. Bonifatii, Villanova, Villabella, Soave, Caldiero, Colognolae Montecchia di Crosara, Cazzano, Illasi, Celore d'Illasi, Tregnagi, deinde Montorienses et per proximos pagos Lavagno, Marcelise, Mezzane di sotto, Mizzole, Pigozzo, S. Maria delle Stelle dispersi, ut mittam eruderatos in ipsis suburbanis Veronensium. Quidquid in his adest rei publicae indicia certa subministrans, Veronam spectat; ut n. 3282 Villanovensis, quoniam idem homo nominatur in n. 3302 Mezzanensi, ut Colognolensis n. 3341. Ex his Caldierenses tituli (n. 3372. 3696. 3702) et numero pauci sunt neque quicquam continent, quo fuisse ibi thermas ea aetate confirmes; nam n. 3344 Caldiero tribuitur fraude, ut mittam titulos inde prolatos ficticios. Primum autem locum obtinent in his partibus Colognolenses; nam Colognolae non solum reperti sunt praeter sepulcrales sacri multi numinum diversorum (n. 3217. 3224. 3261. 3265. 3266. 3268. 3300. 3314. 3317. 3321), sed cum habeamus inde titulum sacrum cum formula *loci dati publice* (n. 3217) alteramque honorariam n. 3341 civi dedicatum a plebe Veronensi, ibi aedes sacra fuerit necesse est ab ipsa re publica Veronensium facta. Illasienses et Montorienses item numero multi ostendunt hanc regionem ut nunc ita olim multos ditesque incolas habuisse; sed nihil habent publicum vel quasi publicum, nisi fortasse duo tituli Montorienses n. 3310. 3311 cum quinis nominibus ingenuorum nude recto casu positis ad tale quid spectaverunt. Spelaeum quod adhuc superest in pago S. Mariae Stellarum (n. 3318) omnino privatum fuit. Post Grezzanam Romagnanum Tregnagum tituli deficiunt neque ex late patente regione hac praeter dubium n. 3750 habemus adhuc nisi unicum titulum n. 3349 repertum ad S. Vitalis in Arco. — Quae sequuntur ad occidentem inscriptiones vallis Policellae plurimae et memorabiles praeter suburbanas, scilicet inventas in pagis Quinzano Parona Nassar Arbizzano Corubbio Pescantina Arcè, separavimus; nam quamquam certum est haec pertica Veronensium comprehensa fuisse neque quicquam ibi reperitur quod ad rem publicam spectet nec sit Veronense, tamen quae ad sacra pertinent ita comparata sunt, ut seorsum proponenda esse videantur. — Separavimus item quae prodierunt in ripa orientali Benaci ad Athesin usque. — De pagis Veronensium, qui ubi fuerint constat, Arelicensium Arusnatium Claudiensium cum suis locis egerimus, *pagum Verat(ianum?)* n. 3249 non habemus quo referamus.

3217 Colignolae *al piano in S. Maria de la chasa da Lara in uno gradilo* GAMM. *Tutti i tre pezzi sono in linea seguente e servono di primo gradino nel presbiterio della Pieve vecchia* PEVERELLI. *Nell' aja del cammino della casa del rettore* vidit prioris exempli partem extremam *c* BERTOLDI. Posterioris pars *b* extat ibidem in hortis Nichesolae.

I. *a* *b* *c*

L·POSTVMIVS·FAC|ILIS·T·KAREIVS·VALENS·LINTIONES·APOLL·D·P·S·D·L·D·P

II. *a* *b*

|VS·FACILIS·LINTIONES·AP|OLL·D·P·S·D·L·D·P

Ego vidi II *b*. — Titulum n. I habet Antiquus, scilicet Felicianus n. 136; Marcanova Mut. f. 127' agri n. 46 (inde Sirmondus cod. 1413 n. 92); Ferrarinus f. 26; Redianus f. 63' n. 22; Gammarus f. Trev. 3; Lilius f. 45; Iucundus f. 195 n. 83; Sanatus f. 73'; Apianus 330, 4; Sarayna Lat. f. 51', Ital. f. 73' (inde Panvinius p. 222; Grut. 38, 15 e Sarayna et schedis Panvinii). Denuo ex lapide Manutius cod. 5235 f. 5, qui habet et I et II totam; Palermus p. 49, qui non habet nisi n. I, eodemque exemplo Velseriana f. 4'. 3; Peverellius (ms. et apud Ortium *gente Sertor.* p. 57), qui refert I, *a. c.* et II *b*; Bertoldi, qui vidit I *c* et II *b*.

V. 1. dabo integram quinque primorum ex antiquis, Manutii, Palermi, Peverellii, Bertoldi. — '*Solo in una riga*' adscripserunt Gamm. Lil.; 'uno versu oblongo' Pal.; vide supra Peverelliana. — I FACILIS Ant. Man., DOCILIS Pal., |ILIS Pever., LIS Bert. — T·V·KAREIVS Pever., T·V·KAREIVS Redianus, T·V· (om. KAREIVS) Manut., decepti opinor puncti forma. — LINTIONES plerique, LINTIONE/ Manut., LVTIONES Iuc., LINTEONES Panvin. — II |OLL Pever., ATQV pro APOLL Man. — D·P om. Man.

L. Postumius Facilis T. Kareius Valens lintiones Apoll(ini) d(e) p(ecunia) s(ua) d(ederunt), l(oco) d(ato) p(ublice).

3218 basis, rep. quarto a Verona lapide *nella chiesa di S. Maria Bonalbergo*, deinde in museo Moscardiano MOSCARDUS. Inde ab a. 1817 prostat in philharmonico. — In pago S. Mariae *delle Stelle* repertam esse scribunt VENTURI et SIAUVE; eiusmodi titulum adhuc extare in pago S. Mariae *delle Stelle* PERSICO 2, 145; puto falli omnes, certe Persicum.

BONO

EVENTO

Contuli. Habent Moscardo *stor.* (1668) p. 24, mus. p. 377; Mur. ms. at 92, 1 ex schedis suis (inde Orelli 1783); Dionisi f. 10; Venturi *descr. di un sotterraneo* p. 8; Siauve in epistula ad Viscontium (cod. Paris. Visc. 7 f. 311); Osann p. 550. Temere damnat Maffeius ars crit. p. 196.

3219 Nesentii apud Iohannem Baptistam Marinam.

DIS
DEABVS
Q · SAMICIVS
SVCCESSVS
VIX · VNQVAM
V · S · L · M

Velseriana f. 7.

Idem Successus dedicavit titulum n. 3998.

3220 Veronae in ecclesia S. Caeciliae sub altari ANTIQVVS; in ecclesia S. Caeciliae sub altari S. Donati SARAYNA et similiter MANUTIUS; in aedibus Francisci Iudiae medici VELSERIANA. Deinde in museo philharmonico n. 84.

DEO · AVG
T · LAPPON
DOMITIA
CASSIA
V S L M
L D D D

Contuli. Habent Antiquus (Felicianus n. 59; Marcanova Mut. f. 121 n. 54; Ferrarinus f. 14'; Iucundus f. 192 n. 53; Apianus 329, 4, inde Grut. 88, 11); Sarayna apud Pacedianum ms. et Lat. f. 46', Ital. f. 76' (inde Panvinius p. 223; Carotus f. A'; Grut. 17, 11 ex Sarayna); Manutius cod. 5235 f. 2 et cod. 5251 f. 63'; Velseriana f. 5'; Lisca et Cozza p. 242; Maffei M. V. 95, 3 (inde Orelli 609. 1801).

2 mihi est mariti nomen praepositum nomini uxoris. — Versuum divisionem praeter recentiores servat Marcanova.

3221 ara litteris bonis. Veronae in domo iureconsulti Gaspari de Malcesino FELIC. MARCAN.; *in la contrata de S. Pietro in Cariana in una casa verso la mura de la citadella* GAMM. LIL. similiterque RED.; in vico D. Euphemiae SARAYNA; in hortis Giusti LISCA BIANCH. Deinde in museo philharmonico n. 464. — Inter Dacicas errore rettulit FRIDVALSZKY n. 5, unde Albae Iuliae collocat SEIVERT n. 234.

DEO · MAG
NO · AETERN
L · STATIVS · DI
corona ODORVS · QVOT *palma*
SE · PRECIBVS
COMPOTEM
FECISSET
V · S · L · M

Contuli. Habent antiqui Cyriacus Tarv. f. 89 n. 2; Felicianus n. 72; Marcanova Mut. f. 122 n. 67; Ferrarinus f. 16; Redianus f. 64 n. 25; Gammarus f. 118; Lilius f. 37'; Iucundus f. 64 n. 11; Apianus 327, 2; deinde Sarayna apud Pacedianum ms. et Lat. f. 49; Panvinius in add. ms. ad Saraynam f. 49', ed. p. 222 (inde Grut. 17, 7 ex Sarayna et Sculteti schedis); Symeoni obs. p. 91, epit. p. 98 (inde et ex Apiano Smet. 148, 3); Ligorius ms. Taur. 18; Lisca et Cozza p. 240; Bianchini apud Fabrettium 564, 104 et cod. ms. bibl. capit. n. 353 f. 32, qui vidit a. 1705; Maffei Ver. p. 63 inscr. n. 41 (inde Mur. 106, 6), M. V. 178, ubi aere expressit; Venturi *stor.* I, 34 cum tabula; Orelli 2141.

3222 cippus magnus iisdem litteris et a fronte et a tergo scriptus GAUT.; hodie altera pars latet. Veronae *trovata 1595 cavandosi una cantina vicina alle ruine dell' anfiteatro nella casa di Antonio Ferrarese pittore* CANOBIO apud Zagatam *stor. di Ver.* 2. 2, 314; *trovata da Federico Ceruti nell' anfiteatro nella congerie di quelle materie, che hanno sepolto gran parte del primo ordine* MOROSINI 1598; effossa 1599 ad amphitheatrum GAUT.; apud Federicum Cerutum CANOBIO PALERM. Deinde in museo philharmonico LISCA et ARLIQUI; est n. 196.

NOMINE
Q · DOMITI ALPINI
LICINIA · MATER
SIGNVM · DIANAE · ET · VENATIONEM
ET · SALIENTES T · F · I

Contuli. Habent Morosini in itin. a. 1598 p. 53; Grut. 39, 6 e Velseri schedis eodemque exemplo Scaliger cod. Lugd. 61 f. 173; Velseriana f. 6; Palermus Plin. p. 50; Pignoria in add. ms. ad Grut. cod. Lugd. Papenbr. 6 f. 100; Lisca et Cozza p. 238; Maffei Ver. 4, 76, M. V. 125, 5 (inde Mur. 123, 1; Orelli 2514); Orti *gente Sertor.* p. 62.

3223 Veronae in museo philharmonico n. 550. De origine non constat, nec tamen videtur urbana.

DIANAE
CONSERVATRIC
PRO SALVTE C IO!!!!ANI N
COS FLAMIN AVG PRO · COS
PONTIF SODALIS
AVRELIANI · ANTONINIAN
HOSIVS · LIB V S L M

Contuli. Maffei M. V. 81, 8 (inde Donat. 21, 10; Orelli 2378).

3 fuit opinor CL · POMPEIANI · N(*epoti*), ut intellegatur non Ti. Claudius Pompeianus cos. II 175 gener imp. Marci, cuius memoria illaesa mansit, sed filius eius Ti. Claudius Pompeianus cos. 209 ad mortem actus a Caracalla (vita Carac. 3; Borghesi opp. 3, 124. 5, 443).

3224 basis quadrata tribus lateribus inscripta et insculpta. Coliguolae in monte in S. Nicolai sub concha aquae sanctae ANTIQUUS, item PALERMUS in add. ms. ad Saraynam; postea adscripsit idem 'nunc Veronae in atrio aedium mearum'. In hortis Sacromosiorum LISCA. Nunc in museo philharmonico

in latere:	*in antica:*	*in latere:*
SEX · IVEN · SVAVIS	DIANAS LVCIF	LVNAS
vir pateram tenens	*Diana cum cane*	*Luna stans cum velo supra caput*

Contuli. Habent Felicianus n. 135; Marcanova Mut. f. 127' agri n. 45 (inde Sirmondus cod. 1418 n. 15); Ferrarinus f. 26; Redianus f. 67' n. 76; cod. Gud. 253 f. 19'; Gammarus f. 110; Lilius f. 145'; Iucundus f. 195 n. 85; Sarayna Lat. f. 57', Ital. f. 74 (inde Panvinius p. 222; Grut. 41, 3 ex Sarayna et Panvinianis, adhibitis item in ed. 2 Marcanovanis Sirmondi); Manutius orth. 450, 1; Donius app. 4 ex ms. ant.; Gud. 30, 8; Fabretti 659, 159; Mur. 37, 5 ex Brembati schedis (id est ex Lilio) et Donio; hi omnes eodem exemplo. Denuo ex lapide Lisca et Cozza in tabula F; Maffei M. V. 69, 4 item aere expressam; Orti *gente Sertor.* p. 53. — Eadem est sine dubio, quam sic citat Breval 2, 120: DIANAE · AVG . . . .

SVAVI*l* hodie cernitur; SVAVIS antiqui.

3225 Veronae nuperrime rep. pone viam q. d. *via nuova* ANT. NN 1864; extat in museo municipali.

DITI · PATRI
SACRVM
C · IVLIVS
ANTEROS
V · S · L · M

Descripsi. Habui item a Brunnio aliisque.

3226 magna basis rotunda, rep. Veronae 2 Febr. 1851, cum pons factus est viae ferratae super Athesim SEIDL. Extat in museo municipali.

FORTVNAE · CASSIA · P · F · MARCELLA · V · S · L · M

Descripsi. Ed. Seidl *Archiv österr. Geschichtsquellen* 13 (1854), 140.

3227 Veronae in museo philharmonico n. 88.

/ELIA SACR
FRVGIBVS ET
FEMINIS

Contuli. Maffei M. V. 88, 2 (inde Donat. 58, 1).

1 in. potest deesse littera, sed non plus una. A dextra sinistraque lapis videtur integer esse.

3228 parva ara Veronae in theatro et reperta et servata.

C · VINDIVS · C
PRISCVS
HERCVLI
V · S · L · M

Descripsi.

3229 Veronae rep. in theatro et ibi servata.

ISIDI · AVG
M · ATILIVS
ATILIANVS
sex vir AVG

Descripsi.

3230 Veronae in museo philharmonico n. 145.

L · VERONIVS
CALAIS
ISIDI
V·S·L·M

Contuli. Maffei M. V. 84, 1 (inde Donat. 42, 1); Orti *ant. mon. alle Stelle* (1848) p. 99.

3231 Veronae rep. ad portam S. Stephani, deinde apud Persicum.

ISIDI · REGIN
· · · · · · ·

Persico *descr. di Verona* 2, 87. 114.

3232 Veronae ad portam S. Stephani rep., deinde apud Ioh. Bapt. Ferruzzium.

ISIDI · REGIN
IOVI·SOLI·SERAPIDI

Persico *descr. di Verona* 2 (1822), 87. 114.
Vv. divisio incerta.

3233 Veronae apud aedem S. Andreae in domo Trivellorum SAR.; *andar su da i gesuati per la via del ponte* CAROT.; in aedibus comitis Herculis Iustorum VELSER.; *dans la maison de compagne du comte Giusti Nicolò* SIAUVE; in villa Vendri olim comitis Giusti, nunc Thomae Cazzolae ORTI. Adhuc in eadem, quae hodie est Benedicti Tommasi.

IVN · LVN
REG · SACR
P · VITVLLIVS
PHILOLOGVS
5 VI·VIR·AVG
IMPERIO

Contuli. Habet Sarayna apud Pacedianum ms. et Lat. f. 49', Ital. f. 63 (inde Panvinius p. 222; Carotus f. H; Grut. 25, 8 per Scultetum ex Onufrii schedis). Denuo ex lapide Velseriana f. 7; Siauve in epistula ad Viscontium 8 Sept. 1811 (cod. Paris. Viscont. 7 f. 311); Orti *ant. mon. alle Stelle* (1848) p. 39 tab. 2 n. 3.

3234 Veronae apud Polycarpum Palermum VELSER. PAL.; in hortis Sacromosiorum LISCA. Nunc in museo philharmonico n. 81.

in latere: *instrumenta ad sacrificium*

IVNONIS
scrofa
SACR

Contuli; latera hodie latent. Habent Velseriana f. 7; Palermus p. 49 (inde Reines. 1, 32); Lisca et Cozza tab. E *e* aere expressam; Maffei M. V. 69, 3 item aere expressam.
1 IVNONIB dedi, cum Iunones saepius reperiantur sic quam Iuno sine cognomine.

3235 Veronae in museo philharmonico MAFFEIVS, sed vereor ne in loco errarit; certe ibi eam vidit alius nemo.

IVNONIS
SACRVM
AMERYLLVS

Maffei M. V. 86, 1 (inde Donat. 13, 8).

3236 Veronae in museo Moscardiano.

IVNONIBVS
M · CAESIVS
M·F·C·CAESIVS
FRATRES
5 V S L M

Moscardo *stor.* 1668 p. 24, mus. 1672 p. 386; Fabrett. 695, 161 a Bianchinio; Mur. ms.; Dionisi f. 13'; Clemens Biagi misit Lamio (bibl. Riccard. epist. ad Lamium vol. 3); inde *Nov. Fior.* 1769, 343; ex his Donat. 466, 6).
3 G·CESIVS Mosc. mus. — 4 FRATRIS Mosc. stor. — 5 om. Fabr.

3237 *era in una muraglia di fabbricato rusticale di ragion Piatti presso la ch. di Pigozzo nel Veronese, ora in casa Bevilacqua Lacise in Verona al n. 2921* [*alla Colombo*] VENTVRI. Frustra quaesivi.

patera
IVNONI[?]A
MATRONI

Venturi ms. eodemque exemplo Persico *descr.* 2, 280.

3238 *Mezzane di sotto* in maceria Bernardi Covolae.

IVNONIB
AVG
SACRVM

Manutius cod. 5235 f. 6.

3239 Veronae in hortis Giusti LISCA BIANCH. MAFF. ibidemque adhuc.

IVNONIBVS
AVG
L·LICINIVS·HYMNVS
VI VIR
5 V · S · L · M

Descripsi. Habent Lisca et Cozza p. 240 (inde Spon. misc. p. 83); Bianchini cod. bibl. capit. 353 f. 31; Maffei M. V. 189, 3 (inde Donat. 12, 10); Vallarsi *realtà delle sacre antiche iscrizioni* (1763) p. 257; Orti *giard. Giusti* p. 38.

3240 Veronae apud pontem lapidis (= *Ponte della Pietra*) in muro illorum de Ionis SAR.; similiter MANUTIUS. Deinde apud Federicum Ceratum VELSER.; in museo philharmonico LISCA, ubi nunc est n. 125.

IVNONIBVS
AVG·SAC
METELLA IDE NOMINE
SVO · ET
5 T FLAVI NERMETIS
VIRI · SVI
D D

Contuli. Habent Sarayna Lat. f. 28. 48, Ital. f. 32. 76' (inde Panvinius p. 224; Carotus f. B; Smet. 147, 26 ex Sarayna; Grut. 24, 4 ex Sarayna et Panvinianis); Manutius cod. 5235 f. 7; Velseriana f. 6; Lisca et Cozza p. 237; Maffei M. V. 86, 2; Orti *epigr. dedicata alla Tutela* (1826) p. 10.
3 METELLA lapis potius quam METELIA.

3241 Cereiae apud Ioh. Andr. Alcenagum.

IOVI
P · PERCENnius
SABINVS · Vet
COH·II·PRAEtor
5 V·S·L·M

Servavit Palermus apud Grut. 1064, 2 (cui se misisse scribit ipse Palermus) per Ceratum et in Velserianis f. 4 et Plin. p. 49 (inde Lisca et Cozza p. 243).
3 V . . . Grut., VET reliqui.

3242 Cereiae in angulo aediculae S. Zenonis PAL. GRUT. Deinde Veronae in museo philharmonico n. 80.

IOVI
IVNONI
MINERVAE
LVA · VSLM

Contuli. Habent Palermus apud Grut. 1063, 3 (cui se misisse scribit Palermus ipse) per Ceratum et in Velserianis f. 4 et Plin. p. 49 (inde Lisca et Cozza p. 243); Maffei Ver. p. 122 inscr. n. 35, M. V. 80, 1 (inde Orelli 1278).
4 et LVA et IVA legi posse mihi visum est; puto tribus his litteris significari eum qui dedicat.

3243 Quinti in ecclesia S. Cassiani in turri campanaria antea, deinde Veronae in monasterio S. Silvestri, ubi moniales titulum posuerant primum super aquaeductum, nuper inde extractum prope portam monasterii collocarunt BIANCOLINI. Frustra indagavimus ORTI (*ant. mon. alle Stelle* p. 19) et EGO.

IOVI
CONSERVAT·PRO·SALVTS
P·POMPONII
CORNELIANI·ET·IVLIAE
MAGIA*e*·EIVS·ET·IVI
IANI ET *mapiani f.*
. . . .

Servavit Biancolini *notizie stor. delle chiese di Verona* 3 (1750), 6.

Emendavi ad n. 3318, ubi vide. — 1 malim I·O·M; cf. n. 3254. — 3 POMPONY, 5. 6 MAGIALEVS ET IVI|IANVS·ET ... traduntur.

3244 Veronae in hortis Giusti fuit iam tempore LISCAE ibidemque est adhuc; errore scribit ORTI repertum esse in ipsis hortis prope labyrinthum a. demum 1790.

I·O·M·SAC
mi

Descripsi. Ed. Lisca et Cozza p. 240; Orti *giard. Giusti* (1835) p. 37.

3245 nuper rep. inter Governolo et Ostiglia.

I·O·M·S

Volta Mantuanus in schedis.

3246 basis nuper cura mea effossa in coemeterio S. Petri de Morubio Ruperclavae dicionis DION. (ms.). Deinde Veronae apud Dionisium DION. (ed.).

IOVI O M
VS L M

Dionisi ms. f. 7, *apolog. rifless.* (1755) p. 51.

3247 Veronae in aedibus Orti.

I·O·M
L·SÆTVTVS

Descripsi.

3248 Lavanei in pariete domus annexae aediculae inferiori ad montis radices constitutae PAL.

I · O · M
patera
infulatus
P·FALERIVS·P·F·COS

Servavit Palermus apud Grut. 1063, 8, cui misit Cerutus; et in cod. Velseriano f. 4 et Plin. p. 49. 67. Ortius *Val. Nasone* (1836) p. 16 praeter edita citat schedas Peverelli, apud quem ego non repperi; ex Iucundi libro ms. edere se simulat Asquini *lap. di Giulio Carnico* (Mediolani 1834) p. 10.

2 FALERVS Pal. 49, VALERIVS Peverellius secundum Ortium. — P·F Grut. Pal. 67, L·F Pal. 49 Velser.

3249 Veronae in bibliotheca capitulari. De origine non constat.

I O M
C·GAVIVS·C·F
POB·VALERIANVS
SQ P
PAGAN VERAT
D D

Descripsi.

3250 Varani prope Nogarolo rep., deinde Veronae apud Ignatium Bevilacqua Lazise PERSICO. Nunc ibi in aedibus Gazzola.

I O M
PRO SALVTE C
IVL · NOBILIANI
7·LEG·XVI·FL·FIR
C·IVL·LVCILIAN
FRATER
V · S · L · M

Descripsi. Ed. Persico *descr. di Verona* 2 (1821), 248. 346; Orti *antichità di Garda* (1836) p. 10 et *ant. mon. alle Stelle* p. 70.

3251 Montorii in S. Fuventio (Fidentio SAR.) sub altari ANTIQUUS, item SARAYNA. Ibidem adhuc, scilicet prope vicum Gazzoldi-Novaglie in ecclesia S. Fidentii.

I·O·M
P·OCTAVIVS
PATROBIVS·ET
ATTIA·MOSCHIS·ET
P·OCTAVIVS
ATTIANVS
IMPER

Contuli. Habet Antiquus, scilicet Felicianus Tarv. f. 219 et in syll. n. 131; Marcanova Mut. f. 127 agri n. 42; Ferrarinus f. 25' (inde opinor Manutius orth. 88, 13; ex hoc Ligorius ms. Taur. 18); Sarayna Lat. f. 44, Ital. f. 74' (inde Panvinius p. 222; Grut. 16, 4 ex ms. Panvinii et Sarayna).

3 PATROCLVS Panvinius ex interpolatione.

3252 *Mezzane di sotto* ad ecclesiam rep. a. 1565 MANUT. Mezzane prope Illasium in macerie Trezzae, deinde Veronae apud Ortium ORTI.

IOVI
O·M
P·M

Contuli. Habent Manutius cod. 5235 f. 6; Orti *antica lapida medita* (Veronae 1834) p. 5.

3253 Veronae in museo Moscardiorum MOSC. et REL. Inde ab a. 1817 in philharmonico.

I·O·M
G · SAMVCIN
TERTVS·PRO
patera SS·ET·SVIS *culter*
V·S L·M

Contuli. Habent Moscardo *stor.* 1668 p. 23, mus. 1672 p. 387 (inde opinor Fabrett. 44, 377); Mur. ms.; Maffei M. V. 189, 1 (inde Donat. 3, 6) Dionisi f. 10; Osann p. 549.

3254 prope Veronam nuper rep. MAFFEI, fortasse ad pagum S. Mariae *alle Stelle*, ubi constat villam habuisse Cornelianum. Deinde Veronae in museo Moscardiano, unde venit a. 1817 in philharmonicum. *Messa dal Maffei come se fosse nel museo lapidario, benchè non vi sia venuta che adesso* VENTURI 1817.

I O M
CONSIRVATOR
P·POMPONIVS
CORNELIANVS
CONSVLARIS
CVSATOR
R R R V M
PVRLICARVM

Contuli. Habent Maffei *ric. istor.* (1719) p. 75 (denuo apud Sambucam Cenoman. p. 43) et Ver. p. 178 inscr. n. 46 et M. V. 79, 4 (inde Orelli 3904); Orti *antico monumento alle Stelle* (1848) p. 14 tab. 2 n. 4.

Infra fractum lapidem dicit Borghesius (apud Ortium l. c. p. 17) non recte. P. Pomponium Cornelianum, qui item nominatur in titulis n. 3243. 3318, scribit idem (apud eundem p. 64) esse posse consulem ordinarium a. 237 Cornelianum, quamqaam alii quoque Corneliani ea aetate noti sint eodem iure in illum locum admittendi.

3255 Veronae in aedibus Federici Ceruti VELSER; in museo philharmonico LISCA et REL. sub n. 76.

IOVI
SANCTO
CASSIA
C·F
IVSTA·
V·S·L·M·

Contuli. Habent Velserianu f. 5; Lisca et Cozza p. 237; Maffei M. V. 79, 2 (inde Donat. 2, 5).

3256 arula fastigiata originis incertae; extat Veronae apud Smaniam.

·IOVI·
SVMMAM
T·CAECILI
·VS·
SEXTIO

Descripsi.

3257 Veronae in regione Columbae, ubi dicitur curia pauperum FELIC. MARCAN. similiterque ANTIQUI RELIQUI; in ostio curiae pauperum SARAYNA.

MAGISTRI
M · LICINIVS · M · F · PVSILLIO
SEX · VIPSANIVS · M · F · CLEMENS
Q · CASSIVS · C · F · NIGER
MINISTRI
BLANDVS · C · AFINI · ASCLAE · SER
MVRRANVS · P · CLODI · TVRPIONIS · SER
AVCTVS · M · FABRICI · HILARI · SER
COMPITVM · REFECERVNT · TECTVM
PARIETES · ALLEVARVNT · VALVAS
LIMEN · DE · SVA · PECVNIA · LARIBVS · DANT
COSSO · CORNELIO · LENTVLO · L · PISONE a. u. c. 753
AVGVRE · COS

Servavit Antiquus. Habent Cyriacus cod. Tarv. f. 91 n. 8; Felicianus n. 81; Marcanova Mut. f. 122' n. 75; Ferrarinus f. 18; Redianus f. 63' n. 21; Gammarus f. 120; Lilius f. 31; Iucundus f. 64 n. 8; Apianus 328, 1. 2; Sarayna apud Pacedianum ms. f. 38' et Choleram f. 121 et Lat. f. 48, Ital. f. 79 (inde Panvinius p. 227 collatis corrigendis; Carotus f. D; Tinto p. 151; Smet. 144, 4 ex Sarayna; Grut. 107, 1 e Sarayna et Sculteti schedis). Praeterea extrema DE · SVA · PECVNIA . . . COS insunt in centone ex titulis tribus n. 3344 et 389* et hoc effecto, quem habet Sarayna Lat. f. 44, Ital. f. 72'; vide ad n. 389*.

Variam lectionem dabo Cyriaci Feliciani Marcanovae Rediani Gammari Lilii Choleri Pacediani Saraynae. In vv. div. consentiunt Gamm. Lat. Sar. (Ital.). — 1 MAGISTRI Lil. — 2 PVSILIO Iuc. Lil. Pac. Chol. Sar. — 3 VISPANIVS Lil. Chol. Sar. (em. Palermus). — 6 PLANDVS Chol. — AFFINI Iuc. Chol. — ASCLAES Gamm. — 7 MVRANVS Marcan. Iuc. Chol. — CLODII Chol. — 8 om. Pac. — FABRICII Chol. — 9 COMVITVM Sar. (Lat., non Ital.). — 10 ALEVARVNT Sar. — 11 LARIBVS Felic. Marcan. — 12 CORNELLIO Gamm. — 13 COSS Chol.

3258 Veronae in aedibus Petri Pauli Peregrini GRUT.; apud Caesarem Nichesolam VELSER.; in domo Cerutorum LISCA. Ex domo Cerutorum in museo Moscardiano MOSC.

LARIBV|s augustis pro salute
IMP · CAESAR|is divi hadriani f. divi traiani
PARTHICI · NE|p divi nervae pron. antonini aug. pii
ARDICVLAM|
M · SEIVS · M · F · FI|
OPVS · PROBA|verunt

Grut. 1160, 12 a Ceruto; Velseriana f. 6. 10; Lisca et Cozza p. 241; Moscardo mus. 1672 p. 325; Vallarsi f. 14'; Clemens Biagi misit Lamio (Bibl. Riccard. epist. ad Lamium vol. 8; inde *Nov. Fior.* 1769, 343; ex his Donat. 466, 7). Temere damnat Maffei art. crit. p. 196.

1 LARIBVS Lisca Mosc. — 3 PARTICI Lisca Mosc. — 5 in. M om. Lisca. — M.FI (om. F) Mosc. — 6 OPV Mosc.

3259 Veronae *a S. Maria de la Scala dentro* GAMM. similiterque ANTIQUI RELIQUI. Deinde in aedibus Francisci Indiae medici VELSERIANA; in museo philharmonico n. 103. — Sirmione SIRMONDUS (inde GRUT. LABUS ORTI) contra auctorem Marcanovam.

LARIBVS
AGVSTO sic
RVM · DO
MINORV
M NOSTRO
RVM ET CA sic
SARVM

Contuli. Habent Felicianus n. 82; Marcanova Mut. f. 122' n. 73 (inde Sirmondus cod. 1418 n. 33 et per Sirmondum Grut. 1074, 14 collatis em. Fabrettii); Ferrarinus f. 18; Redianus f. 83 n. 12; Gammarus f. 124; Lilius f. 34; deinde Velseriana f. 5'; Maffei M. V. 104, 3; Labus *marmi Bresc.* p. 94 n. 135; Orti *Sirmione* p. 80.

Veram vv. divisionem ex antiquis unus servat Gammarus. — 2 ACVSTORVM unus Red., AVGVSTORVM reliqui. — 7 CASARVM Felic. (Marcian. m. 1) Marcan. Gamm. Lil., CASVRVM Red., CAESARVM Felic. (Marcian. m. 2 et Veron.) Ferrar. Vels. Maff.

3260 Veronae in ecclesia S. Nazarii ANTIQUUS. — Fabricae in ecclesia S. Nazarii LIGOR. (errore inde orto, quod 'in fabrica S. Nazarii' praescribit Marcanova); Fabricae in agro Falisco GUD. in ed. 2 Gruteri.

SACRVM
LIBERO
pampini
M · LVTARIVS
VERVS
ET · NOVELLIA
ↄ · LIBERTA
VERA
VOTO · SOLVTO

Servavit Antiquus. Habent Felicianus n. 87; Marcanova Mut. f. 123 n. 79 (inde Sirmondus cod. 1418 n. 21; Grut. 1069, 7 ex Sirmondi Marcanovanis); Ferrarinus f. 18' (in cod. Reg. bis dat plenam n. 92, imperfectam n. 128; imperfectam hoc exemplum, scilicet SACR · LIBERO · P, expressit Mur. 40, 8 ex schedis Capponiis). Inde Ligorius cod. Vat. 3439 f. 133; ex hoc Panvinius cod. Vat. 6035 f. 3.

Vv. ordinem observant Felic. Marcan. — 2 P post LIBERO adiecit Ferrar. (Reg. utroque exemplo, non Trai.). — 6 ↄ adieci.

3261 Cologunlae *alla pieve* PEV.; *nel muro di cinto avanti la chiesa della pieve* BERT.

MARTI

Peverelli ms. in schedula solitaria (inde Venturi ms.; Orti *gente Sertoria* p. 81); Bertoldi descripsit.

APTI Bert.

3262 Illasi in moenibus castelli vetusti.

P · FIRMINVS · MARTIBVS · L · P · A ·
C · N · Q · A · ONESIMIANO · V · S · L · M ·

Contuli diligenter scalis admotis. Habent Macei ms. 1, 325; Peverelli ms. f. 76; Persico *descr. di Verona* 2, 295.

Notas non intellego.

3263 Terniaci [Tregnago] in ecclesia ad concham aquae sacrae ANT. Treniaci MAFF.

MARTI · AVG
MARCIANVS
SEVERVS
V · S · L · M

Duo exempla extant antiquum (Felicianus cod. Tarvis. f. 220 et in syll. n. 133; Marcanova Mut. f. 127' agri n. 44; inde Sirmondus cod. 1418 n. 20 et ex Sirmondo Grut. 1068, 9; Ferrarinus f. 26) et Maffeianum M. V. 191, 9 (inde Donat. 24, 10).

In vv. div. consentiunt Marcan. Maff. — 1 MARTI Felic. Marcan. — 2 MARTIANVS Ant. — 3 post SEVERVS add. SIBI · F Antiquus; delevit Grut. coniectura (nam habet Sirm.) et qui emendavit Feliciani librum Veronensem; abest a Maffeio.

3264 Marzanae *nella casa detta il castello del Ferroni* TORRI et EGO.

MATRONAR sic
VALERIA
NEMPSIS
V · S · L · M

Contuli. Alex. Torri a. 1811 misit Bordae Mediolanensi (bibl. munic. Veron. fasc. 109); Persico *descr.* 2, 145. 279 eodem exemplo.

3265. 3266 Cologunlae fortasse rep., nunc in vico S. Bonifatii *presso l'ingegnere Mazzotto.*

m|ERCVRIo
a|AcRVM

Bertoldi descripsit sic: . . ERCVRI | . . AGRVM | . . . .

3267 Cologuolae in S. Mariae ANTIQUUS; in angulo ecclesiae, quam vulgo Plebem appellant CERUTUS; *fuori della chiesa a piano della cantonata nel cimitero* VENTURI; similiter RELIQUI.

MERCVRIO
V · S · L · M
L · CALVISIVS · P · F
ORICVLO

Habet Antiquus apud Redianum f. 69 n. 100; Gammarum f. 88; Lilium f. 41' (inde Mur. 46, 5 ex schedis Brembati Bergomatis); Sanutum f. 73'. Denuo ex lapide Palermus apud Grut. 1067, 9 per Cerutum et in Velserianis f. 4' et Plin. p. 49 (inde Lisca et Cozza p. 243); Peverelli ms. f. 23; Venturiana ms. pluribus exemplis. Eandem puto esse quam excepit Bertoldius Cologuolae '*incassata nella facciata della chiesa del pieve*' sic: MERCVRIO.

3. 4 L · CALVSIVS · P · F · ORICVLO San., L · CALVICIVS · P · F · ORICVLO Pev., L · ORICVLO · P · F (om. CALVISIVS) Red.

3268 Insulae Scalarum in ecclesia ANTIQUUS; Insulae Scalarum in templo S. Stephani SARAYNA; similiter MANUTIUS. Nunc Veronae in museo philharmonico n. 101.

MERCVRIO
V·S·L·M
M·SCAEVILIVS·
CORNEOLVS·

Contuli. Habent Felicianus cod. Tarvis. f. 214, syll. n. 154; Marcanova f. 129 agri n. 65; Ferrarinus f. 29'; Iucundus f. 194 n. 78; Sarayna Lat. f. 51, Ital. f. 70'. 71' (inde Grut. 53, 2); Panvinius p. 224; Manutius cod. 5235 f. 5; Maffei M. V. 81, 9.

3269 in vico S. Bonifatii rep., extat ibi in turri campanaria. — (Veronae) in aedibus Francisci Polae iuris consulti VELSERIANA errore.

MERCVRIO
L·VITORIVS·FESTVS
Q·VITORIVS·SEVERVS
IVVENTIA·MATER
V·S·L·M

Velseriana f. 7; Persico *descr. di Verona* 2 (1821), 134. 279; Venturi ms.; Bertoldi dedit a se descriptam.

2 VLTORIVS Pers.

3270 in vico S. Petri Incariani apud Mongam.

MINERVAS
..\VOTO

Descripsi.

3271 rep. 1822 m. Iulio Veronae *vicino alla pila del primo arco del ponte della pietra attaco alla spezieria nel disfacimento delle case che vi erano* VENT. Prior pars extat in hortis Ferruzzianis ad S. Nazari.

MIN·P·CASSIVS·P·P·(R·V·S·L·M

Descripsi partem priorem. Utramque habent Venturi ms. et *stor.* (1825) 1, 199; Orti *sulla gente Cassia* (1825) p. 11.

R ante V·S·L·M om. Vent. ed. et Orti.

3272 Veronae in parietibus ecclesiae S. Petri in carnario ANTIQUUS; in coemeterio divi Petri Incarnarii SARAYNA. Deinde Laude apud Bassianum Pontanum COD. PAP.; in S. Romani DEF. LODI; *nella canonica de' Lateranensi* ZACC. et ANON. VIGNATII; in hospitali maiore MOL. EGO. — Brixiae GNOCCHI errore.

MINERVAE
SACR
C·CASSIVS·L·F
IVSTVS
VI·VIR·AVG·ET
LAELIA·LOGAS

Contuli. Antiqui exemplum habent Marcanova Bern. n. 642, Mut. f. 119' n. 38; Felicianus n. 44; Ferrarinus f. 17; Redianus f. 64' n. 36. f. 69' n. 109; Gammarus f. 86; Lilius f. 50; Sanutus f. 67'; Hier. Bononius cod. Cicognae 1874 f. 38; Sarayna apud Pacedianum ms. et Lat. f. 48', Ital. f. 80' (inde Panvinius p. 224; Smet. 150, 1 non ex Apiano, qui non habet, sed ex Sarayna; Grut. 80, 7 ex Apiano, ut item ait male, et Sarayna; Palermus p. 50 omnino ex Sarayna); Gnocchi ms. p. 118 ex Averoldianis. Laude descriptam proponunt codex Papiensis f. 49'; Bornieri l. 3 ad inscr. 4; Def. Lodi *discorsi* p. 140; Mur. ms. 18, 224 ab Argelato; Zaccaria episc. Laud. p. 27; Anonymus Vignatii n. 31; Molossi *uom. ill. di Lodi* p. XIX; Vignati p. 248.

3273 Summae Campaneae in parieta templi D. Petri SAR. Nunc Veronae in bibliotheca capitulari.

.CRATIA·C/
MINERVAE
V·S·L·M

Contuli. Habet Sarayna Lat. f. 45, Ital. f. 69' (inde Panvinius p. 223; Carotus f. II; Grut. 80, 11 e Sarayna; Palermus p. 50).

CRATIA·C·F MINERVAE V·S·L·M Sar., qui vix vidit pleniorem.

3274 Veronae in museo Moscardiano MOSCARDUS et REL.; inde ab a. 1817 in philharmonico.

MINERVAI
TITINIA
D·L
HYMNIS

Contuli. Habent Moscardo mus. 1656 p. 52 aere expressam, *stor.* p. 24; Mur. ms. et 53, 7; Dionisi ms. f. 10'; Osann p. 550.

3275 lamina aerea rep. Trevenzuoli.

MINERVAE
SEX·VERON
APELLES
V·S·L·M

Orti *sopra lap. scop. nel 1825* (1826) p. 12; *ant. mon. alle Stelle* (1848) p. 100.

3276 Veronae in aedibus doctoris physici Alexandri Serego in Bra CAROTUS; in angulo apothecae pistoriae Michaelis a Dosso prope forum boarium PALERMUS; contra amphitheatri portam domui infixus stylobates, qui extrahi non potuit MAFFEI; *in un pilastro della bottega di Poggio colorar nel principio della Via nuova di facciata alla Rena* VENTURI. Nuper cum frons aedium earum instauraretur, titulus fractus est permittentibus iis, quos municipes Veronenses urbis ornandae causa creant. Ectypum gypsaceum, quod iidem iusserunt confici antequam pessumdaretur, vidi ego servatum apud Poggium illum in aedibus n. 1281 *via Scimmia*.

MINERVAE·AVG
Q·CASSIVS
PAPIRI·ET CLODI
V·S
L·D·D·D

Carotus f. C; Palermus ms. ad Saraynam f. 44; cod. Lugd. XXIV Pap. 14; Maffei M. V. 81, 1 (inde Donat. 30, 9); Venturi ms. ab aliis.

3 PAPIRI Car. et Maff., hic certe ex supplemento; APIRI Pal. cod. Lugd., APRI Vent., APIRI ego. — CLODI cod. Lugd. at ego (utrum aliquid postea desit necne, in ectypo discernere non potui), CLODIA Car. Maff., CLODIAE Pal., CLODIO Vent. Quid significetur non intellego. — 4 in. L habent Car. Pal. Maff.

3277 arula. Veronae in capitelo cum figuris FELIC. MARCAN., locum non enuntiantes; *da S. Consolata in una casa* GAMM. LIL. FERR. SAN. 68 CAROTUS; in domo de Zachariis SAN. 67. Deinde in museo philharmonico n. 144.

MINERVAE·AVG
C·SEIVS
ITHARVS·D·D
arbor *puer coronam afferens ad aram*

Contuli. Habent Felicianus n. 76; Marcanova Mut. f. 122 n. 72; Ferrarinus f. 18'; Redianus f. 62' n. 7; cod. Gud. 253 f. 19; Gammarus f. 120 qui pinxit; Lilius f. 31 (inde Mur. 1743, 1 a schedis comitis Brembati); Sanutus f. 67'. 68'; Pacedianus ms.; Carotus f. H' (inde per Scultetum Grut. 1013, 1); Maffei M. V. 69, 5 qui dat aere incisam; Dionigi *apolog. rifless.* (1755) p. 52.

V. 1 primus legit Maffeius.

3278 Veronae in ostio coemeterii S. Silvestri ANTIQUUS; similiter SARAYNA. — Romae prope domum de Maximis APIANUS 303 errore.

SOLI
L·CASSIVS·L·L
IANVARIVS
V·S·L·M
L·D·D·D

Servavit Antiquus. Habent Felicianus n. 42; Marcanova Mut. f. 119' n. 36; Ferrarinus f. 12; Iucundus f. 65 n. 40; Apianus 303, 1. 329, 6 (inde Smetius 148, 17); Sarayna f. 45' (inde Panvinius p. 233; Grut. 32, 3 ex Apiano et ms. Panvinii).

In vv. div. consentiunt Marcanova Sarayna. — 1 om. Sar. — 3 IANNVARIVS Felic. (Veron. solus), SVNVARIVS Sar. — Confudit cum n. 3291 Apianus 303.

3279 rep. post saec. XVIII med. Veronae ad S. Laurentii. Nunc ibi in hortis Giusti.

PANTH..
AVG SACR
culter Q · SALVIVS *patera*
VERECVNDVS

Contuli. Ed. Venturi *stor.* 1 (1825) p. 27.

3280 Veronae in ecclesia S. Zenonis in gradu chori.

PARCIS · AVG · ATILIA · VALER/

Descripsi. Ed. Persico *descr. di Verona* 1 (1820), 103; Orti *antica basilica di S. Zenone* (1839) p. 18. 58 tab. 7 n. 2.

3281 Veronae in coemeterio S. Nicolai CYR. et RELIQUI ANTIQUI, item SARAYNA et MANUTIUS. Deinde in museo philharmonico n. 124.

LOCO · PVBLIC · DAT · D D
PARCIS · AVG · SACR
L · CASSIVS · VERVICI · F
NIGRINVS · VI · VIR · AVG · V · S · L · M

Contuli. Habent antiqui omnes Cyriacus cod. Tarvis. f. 90 n. 5; Felicianus n. 43; Marcanova Mut. f. 119' n. 37; Ferrarinus f. 17; Redianus f. 66' n. 66; cod. Gudianus 253 f. 20; Gammarus f. 117; Lilius f. 32; Iucundus f. 64 n. 6; Apianus 327, 4 (inde Smetius 148, 15); Sarayna apud Pacedianum ms. (inde Mur. 89, 6) et Lat. f. 48, Ital. f. 81' (inde Panvinius p. 224; Grut. 97, 10 ex Sarayna et Apiano). Item Manutius cod. 5235 f. 4; Maffei M. V. 87, 1 (inde Orell. 1779).

Idem Nigrinus nominatur n. 3295.

Contuli. Habent Maffei M. V. 141, 10; Dionisi ms. f. 17.

3804 ad Montem Calvum S. Mariae matris domini FELIC. MARCAN.; a *Monte Calvo fuore de la porta di S. Zorzo* GAMM. LIL.; extra portam S. Georgii in valle Domnica [= Valdonega] in monte Calvo SARAYNA PANV. (MS.) In aedibus Pauli Mazanti PANVINII EDITORES. Deinde Veronae in museo philharmonico n. 335.

protome muliebris

fasces tres corollis et taenia ornati — *fasces tres similiter ornati*

P · VALERIVS · SPVRI · F ·
MONTANVS · VIVVS · FECIT ·
MATRI · ET · PATRI · ILARIONI ·
SVRIA · DOMETIA · ET · SVIS · L *sic*

Contuli. Habent Felicianus n. 91; Marcanova Mut. f. 124' agri n. 3; Ferrarinus f. 20; Redinaus f. 69 n. 15; Gammarus f. Trev. 6; Lilius f. 33; Iucundus f. 193 n. 61; Sarayna Lat. f. 50, Ital. f. 65' (inde Panvinius p. 234; Carotus f. H'; Grut. 742, 5 e Sarayna, 730, 10 e Panvinii ac Carottae schedis; Palermus Plin. p. 66); Maffei M. V. 143, 4 (inde Orelli 2692).

3805 Veronae fuit in S. Petri in Castello, nunc servatur in amphitheatro.

Q · VALERIO · Q · F · POB · ORICLONI
POBLICIAE · *M* · *F* · MAXSIMAE
Q · VALERIVS · *Q* · *F* · MACER · F

Descripsi fractam; integram exhibet Vignola ms., a quo quae adscivi, expressi inclinatis.

3806 Veronae sub arcu medio pontis novi.

C · V*alerio*
C · F
Q · VALERIO
C · F · PASTORI
L · VALERIO
C · F · LVCVSTAI
CN · VALERIO
C · F · SECVNDO
CLODIA · F · P
PAVLLA

Contuli. Ed. Maffei M. V. 191, 1.

3807 tabula magna Veronae in ruderibus ad portam Bursaream rep. 20 Oct. 1647 LISCA. In museo philharmonico n. 382.

c VALERIVS · C · F · POB
PLANTA · SIBI · ET
*c. val*ERIO · C · L · AMPHIONI · ET
*valer*IAE · C · L · CLARAE
*testame*NTO · FIERI · IVSSIT

Contuli. Ed. Lisca et Cozza p. 247; Maffei M. V. 162, 4.

3808 litteris admodum rudibus. Veronae in museo philharmonico n. 449. De origine non ausim iudicium ferre.

MARCVS V
ALRIVS VAEB
FECIT IVLIE
MVNTANE
EVE CONIVC
I PIENTISIME
E ANOBVM XXX

Contuli. Habent Maffei M. V. 162, 3; Tommaselli p. 180; Osann p. 551.

Maffeius sic dedit: MARCVS · VALERI | VS · VALENS · P · IV | LIAE · MONTA | NAE · CONIVGI · PI | ENTISSIMAE · QV | EM · HABVI · AN · XV | FVNCTA · EST · AN | XXX . . . . . quae proficisci ex hoc ipso titulo credidi coactus. Lege sic fere sublatis quadratarii mendis: *Ma*[*r*]*cus Val*[*er*]*ius V*[a]*les fecit Iulie Muntane su*[*e*] *coniu*[*g*]*i pientisi*[*me*] *ano*[*r*]*um XXX*.

3809 Cereiae in ecclesia SS. Viti et Modesti FERR. (Trai. Par.). — In valle Lazarensi agri Veronensis MUR. 1181, quae indicatio proxime praecedit in Ferrarini libro Regiensi; Veronae in S. Martini MUR. 1225.

V F
C · VALERIVS · VALERIANVS · SIBI
ET · VALERIAE · MAXIMAE · FILIAE · MEAE
ET · C · VALERIO · FIRMO · FI
ET · CAMPVLLIAE
EVTAYCIAE VXO MEAE
ET VALERIAE SVTTAE
'deficiunt reliqua'
LIBERTO · MEO · VALERIAE · SECVNDAE
SORORI · MEAE
H · M · H · N · S

Servavit Ferrarinus cod. Trai. f. 24' (inde Mur. 1225, 7 ex schedis Iacobi Valerii) et cod. Paris. f. 28' in add. et cod. Reg. (inde Mur. 1181, 9 e schedis Farnesiis et Capponiis).

Expressi codices duos Ferrarini antiquissimos et aequales, quorum Parisinus vv. divisionem observat, sed omittit v. 8. 9. 10, Traiectinus dat continuam, sed totam. — 2 C · VALERIVS Ferr. (Trai. et Par.) cum schedis Iacobi Valerii, M · LAELIVS Ferr. (Reg.) cum schedis Farnesiis et Capponiis. — 5 E pro ET Ferr. (Trai.). — 6 EVTTYCIAE traditur.

3810 basis magna evanida Veronae in museo philharmonico.

*v*ALERIAE
/ / / / \ / E
/ / / / / /
/ / I E / /

Describere volui.

3811 Veronae in domo Hieronymi a Puteo in paroecia S. Vitalis prope eccl. sodalitatis *della Disciplina* DION.; *a casa Liorsi al Paradiso* VENTURI.

V · F
VALERIA
CANDIDA
C · MARCIO
COSMIONI
BENE · MERENTI
POSVIT

Dionisi ms. f. 13', *apolog. riflese.* (1755) p. 57; Venturi ms. ab aliis.

4 C · MARICIO Dion. ed.

3812 Veronae prope portam novam ante ostium fullonis PAL.; via curriculari non procul ex adverso S. Lucae GRUT.

. . . .
. . . . LERIAE · L · L · L · GALLAE
. . . . . MENTO
. . . . . . IVSS

Grut. 977, 1 a Sculteto; aliunde Palermus (1608) p. 71 (cf. corrig.; inde Lisca et Cozza p. 243) et in Velserianis f. 21'.

Sic Pal.; . . . RIA · P · LI · GALLA | . . . AMENIO | L · V · S Grut.

3813 cippus magnus. Veronae in hortis Giusti LISCA ibidemque adhuc *nella cantina del giardiniere*.

VALERIAE · C · L
HECALE · MATRI

Contuli. Habent Lisca et Cozza p. 241; Orti *giard. Giusti* p. 58 tab. 9 n. 28.

3814 ex marmore rubro Veronensi. Veronae in museo n. 407.

VALERIA
Ↄ · L · HECALE
SIBI · ET
ENNYCHO
V F

Contuli. Maffei M. V. 162, 1.

2 potest fuisse in lapide D · L, quod dedit Maffeius.

3815 Veronae in platea divi Zenonis SAR. in area ante basilicam d. Zenonis sub cruce lignea PALERMUS.

VALERIAE
C · F · MAXIMAE
HERENNIA · P · F
AVGVRINA
FILIAE · PISSIMAE
ET · SIBI

Habent Bononius cod. Tarvis. a. 1517; Sarayna apud Pacedianum ms. et Lat. f. 47, Ital. f. 82 (a quo pendent Panvinius p. 235; Smetius 171, 11 ex Sarayna; Grut. 712, 1 ex Sarayna et Panvinianis); Palermus in add. ms. ad Saraynam et Plin. p. 71; cod. Lugd. XXIV Pap. 14.

2 N · MAXIMA cod. Lugd. — 3. 4 HIRRINNIA · P · F | AVGVLINA Bonon., apud quem 5. 6 desunt.

3816 basis. Veronae LISCA. In aedibus Sagramoso n. 1457 ORTI. Nunc apud Smaniam.

V F
VALERIA · M · F
SECVNDA
SIBI

Descripsi. Habent Lisca et Cozza p. 241; Orti in ann. inst. 23 (1857), 86.

4 SIBI · E . . Orti.

3817 Veronae in domo Clementis ad S. Clementem SARAYNA.

D M ET
MEMORAI
VALERIAI
VALERIANAE
C · MAECIVS
ATILIANVS
VXORI . ET
MAECII
FRONTO · ET
ATILIANA
MATRI

Servavit Sarayna. Habent Pacedianus ms.; Sarayna Lat. f. 48, Ital. f. 76 (ubi antiquam lectionem in altero libro expulsam a Panviniana servavit codex bibliothecae capitularis); Panvinius in cod. Saraynae Ital. l. c., ed. p. 231; Carotus f. A'; Manutius orth. 80, 4 (inde Ligorius ms. Taur. 18) omnino e Sarayna et Caroto, cum non habeant schedae Manutianae; Palermus in em. ms. ad Saraynam et Plin. p. 71, item ni fallor e Sarayna solo.

In vv. div. consentiunt Paced. Sar. (Ital. bibl. cap.) Panv. (Ver. ms.). — 1 M·D pro D·M Sar. (Ital.), DIS MANIBVS Pal. (ed.). — 2 MEMORAI Pac., MEMORAI Sar. (Lat. Ital.), MEMORIAI Panv. Manut., MEMORIAE Car. Pal. — 6 ATILLIANVS Paced. Sar. (Ital.). — 7 VXORI Pal. ex coniectura opinor, VXORI·S Paced. Sar. (Lat. Ital.) Panv., transponunt vocabulum post VALERIANAE Car. Manut., utroque loco habet Panv. — 8 MAECI Car. Panv. (ed.) Pal., MAECIO Paced. — 9 FRONTON Car. — 10 ATILLIANA Sar. (Ital.), ATILIANAE Car. Panv. (ed.), ATILLIANAE Paced. — 11 MATRIS Car. Panv. (ed.).

3818 fragmentum elegantissime sculptum. Ronchi in aedibus Sparaneriorum.

? · F · VAR

Mur. ms. XVII, 204.

3819 Voloni.

.. O · M
... M · F · CETRA

Velseriana f. 20.

3820 cippus ingens. Pontini apud Caesarem Nichesolam GRUT. VELS. Deinde in museo philharmonico LISCA et REL. sub n. 297.

M · VARIO
L · F · PATRONO
MINICIAE · L · F
TERTIAE · ET · SIBI
M VARIVS
M · L · SECVNDVS
CAPRIA · C · F
SECVNDA
VARIA · M · F · MAXI
MA · FILIA

H · M · H · N · S

Contuli. Habent Grut. 893, 13 ex Velseri schedis; Velseriana nostra f. 19; Lisca et Cozza p. 239; Maffei M. V. 163, 1.

3821 in ostio fani S. Martini in Vallis Apiacie [= S. Martino d'Avesa extra portam S. Georgii].

VARILLAE
SORORI
CORNELIVS
FAVOR
T · F · I

Servavit Sarayna apud Pacedianum ms. et ed. f. 50' (inde Panvinius in add. ms. ad Saraynam Ital. f. 75', ed. p. 233; Grut. 853, 2 ex Sarayna et Panvinianis).

3822 cippus magnus. Veronae in museo n. 369.

V F
L · VASSIDIVS · M · F
MERCATOR · SIBI · ET
M · VASSIDIO · M · F
FRONTONI
C · VASSIDIO · M · F
CLEMENTI

Contuli. Maffei M. V. 163, 2.

3823 Veronae in hortulo illorum de Mareschalchis FERR.

V · F
SVIS · ET
L · VASSIDIO
PAEDEROTI
COLLIBERT

Servavit Ferrarinus cod. Trai. f. 20 (inde Mur. 1605, 6, non, ut ait, ex schedis fratris Iucundi; nam apud Iucundum non legitur).

Vv. divisio est Ferrarini. — Hiatus non adnotatur.

3824 Veronae ad S. Zenonis in pavimento extrinsecus sub pila, quae maiorem tituli partem tegit.

ET · VASsidiAI
SECundae

Descripsi indicatam mihi a Bertoldio.

3825 Veronae in ecclesia S. Mariae in solario ANTIQUI similiterque SARAYNA; sub altari S. Annae addit PANVIN. ms. Deinde in museo philharmonico n. 315.

DIs mAN
VERecunDI
DELICATI · VIXIT
ANN · XVIII · M · II · D · XI
C · VESIVS · MARTIALIS

Contuli. Habent Felicianus n. 31; Marcanova Mut. f. 118' n. 25; Ferrarinus f. 10; Redianus f. 65 n. 46; Gammarus f. 127; Lilius f. 35; Iucundus f. 65 n. 17; Apianus 332, 2; Sarayna apud Pacedianum ms. et ed. f. 48 (inde Grut. 662, 2. 894, 6); Panvinius in add. ms. ad Saraynam Ital. f. 49', ed. p. 230; Maffei M. V. 163, 3 (inde Orelli 2804); Dionisi ms. f. 9.

1. 2 sic explent antiqui, sed ex supplemento omnes, cum iam Pacedianus repraesentet fractam.

3826 Veronae in museo civico.

C · VERCei
TIA

Descripsi.

3827 'In suburbano quoque pago [ad Mantuam] super ripam ipsius lacus sito, qui et Pietolis dicitur, natus fuisse fertur Virgilius urbis Mantuanae decus eximium. In quo enim loco Kiriacus ipse prudenter perscruptatus est, si aliquid dignum invenisset veternitatis, praesertim de Marone Virgilio [*talia videntur excidisse:* non omisisset; sed ait tantummodo] quod apud ripam fluvii Tartari hoc vetustissimum repperit epigramma' SCALAMONTIUS. Prope flumen Tartari in agro Veronensi FELIC. Super flumen Tartaris agri Veronensis Grezanne MARCAN. FERRARINUS male, nam Grezzana est pagus suburbanus ad Veronam. In Ande Vergilii villa, quae nunc dicitur Pietole suburbii Mantuani sub altari maioris ecclesiae IUCUNDUS iisdemque verbis PACEDIANUS similiterque MACCI.

Cyriacus:

M · VERGILIO · M · F
ANTHIOCO · VNIGENITO
SIBI · ET · PAMPHILO

Iucundus:

P · VERGILIO · P · F
PONT · MAX
SABIN

Cyriaci exemplum legitur in vita eius Scalamontiana (cod. Tarv. f. 99 Mant. 1, apud Coluccium p. XCV); item in sylloge antiqua Veronensi apud Felicianum n. 162, Marcanovam Mut. f. 130 agri n. 73, Ferrarium cod. Trai. f. 31, Sanutum f. 74 (inde Mur. 982, 12 e schedis Alex. Capponii). Diversum exemplum vel potius titulus ad huiusce aliquot litteras mala fraude formatus legitur apud Iucundum f. 183 et inde sine dubio apud Pacedianum l. II, quamquam hic ait excepisse se a. 1517 Mantuae per aliquot dies moratum, Cholerum f. 98, Maccium 1 f. 48, Grut. 305, 7 ex Verderii schedis (inde Orelli 2149).

2 VNGVENT Mur. ex emendatione fortasse vera. — 3 PAMPHILIO Scalam. — In Iucundiano titulo F Iuc., FILIO Paced. Macci Grut.

3828 Veronae prope S. Anastasiam ante domum Curii Bolderii.

TESTAMENTO · FIERI
IVSSIT
VERGILIA · Q · F · SECVNDA

Grut. 925, 18 a Sculteto; Palermus in add. ms. ad Saraynam f. 47; Velseriana f. 18'.

3 Q · F Pal., F · F Grut. Vels.

3829 Veronae apud Iustos SAR. In domo nunc Alexandri Peregrini equitis apud domum Pantiriorum in vico Cittadellae (postea addidit 'nunc vero Guerinonae familiae') PALERMUS; *in faccia della casa di M. Pietro da Monte in Cittadella* DESCRIPTOR PANVINII.

Tortures duo

V · F
F · VERONIVS
AMPHION
SIBI · ET
MAGIAE · FESTAE
CONIVGI
BENE · MERENTI
ET · SVIS

Sarayna f. 49' (inde Panvinius p. 232; Grut. 839, 6 e Sarayna et Panvinianis); is qui descripsit Panvinii ant. Ver. ms. f. 444; Palermus in adn. ms. ad Saraynam.

Vv. divisio est Gruteriana. — 1 VERONIVS Panv. Grut. Pal., VERONIS Sar., VERONI . . . descr. Panvinii. — 3 AMPHI . . . descriptor Panvinii. — 5 FESTAE Pal., IESTAE Sar., BESTAE descriptor Panvinii, VESTAE Panv., IVSTAE Grut.

3830 Veronae super flumen Athesis SCAL. *appresso la ripa del Atese al canto di un orto* LIL., similiterque ANTIQUI RELIQUI; apud Athesim ubi dicitur *in contrata merchari nuovi* prope ripam fluminis *per mezo l'orto de quelli da Castello* LIBER TURRIANUS; ad D. Mariam Solaratam in angulo Rubeorum SARAYNA; in museo philharmonico LISCA. Ibidem adhuc n. 281.

VETO
RELIQVIAS
P · VERONIVS
CALLIETVS
HOMO · OPTIM
HIC · IACET

Contuli. Habent antiqui omnes Scalamontius cod. Tarv. f. 89' n. 4; Felicianus n. 30; Marcanova Mut. f. 118' n. 24; Ferrarius f. 10; Redianus f. 71' n. 131 (inde Gud. 337, 1); Gammarus f. 119; Lilius f. 31; Iucundus f. 63 n. 3. Deinde ex lapide Sarayna apud Pacedianum ms. et Lat. f. 46', Ital. f. 78' cum Panvinio p. 230 et Caroto f. D (ex Sarayna et Panvinianis Grut. 925, 21); Palermus in add. ms. ad Saraynam; Lisca et Cozza p. 238; Maffei M. V. 146, 2 (inde Orelli 4780); Orti *ant. mon. alle Stelle* p. 98.

3 PVPRONVS antiqui omnes ante Saraynam.

3831 Veronae ad S. Zenonem maximum in horto ANTIQUI, item SARAYNA.

D · M
VERONIAE · CHARITAE
QVAE · VIXIT
ANN · XXVIII · MES · IIII · DIES · VB
Q · VERONIVS · PVSITTIO · CONIVGI
INCOMPARABILI

Integram vidit Antiquus, a quo pendent Marcanova Bern. n. 649, Mut. f. 117' n. 166; Felicianus n. 17; Ferrarinus f. 9; Redianus f. 70 n. 116; Gammarus f. Trev. 11; Lilius f. 47; Iucundus f. 66 n. 33; Apianus 329, 2 (inde omnino Panvinius p. 230; Grut. 839, 7 per Scultetum ex ms. cod. Panvinii); fractam Sarayna f. 45' (inde Grut. 925, 22).

In vv. div. sequor Gammarum. — 2 CHARITATE Gamm. — 3 VIX Iuc. Sar. — 4 in ANN finit Sar. — XXVII Marcan. (Bern.), XXIII Lil. — MENS Felic. Marc. (Mut.) Red. — 5 PVSILIO Panvinius ex emend. — 6 INCONPARABILI Red.

3832 Veronae rep. a. 1821 inter duo fora (*piazza dei Signori* et *piazza d'erbe*), dum tabernae quaedam reficiuntur ANDR. MONGA. Hodie apud heredes eiusdem in pago S. Petri Incariani.

in latere:

. . . ΠΟΙΕΣ
CΠΕΡΕѠΝΑΛΟΥCΑΙCΤΕ
ΙΛΛΟCΠΟΛΛΑΓΡΥΙΙΝΗCΑC
ΙΝΕΠΕΓΡΑΥΕΤΕΚΟΥCΗ

VERONIE
CHRESTE
VERONIVS
CELSVS · CON
IVGI · INCOM
PARABILI VI
VENS F SIBI ET
CAELESTVS VERO
NENSIVM
MATRI PIISSIMAE

Contuli; Latina inscriptio evanida est, ex Graeca quae supersunt, facile leguntur. Repperi in epistula ab Andr. Monga scripta cum Hier. Asquinio communicanda, quam mihi exhibuerunt Mongae filii; praeterea apud Venturiam in comm. ms. ad musei n. 145 et apud Razzettiam f. 5.

6. 7 VI|VE/// F SIBI ET lapis; VIVENS pro VIVUS fortasse scriptum ex usu Graeco.

3833 Veronae in castello S. Petri.

VERO
LLA

Orti *sopra alc. passi di Paolo Diacono* (1827) p. 9, addens totam esse evanidam.

3834 basis magna, Veronae in museo.

M · VETTIO · CN · F
FIRMO · FRATRI

Descripsi. Habet Orti ms.

3835 Veronae *nel muro della casa del dottor Caggia.*

CN · VETTIVS
CN·F
SABELLIVS

Panvinius vel potius qui codicem eius descripsit (nam abest a ms. autographo, adest in apographo) ed. p. 227.

3836 Veronae ad S. Michaelem prope portam Borsariam SARAYNA; similiter MANUTIUS. In aedibus Augustini del Bene iuris consulti clarissimi dictae ecclesiae contiguis PALERMUS. Deinde in museo philharmonico n. 317.

C · VIBIO · EVTYCHE
VIBIAE · POTENTILL
PARENTIB
C · VIBIO · APHRODIS
PATRVO · VIBIAE
APHRODISIAS · AVI *sic*
C · VIBIVS · CALLISTIO

Contuli. Habent Bononius cod. Tarvis. a. 1517; Sarayna apud Pacedianum ms. et Lat. f. 46. 50, Ital. f. 75 (inde Panvinius p. 235; a Sarayna et Panvinii cod. Grut. 747, 1); Manutius cod. 5235 f. 3; Palermus in add. ms. ad Saraynam; Maffei M. V. 163, 7.

6 id est *aviae.*

3837 Veronae rep. ad S. Vitalis a. 1822, dum via fit VENTURI; nunc in museo.

V · F
P · VISIVS · SV
TTCHES · P · VIBO
PSOCVLO · FILIO
PIENTISSIMO · VIX
AN · XXIII · DI · XV · ET · SIS
ET · VIBIAE · ELENE · VX
SORI · ET · SVIS
D · M

Descripsi. Habent Venturi ms. et *stor.* 1, 200; Orti ms.

3838 Veronae *nella chiesa de' Santi Fermo e Rustico, nel primo gradino della Scala che conduce alla sagrestia* BIANCOLINI. Frustra quaesivi.

P · VIBIVS

Biancolini *not. stor. delle chiese di Verona* 8 p. 165.

3839 Veronae LISCA. Nunc in museo philharmonico n. 260.

... · VIPSAnio
CTESONI
M · VIPSANIO
CLEMENTI · F
L · VIPSANIO
LVCANO · F

Contuli. Ed. Lisca et Cozza p. 241; Maffei M. V. 163, 9.

3840 Veronae in limine S. Salvatoris.

C · VIRIVS · C · *f.* PVLVM
SIBI · ET
CALIAI · M · F · BRICAI
VXOSI
IN · FR · P · XII
IN · AGR · *p.* X
V · F

Marcanova servavit cod. Bern. n. 652, unde transiit in Mutinensem f. 132' suppl. n. 5 post syllogen Antiqui et in Ferrarini libros Parisinum f. 31' et Regiensem n. 189 (inde Mur. 1422, 2 ex schedis Farnesiis et, ut ait errore, Pacediani).

Versuum divisio incerta. — 1 C · EPVLVM, 6 AGRO · X traduntur.

3841 Veronae in museo philharmonico ORTI.

CILO
VISIA · F · F · TERTIA
SOROS

IN · FR · P · XII · IN · AG · P · XLV

Descripsi. Habet Orti ms.

3842 Veronae in parietibus S. Proculi ANTIQUI, item SARAYNA; in exteriore parte anguli sinistri et dextri aedis S. Proculi PALERMUS. In academia philharmonica LISCA, in qua nunc est n. 275.

in altero lapide:	*in altero lapide:*
M · VIRIATIVS	LIBESTVS
ZOSIMVS	FAC · CVR
raeda in qua sedet raedarius et pone eum puer	*puer cucullatus(?) ambabus manibus tenens eamque afferens ad virum sedentem et nescio quid, fortasse codicem manibus tenentem*

Contuli. Habent Felicianus n. 5; Marcanova Mut. f. 116' n. 8; Ferrarinus f. 4'; Redianus f. 63 n. 19. 20; Gammarus f. Trev. 9 et Stuttg. 123; Lilius f. 132' (inde Mur. 1765, 17 ex schedis Brembati Bergom.); Sanutus f. 68; Bononius cod. Cicognae n. 1874 f. 38'; Sarayna apud Pacedianum ms. et Lat. f. 47; Panvinius in add. ms. ad Saraynam Ital. f. 49', ed. p. 228 (inde Grut. 985, 10 ex Panvinio et Sarayna); Carotus f. H'; Palermus in add. ms. ad Saraynam; Lisca et Cozza tab. Z; Fabrett. 382, 204 auctore non indicato; Maffei M. V. 141, 4. 6; Sinava *ser. di Muciano* p. 50.

3842a Cereae ut videtur; certe praecedunt Cereenses, sequitur Arbizzanensis.

V F
M · VIRRAVS
L · F
SIBI · ET · SATELLAE · *l. f*
MAXVMAE · VXORI · ET
M · VIRRAO · M · F · FILIO

Manutius cod. 5235 f. 5.

4 PATELLAE vel SATELLAE codex male exaratus. — II traditur pro L · F.

3843 extra Veronam.

L · VOCONIVS · L · F · SEVERVS
Q · VOCONIO · FESTO *f. et*
SIBI · ET · SVCCESSO · LIB · FECIT

Sanutus f. 74'.

Versuum divisio incerta. — 2 F · ET addidi coniectura. — 3 SVCCESSORIA · traditur.

3844 lapis magnus. Veronae in museo philharmonico n. 324.

V F
C · VOLESIVS
L · F · LVCVLVS
S · E · BARBILIAE · C · F
QVARTAE · VX
S · SVIS

Contuli. Maffei M. V. 164, 1.

V(ivus) f(ecit) C. Volesius L. f. Luculus s(ibi) e(t) Barbiliae C. f. Quartae ux(ori) e(t) suis.

3845 Casani in ecclesia maiore FERR. (TRAI.). — Castellarii Lucuselli vel Castellarii MUR., quoniam indicatio 'in Castellario Lucuselli' praecedit in Ferrarini cod. Reg.

M · VOLVMNIO
SOCERO
VOLVMNIAS
M · F · SERENAS
VXSORI
L · CLODIVS · M · F
V · F

Servavit Ferrarinus cod. Trai. f. 30' (inde Mur. 1416, 3 a schedis Iac. Valerii, 1512, 7 a schedis Farnesiis).

Vv. divisio est ipsius Ferrarini.

3846 Veronae ad S. Iohannis in Valle in muro hortorum Lanfrandini MAN. similiterque VELS.

VOLVSIA · SE
CVNDA · SIBI
ET · PRISCAE

Manutius cod. 5235 f. 1; Velseriana f. 18'.

VOLVSIA · S · F · SECVNDA Vels.

3847 basis originis incertae, Veronae apud Smaniam.

D M
ZOSIME · ITALI · F
CONIVGI
KARISSIMAE
5 A L C I D E S
B · M · V · P

Descripsi.

3848 Veronae in domo comitis Raimundi della Torre MANUT.; in domo Hortorum LISCA; nunc in museo philharmonico n. 143.

DIS
MANIBVS

Contuli. Habent Manutius cod. 5235 f. 7; Lisca et Cozza p. 242; Maffei M. V. 87, 2.

3849 super flumine Athesis.

HVIVS · MONIMENT
EMPTIONI · ACCESSIT
ITER · ACTVS · AD · PV
TEVM · HAVSTVS
5 AQVAE · EX · SVRVR
BANO · RVTILIANO

Servavit Antiquus, scilicet Felicianus n. 27; Marcanova Mut. f. 118 n. 22; Ferrarinus f. 8'. Iode Manutius orth. 532, 12 (ex Man. Orelli 4378) et Mur. 490, 9 ex schedis Valeriis et Capponiis.

Vv. divisio est Marcanovana. — 3 ACIVS traditur. — Manutius confudit cum n. 3795.

3850 Veronae ad S. Clarae.

QVIES
koma stans ad basim quadratam; infra vana

Habet Antiquus apud Gammarum f. 128; Lilium f. 31'; Ferrarinum (cod. Reg.).

Num sit antiqua, non definio.

3851 Ronchi in angulo horti olim Horatii Varechi.

IN · FRO

Mur. ms. XVII, 204.

3852 Veronae in via S. Thomae ANTIQUUS. A. 1783 intulit in museum philharmonicum VERITÀ.

IN · FR · P · XII
IN · AG · P · XV

Contuli. Habent Antiquus apud Redianum f. 63 n. 10; Gammarum f. Trev. 13; Lilium f. 35; comes Verità apud Venturium *guida* II p. XI; Venturi ms.

3853 Veronae in museo philharmonico n. 501.

IN · F · P · XII · IN · A · P · RV

Contuli. Maffei M. V. 169.

3854 Veronae in ecclesia S. Zenonis in gradu chori.

V
I · FR · P · XIII

Descripsi.

3855 Veronae in museo ORTI. Non repperi.

IN · F · P · XIV · IN · AG
P · RVIIII

Orti ms.

3856 in vico S. Petri Incariani apud Mongam.

IN · FRO
P · RIIII

Descripsi.

3857 Veronae in portico S. Ioannis in valle.

IN · F · P · XVI
IN · AG · P · XXV

Velseriana f. 18'. Versuum divisio incerta.

3858 Veronae in museo Moscardiano olim, nunc in publico.

sic IN FONTE
INTRO · P · RVII

Descripsi; integra est. Habent Dionisi ms. f. 12'; Venturi ms. 1817.

3859 ad pontem Navium.

XVIII · P

Gammarus f. 85.

3860 Veronae antea apud Ortium, nunc in museo urbico.

P · XX
IN AG
XXV

Descripsi.

3861 Gazzi in ecclesia.

P · XXV

Bertoldius descripsit.

3862 Veronae ad S. Apolloniae.

RETRO · P
XXRV

Servavit Antiquus apud Lilium f. 43 et Pacedianum.

3863 Veronae extra templum D. Mariae in Organis extrinsecus SARAYNA ibidemque adhuc.

LI · RECESSV · P
XXXX
parte CVM · XVSTV*m*

Descripsi. Habent Bononius cod. Tarvis. a. 1517; Sarayna apud Pacedianum et ed. f. 49; Panvinius p. 234 (ex his Grut. 897, 13 et Reines. 2, 88); cod. Lugd. XXIV Papenbr. 14; Dionisi ms. f. 3 et *apolog. rifless.* p. 57; Persico *descr. di Verona* 2, 63. 108.

1 N ego non vidi lapide immisso parieti et ita collocato, ut attingi nequeat; habent Bonon. Paced. Sar. — 3 CVRA · XVSTI Sar. Panv. ex interpolatione.

3864 in villa Illasiorum quae dicitur Celore MACCI.

IN · FR · P · LX IN AGR · P · LX
N · M A N · S

Macci ms. 1, 325, ubi tituli dantur tamquam in eodem lapide scripti fuissent nec quicquam deesset.

3865 Veronae in museo philharmonico.

INVITA
POSSIDET QVANTVM VTITVR

Descripsi. Habet Orti ms.

3866 basis fracta, Veronae in museo municipali.

TE DIGNVM
MERETIS C
NIS ERGO D
5 SA SPECTE
O N O S T
TVS

Descripsi.

3867 Colognolae rep., extat ibi in villa VENTURI; in hortis Nichesolae EGO. — Caldieri in hortis Rizzi PERSICO, errore puto.

ex ∞ · T · F · I
in parte inferiore ornamenta militaria

Contuli et edidi in Hermae vol. 3 p. 467. Venturi ms.; Barth. Giuliari ms.; Persico *descr. di Ver.* 2, 329 a Pinalio.

Notam significare *quingenta milia* monui ad n. 3402.

3868 in vico S. Petri Incariani apud Mongam.

ANDINONI
ATRI
CINI MATRI

Descripsi.

3869 Veronae apud Smaniam, sed origine Aquileiensis potius urbanave.

NTI VICTV/
VIXIT AN/
IRENTES CO
CERVNT

Descripsi.

3870 Veronae in ecclesia S. Stephani intus in choro.

S | S
I | A
I | D
V |
V |
S | T
 | IP
VI |
 | IB
S | AI
O | IC

Descripsi; difficile legitur neque operae pretium visum est diutius titulo inutili immorari.

3871 Veronae in hortis Giusti.

MIE · VKON
MO · FIL
IARS *sic*

Contuli. Ed. male Orti *giard. Giusti* p. 60.

3872 Veronae in S. Zenonis ecclesia in fenestra turris campanariae intus.

ARSSGEM
OBRSPIT M
HIC NIHIL ES
AD SVMMVS

Descripsi.

3873 Veronae in aedibus comitis Francisci Moscardi.

BENENA
TAE CONIVGI
CARISSIMAE

Mur. ms. et ed. 1313, 4.

3874 Colognolae *nel muro di cinto davanti la chiesa della Pieve.*

MI
ODIRV
ATO·

Venturi ms.; Bertoldi descripsit.
1 MI Bert.

3875 fuit in vico S. Laurentii prope Soave agri Veronensis in domo Leonis Bassan, nunc est Veronae apud Smaniam.

MANIBV
MENOP·
FECIT

Descripsi.

3876 Cereiae in ecclesia S. Viti et Modesti.

SVAE · V · F

Ferrarinus Paris. f. 28' inter add.

3877 Colognolae rep. in curte Peverelliana et ibi servata PEVERELLI; iam Veronae apud Smaniam.

NTI · VIVI

Descripsi. Peverelli ms. f. 24 (inde Venturi ms. et Orti *gente Sertor.* p. 62).
VIVI Pever., VIV ego.

3878 Montorii in primo gradu turris ad castellum.

MISI

Orti Montorio (1824) p. VII.

3879 Pontini lapis maximus fractus.

T · F · I

Velseriana f. 22.

3880 Veronae ad S. Zeni RAZZ. Nunc in vico S. Petri Incariani apud Mongam.

C//
co· M
tum· A M
na
Q·A

Descripsi. Razzetti f. 7.

3881 Veronae apud Palermum.

HVS·CL
ETVS
CVS
SORVM
EMERVN
PAR///

Manutius cod. 5235 f. 8.

3882 Veronae in confessione S. Stephani MAFF. Frustra quaesivi.

ET NICARETHON LIBERTVS

Maffei M. V. 191, 3.

3883 Veronae in hortis Sacromosiorum LISCA. Deinde in museo philharmonico n. 286.

POSTERISC
SORVM
genius fons
lacerus

Contuli. Habent Lisca et Cozza in tabula D *d*; Maffei M. V. 139, 3.

3884 Veronae in hortis Sacromosiorum ad S. Andream LISCA. Deinde in museo philharmonico n. 307.

H N

lapides dextra laevaque
in solo ponens, sin.
nescio quid
pertinens

Contuli. Habent Lisca et Cozza p. 242 et tab. D *d*.

3885 Veronae in canonica in pariete bibliothecae a parte claustri DION. similiterque VENT.

Dion. ms.:	*Vent.:*
ATIV	ATIV
CASIB	CASIB
CA·SE	FASP

Dionisi ms. et *apolog. riflесs.* p. 58; Venturi ms.
1 ATIVS Dion. ed.

3886 rep. Veronae 1812 in via *della Gallina*; extat in muro hortorum ad aedes Bertolinianas n. 3971 VENTURI. Frustra indagavi.

T
SIBI ET
ARBVLAI
RI
STAI VXORI
ATIFAN VIX
/ XIMAI
/ NALI
/ LIBERTO
/ LIBERTAS
/ / IN / / /

Venturi ms. duobus exemplis et *guida* II p. XV. Exemplum alterum ms. sic habet: ..SIBI·ET | ..R SVIS | ..I | ..TAS VXOR | ..TIAN XI | ..MAI | ..N .I | ..NOFICIAE | ..IN.

3887 Veronae in museo philharmonico.

LIO
RPO
IVS

Descripsi. Habet Orti ms.

3888 Veronae ad S. Nicolai in domo n. 1472 comitis Ravignani.

TORIVS·C·F

Descripsi. Ed. Orti ann. inst. arch. 23 (1851), 85.

3889 Veronae rep. 1854 ad castellum S. Petri ibidemque defossa (v. n. 3427).

XXVIIII NDIC
INTR INI
RATOR

Ex schedis Andr. Mongae Vignolaeque (v. n. 3427). — Fortasse medii aevi.

3890 Veronae *trov. sotto certe camere di rincontro alla cattedrale sopra lapide di sepolcro.*

INIRIX · INAVOX

Persico *descr. di Verona* 1 (1820), 31.

3891 epistylii pars, ut videtur; Veronae *alla fine d'un vo* [= *viottolo*] *che mette all' Adige dietro S. Anastasia.*

OLAM·

Barth. Giuliari ms.

3892 tabula marmorea cum foris circularibus, in quibus singulis singulae alphabeti litterae scriptae sunt; rep. Veronae a. 1812 cum lyceum factum est, deinde apud Venturium VENTURI. Nunc in museo municipali.

D C E e
E h e A
M M l i
O p q r

Descripsi. Ed. Venturi *stor.* 1, 195, qui habuit pleniorem.

3893 in pavimento tessellato Veronae in S. Helenae ecclesia subterranea iuxta cathedralem ecclesiam.

EVSEBIA
CVM · SVIS
TESSELLA
VIT · P · CXX

Bianchini *camera de' liberti della casa d'Augusto* (Romae 1727) p. 6 (inde Mur. 1865, 7); Maffei M. V. 208 aere expressit (inde opinor Ventur *stor.* 1, 133; Persico 1, 50. 248).

3894 Ibidem.

HIMEEIA
CVM · SVIS
P · CXX

Contuli. Bianchini l. c. (inde Mur. l. c.); Maffei Ver. 3 p. 66, M. V. 208 aere expressit; Venturi l. c.; Persico l. c.

3895 Ibidem.

MARIN//
COL · CVM
SVIS · P · X

Bianchini l. c. (inde Mur. l. c.); Maffei Ver. 3 p. 66, M. V. 208 aere expressit (inde omnino Venturi l. c.; Persico l. c.).

Initio fractam facit Bianch. — MARIN// Maff. (M. V.), MARIN Bianch., MARINVS Maff. (Ver.). Fuit fortasse MARINVS·ACOL*athus*.

3896 Veronae in S. Petri de castello.

HIC REQVIES · C ·
CIT IN PACE SCS·
VALENS EPS QVI·
VIXIT ANN PLM·
LXXXV ET SEDIT EPIS
COPATVM ANNOS
CII MENSIS CII ET DIES
XCIII ET RECESSIT SVB D
CIII KAL AVGVSTAS·
P C LAMPADI ET O
RESTIS VVCC IND CIII — p. C. 531

Panvinius fast. ad a. 531 (inde Smet. 142, 16; ex Smetio, qui minime vidit, Grut. 1060, 7; Moscardo *stor.* 1668 p. 53) et ant. Ver. p. 120; Maffei Ver. p. 354 n. 62 (inde Mur. 422, 3); Placidus Cartularius in codice suo iam servato Veronae in bibliotheca Dionisiana optime delineavit bis eodem opinor exemplo; Biancolini *notizie storiche delle chiese di Verona* 1 (1749), 103.

Panvinii minora errata non adscripsi. — Quae Placidus omisit, dedi inclinatis. — 5 XXXXV Panv. — 7 VII Panv. bis pro CII. — 8 XVIII Panv. — SVBP Panv. (Ver.), PVB (om. D) Panv. (fast.). — 9 VII Panv. (ed.), VIII Panv. (Ver. ms.) Grut. — 11 VII Panv. (Ver.).

3897 prope Veronam nuper rep. MAFF. Extat ibi in museo philharmonico n. 461.

HIC · REQVIESCIT
IN PACE PLACIDIA
INLVSTRIS PVELLA
INSTRVCTA LITTE
sic RIS QVI VIXIT ANN X
OCTO ET MENS XI
ET SEPVLTA EST
SVB D · V · ID · OCTV
sic SE ETER · PC · LAMPA — p. C. 530
DI ET ORES*tis*

Contuli. Ed. Maffei Ver. 2, 30, M. V. 180, 4 (inde Mur. 2003, 6); Venturi *stor.* 1, 115 aere expressam.

9 dedi quod est in lapide; debuit esse BR·ITER·, ut emendavit tacite Maffeius.

XXXVII. ARVSNATIVM PAGVS *(Fumane in Valle Policella)*.

Arusnates cum apud auctores quos habemus non nominentur, commemorantur in titulis tribus n. 3915. 3926. 3928, qui cum omnes prodierint in vico Fumane vallis Pulicellae, ibi eos sedem habuisse constat. Rei publicae formam non habuerunt (cf. tamen n. 3449), sed pagus Arusnatium (sic n. 3915. 3928) attributus fuit rei publicae Veronensium, ad quam spectant omnino qui in his passim commemorantur honores municipales. Sacra autem sua pagani ii habuerunt; quo pertinent *genius pagi Arusnatium*, cui una cum Nymphis dedicatus est titulus n. 3915 et dii *Cudanus* n. 3898 et *Iupiter Feluennis* n. 3904 et fortasse *Ihamnagalle Sqnnagalle* n. 3900, praeterea *Minerva Augusta*, cuius ex aede ad Manerbe supra Maranum retecta prodierunt tituli n. 3906—3914 (nota praeterea in donario ad hanc sedem referendo n. 3906 *locum datum decreto decurionum*, nempe Veronensium); item *Saturnum* alibi raro reperiendum hic offendimus n. 3916 pariter atque in Tridentinis. Pertinet eodem *udisna Augusta* n. 3926, quo nomine praeterea inaudito aedificium aliquod significari inde intellegitur, quod ea solo privato Arusnatibus dedicatur. Denique praeter *fanorum curatores* quattuor homines ingenuos, qui ex pecunia fanatica quiddam faciendum curant (n. 3924), *flamen* et *flaminica* passim reperiuntur in huius regionis titulis sic absolute positi nec facile alibi in agro Veronensi; nam *flamines Romae et Augusti* similesque sine dubio diversi pertinent ad ipsam rem publicam Veronensium (p. 327). Quapropter huc rettuli quattuor titulos ex museis Veronensibus prolatos n. 3921. 3929. 3931. 3932. Tituli flaminum et flaminicarum sacri sunt omnes, neque eius generis ullus certo sepulcralis adhuc inventus est. Reperiuntur autem modo flamen et flaminica coniuncti (n. 3922. 3923), modo solus flamen (n. 3917. 3921. 3929. 3933), modo flaminica sola (n. 3916. 3930); sacerdotium quo pertineat, ostendit praeter locum, unde tituli prodierunt, *flaminica* ea quae dicitur *pagi Arusnatium* (n. 3928). Aliud sacerdotium flaminatu maius enuntiatur in titulis duobus n. 3931, ubi est *flamen vovit, manisnavius posuit*, et n. 3932, ubi est *flam(en) mannisnavius dedit*; quo quid significetur, adhuc latet. Denique huc referendus *pontif(ex) sacr(orum) Raet(icorum)* tituli n. 3927, qui quamquam ex museo Nichesoliano tantummodo innotuit, tamen propter familiam, quae est huius vallis primaria, iure ad Arusnates refertur. Omnino quae hoc loco composuimus peregrina sacra neque ea Gallica, sed magis coniuncta cum ipsius Veronae originibus Raeticis (v. p. 327), adhuc obscura sunt, sed si fieri potest ut illustrentur, iungenda sunt. Ex qua coniunctione hoc praeterea apparebit, quantum potuerint in his partibus Octavii (cf. praesertim n. 3926). — Complectitur hoc caput titulos repertos ad Negarine (*Castel rotto*), S. Petri d'Incariano (scilicet ibi erudératos; nam quos servant ibidem Mongae, eorum certe bona pars aliunde advecta est), Buri, S. Ambrosii, S. Georgii Ingannapoltron, Volargne, S. Floriani, Squarano, S. Viti de Negrar, Negrar, Mazane, Fumane, Marano, Minerbe, Cavolo. Supra Cavolum et Maranum tituli hic quoque (cf. p. 328) deficiunt).

3898 litteris bonis. In S. Georgii Ingannapoltron ANTIQUI, MANUT. Pontani in viridario Fabii Nichesolae PALERMUS VELSER. Deinde Veronae in museo philharmonico LISCA, ubi nunc est n. 127.

CVSLANO · SAC
L · OCTAVIVS
C·F·CRASSVS
L·C·OCTAVI·L·F
MARTIALIS·ET
MACER

Contuli. Habent Felicianus n. 119; Marcanova Mut. f. 126' agri n. 33 (inde Sirmondus cod. 1418 n. 37); Ferrarinus (cod. Paris. et Reg.); Redianus f. 64 n. 30; Gammarus f. 126; Lilius f. 44; Iucundus f. 196 n. 103; Sarayna Lat. f. 51, Ital. f. 66; Panvinius p. 222 (ex Sarayna et Panvinianis, item schedis Marcanovae Grut. 96, 2). Denuo ex lapide Manutius cod. 5235 f. 2 et cod. 5251 f. 64; Velseriana f. 6; Palermus in add. ms. ad Saraynam; Lisca et Cozza p. 238; Maffei Ver. p. 5 inscr. n. 3, M. V. 89, 4 (inde Mur. 98, 2; Donat. 52, 2; Orelli 1985).

1 sic omnino, nec separanda elementa sunt in lapide diligenter punctis distincto. CVS·IANO vel CVST·IANO (ita em. est in Saraynae cod. Ital. et ita est in Panvinii ant. Ver. cod. ms. a manu 1) ex interpolatione Panvinius.

3899 ara rep. ad S. Georgii in Val Policella, nunc ad S. Petri Incariani in villa Mongae.

FORTV
NI V S
L M

Contuli. Habent Orti *gente Sert.* p. 71 a Monga; Razzetti f. 6.

3900 in S. Georgii Ingannapoltron ANTIQUUS et MANUTIUS. Nunc Veronae in museo philharmonico n. 239.

IHAMNAGALLB
SQNNA GALLE
C · OCTAVIVS
M·F·CAPITO

Contuli. Habent Felicianus n. 121; Marcanova Mut. f. 126' n. 35; Sanutus f. 74'. 85'; Ferrarinus f. 24; Redianus f. 69' n. 105 (inde Gud. 322, 15); Gammarus f. 109'; Lilius f. 44; Sarayna f. 50' (inde Grut. 1042, 9); Panvinius p. 234. Denuo ex lapide Manutius a. 1565 cod. 5235 f. 2 et cod. 5251 f. 64; Maffei Ver. p. 5 inscr. n. 4, M. V. 155, 5 (inde Mur. 1688, 2).

1. 2 sic omnino; litterae certae sunt omnes neque adsunt in hisce versibus puncta.

C. Octavius M. f. Capito redit n. 3926, ubi vide.

3901 Vargatariae.

L · CASSIVS
FVLVI · LIB
TROPHIMVS
IVNONIBVS
V · S

Maffei M. V. 191, 7 (inde Donat. 13, 6).

3902 Vargatarae ex aedibus Soardi translata in vicum S. Petri Incariani in villam Mongae.

iovi summaNI MIN CETERISQVE
DIS · DEABVSQVE
PRO · SALVTE · L · SERVILI
DOMITI · VALERI · FRON
TONIS · LVCIANI · C · I · ET · L
SERVILI · IVLIANI · V · E · PAT
E · VAL · VALENT · CAESONIANI
E IVLIANI·IVNIORIS EQ·PVB
SERVILIVS CALLIMOR
PHVS·LIBERTVS
V·S·L·M

Contuli. Habent Venturi in comm. ms. ad inscr. mus. n. 155; Persico *descr.* 2 (1820), 281; Orti *sopra lap. scoperta a Montorio* (1825) p. 5; Razzetti f. 3.

3903 Mazani sopra Negrarium in macerie sub ecclesia.

IOVI · M · I · M · D D

Contuli. Habet Razzetti f. 1.

M · I · M est nomen dedicantis tribus litteris significatum.

3904 Mazani supra Negrarium in ecclesia S Marci evangelistae sub altari maximo rep. a. 1690 BIANC.; extat ibidem extrinsecus.

IOVI · FELVENNI
P · CALPVRNIVS
MANDATVS
T · F · I
EX · HS · DCCC ·

Contuli. Habent Biancolini *stor.* l. 3 (1750), 291; Pezzo *noviss. mon. ill. dei Cimbri* (1785) 2, 61, cui descripsit archipresbyter Sona; Persico *descr. di Verona* 2, 156 et diverse a Zanettin f. 342; Razzetti f. 1.

3905 Vargatariae in ecclesia S. Firmi PALERMUS; similiter ANTIQUI et MAFF.

IOVI
O·M
FLAVIVS
CVM·SVIS

Habent Antiqui, cum Felicianus n. 109; Marcanova Mut. f. 125' agri n. 21; Ferrarinus f. 22 (ex hoc, nempe ex schedis Farnesiis, Mur. 3, 12) tum Redianus f. 69' n. 105; Gammarus f. Trev. 9; Lilius f. 41; Sanutus f. 75; Sarayna f. 49' (inde Panvinius in add. ms. ad Saraynam Ital. f. 75', ed. p. 222; Grut. 13, 12 ex Sarayna). Denuo ex lapide videntur proferre Palermus Plin. p. 49 (inde Reines. 1, 20) et Maffeius M. V. 191, 6.

3. 4 non habent nisi Fel. Marcan. Ferr. cum Maffeio, om. Red. Gamm. Lil. San. cum Sarayna et Palermo.

3906 prope Maraoum in quadam villa in ecclesia FELIC. similiterque ANTIQUI RELIQUI. Marani *chiesola di Berbiago sotto l'altare* MAN. Marani in monte VENT. Purani in foro RAZZ. ORTI. In Arusnatibus, destinata museo Veronensi MAFF. — Prope Montem Aureum (= Montorio) SARAYNA, male. Hodie in pago S. Petri Incariani in villa Mongae.

MINERVAE · AVG
PAPIRI
THREPTVS · ET · PREPVSA
V S
L · D · D · D

Contuli. Antiqui exemplum proponunt Felicianus n. 103; Marcanova Mut. f. 125' agri n. 15; Ferrarinus f. 20'; Redianus f. 68 n. 83; Gammarus ms.; Lilius f. 36'; Iucundus f. 193 n. 65; Sarayna Lat. f. 44, Ital. f. 74' (inde Panvinius p. 223; Grut. 81, 6 ex Sarayna). Denuo ex lapide Manutius cod. 5235 f. 6; Maffei M. V. 80, 4 (inde Donat. 30, 8); Pezzo *noviss. mon. ill. dei Cimbri* (1785) 2, 60; Razzetti f. 1 (inde Orti *Bullett.* 1836, 141); Venturi ms.

Idem videtur esse C. Papirius Threptus tituli n. 3915.

3907 tabella aerea rep. ad Manerbe prope Maranum in Valle Policella in loco dicto *il Castellon* ex ruderibus templi antiqui ab Ortio ibi effossis.



Razzetti f. 11; Orti *antich. di Garda* (1836) p. 25 et *Bull. dell' Inst.* 1836 p. 141.

3908 graphio scripta in lapide tofaceo formam quodammodo plantae ruditer referente perforatoque pluribus foraminibus suspendendi causa. Rep. in ruderibus templi eiusdem.

L · IARIOVIDIVS · C · L
CATO·V·S·L·M
MANV·SVA PISOTF

Razzetti f. 11 dat delineatam; Orti *Bullett. dell' Inst.* 1836 p. 141.

3909 in ruderibus templi eiusdem rep., nunc ad S. Petri Incariani in villa Mongarum.

FIE · SVA
MINERVAE · V · S · L · M

Contuli. Razzetti f. 4; Orti *Bullett.* 1836 p. 141.

3910 rep. in ruderibus templi eiusdem.

IVS · M · F · RA | OAE | OPILIA · M · D D · L · ...

Razzetti f. 11; Orti *Bullett.* 1836 p. 141.

3911 arula exigua, rep. in ruderibus templi eiusdem, deinde Veronae apud Ortium.

MINERV
AVG
P CAVA
RASIVS
PROCVI *sic*
V S L M

Descripsi. Habent Razzetti ms. f. 11; Orti *Bull. dell' Inst.* 1836, 141.

3912 rep. in ruderibus templi eiusdem.

PRO · C · AV/VSTIO · C · F · SEVERO
SVFRIA · P · F · SECVNDA · MATER
MINERVAE · V · S · L · M

Razzetti f. 11; Orti *Bull. dell' Inst.* 1836 p. 142. 1 AVEVSTIO traditur.

3913 rep. in ruderibus templi eiusdem.

MINERVAE
AVG
C · DOMITI
VS · MARI
MVS · V · S
L · M

Razzetti f. 11; Orti *Bull. dell' Inst.* 1836 p. 141.

3914 cippus rep. in ruderibus templi eiusdem.

///// PI //... NERVAE
C OC/\/IVS/// L VITVLVS
DON ////// CE MARIVS
)SP /////////I//)
XII ////// LO/I
C\ /O//// ////

Razzetti f. 11; Orti *Bull. dell' Inst.* 1836 p. 141. Exhibui ut delineavit Razzettius.

3915 litteris bonis et certis. Rep. Fumania magna imbrium vi c. a. 1710; extorsit titulum (Maffeius) a museo Moscardio, cui ante annos ferme XL addixerat comes Ludovicus, ut ex ore eius saepe accepimus VALLARSI in nota ms. ad Maffeium (bibl. Gianfilippi) edita ab Ortio *due antichissimi tempj* (1840) p. 19. Rep. nuper ad S. Ambrosii in Valle Palicella, nunc Veronae in museo MAFFEI. Est ibi sub n. 128.

NYMPHIS AVG
ET · GENIO · PAG
ARVSNATIVM · C *urceus*
PAPIRIVS · THREPTVS
culter
scrofa instrumenta ad sacrificandum alia

Contuli. Ed. Maffei Ver. ill. p. 4 inscr. n. 1, M. V. 75, 3 aere expressam (inde Mur. 87, 2; Orelli 1689).

Idem videtur esse Papirius Threptus tituli n. 3906.

3916 in pena S. Odorici de Castro rupto [= Negarine] ANTIQUI. Nunc Veronae in museo philharmonico n. 98.

SATVRNO
M · FLAVIVS
FESTVS
ET · CVSONIA
MAXIMA
FLAMINICA

Contuli. Habent Antiquus (Felicianus n. 105; Marcanova Mut. f. 125' agri n. 17; Ferrarinus f. 21'; ex Marcanovanis Sirmondus cod. 1418 n. 10 indeque Grut. 1066, 2); Maffei M. V. 81, 3. Vv. divisionem observat Marcanova.

Idem M. Flavius Festus videtur redire in titulo n. 3426 (quem observa una eruderatum esse cum n. 3929). Uxor eius quae ibi dicitur Quasiana est opinor ipsa haec Cusonia.

3917 litteris magnis et pulchris. Ad S. Georgium vallis Pulicellae PANVINIUS. Deinde Veronae in museo philharmonico n. 100.

SOLI · ET · LVNAE
Q · SERTORIVS · Q · F
FESTVS · FLAMEN

Contuli. Habent Panvinius p. 223 (inde Grut. 31, 12 ex Panvinii schedis); Maffei Ver. p. 96 inscr. n. 19, M. V. 81, 10 (inde Mur. 25, 4; Orelli 1926); Orti apud Asquinium *pago degli Arusnati* p. 26 et *confini del Veron.* p. 26 et *gente Sertoria* p. 8. 67 tab. n. 4.

3918 in S. Georgii de Valle Pulicella ORTI. Frustra quaesivi.

SOL · ET · LVNAE
VAL

Orti *due antich. tempj* (1840) p. 25 tab. 1 f. 1.

3919 basis magna quadrata versibus inaequalibus scripta. Castri rupti [= Negarine] in ecclesia S. Odorici sub altari FELIC. similiterque RELIQUI ANTIQUI. Nunc Veronae apud Smaniam.

· VESTAE ·
Q · CASSIVS · M · F
VARVS ·
V · S · L · M ·

Descripsi. Habent Felicianus n. 106; Marcanova Mut. f. 125' agri Ver. n. 18; Redianus f. 68' n. 92; Ferrarinus f. 21'; Lilius f. 35; Gammarus f. 118; Iucundus f. 196 n. 96; Mur. 32, 2 ex schedis Pseudo-Paccdiani; Sarayna Lat. f. 45, Ital. f. 70' (inde Smet. 148, 6 et Grut. 26, 5, ex hoc Orelli 1392); Panvinius p. 223.

Vv. divisionem ex antiquis retinent Marcanova Lilius aliique.

3920 rep. ad S. Georgii in Val Palicella, deinde in pago S. Petri Incariani in villa Mongae.

VESTAE
COST

Contuli. Habent Orti *gente Sert.* p. 71 a Monga; Razzetti f. 6.

3921 Veronae in museo philharmonico n. 108.

C · AFRICANIVS
C · F CAPITO
FLAMEN

Contuli. Maffei Ver. p. 96 inscr. n. 20, M. V. 92, 6 (inde Mur. 166, 4; Donat. 80, 4).

3922 in abbatia S. Georgii quae vulgo dicitur *Ingannapoltron* ANTIQUI et MANUTIUS, Puntonii in viridario Fabii Nichesolae iurisconsulti clarissimi PALERMUS et VELSER. In academia philharmonica LISCA, ubi adhuc est n. 113.

SEXT · CARIAV *sic*
SEXT · FIL
FIRMINVS
FLAMEN · ET
POMPONIA
PONTI · FIL
SEVERA · FLAM

Contuli. Habent Felicianus n. 116; Marcanova Mut. f. 126 agri n. 30; Sanutus f. 85; Ferrarinus f. 23'; Redianus f. 71' n. 135; Gammarus f. 123; Lilius f. 42; Iucundus f. 196 n. 100; Sarayna Lat. f. 51, Ital. f. 66; Panvinius p. 87 (inde Grut. 325, 11 ex Sarayna et Panvinii schedis); Manutius a. 1565 cod. 5235 f. 2 et cod. 5251 f. 64; Palermus in add. ms. ad Saraynam; Velseriana f. 22'; Lisca et Cozza p. 239; Maffei M. V. 92, 5 (inde Donat. 80, 2); Orti apud Asquinium *Arusnati* p. 26 et *confini del Veron.* p. 25.

3923 extat pars anterior ad S. Georgii in Valle Pulicella in ambulacro muro infixa, pars posterior Veronae in museo n. 87. Coniunxi ego.

FIRMVS FLAMEN
ET·CASSIA P·F·IVSTINA
FLAMINICA
D D

Contuli utramque, priorem tamen imminutam. Priorem ed. Orti apud Asquinium *pago degli Arusnati* p. 25; *confini del Veronese* (1830) p. 25; *due antich. tempj* p. 25 tab. 1 n. 2; posteriorem Maffeius M. V. 92, 7.

2 FIRMVS hodie deest; FIRMV Orti III. — FLAMINICA pro FLAMEN Maffeius male.

3924 litteris antiquioribus. Ad *Santa Manerba* rep. in vico Pezze 1836. Nunc in vico S. Petri Incariani apud Mongas.

P·FAENIVS·M·F
C·MASVRIVS·C·F·SABINVS
P·CVTIVS·P·F·RIBVLVS
L·AEMILIVS·C·F·MALO
FANORVM · CVRATORES
EX PECVNIA FANATICA
FACIVNDVM CVRARVNT
IDEMQVE PROBARVNT

Contuli. Habent Razzetti f. 10; Orti *Bullett.* 1836 p. 141 (inde Henzen 5990).

3925 Veronae in museo philharmonico n. 246.

·M·F·C·DOMITIO·L·F·C·LAE
DE · PECVN · FANAT · P · C·

Contuli. Maffeius omisit; ediderunt, sed male uterque, Tommasellius p. 157 et Osann p. 550.

3926 Fumane in valle Pulicella nuper rep. MAFF. Veronae in museo philharmonico n. 141.

C·OCTAVIVS·M·F·CA*p*ITO
MEMO*ria* · SVOR*u*M
NOMINE · L · P · OCTAVIOR*um* M·M·P
CLEMENTIS · N////LLA*E* ET
STABERI·OPTVMO*rum* FRA*tr*VM
*a*EDISNAM AVGVSTAM SOLO P*ri*VATO
ARVSNATIBVS DE*di*T

Contuli. Ed. Maffei Ver. p. 4 inscr. n. 2, M. V. 89, 5 (inde Mar. 480, 6; Donat. 66, 6).

C. Octavius M. f. Capito praeterea nominatur in titulis certe tribus n. 3900. 3927. 3928 et fortasse praeterea in quarto n. 3962, ex quibus stemma videtur effici hoc:

M. Octavius (Staberius?)

C. Octavius Capito	L. Octavius Clemens N . . nila(?)	P. Octavius Staberius	Octavia Magna
	L. Octavius Capito	P. Octavius Verecundus	

3927 Pontoni (apud Nichesolam) VELS.

P·OCTAVIO·P·F·VERECVNDO
PONTIF · SACR · RAET
CAPITO·PATRVVS

Velseriana f. 23'.
Cf. ad n. 3926.

3928 Fumanis.

*oc*TAVIAE · M · F
*ma*GNAE·FLAMIN*icae*
*pa*GI · ARVSNATI*um*
*c. o*CTAVIVS·CAPI*to*
*l. o*CTAVIVS·CLEM*ens*

Sarayna Ital. ms. bibl. Veron. publ. f. 65' habet, sed inductam; in codice bibl. capit. deest.
Cf. ad n. 3926.

3929 Veronae *lapido mobile al Ponte delle navi.*

EX VOTO
. . . IIVS·P·F·STRABO·FLAM
STIBADIA·D·P·S·F

Venturi ms. una cum titulo n. 3462.

3930 nuper rep. ad S. Georgii in Valle Pulicella ORTI 1833; deinde in vico S. Petri Incariani apud Mongam.

C F
AVGVSTIAN*us*
ET·TVLLA·TVL·F
CARDELIA
FLAM

Contuli. Habent Orti *gente Sertor.* (1833) p. 70 et *due antich. tempj* (1840) p. 22 a Monga; Razzetti f. 4.

3931 Veronae apud comites Giusti TOMASINUS (1639) LISCA (1648) RELIQUIQUE. Ibidem adhuc.

L · REDONIVS
Q·F
PLANTA
FLAMEN·VOVIT
MANISNAVIVS
POSVIT

Contuli. Habent Tomasinus de donar. p. 190 (inde Reines. 5, 17; Fabrett. 642, 360); Lisca et Cozza p. 241; Bianchini cod. bibl. capit. Veron. n. 353 f. 32; Orti *giard. Giusti* p. 39.

3932 Veronae in hortis Giusti DUD. LISCA ibidemque adhuc.

P · VALERIVS · P · F·
MONTANVS · FLAM·
MANNISNAVIVS·
·DEDIT·

Descripsi. Habent Gudius ms. 467, 3, ed. 334, 7; Lisca et Cozza tab. B*b*; Bianchini cod. bibl. capit. 353 f. 32; Orti *giard. Giusti* p. 40.

'*Questa lapida è assolutamente moderna, valendo a provarlo sopra tutto la forma del marmo e delle lettere*' Orti perperam.

3933 in S. Georgii in Val Pulicella in turri campanaria.

VERIVS · FLAM

Orti *due antich. tempj* p. 28 tab. 8 n. 2.

3934 cippi pars infima, in S. Georgii in Valle Pulicella in ecclesia pro capitulo columnae, quae ineunti a dextra ordine ultima est.

C A F

Contuli. Habet Orti apud Asquinium *pago degli Arusnati* p. 25 et *due antich. tempj* p. 30.

3935 ad S. Georgii in valle Pulicella rep., extat in vico S. Petri Incariani in villa Mongae.

VELH

Contuli. Habent Orti *gente Sertor.* p. 71 a Monga; Razzetti f. 4.

3936 ad aedem D. Floriani in fronte ad angulum FELIC. similiterque ANTIQUI RELIQUI, item SARAYNA. Deinde Pontoni (apud Nichesolam) VELSER. Iam Veronae in museo philharmonico n. 170.

Q · CAICILIO
CISIACO · SEPTICIO
PICAI · CAICILIANO
PROCVR · AVGVSTOR · ET
PRO·LEG·PROVINCIAI
RAITIAI · ET · VINDELIC
ET·VALLIS·POENIN·AVGVRI
FLAMINI·DIVI·AVG·ET·ROMAI
C·LIGVRIVS·L·F·VOL·ASPER
Ↄ · COH·T·C·R·INGENVOR

Contuli. Habent Felicianus n. 98; Marcanova Mut. f. 125 agri n. 10; Ferrarinus f. 21; Redianus f. 67 n. 72; cod. Gud. 253 f. 19; Gammarus f. 130; Lilius f. 33'; Iucundus f. 195 n. 92; Rhenanus rer. Germ. p. 141; Marg. Velseria epist. p. 38 ex Alciatinis; Sarayna Lat. f. 51', Ital. f. 66 (ex Sarayna Fabricius antiq. p. 83; Smet. 161, 5; ex Sarayna et Panvinianis Grut. 376, 6); Panvinius p. 226; Carotus f. E; Palermus in add. ms. ad Saraynam; Velseriana f. 22; Maffei Ver. p. 175 inscr. n. 44, M. V. 113, 2 (inde Donat. 249, 2; Orelli 488).

10 PR pro C·R· Panvinius.

Ad v. 4 cf. Henzen 6939: *praef. Raetis Vindolicis vallis Poeninae.*

3937 in parvo sepulchro [id est arca] ad S. Georgii Ingannapoltron ANTIQUUS.

L · OCTAVIO · L · F · POB
SEVERIANO · LEG · QVI
VIXIT · ANNIS · XXI · DIE
BVS · XXVIII · L · OCTAVI
VS · SEVERVS · ET · TRATO
RIA · SEVERA · PARENTES
INFELICISSIMI
FILIO · DESIDERATISSIM

Antiqui exemplum proponunt Felicianus n. 120; Marcanova Mut. f. 126' agri n. 34; Redianus f. 71 n. 128; Gammarus f. 109'; Lilius f. 40; Iucundus f. 196 n. 101; Sanutus f. 85'; Apianus 330, 5; Sarayna Lat. f. 45 bis, tertium f. 50', Ital. f. 65 (inde Panvinius p. 88; Grut. 555, 5 ex Sarayna et Panvinii schedis; Palermus p. 128); Asquini *sopra un vecchio sigillo* p. 14 ex codd. Feliciani et Iucundi; Stoffella *confini* p. 80 ex cod. Iucundi. Fractam habet Panvinius ms. f. 306' aliunde.

Variam lectionem dabo plenam verorum auctorum tantummodo, id est sex primorum, qui fere consentiunt. — Vv. divisio est Gammariana. — 2 LEG om. San. Sar. 1 Stoff. — 3 DIES Iuc. — 8 DESIDERATISSM Gamm., DESIDERATISSIMO Lil., DESIDERATISS Red. Iuc. — Panvinius f. 306 sic: . . . . . FIL | . . . . TAVI | . . . . . ET TRA|TORIA SEVERA PAREN|TES INFELICISSIMI | FILIO DESIDERANTSSIMO.

3938 arca ingens. Negrari ad ecclesiam S. Martini ANTIQUI, in hortulo basilicae Nigrariani pagi SARAYNA. Veronae in hortis Giusti LISCA GUD. POSTERIORESQUE. Ibidem adhuc.

sic G N A R X I V S · C N F
CAETRONIVS IIII VIR I D
V F A P Q AER SIBI ET D M
CLODIAE HEDONE CONVG
SANCTISSIMAE CVM QVA
VIXIT ANN XXXVIII

Contuli. Habent Felicianus n. 101; Marcanova Mut. f. 125 agri n. 13; Redianus f. 64 n. 29; Ferrarinus f. 22; Gammarus f. 113; Lilius f. 34; Iucundus f. 195 n. 93; Sanutus f. 75'; Don. 5, 224 ex vetere ms.; Sarayna Lat. f. 45, Ital. f. 66'; Panvinius p. 86 (inde Grut. 359, 7 ex Sarayna et schedis Onufrii); Tinto p. 311. 319; Lisca et Cozza p. 241; Gudius ms. 1014, 1, ed. 115, 5; Maffei Ver. p. 91 inscr. n. 13 (inde et ex Donio Mur. 676, 2); Dionisi ms. f. 14; Venturi ms.; Orti *giard. Giusti* p. 44 tab. 9 n. 7.

Veram versuum divisionem ex antiquis unus Gammarus servat, qui etiam cum Lilio addit mensuras: 'longa p. VII 1/4, alta p. III 1/3, soliditate est p. III 3/4'. — 3 AER ex antiquis habent Red. Gamm. Lil. Iuc. San. Don., item margo Felic. (Veron.), ATR Felic. (Veron. m. 2), PRAEF pro AER Felic. (Marcian. et Veron. m. 1) Marcan. Ferrar. — 4 HEDONI cernitur et ita fere priores, sed potest fuisse HEDONE.

Gn. Arrius Cn. f. Caetronius, IIII vir i(ure) d(icundo), a(edilicia) p(otestate), q(uaestor) aer(arii), sibi et Clodiae Hedone coniug(i) sanctissimae, cum qua vixit ann(os) XXXVIII.

3939 cippus ingens. In ecclesia S. Ambrosii vallis Policellae ANTIQUI, item SARAYNA. Pontoni in hortis Nichesoliis PALERMUS et VELSER. Veronae in academia philharmonica LISCA ibidemque adhuc n. 358.

C A L P V R N I A
L · F · PRISCA
SIBI · ET
L · C A L P V R N I O
QVADRATO · PATRI
VALERIAE · C · F
SECVNDAE · MATRI
L · C A L P V R N I O
PVDENTI · FRATRI
IIIII VIR · AVG

Contuli. Habent Felicianus n. 111; Marcanova f. 126 agri n. 24; Ferrarinus f. 23; Redianus f. 67' n. 78; Gammarus f. 132; Lilius f. 42; Iucundus f. 196 n. 98; Matthaeus Rufus in comm. 'quod Plinius senior sit Veronensis' edito Brixiae 1496; Pantheus de thermis Calderianis (Venetiis 1500) f. C 2; Paulus Suardus in add. ad Pliniana Martini Becichemi (Brixiae 1503) f. DDD 3; Sarayna Lat. f. 51, Ital. f. 66' (inde Panvinius Ver. ms. f. 306; Carotus f. E; Grut. 383, 6 ex Sarayna et Panvinii schedis); Palermus p. 71; Velseriana f. 14; Lisca et Cozza p. 237; Maffei M. V. 115, 2 (inde Donat. 249, 5); Orti apud Asquinium *pago degli Arusn.* p. 26 et *confini del Veron.* p. 26.

In codice Papiensi CXXX. E. 10 haec legitur f. 43' non interpolata; deinde f. 44 sic proponitur corrupta: CALPVRNIAM CALPVRNII QVADRATI ET VALERIAE SECVNDAE FILIAM PARENT ET CALPVRNIO PVDENTI FRATRI PIENTISSIMO; denique f. 45 interpolata sic: CALPVRNIA IVNIORIS PLINII CONSOBRINA EX VALERIA SECVNDA MATERTERA.

4041 Aquanigrae in abbatia S. Thomae PRIORES, etiam AFFÒ. Nunc Mantuae in museo n. 86.

M · CASSIVS · M · F
ANI · CAPVLVS · CREM
Ɔ · COH · V · PRAETORIAE
AEDEM · ISIDI · PECVNIA
SVA · FECIT

Contuli. Habent Grut. 82, 10 ex schedis nescio quibus Verderianis; codex Vaticanus Ottob. 1266 in principio syllogae Mantuanae; Amadei hist. Mant. ms. 1 f. 5, citans Ianellium nescio quem; Gnocchi ms. p. 148; Affò misit Marinio 21 Iun. 1785 (cod. Vat. 9042); Bianchi *marmi Crem.* p. 290; Volta in schedis Mantuanis; Labus mus. Mant. 2, 139 tab. 20, citans praeter Voltam schedas Zucchi et Coddè, *marmi Bresc.* p. 122 n. 162.

4042 Asolae ad summum templum MANUT. In angulo ecclesiae GNOCCHI — Rep. in villa Attigliaca M p. ab Asola NOV. VEN., scilicet propter nomen Atilium.

ATILIAEVE
MAXIMAE · ET
SVAVE · ET · QVARTAE

Mediceus n. 149; Arragonensis ms. n. 314 = 26, ed. n. 16; Totti p. 67 n. 190; Manutius cod. 5235 II f. 99 inter Brixiana Stellae, cod. 5244 p. 110 inter Tottiana, cod. 5235 V p. 32, orth. 81, 4, ubi ait a. 1557 accepisse se a Laelio Gavardo Asulano, postea se ipsum vidisse (inde Grut. 858, 14, item ut opinor Ligorius ms. Taur. 3 f. 119, quamquam hic auctorem laudat Octavium Pantagathum; Gudius 315, 19 ex Ligorio); Rossi p. 269 (inde et ex Malvasia Mur. 1639, 9); Malvasia p. 475; *Nov. Venete* 1754 p. 280 q. n. v. (inde Zaccaria stor. lett. 10, 612); Lud. Mangini *istor. di Asola* (ms. bibl. Querin. H. VI. 2) p. 17; Gnochi ms. p. 222; Ioli mon. ant. II; Labus *ant. mon. scop. in Brescia* p. 51 et mus. Mant. 3, 352; Carolus Giuliari dedit descriptam.

1 ATTILIAEVS Arr. Totti Giul., ATILIAEVS Malv., ATTIAEVS Rossi. — 2 ET om. Rossi. — 3 SVAVAE Med. Arr. Totti Rossi, SVAVI Malv. — QVARTE Zacc., QVARTA Giul.

4043 Casalmoro *sopra un luogo elevato a fianco di una piccola chiesa detta la Madonna del Dosso* PARI similiterque MANUT.

D · M
AVREL · MACRIA
NE · CONIVGI · IN
CONPARABILI

Manutius cod. Vat. 5241 f. 635 et rursus f. 638; Vincentius Pari canonicus Asolanus in *Novelle letterarie di Venezia* a. 1754 p. 184, a quo videntur pendere reliqui: Zaccaria *stor.* 9, 489 (inde Donat. 393, 1); Furlanetto lap. Pat. p. 301 n. 394; Labus mus. Mant. 3, 352.

1 om. Man. 635. — 2. 3 AVRELIAE · MACRIANAE Man. 638. — 4 CONPARABILI Man. 635 Labus, COMPARABILI reliqui.

4044 basis ingens litteris magnis. Casalmori ROSSI. Brixiae in aedibus comitum Soardi GNOCCHI. Iam ex eorum dono in museo.

protome viri *protome mulieris*
Q · EGNATIVS
P · F · SIBI · ET
PHILISTIAE · PAVLLAE *sic*
VXORI · T · F · I

Contuli. Habent Rossi p. 298 (inde per schedas Barberinas Fabrett. 638, 327 et per schedas quas dicit Vaticanas, dicere debuit Fabrettianas Malvasia p. 510); Gnocchi ms. p. 198 (inde Donat. 399, 17); Ioli cat. mus. f. 70.

4045 Casalodil [= Casaloldo] in aedibus universitatis, alias Antonii Golinii.

FO · GENERO · PRO
PATRI · ANIF
MATRI · ONI ·
PATRVO

Manutius cod. Vat. 5237 f. 467 et cod. 5241 f. 638.

4046 Casalpoglio ROSSI ZACC.; in aedibus Hieronymi Piccinelli AMADEI; in aedibus fabri ferrarii GNOCCHI. A Casalpoglio ex aedibus Bondoni venit Brixiam in museum IOLI.

in acromati mulier in lecto cubans

V *duae figurae manu se tenentes* F
P · MAGIVS · MANI *sic*
SIBI · ET · ASSELIAE · M · F
SABINAE · VXORI
ET · SATRIAE · M · F
TERTIAE
CASSIAE · P · F · SECVNDAE
MATRI
canis *pecudes duae boves duo ad pateram* *gallus*

Contuli. Habent Rossi ms. f. 148 et in add. Medicei n. 347 *a*; Amadei *cron. di Mantova* 1 (1745) f. 10 et ab eodem per Bersellium Mur. 2074, 1; Lud. Mangini *istor. di Asola* (ms. bibl. Querin. H. VI. 2) p. 15; Vinc. Pari canonicus Asolanus *novelle della repubbl. lett.* (Venet. 1754) p. 112; Zaccaria *stor. lett.* 9, 489; Labus mus. Mant. 3, 225; Gnocchi ms. p. 227; Ioli cat. mus. f. 66.

2 P · M · CLVVIONI Rossi ms. f. 148 ex interpolatione. — 3 fin. non apparet nisi MI nec plus habent priores fide digni.

4047 extra Castrum Zifredum in ecclesia S. Antonii SOLATIANI similiterque ROSSI. Extra Castelgofredo rep. a. 1729 in hortis campestribus parochi Gottardi Bignotti AMADEI.

IOVI
V·S·L·M

Tria exempla extant Solatianum apud Traiectinum n. 128, Mediceum n. 150, Nazarium p. 45 (inde Grut. 1006, 6), Arragonensem n. 315 = 203 et quod ab Antonio Francisco Sartori acceptum Amadeus posuit in chronicis Mantuanis 1 (1745) f. 9' et Gnocchianum ms. p. 147 (inde Donat. 5, 7). Interpolavit Rossius p. 79 (inde Mur. 5, 3; Gnocchi ms. p. 143 a prioribus; Donat. 7, 8 ex schedis Gnocchi; Labus *mus. di Mantova* 2, 220 et *marmi Bresc.* p. 17 n. 18).

P · MAGIVS · P · F addit in principio Rossius.

4048 Medole in S. Mariae VINACC. in latere sacristiae add. GNOCCHI. Inde transiit a. 1780 in museum Mantuanum n. 95.

FOSS FOSS
D · M V · F
L · VALERIVS
VRSIO · L ·
VALERIO · ASINON
FILIO · PIENTISS ·
B · M
ET · SIBI
IMMVNES · RECEPTI
IN · COLLEG
FABRVM

Contuli. Vinaccesi p. 264 (inde Mur. 518, 1); Gnocchi ms. p. 177 (inde Donat. 230, 2); Zamboni (in misc. ms. servatis apud Clementem Rosam Brixiae) p. 303 a Leop. Volta Mantuano; schedae bibl. publ. Mantuanae visae Portiolio; Borsa mus. Mant. p. 28; Labus mus. Mant. 2, 308 tab. 52.

4049 Medole.

P · CATIO
CALLAVI · F · ET
SATRIAE · M · F · TERTIAE
ET · M · CATIO · P · F · ET
LOREIAE · SP · F · CONGIDIAE

Averoldus servavit apud Mur. 1449, 11 (inde Gnocchi ms. p. 245; Labus mus. Mant. 3, 345).

4050 Carpenedoli in oratorio campestri S. M. *di Ravere* ROSSI GAGL. GNOCCHI.

P · LIVIO
P · F · POB

Rossi ms. f. 141; Gagliardi, qui vidit a. 1722, inter ms. Muratoriana 18, 224 et in Brognoli miscellaneis ms. (inde omnino Labus mus. Mant. 2, 268); Gnocchi ms. p. 268 fortasse ab eodem; Balth. Zamboni in libello dato ad Prosp. Valmaranam (Brixiae 1781) p. 7.

LIVIVS Rossi. — Fractam esse ait Zambonius.

4051 Carpenedoli in eccl. S. Mariae plebis ROSSI; ante portam add. GNOCCHI.

MEVIAE
MARCELLAE
Q · SERTORIVS

Rossi p. 288 (inde Mur. 1484, 13); Gnocchi ms. p. 226.

1 NEVIAE Rossi, MAEVIAE Gnocchi.

4052 Montechiari in pariete aedium Monti GNOCCHI. Nunc ex dono Hier. Monti Brixiae in museo. In ipso lapide recens subscriptum est M. T. C.

M · AEMILIVS
CN · F · POB

Contuli. Habent Mur. 2089, 6, cui exscripsit Dominicus Conradus mathematicus Mutinensis; Gnocchi ms. p. 246; Ioli cat. mus. f. 58; Balth. Zamboni in libello dato ad Prosp. Valmaranam (Brixiae 1781) p. 7.

4053 in castro Montisclari.

P · CAL
SSEVERVS
CASSIAE · M

Totti in add. p. 124 n. 426 (inde Vinaccesi p. 322; ex eo Mur. 1246, 10 et Gnocchi ms. p. 246) = Manutius Vat. 5235 IV n. 129.

Fracturae lineas addidi.

4054 Montechiari in ecclesia parochiali S. Pancratii e regione arae S. Blasii.

POSTVMIA
C · F
BRIGIA

Habent Nassino ms. p. 127 et Continuator, scilicet Mediceus n. 152, Arragonensis ms. n. 311 = 361, Totti p. 54 n. 159 (inde Vinaccesi inter add. p. 317, ex eo Gnocchi p. 246 et Mur. 1730, 18).

4054 *a* Montechiari in ecclesia S. Pancratii ad portam.

IELIVS · P · F
SIBI · ET
SECVNDAI
ET
LANDIDO
DOPAI

Habet Continuator, id est Mediceus n. 151; Tottianus p. 54 n. 160; Arragonensis ms. n. 310 = 167, ed. n. 185 (inde Vinaccesi inter add. p. 313; ex eo Mur. 1458, 12). Item Nassino ms. p. 127 (inde Grut. 1133, 6 a Viono); Mur. ms. fasc. XVII, 204, ed. app. 12, 1 a Bernardino Conrado nobili Mutinensi, qui exscripsit; Gnocchi ms. p. 245 qui vidit; Ioli mon. ant. II.

1 ELIVS Med. Tott. Arr., LELIVS Nass. — 3 SECVNDAT Arr. (ms.) Totti I, ECVNDAI Ioli. — 5 CANDIDO Mur. (ms.), CANDIDO Med. Grut., ANDIDO rel. — 6 sic Tott. Arr. ms., in Med., om. rel.

4054 *b* Montisclari ad S. Pancratium desuper capitellum columnae quae est prope Sestium versus aquilonem.

V A L E
M · L · SAI
M · VALE
SECVND

Mediceus in add. n. 294.

XLI. MANTVA *(Mantua)*. *Tribu Sabatina.*

Mantuanos et agri Mantuani titulos descriptos accepimus a CYRIACO variis locis (nam Mantuanos ipsos novimus ex codice Scalamontii et corporibus pendentibus a Cyriaco, Hostilienses descriptos a. d. IX k. Mart. a. 1443 ex commentariis editis; seorsum traditus est Pietolanus n. 4060 exceptus opinor a Cyriaco in itinere diverso). Auxerunt saec. XV syllogen FELICIANUS additamentis codicis Veronensis (nam quae habet in codice Marciano et a prima scriptura in Veronensi, mere sunt Cyriacana); FERRARINUS iis quae accesserunt primum in codice Parisino (nam codicis Traiectini Mantuana profecta sunt ex Cyriaco); IUCUNDUS. Ab Iucundo in Mantuanis pendent praeter APIANUM FERRARINUS in iis quae in recensione postrema, id est in libro Regiensi, adiecta reperiuntur, item LILIUS et a Grutero adhibitae SCHEDAE VERDERIANAE, fortasse etiam PACEDIANUS. — Saeculo deinde XVI Mantuana quaedam de lapide descripta proponit MANUTIUS. Eodem ad finem vergente medicus et consiliarius ducis Gulielmi Gonzagae, comes MARCELLUS DONATI (1538—1602; cf. Tiraboschi *bibl. Modenese* 2, 224) in hortis suis colligere coepit marmora Mantuana, inter quae sunt quaedam ex agro advecta, duo etiam (n. 2386 et n. 145*, 4) a Ferrara iure belli translata Mantuam, quae Gonzaga dux Donatio dono videtur dedisse, nullum autem quod Roma advectum esse vel constet vel probabile sit. Descriptos habemus titulos ea aetate Mantuae prostantes a duobus viris LIGORIO, qui quae refert in volumine undecimo Taurinensium epigrammata Mantuana, demptis iis quae petiit ex Apiano, ex ipsis marmoribus excepta sunt et omnino utilia, eoque qui Mantuana misit Velsero et per Velserum GRUTERO. — Iam vero saeculi XVII incuria supervenit, quae non solum copias antiquas augere neglexit, sed etiam collectas disperdidit. *E opinione comune*, Visius inquit in schedis apud Arcum, *che erigendosi poco dopo la di lui morte* (comitis Donati) *il monastero di S. Orsola contiguo all' ancor esistente palazzo di sua abitazione molti de' marmi da lui raccolti fossero gittati nelle fondamenta del muro, che divide il cortile del suo palazzo dall' anzidetto monastero . . . Due bassirilievi scopersi io stesso conficcati nel muro di uno stanzino a terreno ora destinato a ricovero delle legna da ardere, e dall' urto delle medesime guasti e sfregiati* (cf. n. 3758. 4079). Auctores huius aetatis qui extant Scipio Aguellus MAFFEI (*annali di Mantova* Tortonae 1675 fol.), quique eiusdem fere aetatis videtur auctor syllogae titulorum Mantuanorum insertae codici Vaticano OTTOBONIANO 1266, denique Fridericus AMADEI (*cronica universale della città di Mantova* ms. autogr. Mantuae in bibliotheca comitis Caroli d' Arco dedicationem habens d. 1 Mai 1737, absoluta autem a. 1745) inscriptiones referunt fere ex Apiano paucissimis adiectis de suo. Nec multa adiecit suppparis aetatis scriptor Franc. Antonius ZACCARIA, qui quae descripsit Mantuae a. 1756, iis locum dedit in itineris litterarii volumine secundo (Venetiis 1762) p. 122. 123. — Efforuerunt autem rursus studia haec saec. XVIII exeunte, quo tempore vixerunt Ioh. Bapt. VISI († 1785), cuius praeter edita (*notizie storiche di Mantova*. Mantuae 1781. 1782 vol. 1. 2; tertii quod non prodiit vidi p. 1—128 in bibliotheca regia Mantuana) adhibui schedas et bibliothecae regiae Mantuanae (ms. H. V. $\frac{6}{37}$ *osservazioni sopra diverse iscrizioni de' tempi Romani*) et bibliothecae privatae comitis de Arco, et Leopoldus VOLTA, cuius praeter edita, quae mihi non profuerunt, adhibui commentarium ms. *sopra alcune antiche iscrizioni da collocarsi nel nuovo museo dell' Accademia* lectum in academia Mantuana d. 17 Iun. 1775 servatumque et inter collectanea academiae eius ms. C. II. 12 et apud Arcum. Eodem tempore instituta academia, cum iam ante marchiones GONZAGAE curam aliquam egissent, ut titulos Mantuanos domi suae colligerent et proponerent, etiam MUSEUM creavit, quod cum eximiis artis operibus nitet tum inscriptiones recepit non paucas nec spernendas; nisi quod qui ei rei praefuerunt ad exemplum Maffei Veronensis non satis rationem habuerunt originis notitiae conservandae. Sane plerosque titulos hodie ibi adservatos comperi aut Mantuanos esse origine aut proficisci ex provincia Mantuana; insunt tamen quidam aut ex domibus nobilium Mantuanorum in museum allati aut originis mihi certe incompertae, quorum qui speciem prae se ferrent urbanorum, eo ablegavi indice solo (n. 434*) contentus. Ediderunt autem eius musei inscriptiones duo viri potissimum Matthaeus BORSA (*museo della R. Accademia di Mantova*. Mantuae 1790. 8. pp. 95) et Iohannes LABUS (*museo della R. Accademia di Mantova*. Mantuae 8. vol. 1 a. 1830; vol. 2 a. 1833; vol. 3 a. 1834).

Mantua quamquam saepe nominatur apud antiquos propter P. Vergilium Maronem poetam oriundum ex Andibus vico Mantuanorum, tamen ipsa exiguam apud posteros sui memoriam reliquit. 'Tuscorum trans Padum sola reliqua' dicitur Plinio h. n. 3, 19, 130 idemque significat Virgilius Aen. 10, 198 (cum schol. Veron. et Servii), ubi Mantuam ait Tusco de sanguine oriundam caput fuisse populorum duodecim gentis triplicis, ut sub quavis gente quaterni populi essent (cf. O. Mueller Etr. 1, 137 sq.). At in civitatium Galliae Transpadanae distributione Ptolemaeus 3, 1, 31 Mantuam adscribit Cenomanis. Posteriore tempore cum Mantua (cuius stagna statim publica populi Romani facta esse fortasse colligi potest ex Livio 24, 10) primum ad ius Latii, deinde ad civitatem Romanam pervenisset una cum ceteris Transpadanis, post bellum inter Brutum Cassiumque et Caesarianos gestum tresviri ei irati utpote neutras partes secutae, si Cremonensium agri veteranis, quibus destinabantur, non suffecissent, Mantuanos adiungi iusserunt; 'unde factum, uti Vergilius quoque 'agros amitteret, quos sexaginta veterani acciperent; sed insinuatus Au'gusto . . . promeruit, ut agros suos reciperet, et eo facto concitaverat 'in se veteranos adeo, ut a Milieno Torone primipilari paene sit inter'fectus, nisi fugisset'. Sic Probus eclogarum interpres (p. 6 Keil), qui reliquis accuratius de ea re exponit; alias aliorum de eadem re narrationes paullum diversas missas facimus, cum ad Mantuae condicionem cognoscendam parum pertineant. — Parvam Mantuam appellat Martialis 10, 193 similiterque Strabo 5, 1, 6 p. 213 ei locum dat inter huius regionis oppida minora. Confirmant id tituli ipsa paucitate sua, quae re etiam maior est quam specie; nam in titulis hoc capite propositis relinqui debuerunt complures originis incertae prolati ex museis Mantuanis. In tribu Sabatina censos esse Mantuanos efficitur cum ex titulis ibi repertis tum ex externis compositis apud Grotefendium in libro de tribubus p. 62. Magistratus reperiuntur tum *quattuorviri iure dicundo* n. 4061 sive *quattuorviri* nude n. 4058 quam *duoviri iure dicundo* n. 4059, sacerdotes *pontifex* n. 4058 et *augur* n. 4059, item *seviri* n. 4060. 4062.

Territorium Mantuanorum exiguum sine dubio, ut ipsum oppidum parvum fuit, quatenus pervenerit, tituli parum indicant. Ad orientem et septentrionem Hostiliam versus Veronensium vicum ipsamque Veronam quotquot tituli reperiuntur, eos Veronensibus attribuendos esse videri supra p. 328 diximus; ex agro autem Mantuae proximo, id est a Mantua ad Gazzum Trevensuolum Mozzecane, adhuc tituli nulli omnino prolati sunt. Idem usu venit in agro inter Mantuam Padumque interiecto, si exceperis vicum Pietole Mantuae suburbanum, quem Vergilii poetae natalem Andes (Donatus in Vergilii vita p. 54 Reiff.) sive Andicum (Probus in comm. Verg. p. 1 Keil) vulgo opinantur opinabanturque iam aetate Dantis poetae (Purgat. 18, 83), non tantum temere, sed certo falso, cum ex Probi testimonio constet Andes XXX m. p. a Mantua distare. Nihilominus propterea epigramma n. 3827 locum mutavit. Nos titulum unicum adhuc notum vere Pietolanum n. 4060 cum Mantuanis contribuimus. Ab occidente denique Brixiam versus et Cremonam titulos repertos inter Minciam Ollium Clesum composuimus c. XL, repertos inter Ollium Padumque c. XLII, ut cuivis liberum de his iudicium relinquatur; omnes ita comparati sunt, ut topographiam parum illustrent.

4055 rep. a. 1823 in territorio Mantuano ultra Padum, est apud marchionem Lud. Cavriani DE LAMA. Apud eosdem Cavrianos vidi ego a. 1867.

intus: tabella prior.

IMP · CAES · DIVI M · ANTONINI ·
COMMODI · FRATER · DIVI ANT
HADRIANI PRONEP · DIVI TRAI
DIVI · NERVAE · ADNEP · L · SEPTIM
PERTINAX · AVG ARAB ADIAB PA
MAR · TRIB · POT · XVI IMP XI · CO
a. p. C. 208 IMP CAES · L · SEPTIMI · SEVERI · PII · PEF
ADIAB · PARTHIC · MAX · F · DIVI M A
SARM NEP · DIVI ANTONINI PII P
NI ABNEP · DIVI TRAIANI · PARTHIC · E
M · AVRELLIVS · ANTONINVS · PIVS · AVG · T
NOMINA MILITVM QVI MILITAVER
PRAETORIS DECEM · I · II · III · IIII · V
PIIS VINDICIBVS QVI PIE ET · FORTIT
SVNT IVS · TRIBVIMVS CONVBI DVM T
MIS VXORIBVS VT ETIAM SI PE ERE GI
IN MATRIMONIO SVO IVXERINT ·
TOLLANT · AC SI EX DVOBVS CIVIB
NATOS ·

extrinsecus: tabella prior.

IMP · CAES · DIVI · M · ANTONINI · PII · GERM SARM ·
FIL · DIVI COMMODI · FRATER · DIVI ANTONINI · PII ·
NEP · DIVI · HADRIANI · PRONEP · DIVI · TRAIANI · PARTHI
CI · ABNEPOS · DIVI · NERVAEPOS · L · SEPTIMIVS ·
SEVERVS · PIVS · PERTINAX · AVG · ARAB · ADIAB PAR
THIC · MAX · PONTIF · MAX · TRIB · POT · XVI · IMP · XI · COS III P · P ·
IMP · CAES · L · SEPTIMI · SEVERI · PII · PERTINACIS · AVG ·
ARAB · ADIAB · PARTHIC · MAX · FIL · DIVI · M · ANTONINI ·
PII · GERM · SARM · NEP · DIVI · ANTONINI · PII · PRONEPOS ·
DIVI · HADRIANI · ABNEPOS · DIVI · TRAIANI · PARTHIC ·
ET · DIVI · NERVAE · ADNEPOS ·
M · AVRELLIVS · ANTONINVS · PIVS · AVG · TRIB · POT · XI · IMP · II · COS · III ·
NOMINA MILITVM QVI MILITAVERVNT · IN COHORTIBVS ·
PRAETORIS · DECEM · I · II · III · IIII · V · VI · VII · VIII · VIIII · X ·
PIIS VINDICIBVS QVI PIE · ET · FORTITER · MILITIA · FVN
CTI SVNT · IVS TRIBVIMVS CONVBI DVM TAXAT SIN ·
S ET · PRIMIS · VXORIBVS · VT · ETIAM · SI PEREGRI
IONIO · SVO · IVNX

Imp. Caes(ar), divi M. Antonini Pii Germ(anici) Sarm(atici) fil(ius), divi Commodi frater, divi Antonini Pii nep., divi Hadriani pronep., divi Traiani Parthici abnepos, divi Nervae adnepos [1]), L. Septimius Severus Pius Pertinax Aug(ustus), Arab(icus) Adiab(enicus) Parthic(us) max(imus), pontif(ex) max(imus), trib(unicia) pot(estate) XVI, imp(erator) XI, co(n)s(ul) III, p(ater patriae);

Imp. Caes(ar), L. Septimi Severi Pii Pertinacis Aug(usti) Arab(ici) Adiab(enici) Parthic(i) max(imi) fil., divi M. Antonini Pii Germ(anici) Sarm(atici) nep., divi Antonini Pii pronepos, divi Hadriani abnepos, divi Traiani Parthic(i) et divi Nervae adnepos, M. Aurellius Antoninus Pius Aug(ustus), trib(unicia) pot(estate) XI, imp(erator) II, co(n)s(ul) III

nomina militum, qui militaverunt in cohortibus praetoris decem I. II. III. IIII. V. VI. VII. VIII. VIIII. X piis vindicibus, qui pie et fortiter militia functi sunt, ius tribuimus conubi dumtaxat *cum* [2]) sin[guli]s et primis uxoribus, ut etiam si peregri[ni iuris feminas] in matrimonio suo iunxerint [3]), [proinde liberos] tollant ac si ex duobus civibu[s Romanis] natos

. . . .

[1]) pos *pro* adnepos *extr.* [2]) cum *addidi.* [3]) iuxerint *int.*

Descripsi. De Lama *Giorn. Arcad.* 17 (1823) p. 274 cum supplementis Borghesii addita tabula; Labus *mus. di Mantova* 2, 143, qui non dat nisi partem exteriorem. Inde Gazzera in actis Taurin. vol. 35 p. 259 et Cardinali dipl. n. 24 p. 250.

4056 in agro Mantuano reperta b. anno 1714 (?), ad d. Fr. Ficoronium Romam transmissa hoc a. 1725 mihi communicata BIANCHINI. *Trovato nell' oltrepò Mantovano l' anno 1720 venne in potere del segretario Agostino Ridolfi, che lo cedette per poche monete nel 1724 al Ficoroni* LABUS nescio unde. Effossa prope Mutinam [immo Mantuam]; emit ab Augusto Rudolfo Mantuano a. 1724 Franc. Ficoronius MUR. Emit Romae episcopus Passaviensis comes Thun collocavitque in museo Passavii, unde venit Monachum in antiquarium.

intus: tabella prior ita perscripta ut litteras secundum angustius tabulae latus decurrant, cum reliquorum diptychorum interiores pagellae litteras habeant per longius rectanguli latus decurrentes.

L VI PRAERT
BASSVS
S A
LAVDIC
• •
GI LAVDIC L
BESSO
GINO ALABAND
PANN L
ONI PHILADEL C
O ALABAND C
NICOM

extrinsecus: tabella prior.

IMP CAES M IVLIVS PHILIPPVS PIVS
FEL AVG PONT MAX TR POT V COS III P P PROC
IMP CAES M IVLIVS PHILIPPVS PIVS FEL · AVG
PONT MAX TRIS POT II COS II PP
NOMINA MILITVM QVI MILITAVER · IN CO
HORTIBVS PRAETOR · PHILIPPIANIS DECEM
I · II · III · IIII · V · VI VII VIII VIIII · X PIIS VINDICIBVS
sic QVI PII ET FORTITER MILITIA FVNCTI SVNT
IVS TRIBVIMVS CONVBII DVM TAXAT CVM
SINGVLIS ET PRIMIS VXORIBVS VT ETIAM
SI PEREGRINI IVRIS FEMINAS IN MA
• •
TRIMONIO SVO · IVNXER · PROINDE LIBE
ROS TOLLANT AC SI EX DVOBVS CIVIBVS
ROMANIS NATOS A D VII ID IAN a. 248 Ian. 7
IMP M IVLIO PHILIPPO PIO FEL · AVG III EI *sic*
IMP M IVLIO PHILIPPO PIO FEL AVG II COS
COH · VIII · PR · PHILIPPIAN · P · V ·
M · BRAETIO · M · F · IVSTINO ·
SABATIN · MANTVA
DESCRIPT ET RECOGNIT EX TABVLA AER QVE FIX
EST ROM · IM MVR-POS TEMPLVM DIVI AVG AD
MINERVAM

Imp. Caes. M. Iulius Philippus pius fel(ix) Aug(ustus), pont(ifex) max(imus), tr(ibunicia) pot(estate) V, co(n)s(ul) III, p(ater) p(atriae), proc(onsul);
Imp. Caes. M. Iulius Philippus pius fel(ix) Aug(ustus), pont(ifex) max(imus), trib(unicia) pot(estate) II, co(n)s(ul) II, p(ater) p(atriae)
nomina militum, qui militaver(unt) in cohortibus praetor(iis) Philippianis decem I. II. III. IIII. V. VI. VII VIII. VIIII. X piis vindicibus, qui pi[i] [1]) et fortiter militia functi sunt, ius tribuimus conubii dum taxat cum singulis et primis uxoribus, ut etiam si peregrini iuris feminas in matrimonio suo iunxer(int), proinde liberos tollant ac si ex duobus civibus Romanis natos.
a. d. VII id. Ian. imp. M. Iulio Philippo pio fel(ice) Aug(usto) III e[t] imp. M. Iulio Philippo pio fel(ice) Aug(usto) II co(n)s(ulibus).
Coh(ors) VIII pr(aetoria) Philippian(a) p(ia) v(index). M. Braetio M. f. Iustino Sabatin(a) Mantua.

Descript(um) et recognit(um) ex tabula aer(ea), que fix(a) est Rom(ae) im mur(o) pos templum divi Aug(usti) ad Minervam.

[1]) PII aes.

Contuli. Habent Bianchini cod. bibl. capit. Veron. n. 348 f. 119; Maffei ant. Gall. p. 4 et M. V. 325 cui misit Ficoronius; Mur. 362, 1, cui misit Ign. M. Como; Visi *not. stor. di Mantova* (Mantuae 1781) 1, 41 e prioribus; Labus *mus. di Mantova* 2, 143. 145; F. Thiersch *erster Jahresbericht der K. Bayerschen Akademie der Wissenschaften* 1827—1829 p. 24 seq., ubi adiectum est exemplum lithographum; Stark *Abh. über einen Meilenst. des Decius zu Wilten* (Augsburg 1832) p. 51—72 coll. eiusdem *Abh. über einen bei Zierl aufgefundenen Meilenstein* (Landshut 1840) p. 55 sq.; Hefner *röm. Baiern* ed. 3 n. 161 et *Münch. Abh.* 5 (1849) p. 171 tab. 1 (inde Henzen n. 6859); item diplomatum collectores Marinius n. 15 Arv. p. 468 (qui postea tabulam vidit, v. *Giorn. Arc.* 69, 157); Vernazza n. 20; Haubold n. 22; Cardinali n. 27 p. 287, a prioribus omnes. Intus scripta non ediderunt nisi Maffei in ant. Gall.; *Giorn. Arc.* l. c. ex schedis Marinii; Thiersch l. c.; Hefner l. c.; Foeringer *Münchener Gelehrte Anzeigen* 1844 p. 286.

Thierschius l. c. et Foeringer l. c. recte docuerunt tabulam interiorem non pertinere ad id de quo agitur diploma, sed desectam esse ex instrumento alio litteris multo melioribus scripto aetatis anterioris, quod probabiliter coniciunt fuisse partem cuiusdam ex ipsis legibus de veteranis civitate donandis. Interius exemplum totum perscriptum fuisse apparet in tabella altera, quae hodie deest, ne erasa quidem in ea quam habemus primitiva scriptura.

4057 Mantuae in museo n. 109.

sic CL · AMAZONIOVS · V E · MARITVS
MARCIAE AVREL · ALERANDRIAE C M F
NVNC TITVLVM SECVNDVM MANDATVM
EIVSDEM ALEXANDRIAE QVAE CVM ADVIVERET
sic TESTAMENTO SVO PRAECECEFIT NVNC PRAETORIOLVM
CVM HORTVLO ET HEROO LIBERTIS LIBERTABVS
QVE POSTERISQVE EORVM CEDI ET IVSSIT NE QVANDO DE
FAMILIA · ALIENETVR SI QVANDO ALIOVIS *sic*
VOLVERIT DONARE VEL VENDERE ARCA
E PONTIFICVM POENAE NOMINE INFERET
DVODECIES CENTENA MILIA NVMMVM

Contuli. Ed. Borsa p. 23; Labus mus. Mant. 1, 165 tab. 40.

Cl(audius) Amazoni[e]us v(ir) e(gregius) maritus Marciae Aurel(iae) Alexandriae c(larissimae) m(emoriae) f(eminae) hunc titulum secundum mandatum eiusdem Alexandriae. Quae cum adviveret, testamento suo prae[ce]pit hunc praetoriolum cum hortulo et heroo libertis libertabusque posterisque eorum cedi, et iussit, ne quando de familia alienetur. Si quando ali[q]uis voluerit donare vel vendere, arcae pontificum poenae nomine inferet duodecies centena milia nummum.

4058 Mantuae LIG.; in castello principum BONON. et COD. PAT. In horto comitis Marcelli Donati ERUT. Ex domo marchionis Silvii Gonzagae venit in museum n. 107.

SEX · CAECILIO
EEX · F SAB
E E N E C I O N I *IIII VIR*
EIS · PONTI
PRAEF · FAEE
PRAEF · COH
PRAEF · EQV
ALA · HISPANORVM · PRA

Contuli. Habent Hier. Bononius cod. Cic. 1874 f. 46 eodemque exemplo cod. seminarii Patavini 180 f. 57', ubi postea adscripta est; Ligorius ms. Taur. 11; Grut. 379, 1 ex schedis Velseri; Volta ms.; Borsa p. 24; Labus mus. Mant. 1, 55 tab. 16.

Auctiorem certe in principio videntur vidisse auctores saec. XVI. — 3 SENECIANI Pat. — IIII VIR Bon. Pat., IIII · VIRO Lig., LIBERT Grut. — 4 PONTIF Lig. Grut., PONTIFICI Bon. Pat. — 5 FABRVM Bon. Pat. Lig. — 6 COHORT Grut., COHORTIS Bon. Pat., COHORTIS . . . Lig. — 7 EQVITVM Bon. Lig. Pat. Grut. — 8 PRAEFECTO Bon. Pat. Grut., PRAEFECTO · E Lig.

4059 Mantuae in S. Andrea in sepulcro divi Longini FERRAR.in sepulcro S. Longini FELIC. in S. Andreae LIGOR.

D · M
M · FABIO · C · F
EAE · PEAESENTI
EACERDOT · CAENINENE
EQVO · PVBL · IVDICI · EE
V · DECVR · AVG · II · VIR · I · D
NIC · REI · P · SVAE · HS · CCCC · LEG
ET · AD · SCHOL · EXORNANDAM · HS · C
Q · FABIVS . . . .
L . . . .

Tria exempla extant, Feliciani in add. cod. Ver. Mant. 8 (a Marciano abest; ex Feliciano pendet Mur. 742, 1 dans ex schedis suis confusam cum n. 4080, quae subsequitur apud Felicianum); Ferrarini cod. Paris. f. 31' n. 1 et Reg. (a Traiectino abest; inde Mur. 746, 1 ex schedis Parnesiis et Iacobi Valerii); Ligorii ms. Taur. 11 (inde Gud. 123, 2). A prioribus Orelli 2180.

In vv. dividendis secutus sum Ligorium. — 4 CAENIENS Felic. — 6 DEC·VIR pro DECVR Felic. — 9 Q·FABIVS Lig. solus, Q (om. FABIVS) reliqui.

4060 in ecclesia S. Caelestini in agro Mantuano apud vicum Pietolam, ex quo Maro oriundus CYRIACUS (scilicet cod. Parm., Angel., Marucell., alii); Pletuli FERR. — Continuat titulo n. 4062 praescriptione omissa IUCUNDUS cum suis.

C · MAECILIVS · F · F
SAB · VI · VIR · SIBI
ET · NOVELLIAE
PRIMAE · VXORI
T · F · I

Servavit opinor Cyriacus solus. Habent codices Cyriacanus Parmensis f. 104', Angelicanus f. 45', Marucellianus A. 79. 2 p. 21, Borghinianus p. 117 'ex libello Fr. Pandulfini', Macci 2 f. 3 ex libro ms. cum praescriptione supra relata. Omnino indidem Ferrarinus in libro Parisino f. 133 et in Regiensi, item Iucundus f. 183 (inde Lilius f. 5; Apianus 322, 3; Ligorius ms. Taur. 11 et inde Gud. 130, 2; Grut. 433, 3 ex Apiano et Verderianis), sed ut Iucundus (cum asseclis) praescriptione nulla interposita hanc adiungat ad n. 4062.

In vv. divisione consentiunt libri quinque scripti, quos primos nominavi. — 3 NOVELLAE Borgh. — 4 VXSORI (S superscr.) Iuc.

4061 Mantuae in museo n. 83.

M · MEESIVE
L · F · SAB · IIII · VIR · I · D

Contuli. Ed. Labus mus. Mant. 2, 210 tab. 32.

4062 Mantuae FERR. in domo Bonaventurini de Torchis IUC.

SAB · RVFVS · IIII · VIR · SIBI · ET
CASSIAE · L · L · LEPIDAE · VXORI
TESTAMENTO · FIERI · IVSSIT

Habet Ferrarinus cod. Reg. (abest a Par. et Traiectino) eodemque opinor exemplo Iucundus f. 183 (inde Lilius f. 5; Apianus 322, 3; Ligorius ms. Taur. 11 et inde Gud. 130, 2; Grut. 465, 1 ex Apiano et Verderianis; Labus mus. Mant. 3, 223). Apud Iucundum quique eum expilarunt subsequitur praescriptione nulla interposita n. 4060.

Versuum divisio incerta. — M · MAECILIVS · M · F (interpolatione repetenda ex n. 4060 cum hac confusa) add. Ligorius et inde Grut. ed. 2.

4063 rep. 1805 proxime a Mantua ante portam Prodellam in montibus ad lacum *di Belfiore* FILIASI. Nunc in museo Mantuano n. 138.

D *caput Medusae* M
HAVS · CASSIA
EALLVSTIA
ALTINAS
NIC · ADQVES
CIT · L · AEBVTIVS
MARIANVS
COIVGI

Contuli. Ed. Filiasi *Veneti* (ed. 2 1811) 1, 129; Labus mus. Mant. 3, 221.

4064 Mantuae antea in via ad pontem S. Georgii prope turrim antiquam.

sic
C · F AGRIPA · SIBI
E · PRIE CAS · VXSORI

Contuli. Labus mus. Mant. 3, 337 tab. 56 adhibitis schedis Garofoli cuiusdam qui viderit pleniorem. Sed lapis ipse integer videtur.

4065 Mantuae in scala quadam intra claustrum S. Marci IUC.

V · F
C · ALFENVS
IN · F · P · XX
IN · AG · P · XVI

Servavit Iucundus f. 182, a quo pendent Apianus 323, 4 (inde Ligorius ms. Taur. 11 et ex Ligorio Gud. 314, 4; Grut. 901, 6 ex Apiano; Labus mus. Mant. 3, 343) et Donius (cod. Barb. XXX, 182 f. 52 et XXXIV, 73 f. 238 ex libro ant. ms.).

4066 Mantuae *nel palazzo del Marchese Cattaneo* (*oggi Nonio* VOLTA) *dietro la chiesa di S. Silvestre nel cortile, serve di soglia al pozzo* AMADEI. Eundem locum significant RELIQUI, etiam ANTIQUI: ad puteum CYR. (SCAL.), in quodam puteo stabulorum FELIC. MARCAN. et, addens prope S. Alexandrum, FERRAR., prope stabulum curiae in puteali quodam IUC. LIL. Nunc in museo n. 87.

L·ANNIO·L·L·DIPHILO
MAIORI
L·ANNIO·L·L·DIPHILO
MINORI
L·ANNIVS·DIOMEDES
LIBERTEIS

Contuli. Habent Cyriacus (Scalamontius f. 99'; Felicianus Mant. 1; Marcanova Mut. f. 134 Mant. 1; Ferrarinus cod. Trai. f. 37; Redianus f. 85'; Chig. I. VI. 203 f. 39'; cod. Altemps. Chis. f. 39'); Iucundus f. 182 (inde Lilius f. 5; Fabrett. 371, 147 ex schedis Lilii Vaticanis; Apianus 323, 3; Grut. 931, 11 ex Apiano; Orelli 2764 ex Fabrettio); Pacedianus l. 11; Ligorius ms. Taur. 11; Pignorius in add. ms. ad Grut. (cod. Lugd. Papenbr. 6 f. 101'); Mur. 1518, 6 ex schedis suis, ubi adhaesit titulus n. 4072; Agn. Maffei p. 78 et cod. Ottobon. n. 4 et Amadei ms. 1 f. 7; Visi ms. n. 1; Volta ms.; Borsa p. 30; Labus mus. Mant. 2, 269 tab. 44.

l. 3 DIOPHILO ex interpolatione Ligorius (non Redianus, ut legitur in ed. Grut. secunda).

4067 Mantuae ad arcum leaenae in parietibus D. Beltramini Casatri IUC.; nunc Corsinorum MAFF. et OTTOB.; *nelle fondamenta sopra terra di questa casa posta dentro di porta Leona* AMAD. Nunc in museo n. 90.

M·ANTONIVS
FRATER·ET
VALERIA·MATER
IN·FRONT·F·R
IN·AGR·F·X

Contuli. Habent Iucundus f. 183 (inde Lilius f. 5; Apianus 323, 7; Ligorius ms. Taur. 11 et inde Gud. 311, 6; Grut. 844, 12 ex Apiano); Agn. Maffei p. 79 et cod. Ottobonianus n. 6 et Amadei ms. 1 f. 8, qui sumpserunt ex Apiano, addiderunt locum de suo; Borsa p. 29; Labus mus. Mant. 2, 313 tab. 52.

l. 2 DII· (sic) MANIRVS | M·VALERIVS | FRATER·ET Ligorius interpolans.

4068 Mantuae LIG.; in horto comitis Marcelli Donati GRUT.; in aedibus Gonsagae AMADEI, ZACCARIA; iam in museo n. 120.

CAECILIA
M·F·M
CAECILIVS
M·F·AMITAE

Contuli. Habent Ligorius ms. Taur. 11 (inde Gud. 299, 5); Grut. 723, 1 e Velseri schedis; Amadei ms. 1 f. 9; Zaccaria it. 2, 122; Volta ms.; Marini ms.; Borsa p. 20; Labus mus. Mant. 1, 59 p. 16.

4069 Mantuae in museo n. 84.

CAEPIONIS· *sic*
?IO·M·F·SAB

Contuli. Ed. Labus mus. Mant. 3, 65 tab. 12.

4070 basis ornata formae peculiaris. Mantuae in museo n. 224.

L·CANNIVS
M·F·V·F·SIBI
ET·MARCELLAE
IAE·FAIATRIC

Contuli. Habent Volta ms.; Borsa p. 93; Labus mus. Mant. 1, 305 tab. 56.

4 sic ego neque quicquam deesse visum est; ///IABEATATRIO Volta, FILIAE·FRATRIS ex interpolatione Borsa Labus.

4071 in marmore albescenti Veronensi. Extat Mantuae in museo n. 96.

...OCCIONI·PATR
ET·CANNVTIAI·C·F
GALLAI·MATRI
ET·CORNELIAI·M·F
PROCVLAI·F·AN·III

Contuli. Ed. Borsa p. 28; Labus mus. Mant. 3, 237 tab. 41.

4072 Mantuae ad portam veterem AUCTORES CYRIACANI; apud carceres IUC. LIL.; *nella strada che porta dalle Terziarie di S. Ludovico sotto un portone* COD. OTTOBON.; *in Stabbio sulla porta del conte Bevilacqua* AMADEI; inde post a. 1772 translata in domum Iesuitarum suburbanam prope ecclesiam Angelorum VOLTA. Iam in museo n. 101.

protome muliebris
CASSIAE·L·F
TERTIAI·MATRI

Contuli. Habent Cyriacus apud Scalamontium f. 99' (inde Felicianus Mant. 3; Marcanova cod. Mut. f. 134 Mant. 3; Ferrarinus cod. Trai. f. 37'); Iucundus f. 182 (inde Lilius f. 5; Apianus 323, 2; ex Apiano Grut. 725, 2); Pacedianus l. II nescio unde; Mur. 1518, 6, ubi confusa est cum n. 4066; Agn. Maffei p. 78 et cod. Ottob. 1266 n. 3 et Amadei ms. 1 f. 7 ex Apiano, sed locum addunt de suo; Visi ms.; Volta ms.; Borsa p. 27; Labus mus. Mant. 2, 147 tab. 20.

4073 Mantuae in parietibus ecclesiae S. Silvestri CYR. apud pontem eius nominis addit IUC. Nunc in atrio domus Silvii Gonzagae *sul borgo di Radella* AMADEI. Iam in museo n. 119.

V·F
FVRIA·SEX·F·PR·M
SIBI·ET·M·ACILIO.L·F *sic*
VIRO·ET·P·FVRIO
P·F·VIRO·ET
Q·CAFSIO·M·F
VIRO

Contuli. Habent Cyriacus apud Scalamontium f. 100 (inde Marcanova Bern. n. 570, Mutin. f. 134 Mant. 2; Felicianus Mant. 2; Ferrarinus cod. Trai. f. 37; Redianus f. 85'; Chig. I. VI. 203 f. 40); Iucundus f. 182 (inde Lilius f. 5; Apianus 323, 1; ex Apiano Smet. 171, 6 et Fonteius de gente Caes. p. 94 et Grut. 786, 4); Pacedianus l. 11 nescio unde; Ligorius ms. Taur. 11 (inde Gudius 321, 13) omnino ex lapide; Agn. Maffei p. 78 et cod. Ottobon. n. 1266 n. 7 et Amadei ms. 1 f. 7 ex Apiano, quamquam Amadeus certe lapidem vidit; Volta ms.; Borsa p. 21; Labus mus. Mant. 1, 228 tab. 48.

Versus recte dividunt ex antiquis Cyriacus (Scalam. et Ferrarinus et fere Marcan. Bern.) et Ligorius. — 2. 4 FVRIA, FVRIO Ligorius; ego non adnotavi apices easque esse in lapide data opera examinato negavit amicus Bertoldius. — 3 punctum post ACILIO spatio deficiente collocatum est ad imam litteram.

4074 basis Mantuae in horto comitis Marcelli Donati.

M·HERENNIVS
PHILIPPVS·SIBI·ET
M·HERENNIO
PETRONIANO
FIL·ET
CLAVDIAE·C·F
COSAE·CONIVGI

Grut. 686, 12 ex Velserianis. Inde opinor Labus mus. Mant. 3, 225, quamquam praemittit V·F et propter hanc ipsam formulam citat.

4075 extra Mantuam in S. Petro Ungariae fratrum Carmelitarum divae Mariae FERRAR.; in horto comitis Marcelli Donati GRUT.; in aedibus Gonzagae AMADEI, ZACC. Iam in museo n. 92.

Q·MAESIVS·L·F
SIBI ET
TITIAE·STABILIONIS
FILIAE QVINTAE
VXORI
T F I

Contuli. Habent Ferrarinus (codd. Par. et Reg.); Ligorius ms. Taur. 11; Grut. 803, 6 e Velseri schedis; Amadei ms. 1 f. 9 (inde per Franc. Bersellium Mur. 2072, 6); Zaccaria it. 2, 122 qui emendat; Borso p. 29; Labus mus. Mant. 3, 146 tab. 24.

4076 Mantuae in museo n. 105.

SABC
O·C·F

Contuli. Labus Mant. 3, 339 tab. 56.

4077 Mantuae prope domum domini Fritii equitis aurati FERRAR. (PARIS.); in parietibus domus domini Maltramini FERRAR. (REG.).

L·MESTRIVS·L·F·CATO
Medusae caput

Ferrarinus cod. Par. f. 33 et cod. Reg. (inde Mur. 1190, 11 ex schedis Iac. Valerii male).

4078 Mantuae *da me scoperta nella chiesa di S. Agnese dietro alla lapida di S. Agostino, che ora si trova nella chiesa della Trinità* VOLTA. Deinde in museo n. 140.

protome
P · RAIVS · P · FAC · CVR *sic*
LEGE · NVNC · VIATOR · NOMEN · IN · TITVLO · MEVM
MEMORIM · HABETO · ESSE · HANC · MORTALEM · COMVM
VALETE · AD · SVPEROS · VIVITIS · VITAM · OPTVMAM
..L · MIO · CVM · VOLVI · BENE

Contuli. Ed. non bene Labus 3, 239 tab. 41.
5 in. s mihi certa visa est, deinde post I spatiolum interponi puncto fortasse expletum, tum sequi P (vel R) H (vel N); de D dubitari non debet.

4079 Mantuae *disseppellito nell' aja del casino degli Angeli nel 1753* DEL FIORE. *Una lapide trovavasi a piè dello stipite della porta rustica* [domus quae fuit comitis Marcelli Donati] *fatta scopo d'ogni immondezza, e di la poi tratta ultimamente per opera del P. Alessio Fiori Gesuita, che l'ha fatta riporre sotto una loggia del casino detto degli Angeli fuori di porta Predella di ragione di questo collegio* VISI ms. apud Arcam. In suburbano Iesuitarum ZACCARIA (1762). Ex eo suburbano venit in museum, ubi est n. 115.

protome
L · SENTIVS
C · F · ANI

Contuli. Habent abbas Franciscus Alexius del Fiore Bononiensis *iscrizioni Romane antiche a Mantova appartenenti e dedicate al chiarissimo Sig. Abbate Saverio Bettinelli* (cod. ms. bibl. regiae Mantuanae O. III. 28) n. 50; Visi ms.; Volta ms.; Zaccaria it. litt. 2, 123; Borsa p. 21; Labus mus. Mant. 3, 68 tab. 12.

4080 Mantuae in capella S. Petri penes altare S. Mariae FELIC. similiterque MANUT.; in altari S. Michaelis inter S. Petrum et S. Paulum IUC.; in S. Michaelis LIG.; in ecclesia cathedrali MAFF. et OTTOB.; *sopra un pilastro della capella di Nostra Signora Coronata nella cattedrale* AMAD. similiterque VISI. Deinde in museo n. 119.

protome muliebris
SENTIAI · C · F
MAXSVMAI
VXORI

Contuli. Habent Felicianus in add. cod. Veron. n. 9 (a Marciano abest) et ex eo omnino Mur. 742, 1 ex schedis suis confusam cum n. 4059 praecedente apud Felicianum; Iucundus f. 183 (inde Lilius f. 5; Apianus 323, 6; Grut. 1041, 4 ex Apiano et Verderianis); Pacedianus l. 11; Manutius cod. Vat. 5237 f. 452'; Ligorius ms. Taur. 11; Ag. Maffei p. 79 et cod. Ottobon. 1266 n. 9 et Amadeus ms. 1 f. 7 ex Apiano omnes, sed loco addito de suo; Visi ms.; Volta ms.; Borsa p. 21; Labus mus. Mant. 3, 68 tab. 12.
1 SANCTAI pro SENTIAI Lig.

4081 Mantuae LIG. *Nel giardino del duca nel pallazo vecchio* MANUT.; basis in palatio veteri ducis sub portica quam aedificavit Isabella Estensis GRUT.

Q · SERTORIVS
Q · F
FESTVS

Manutius cod. Vat. 5237 f. 452'; Ligorius ms. Taur. 11 (inde Gud. 331, 7); Grut. 923, 8 ex Velseri schedis (inde Labus mus. Mant. 3, 335).
Q · SERVILIVS Q · FILIVS (om. FESTVS) Grut.; eandem esse non dubito.

4082 Mantuae.

D M
TATIANO · FILIO · FECIT
MATER

Servavit Ligorius ms. Taur. 11 (inde male Gud. 245, 6), cui in hac non recte diffideres.

4083 Mantuae apud comitem Marcellum Donatum.

M · VETTIVS · M · F
MARCELLVS
FVLVIA · P · L
MARITA

Grut. 1000, 8 ex Velseri schedis (inde Labus mus. Mant. 3, 350).

4084 Mantuae in ecclesia S. Benedicti rep. a. 1785, deinde in museo n. 99.

HIC RQ IN PACE THOMAS VH NS
GOTINTOR PENT QVI VIX · ANN
PLM · XXV DEP SVB · XI KAL · MAR · IND I
SEXIES P C · PAVLINI · IVN   p. C. 540 Febr. 19

Contuli. Ed. Borsa p. 27; Labus mus. Mant. 2, 34 tab. 4.
Cf. Rossius inscr. chr. 1, 489. Indictio requiritur tertia.

XLII. *Ager inter Mantuam et Cremonam.* BETRIACVM *(prope Calvatone).*

Complexi sumus hoc capite titulos eruderatos inter Mantuam et Cremonam in planitie inter Ollium Padumque fluvios (nam inter ipsam Mantuam et Ollium fluvium nulli adhuc prodierunt), scilicet Pomponeschi ad Padum, deinde Sabbionetae (demptis enumeratis n. 436*, quos probabile est eo allatos esse ex urbe), tum ad Calvatone et Scandolarae Ravarae. In his ipsis locis Betriacum fuit insigne apud rerum scriptores propter duplex proelium anno p. Chr. 69 ibi commissum, quorum priore Vitelliani Othonianos devicerunt, posteriore ibidem profligati sunt a Flavianis. Betriacum (sic Plutarchus Oth. 8. 11. 13; Suet. Vit. 10. 15; Oros. 7, 8 secundum codices, ut videtur; Victor epit. 7, 2; inde corrupta *uetriacum* Hieronymi chr. a. Abr. 2084; *bretiacum* Suet. Oth. 9 Vesp. 5; *betricum* Eutrop. 7, 17 sec. cod. Goth.) sive Bedriacum (ita Tacitus hist. 2, 23. 39. 44. 49. 50. 57. 66. 70. 86. 3, 15. 20. 26. 27. 31, ut codex in hac scriptura perpetuo sibi constet; Plinius h. n. 10, 49, 135; Ioseph. b. Iud. 4, 9, 9, in fidem editoribus; inde corrupta *bredíaco* Rav. 4, 30; *beloriaco* Peutingeranae; *bebriaci campo* Iuvenalis 2, 106 cum scholiis adh. l. et 2, 99) quo loco fuerit, satis ostendunt testimonia duo inter se fere consentientia, alterum Peutingeranae, ubi sic est: *Cremona* — M. P. XXII — *Beloriaco* — . . . . — *Mantua* — M. P. XL — *Hostilia*, esse autem debuit sic: *Cremona* — M. P. XXII — *Bedriaco* — M. P. XL — *Hostilia* (vide quae dixi in Herm. vol. 5 p. 163), alterum scholiorum ad Iuvenalem 2, 99: *horum* (Othonis et Vitellii) *bellum scripsit . . . Pompeius Planta, qui ait Bebriacum vicum esse a Cremona vicesimo lapide* et ad 2, 106: *Bebriacus campus inter Hostiliam et Cremonam.* Fuisse prope Cremonam etiam Plutarchus ait (Oth. 8); Tacitus autem collocans Betriacum *inter Veronam Cremonamque* (hist. 2, 23) quamquam minus proprie locutus est, tamen excusari potest, nam ex narratione secundae pugnae a. 69 ad Betriacum commissae colligitur a via ea, quae Cremona per Betriacum pergit ad Mantuam Hostiliamque (quae est *Postumia via* commemorata apud Tacitum hist. 3, 21), ad Betriacum divertisse alteram item publice stratam, quae recta duceret Veronam; a qua vici collocatione in diverticulo viarum duarum pergentis iuxta Padum et ducentis in Raetiam magnum eius in rebus gerendis momentum pendebat. Itaque fuerit necesse est prope Calvatone vicum, ubi quod reperti sunt tituli non multi quidem privatique omnes, maiore tamen numero quam in alio ullo loco huius regionis a titulis fere destitutae, opinionem supra positam hodieque apud Cremonenses receptam stabilit. Betriacum vicus dicitur Tacito 2, 23 et schol. Iuv. 2, 99, πολίχνη Plutarcho (Oth. 8); cuiusnam oppidi fuerit, neque auctores enuntiant nec tituli declarant, fuit tamen omnino sub Cremona. *Artani*, quorum iuventuti collegium aliquod titulum dedicavit n. 4088 repertum ad Calvatone, quo pertineant, ignoramus.

4085 arca Pomponeschi apud ecclesiam FELIC. extra ecclesiam primariam AFFÒ (1773) similiterque RELIQUI ANTIQUIORES. Mantuae in museo BORSA (1790) BIANCHI RELIQUI. Ibi est sub n. 135.

POMPEIAE CELERINAE
Q · POMPEIVS · PRIMVS
genius stans D ET POMPEIA THYMELE M *genius stans*
PARENTES FIL · INCOMPAR
VIX ANN · XIX · M · XI · D · V
ET SIBI VIVI · FEC

Contuli. Habent Felicianus cod. Ver. f. 65 (abest a Marciano); Ferrarinus cod. Paris. f. 147' inter add. et Reg. (abest a Traiect.); Gudius ms. 669, 2, ed. 242, 8 nescio unde; Mur. 1201, 10 a Sancassanio medico; Affò *della vera origine di Guastalla* (Guastallae 1773) p. XXIV et apud Zanettium *zecche d'Italia* 3 (1783) p. 160; Borsa p. 31; Marotti in notis ad Scip. Gonzagae comm. rerum suarum (Romae 1791) p. 380; Bianchi *marmi Crem.* p. 297, errore citans ex codice Cremonensi Picenardiano, in quo non extat; Labus mus. Mant. 2, 222 tab. 33.

Vv. divisionem praeter alios observat Ferrarinus.

4086 Pomponesci in ecclesia primaria pro vasculo aquae sanctae AFFÒ similiterque RELIQUI ANTIQUIORES. Inde a. 1788 cura architecti Pozzo translata est in museum Mantuanum, ubi est n. 88.

DIS
M A N I B V S
STATIAE · VRSAE
SANCTISSIMAE

Contuli. Habent Ferrarinus (cod. Par. f. 147' inter suppl. et Reg.); Mur. 1748, 6 a Sancassanio; Affò *orig. di Guastalla* (1773) p. XXIV et apud Zanettium *zecche d'Italia* 3 (1783), 160; Volta ms. 1775; Borsa p. 30; Bianchi *marmi Crem.* p. 297, male citans ex codice Picenardiano, in quo non legitur; Labus mus. Mant. 2, 294 tab. 48 adhibitis litteris Pozzi.

4087 Sabionetae in arce *nel portichetto.* — In hac arce ducis Guastallensis qui extiterunt tituli saeculo XVI, eos omnes aut ex urbe aut ex locis etiam remotioribus eo advectos esse satis constat (v. n. 436*) praeter hunc, qui licet a Transpadana origine et ipse abhorrere videri possit propter aetatem, tamen retineri debuit collato titulo simili Tosculanensi n. 4865.

aVG · LARIBVS · D · D

APRODITI	PLOTI	C S
APOLLON	OFILLI	N S
PHILEMO	MESC	N S S
POTHVS	VIRRIAI	S
PHILOGEN	CVRTIL	P S
DAMA	VETTI	PR S
SVRVS	IVENT	P S
APOLLON	ARRI	CN S
ANTIOC	PLOTI	C S
TIASVS	DECI	P S
DIOGEN	METILI	C S
ORFEVS	AFINI	L C S
BACCHVS	AFINI	L S
ARTеMIO	SPEDIOL	C S
SVLLA	FLAVI	P S
PAMPHIL	NONI	P S
EVCAERVS	FLAVI	P S
ANTIOC	MESC	Q S
PHARNAS	EGNAT	P S

C IVLIO
M CALPVR COS a. c. 696

Manutius cod. Vat. 5237 f. 468 (inde non accurate Borghesius apud Avellinum opusc. 2, 295; ex hoc repetivi vol. 1 n. 602).

1 *lllll*VG LARIBVS DD codex. — 2 scr. EPAPRODIT. — 4 scr. N·L·S. — 13 aut scr. AFIN, id est *Afiniorum*, aut del. C. — 15 ARTIMIO cod. — 20 malim PHARNAC.

4088 basis quadrata, rep. ad Drizzonam XVII m. p. a Cremona BIANCHI. Rep. Calvatone ad S. Andreae BOLOGNI. Deinde in hortis Picenardiis, ubi vidi; hodie est Mediolani in Brera.

IVVENTVTI
ARTANORVM
POSVIT · COLLEGIVM

Contuli. Bianchi in epistula ad Marinium (bibl. Vatic.) scripta 4 Iun. 1790 et *marmi Crem.* p. 155 tab. 21 (inde Orelli 4096); Bologni *mem. di Rivarolo* cet. p. 143 ex schedis saec. XVIII.

Curtem Attani in chartis medii aevi nominatam quo iure Bianchius cum Artanis his composuerit, non perspicio.

4089 sub statua ahenea inaurata deae Victoriae scriptum in globo, cui insistit. Rep. 14 Mart. 1836 inter Bozzolo et Calvatone in confinio territoriorum Mantuani et Cremonensis in praedio Lud. Aloisi. Hodie Berolini in museo.

VICTORIAE · AVG
ANTONINI · ET · VERI
M · SATRIVS · MAIOR

Contuli. Ed. Braun *Bull. dell' inst.* 1837, 25, cui misit per Carolum d'Arco Mansuetus Urangia; Urlichs in ann. inst. eiusdem 1839, 73 tab. *B* ad delineationem Caroli d'Arco; Dragoni (1838) p. 133; Labus *mus. Bresciano illustrato* 1 (1838), 137; Bortolo Conterio *statua della Vittoria Piadenense* (Taurin. 1838), q. o. v.; Frid. Odorici apud Robolottium *dei documenti storici e letterarj di Cremona* (Cremonae 1857) p. 87 tab. 1; Cantù *ill. del Lomb. Ven.* 5, 428.

4090 Calvatoni rep. cum statua n. 4089; nunc Cremonae apud Robolottium.

Q · SA
PANI · L
· · C

Descripsi.

4090 *a* in columna marmorea rep. a. 1847 ad Calvatone in campo ad viam antiquam Mantuam versus quae dicitur *strada levata.*

C · VAAR
C · F

Bologni *mem. stor. di Rivarolo* cet. (1855) p. 123.

4090 *b* columna non alta, sed crassa, olim in vico Scandolarae Ravarae XX m. p. a Cremona in ecclesia; deinde Cremonae apud Biffium; nunc in hortis Picenardianis BIANCHI. Ibidem vidi; hodie est Mediolani in Brera.

L · LVPAVIVS · Q · F
capita boum sertis connexa
ROM

Contuli. Ed. Bianchi p. 153 tab. 20 non sine errore.

XLIII. COL. CREMONA *(Cremona)*. *Tribu Aniensi.*

Cremonae titulos duos descripsit CYRIACUS a. d. XII k. Mart. a. 1443, qui et in commentariis eius supersunt et leguntur in corporibus ex Cyriaco pendentibus. — Plura dedit, sed in tertia demum (si quidem ipsius est) corporis recensione IUCUNDUS, quorum duo iisdem ni fallor exemplis leguntur item apud FERRARINUM. Iucundi deficiente in his exemplo Marciano adhibui potissimum Cicognianum. — Hos excepit qui scripsit CODICEM PICENARDIANUM, scilicet Iohannes Iacobus TORRESINUS Cremonensis historicus et iuris consultus (certe f. 166 ad instrumentum a. 1550 adscriptum est 'transscripsit Io. Iac. Turresinus'), circa a. 1566 (nam inscriptiones ibi allatae non excedunt a. 1565, cuius anni titulus legitur f. 130; praeterea instrumentum a. 1566 librum claudit f. 169 citaturque Manatii orthographia eodem anno edita f. 28). Fuisse deinde librum in domo Picenardiana, a qua nominari solet, cum inde apparet, quod inscriptiones postea adscriptae f. 11. 58. 73. 93. 94. 97. 106. 113. 132 omnes fere ad eam familiam pertinent, tum ex iis quae affert Bianchius p. 175 intellegitur ante Bonettinm fuisse librum apud Sebastianum Picenardi gemellorum patrem. Bonettio defuncto Parmam liber venit ad marchionem Bregonzi. Inde recuperatus a. 1804 per comitem Ioh. Bapt. Biffi denuo rediit in domum gentis Picenardiae hodie Sommi, quae eum hodie servat Mediolani. Usurparunt eum saec. XVII medio Brescianius, qui inde fere desumpsit quae habet antiqua, saec. XVIII exeunte dum servatur apud Bonettium Bianchius (*marmi Crem* p. 175) et Vairanius (inscr. Crem. praef.); mihi Veronam misit, ut ibi excuterem, dominus eius Guido Sommi Picenardi. Continet liber inscriptiones Cremonenses cum antiquas tum recentioris aetatis; scriptus est accurate et omnis fraudis expers est, modo ne confundas cum Torresinianis ea quae subinde adscripsit Brescianius homo nugacissimus et quidquid tangeret vitiare solitus. — Iosephus iste BRESCIANIUS, qui vixit saec. XVII medio, nihil edidit, sed manu scripta reliquit ingentis numeri volumina adhuc servata Cremonae apud heredes, quorum huc potissimum pertinet volumen epitaphiorum scriptum a. 1653 sic inscriptum: *libro degli epitafii inscrittioni e memorie si antiche che moderne ch' erano e sono di presente nelle chiese della città di Cremona, Torre Maggiore, Battistero, Palagio della Città e de' nobili case diverse, si latini come volgari per li castelli e ville del territorio . . . raccolti da me Gioseppe Bressiano istorico di detta città di Cremona et in questo libro descritti l'anno* 1653, fol. Praeterea perlustravi alterum si fieri potest etiam deterius: *origine di cento venti terre della provincia Cremonese . . . di Gios. Bresciano* 1656, fol. Praeter desumpta ex codice Picenardiano, quo eum usum esse supra diximus, et ipsa luxata et interpolata nihil habet quod et sincerum et proprium sit praeter titulum n. 4109, quem iam tuetur auctoritas Iucundi, et christianae aetatis n. 4117 ne eum quidem satis certae antiquitatis. Contra impudentissima et imperitissima commenta adsunt tanto numero, ut ea editurus non paucas paginas impleret; ego repetivi quae antea inde prodierunt paucaque addidi ineditorum specimina, quae si cui non satisfaciunt, is non tam Cremonam mittendus erit quam Anticyram. — Saec. XVIII incipiente aliquam operam in titulis patriis colligendis posuit Franciscus ARISIUS non tam libris editis (Cremona literata. Vol. 1—3. Parmae 1702—1705) quam exemplis Muratorio subministratis. In eodem negotio elaboravit paullo post Franc. Ant. ZACCARIA (Cremonensium episcoporum series. Mediolani 1742. 4.). Sub finem saeculi eius titulos Cremonae et in provincia Cremonensi repertos adiectis praeterea alienis Como Brixia Pompeiis eo allatis magno studio fratres gemelli PICENARDII congesserunt in hortos suos, hodie Araldianos, sitos XV m. p. a Cremona Mantuam versus. Unde plerosque abstulit anno 1868 Biondellius bene meritus praefectus musei Mediolanensis quod est in Brera et in eo museo publice exposuit. Picenardianos titulos Isidorus BIANCHI (natus a. 1731, mortuus a. 1808) edidit in aere incisos omnes (*marmi Cremonesi ossia ragguaglio delle antiche inscrizioni, che si conservano nella villa delle Torri de' Picenardi* Mediolani 1791. 8. pp. 314 tabb. 33*) ita ut corollarii loco adderet quos praeterea nosset Cremonae repertos et ita conficeret corpus aliquod epigrammatum Cremonensium exiguum quidem, sed perite et bona fide elaboratum. Commentariis titulos illustravit vel hodie lectu non indignis; codices adhibuit Picenardianum et Brescianii. Paucis annis interiectis Cremonenses titulos tam aetatis Romanae quam recentiores qui edidit VAIRANI (inscriptiones Cremonenses universae. Cremonae 1796. fol.) adhibitis item codicibus Picenardiano et Brescianii, is in Romanis actam rem egit nec quicquam Bianchi copiis adiecit. Nostra autem aetate post Brescianianas novae fraudes pullulaverunt Cremonae cum alius generis, de quibus hic disserere longum est nec necessarium, tum epigraphicae, quae videntur redire ad canonicum Antonium DRAGONI, innotuerunt autem per libros cum Ferrantis APORTI (*memorie di storia ecclesiastica Cremonese.* Pars 1. Cremonae 1835. 8) tum ipsius Dragonii (*discorsi sulla storia ecclesiastica Cremonese nei primi tre secoli.* Cremonae 1838. 8 et *cenni storici sulla chiesa Cremonese in continuazione dei discorsi* cet. Cremonae 1840. 8). Haec portenta ut par erat Brescianianis subiunxi. Ego a. 1867 tam hortos Picenardianos adii quam ipsam Cremonam ibique quae extant indagavi, adiutus maxime a viro rerum Cremonensium peritissimo medico Francisco Robolotti.

Devictis Insubribus et regione Padana in dicionem subacta Romani duabus coloniis eam occupaverunt, altera cis Padum Placentia, altera trans Padum Cremona (Κρεμών App. Hann. 7 et Strab. 5, 4, 8 p. 247). Haec deducta est sub adventum Hannibalis in Italiam a. u. c. 536 (Polyb. 3, 40; Tacitus h. 3, 34; Vellei. 1, 14; Liv. ep. 20. l. 21, 25), ut Latini iuris esset (Liv. 27, 10. 44, 40) et, ut ait Tacitus hist. 3, 34, 'propugnaculum adversus Gallos trans Padum agentes et si qua alia vis per Alpes rueret'. Quorum Gallorum ager ante fuerit, non satis apparet; cogitandum videtur de Insubribus potius quam de Cenomanis**), quamquam postea in Galliae Transpadanae secundum civitates divisione Cremona in Cenomanis censebatur (Plinius 3, 19, 130; Ptol. 3, 1, 31). Coloni Cremonenses conflictati aliquamdiu cum accolis Gallis (Liv. 28, 11. 31, 10. 21. 34, 22. 37, 46) a. u. c. 564 una cum Placentinis supplementum acceperant triumviris denuo creatis ad deducenda in ea oppida sex milia colonorum (Liv. 37, 46. 47). Ita Cremona, ut ait idem Tacitus l. c., 'numero colonorum, opportunitate fluminum, ubere agri, adnexu conubiisque gentium adolevit floruitque', cum Aquileia, altera colonia Latina deducta a. u. c. 573 sola Italicae condicionis res publica apud Transpadanos, antequam Marianis deductionibus primum, deinde bello sociali harum regionum status commutaretur. Ad civitatem Cremonenses pervenisse putandi sunt sicut Aquileienses a. u. c. 664 lege Iulia, quae Latinis qui tum erant civitatem tribuebat, itaque ex eo tempore locum tenuerunt municipii civium Romanorum (cf. p. 83); neque tamen diu in ea condicione permanserunt. Nam cum Cremonenses sic ut Mantuani (v. p. 406) in bello, quod inter Brutum Cassiumque et Caesarianos gestum est,

*) Vidi exemplum libri manu auctoris adnotatum apud Robolottium neque tamen inde profeci. — In ipsis hortis Picenardiis legitur lapidi incisum: *Isidoro Planco amico optumo, quod vetera haec monumenta adiectis observationibus in lucem emiserit, Picenardi gemelli fratres ll. mm. pp.* Quod epigramma ipse Bianchius edidit marm. Crem. p. CCLVII.

**) Primum cum Cenomani soli ex Transpadanis cum Romanis contra suos steterint, fieri non potest, ut Romani unam, quam trans Padum coloniam condiderunt, condiderint in agro gentis sociae et amicae. Deinde quod narrat Polybius 2, 32 consules a. 531 per Anamarum agrum, qui videntur habitasse ad Placentiam, invasisse agrum Insubrium cladeque ibi ad confluentes Adduam et Padum accepta per aliquot dies vagatos transito Clusio amne pervenisse in agrum Cenomanorum et his adsumptis per superiorem regionem rediisse in Insubres, si quid video ita accipiendum est, ut fluvius is, qui finem facit inter Insubres et Cenomanos (cf. Polyb. 2, 17, 4), Ollius sit, quem Clesum fuisse plerique statuunt captantes fallacem vocabulorum Clusii et Clesi soni affinitatem neque satis considerata locorum natura. Nam exercitus cum Padum transiisset paullo supra Cremonam, ulterius pergens versus loca superiora non potuit non transire Ollium, et ut demus utrumque fluvium exercitum transiisse, inepte taceretur de Ollio multo maiore, enuntiaretur Clesus fluvius exiguus. Sed ne hoc quidem dari potest; nam Romani Cenomanos adversus Insubres adsumpturi et ex Cenomano agro ad Insubres reversuri non Clesum transire debuerant, sed Brixiam petere caput Cenomanorum. Quare illo tempore Insubres videntur pertinuisse usque ad Ollium et Cremona condita esse in agro iis erepto (cf. Liv. 21, 25, 2. c. 55, 4).

neutras partes secuti essent (sic Probus in comm. ad ecl. p. 6 Keil probabilius quam Servius, qui in praef. ad bucol. et ad Aen. scribit Cremonenses contra Augustum sensisse et perperam et ut sibi ipsi non constet haec trahit ad bellum Actiacum), 'hoc Augustus indignatus veteranis, quorum 'operam in bello habuerat, agros Cremonensium dividi iussit' (Probus l. c.). Quod evenit a. u. c. 713. Unde *colonia* deinde appellatur apud Plinium h. n. 3, 19, 130 et Tacitum hist. 3, 19. 32 et Ptolemaeum 3, 1, 31; rettulerimque ad eandem deductionem, non ad priorem, quod scribunt auctores gromatici (Frontinus p. 30, Hyginus p. 170 Lachm.) Cremonae centuriam significare agri modum solito maiorem, nimirum iugerum CCX. Ex veteranorum, numero tum Cremonam deductorum videtur esse miles de *leg(ione) X Vener(ia)* tituli Bagnolensis n. 4191 tribum habens Cremonensium. Cognomina coloniae nulla reperiuntur, quamquam Iuliam dictum fuisse non dubito; Concordiae cognomen perperam vulgo ei tribuunt propter titulum supra n. 977 male intellectum. Splendidam urbem (πόλις ἐπιφανής) dicit Strabo 5, 1, 10 p. 216, locupletem et magnam (εὐδαίμονα καὶ μεγάλην) Plutarchus (Oth. 7), ditem Tacitus (h. 3, 32); quo item pertinet, quod Mantuani pueri studiorum causa Cremonam se conferebant, ut fecit Vergilius (cf. vita Vergilii p. 55 Reiff.). Lucuientissime vero coloniae opulentia apparet ex narratione Taciti historiarum libro tertio de eius excidio, postquam ibi Flaviani devicerunt Vitellianos a. p. Chr. 69; nam obiter ibi commemorantur altissimae domus et moenia supergressae (c. 30), amoena extra urbem aedificia (c. 30), gravia auro templorum dona (c. 33), status ibi mercatus, qui magnam Italiae partem quotannis ibi congregaret (c. 30). Cf. Dio 65, 15: ἡ πόλις καὶ μεγέθει καὶ κάλλει οἰκοδομημάτων ἤσκητο. Sed ipsae opes cladem Cremonae parabant direptae ab exercitu victore per quatriduum et incensae, ut excepta una aede Mefitis ante moenia sita tota deflagraret (c. 33). Pace restituta *rediit* quidem, ut ait Tacitus (3, 34), *Cremonam reliquus populus* et reposita sunt *fora templaque magnificentia municipum* hortante Vespasiano; neque tamen antiqua opulentia videtur rediisse. Certe postea Cremona raro commemoratur et, quod maioris momenti est, titulos inde habemus et perpaucos et in paucis his plures fortasse saeculi primi quam aetatis posterioris. — Magistratus non innotuerunt nisi *aediles* duo n. 4097 et *quaestores pecuniae publicae* n. 53. 977, si quidem recte hos duos titulos interpretamur. Cf. praeterea n. 4441. Tribum Cremonensium Aniensem fuisse praeter nostras n. 4041. 4109 ostendunt militum aliorumque hominum inde oriundorum non pauci compositi apud Grotefendium in agro Rom. trib. discripto p. 49; Claudia tribus cum domo Cremona coniuncta in titulo n. 977 quomodo explicanda sit, ibi ostendere temptavi (cf. n. 4108). Item ad Cremonam pertinere videntur *seviri Augustales* (n. 4096. 4132) et *collegium fabrum* (n. 4132).

4091 *trovate discosto da Cremona circa due mila passi* LIGOR. (ms.); secundo a Cremona lapide quondam repertae atque inde Romam, postea Venetias translatae LIGORIUS APUD SMETIUM, similiterque FONTEIUS, omnino ex eodem Ligorio. Venetiis apud patriarcham Grimanium MANUTIUS. Tabulas iam extare Romae in museo cardinalis Barberini ad Maccii codicem 1, 230 adscripsit HOLSTENIUS.

intus: tabella prior

IMP · CAES · DIVI · TRAIANI · PARTHICI · F · DIVI · NER
VAE · NEPOS · TRAIANVS · HADRIANVS · AVG
PONT · MAX · TRIB · POT · XII · COS · III · P · P
IIS · QVI · MILITAVER · IN · CLASSE · PR · MISENENSI
QVAE · EST · SVB · IVLIO · FRONTONE · SEX · ET
VIGINTI · STIPEND · EMERIT · DIMISSIS
HON · MISS · QVOR · NOM · SVB · SCR · SVNT
● ●
IPS · LIBER · POSTER · EOR · CIVITAT · DEDIT
ET · CONVB · CVM · VXOR · QVAS · T · HABVISSENT
CVM · EST · CIVIT · IS · DATA · AVT · SIQVI · CAELIBES
ESSENT · CVM · IIS · QVAS · POSTEA · DVXISS ·

tabella posterior

●
DVM · TAXAT · SINGVLI · SINGVLAS
A · D · XII · K · MART
a. 129 Febr. 18 P · IVVENTIO · CELSO · II · Q · IVLIO · BALBO · COS
●
EX · GREGALE
M · NVMISIO · SAIONIS · F · NOMASIO · CORSO VI
NAC

4 MILITAVERVNT Man. — MISINENSI Font. — 5 FRONTINO Font. — 8 CIVITAT Man. Lig., CIVIT Smet. — 10 IS Lig., Is Smet., IIS Man. — 12 SINGVLI SINGVLAS Man., SINGVLIS SINGVLAS Font. — 15 GRECALE Man. — 16 SALONIS Man. — F Man., om. Smet. Lig. Font. — VENAC Man.

extrinsecus: tabella prior

IMP · CAES · DIVI · TRAIANI · PARTHICI · F · DIVI
NERVAE · NEPOS · TRAIANVS · HADRIANVS · AVG ·
PONT · MAX · TRIB · POTEST · XII · COS · III · P · P ·
IIS · QVI · MILITAVERVNT · IN · CLASSE · PRAETORIA
MISENENSI · QVAE · EST · SVB · IVLIO · FRONTO
NE · SEX · ET · VIGINTI · STIPENDIS · EMERITIS
DIMISSIS · HONESTA · MISSIONE · QVORVM
NOMINA · SVB · SCRIPTA · SVNT · IPSIS · LIBE
RIS · POSTERISQVE · EORVM · CIVITATEM · DE
DIT · ET · CONVBIVM · CVM · VXORIBVS · QVAS
TVNC · HABVISSENT · CVM · EST · CIVITAS
● ●
IIS · DATA · AVT · SIQVI · CAELIBES · ESSENT
CVM · IIS · QVAS · POSTEA · DVXISSENT · DVM
TAXAT · SINGVLI · SINGVLAS
A · D · XII · K · MART
P · IVVENTIO · CELSO · II · Q · IVLIO · BALBO · COS
EX · GREGALE
M · NVMISIO · SAIONIS · F · NOMASIO · CORSO
VIN · AC
DESCRIPTVM · ET · RECOGNITVM · EX · TABVLA
AENEA · QVAE · FIXA · EST · ROMAE · IN · MVRO · POST
TEMPLVM · DIVI · AVG AD · MINERVAM

tabella posterior

TI · IVLI		VRBANI
C · CAESI	●	ROMANI
TI · CLAVDI		MENANDRI
C · VETTIENI		MODESTI
L · ATTEI	●	ATTEIANI
L · FVLLI		VERECVNDI
C · VETTIENI		HERMETIS

1 CAESAR Man. Lig. — 6 STIPENDIIS Lig. — 11 TVNC Man. Lig., TVM Smet. — 18 SALONIS Man. — 19 VENA · C · Man. — 23 TI · IVLI Man. (quod confirmat diploma Carnuntinum a. 113/4), C · IVLI Lig. Smet. Font. — 24 C · CAESI Man. Lig. Font., C · CELSI Smet. — 25 T · pro TI Font. — 27 ATTEIANI Man., ATTHANI Lig. Smet. Font.

Imp. Caes(ar), divi Traiani Parthici f., divi Nervae nepos, Traianus Hadrianus Aug(ustus), pont(ifex) max(imus), trib(unicia) pot(estate) XII, co(n)s(ul) III, p(ater) p(atriae)
iis qui militaverunt in classe praetoria Misenensi, quae est sub Iulio Frontone, sex et viginti stipendis emeritis dimissis honesta missione,
quorum nomina subscripta sunt, ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent, cum est civitas iis [1]) data, aut, siqui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dum taxat singuli singulas
a. d. XII k. Mart. P. Iuventio Celso II, Q. Iulio Balbo co(n)s(ulibus)
ex gregale M. Numisio Saionis f. Nomasio, Corso Vinac(eno) [2])

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in muro post templum divi Aug(usti) ad Minervam.

[1]) *in int.* [2]) *hic finit int.*

Duo exempla extant, alterum Manutii cod. Vat. 5248 p. 39 et orth. 297, 2 (inde Ligorius ms. Taur. vol. 15 f. 20), quocum convenire videntur quae ex hoc titulo citat Panvinius in fastis ad a. 882 et Rom. p. 214; alterum Ligorii ms. Neap. XXXIIII p. 128, a quo pendent Fonteius de Caesiorum gente p. 103, ubi posterioris tabellae pars utraque datur ligno expressa, prior typis tantummodo compendiisque solutis, et Smetius cod. Neapol. p. 69. 70 (inde cod. Lugd. Papenbr. 6 f. 85'; a Vaticano abest), ed. 93, 10 11 (inde Grut. 573, 2. 3. 574, 1. 2), qui vidit quidem, sed ex Pyrrhi Ligorii exemplaribus descripsit. Codicis Hannoverani IX. 661 f. 20 pessimum exemplum sprevi. A prioribus diplomatum collectores Marini n. 9 Arv. p. 460. 461; Vernazza n. 10; Haubold n. 12; Cardinali dipl. n. 15 p. 173. Fabrettius p. 506 inscriptioni diffidit utpote Ligorianae, sed immerito. V. 1. dedi Manutii Ligorii (Neap.) Smetii integram, Fonteii potiorem.

Corsi Vinaceni sunt opinor Οὐανακηνοί Ptolemaei 3, 2, 6.

4092 rep. et servata cum n. 4091.

intus: tabella posterior

A · D · VII · K · IAN
MARCELLO · ET · GALLO · COS
●
●
EX · GREGALE
L · VALERIO · CAINENIS · F · TARVIO · OPINO · EX CORS

1 VII Lig. Smet. Font., VIII Man. Panv. — KAL Panv. — 2 GALLO Panv., CALLO Man., CN·LO Lig. Smet., CN . . . . LO Font.; CELSO proponit Maffeius, cogitans de ordinariis a. 129. — 4 CAINENIS Man., CAINONIS Lig., CAIONIS Smet., SAIONIS Font., emendatione petita ex n. 4091. — TARVIO (corr. ex TAVNIO) Man., T·ARVIO Lig. Smet. Font.

extrinsecus: tabella posterior

M · SERVILI GETAE
L · PVLLI ● CHRESIMI
M · SENTILI IASI
TI · IVLI FELICIS
C · IVLI SILVANI
L · PVLLI ● VELOCIS
P · OCIL PRISCI

2 L·PVLLI Man. — 4 FILICIS Man., FELICI Lig.

Duo exempla supersunt, alterum Manutii cod. Vat. 5248 p. 38, quocum conveniunt v. 1. 2 citati a Panvinio in fastis ad a. 882, alterum Ligorii cod. Neapol. XXXIIII p. 129, a quo pendent Smetius cod. Neapol. p. 70 (a Vaticano abest), ed. 93, 12 (inde Grut. 574, 3. 4): 'egomet vidi et ex Pyrrhi Ligorii exemplaribus descripsi' et Fonteius de Caesiorum gente p. 105, qui omittit nomina testium. A prioribus Marini Arv. n. 10 p. 463; Vernazza n. 15; Haubold n. 13; Cardinali dipl. n. 29 p. 295.

Classiarii fuerit necesse est cum propter patriam tum maxime propterea quod numerus nullus enuntiatur ante militis nomen. Οὐανοί inter populos Corsicanos recensentur a Ptolemaeo 3, 2, 6, Οὔενετ inter oppida insulae ab eodem 3, 2, 7. De aetate cum consules ignoti sint, tamen in universum constat propter testium nomina eadem fere atque in diplomate Pestinensi scripto imperante Pio anno ut videtur 157.

4093 ara magna, prope Cremonam in hortis Picenardianis.

IOVI
L · VARIVS
Q · F · BARGIN
D · P · S L · M

Descripsi.

4094 in duobus saxis magnis, quae videntur olim iuxta collocata fuisse. Cremonae *alla posta*.

DIVO   SIVO

Descripsi. Cogitavi de divo Antonino, sed lapide denuo inspecto aliud requiri intellexi.

4095 Cremonae in aedibus magnificorum dominorum de Collettis in media aula.

C · I V L I O | ../
F A L · I A N V | *ario*
P R A E F · A | *lae*
P A N N O N I O R V M |
PRAEF · ALAE · HISP AVR | *ian*
PRAEF · ALAE · ARAVACO | *rum*
POSTVMIA · Q · F · CA | *sta*
MARITO · CARISSIMO |

Servavit cod. Picenardianus f. 140, ubi adscriptum est: 'sumpt. ex archetypo Danielis Caitani; eius syngrapha mihi nota'. Inde Bresciani *epitafii* p. 374, qui quid corruperit non refero; Bianchi p. 278; Vairani p. 283.

Hiatus signum non apponitur nisi 2 fin. 3 fin. — 5 supplevi ex diplomate n. 107 (vol. 3 n. XXIV).

4096 arca. Olzani in oratorio antea, deinde in hortis Picenardianis, ubi vidi; nunc Mediolani in Brera. — Cremonae MAFF. errore.

M · AEMILIO · M · L · PRIAMO
AEMILIAE · SP · F · SALVIAE
AEMILIAE · M · L ACME
PRIMVS ET ////
SEVIR ///E///

Contuli ut potui; nam posita fuit loco incommodo evanidaque. Ed. Maffei M. V. 370, 3 (inde Donat. 82, 4); Bianchi p. 248 tab. 33.

3 M · L//ME Bianchi, M · F · MAXSIMAE Maff. — 4. 5 sic ego similiterque Bianchi, PRIMVS · AVGVR · ET | SEVIR · AVGVSTALIS | .... Maffei.

4097 litteris vetustioribus pulchris et alte incisis. — Cremonae in turri Plasia, quae nunc est nosocomium *Fatebenefratelli*, ad S. Augustini et fuit et est. Locum indicant priores diverse: Cremonae ante domum magistri Baptistae medici CYRIACUS (comm.; inde Hostiliae [qui vicus subsequitur apud Cyriacum] apud domum magistri Baptistae medici IUCUNDUS; Hostiliae GUD. 221); Cremonae prope S. Augustinum FERRAR.; Cremonae in turri q. D. Baptistae Piasii IUCUNDI AUCT.; in turri Plasia apud divum Augustinum COD. PICENARD.; in angulo palatii marchionis Pauli Dati GUD. 1014 similiterque RELIQUI. Sine loco GRUT. — Stetisse ad caput viae Postumiae, quod nunc Forcello vocant accolae, ibi ubi divergunt viae duae, altera Mantuam ducens, altera Brixiam, refert Ioh. Bapt. ASSANDER in ms. historia Cremonae citata a Zaccaria; aperte ex coniectura.

T · PRAESENT
IVS · Q · P · P · HE
LVECIVS · P · F
AED · OB · HO
NOREM · IN
VIAM · HS ⊕ ⊕

Contuli. Habent Cyriacus comm. nov. fr. p. 61 n. 164 (inde Iucundus f. 194 inter Veronenses n. 81; Gud. ms. 221, 4 ex ms. antiquo, scilicet Iucundi; item Lilius Gyraldus in dialogismo III p. 383 editionis vol. 2 facis Gruterianae insertae et inde Grut. 1178, 1, quae pagina una cum subscriptione Gruteri iam legitur incisa in ipso marmore); Ferrarinus (cod. Paris. f. 148 inter add. et cod. Reg. f. 127; inde Don. 5, 78 per schedas Manutii; Donat. 250 ex Donio; Mur. 477, 2 ex schedis Capponiis, citans item Cyriacum) eodemque opinor exemplo auctarium Iucundi Cremonensium n. 1; codex Picenardianus f. 28; Gud. ms. 1014, 2, ed. 73, 1, qui vidit; Bresciani *epitafii* p. 374; *Lettera famigliare del Marchese N. N.* [Dati], *in cui si dà l'esposizione d' una antichissima Romana iscrizione collocata nel lato della privata torre de' marchesi Dati* Cremonae 23 Ian. 1730, quem commentariolum citatum a Bianchio non vidi; Mur. 737, 7 a Franc. Arisio; Zaccaria episc. Crem. p. 13; Pococke p. 77, 1; Bianchi p. 258 (inde Orell. 3973); Vairani p. 307; Aporti 1, 17; Dragoni 1838 p. 15.

4098 ad Cremonam in sacello divi Iuliani trans Padum. — Placuit hoc loco referre, quamquam in Padi ripa dextra inventa est.

V · F
L · STATIVS · SP · F · PRISCVS
DECVRIO · CREMONAE
/ADIAI · SEX · F · MATRI

Servavit auctarium Iucundi Cremonensium n. 3. Versuum divisio incerta. — 4 EADIAI traditur.

4099 Cremonae ad parietem domus Iohannis Oldoini CYRIACUS in commentariis. — 'Cremonae ad turracium in pariete' praescripserunt FELIC. MARCAN. RELIQUI qui ex commentariis pendent, quoniam in iis paullo ante Cyriacus egit de turri Cremonensi. Hostiliae LIL. f. 9 MUR. 1521, quoniam Hostiliani tituli subsequuntur apud Cyriacum. Inter Papienses FERRARIN. (cod. Regiens. f. 78) indeque MUR. 957.

traditur:	*restitue:*
V · F	V · F
MITONIVS · C	C · ANTONIVS · R
AEVIVS	SALVIVS
F I D E L I · L	F I D E L I · L
MVXIMVLARIO	N V M M V L A R I O
IN · FR · P · XVI	IN · FR · P · XVI
IN · A · P · XX	IN · A · P · XR

Cyriacus servavit. Legitur et in commentariis p. 81 n. 163 et apud compilatores eorum Felicianum (cod. Marc. f. 57', cod. Veron. f. 65); Marcanovam (cod. Mut. f. 113'); Ferrarinum (cod. Trai. f. 69' et Reg. f. 127 inter Cremonenses, cod. Reg. f. 78' inter Papienses; inde Mur. 957, 9 ex schedis Farnesiis, citans praeterea Capponianas et Cyriacum); Lilium f. 9 et 14 (inde Reines. app. 36 et Mur. 1521, 10 ex schedis suis; ex Mur. Labus mus. Mant. 3, 346); Sanutum f. 96'; Manutium cod. Vat. 5237 f. 122 omnino ex codice antiquo (inde Donius cod. Barb. XXXIV 73 f. 184).

V. 1. dabo commentariorum Feliciani (Marcian.) Marcanovae Lilii 14. — In vv. div. consentiunt comm. et Marcanova. — 2 C om. Lil. — 5 emendavit Mur. — 7 AGR Lil. — XX comm. Lil., XIX Fel. Marcanova. — Confundit cum titulo Mediolanensi (Orell. 4137) Lil. 9.

4100 Cremonae in turri quadam iuxta ecclesiam S. Antonini IUC.; in aedibus Miliis [postea Mocchetti, *via dell' Ospedale* n. 1421] iuxta D. Antoninum COD. PIC. BRESC. VAIR.; inde venit in hortos Picenardianos BIANCHI. Ibidem vidi; nunc Mediolani est in Brera.

AVR · SVPERO
C I R C I T · S V B · C V R
IVSTI · QVI · VIX · ANN
XXX · CONIVGI KAR MEMO
RIAM FECIT · AVR · QVINTINA
IN · FVNVS · ET · MEMORIA · EROG
X XXX

Contuli. Habent auctarium Iucundi Cremonensium n. 2; cod. Picenardianus f. 41; Bresciani *epitafii* p. 374; *Giornale de' letterati* Parmae 1687 p. 176; Mur. 792, 6 ab Arisio; Pococke 77, 2; Bianchi p. 198 tab. 28 (inde Orelli 3204); Vairani p. 308.

5 QVINTINI auct. Iuc., QVINTII cod. Picen.; viderunt igitur ne antiqui quidem plenam.

4101 Cremonae super altare divi Benedicti.

L · BABVRIVS
L · L · ANTHVS
TONSOR
SIBI · ET · FIRMo
LIe
ET · sVIS

Servavit codex Picenardianus f. 134; inde et ex cod. Bresciani (apud quem ego frustra quaesivi) ed. non sine errore Bianchi p. 273.

4 FIR · M · C traditur. — 6 ET| |vIS Picen., adnotans: 'hoc in medio saxum est excisum, ubi repositus extat lapis sacer'.

4102 Cremonae in aedibus Petri Mannae physici PIC.; ad S. Martini BRESC.

C · CAESIVs
C · F · SILO
AD · FINE
ENNIA
C · L · LESBIA
P · Q · XX

Servavit codex Picenardianus f. 79 (inde Bresciani p. 375; Bianchi p. 276).

1 fin. 4 fin. hiatus signa apposuit Picen. — CAIVS · CAESIVS CAI · FILIVS · SILO | AD · FVLVIVS · INE | EROCIA | CAIVS · LIBERTVS · LESBIA | POSTHVM · XX Bresciani.

4103 Cremonae apud fanum omnium sanctorum ALCIATUS. Nunc in hortis Picenardianis.

M E M O R I A|*E*
CLAVDIAE · EVTYCH|*IAE*
CONIVGIS · PIENTIS|*SIMAE*
TI · CLAVDIVS · TI · L|*IB*
F O R T V N A T V S|
IN · FR · P · X · IN · AGR · P|*E · X*

Contuli. Habent ex antiquis unus Alciatus in cod. Feae f. 55, ex recentioribus Bianchi *antol. Rom.* 21 (1795) p. 214.


Quae addidi inclinatis, Alciatus solus dedit, utrum ex lapide an ex supplemento, non definio. Idem quod praemittit V · F, ego quaerens in lapide non repperi, quamvis ab ea parte integer sit.

4104 Cremonae in ecclesia maiore IUC. Ex cancellaria episcopali habuit Biffius; deinde in hortis Picenardianis BIANCHI. Ibidem vidi; nunc Mediolani est in Brera.

D V B R A C I N A E
in latere: *mulier stans* — *protome mulieris* *protome mulieris* — *in latere:* *mulier stans*
BARBIAE · NVMPHINI
MA TRI
protome mulieris

Contuli. Habent auctarium Iucundi Cremonensium n. 5; codex Picenardianus f. 40; Mur. 1255, 1 a Franc. Arisio; Bianchi p. 174 tab. 24.

4105 in tegula scripta rudi manu. Cremonae rep. 1817 *poco distante dal Campo Santo nel fare degli scavi per condotti d'acque sulla piazza grande, copriva un deposito.*



Grasselli *guida di Cremona* (Cremonae 1818) p. 37 dat ligno expressam.

Fortasse *C. Flavius Super.*

4106 Paterni agri Cremonensis COD. PIC. et BRESCIANI 385; Paterno translata a. 1790 in hortos Picenardianos BIANCHI. Ibidem vidi; nunc Mediolani est in Brera. — Cremonae MAFF.; *ad un templo antico presso S. Metello* BRESCIANI 375.

M · GAVI · FORTIS
ET · GAEVRIAE
TROPHIME · FILI
VERECVNDVS
VALERIANVS · GAVIANVS
MARCIANVS · MINICINVS
PLOTVS · ET · PLOTINA
PARENTIB · PIENTISSIM

Contuli. Habent codex Picenardianus f. 123 (inde cod. Bresciani p. 375. 385); Maffei M. V. 370, 4; Bianchi p. 214 tab. 29.

4107 Cremonae in claustro ecclesiae D. Angeli extra portam omnium sanctorum.

Q · GAVIVS · Q · L · ROMVLLVS
TEST · FIERI · IVSSIT

Servavit auctarium Iucundi Cremonensium n. 4.

Versuum divisio incerta.

4108 cippus magnus litteris magnis. Cremonae in ecclesia SS. Aegidii et Homoboni super sepulcrum FERRAR., IUCUNDUS, BRESCIANI; *due anni sono trovavasi collocata in un basamento del palazzo della città alla rinfusa con altri marmi* BIANCHI ad Marinium; primum apud Biffium, deinde in hortis Picenardianis BIANCHI *marmi Crem.* Ibidem vidi; nunc Mediolani est in Brera.

L · *L*VCILIVS · Q · F
C N N QVI · FVIT
CLA · C *L*VCILIVS
C L STATIVS LOC
PATET AGREI SES
CVNCIAM QVA
DRATVS · ARCA · IN
MEDIO *EST*

Contuli; principia versuum hodie aegre leguntur. Habent Ferrarinus (cod. Paris. f. 147' et denuo f. 148 inter add., cod. Reg. f. 127; inde male Mur. 1479, 2 ex schedis Farnesiis et Capponiis); auctarium Iucundi Cremonensium n. 7 eodem fortasse exemplo; Bresciani *epitafi* p. 376, quem et ipsum traxisse putaverim ex Ferrarino; Bianchi in epistula ad Marinium (bibl. Vat.) scripta Cremonae 4 Iun. 1790 exemplo admodum imperfecto et *marmi Crem.* p. 217 tab. 30 (inde Orelli 4563 et nos vol. 1 n. 1430).

In titulo lectu difficili quemque antiqui videntur vidisse minus detritum variam lectionem non supervacuum erit apposuisse Ferrarini (Paris. f. 147), auct. Iuc., Brescianii, Bianchii (marm. Crem.). Quae ego non vidi, dedi inclinatis. — 1 in. L · ego cum Bianchio, C priores. — 4 LOCVS Ferr. Iuc. Bresc. — 5. 6 SECVNCIAM Iuc., SESCONCIAM Bianchi.

L. Lucilius Q. f. Cn. n., qui fuit, Cla(udia). C. Lucilius C. l. Statius. Loc(us) patet agrei sescunciam quadratus: arca in medio est. Contulit Bianchius Livium 6, 36: *plebeio homini vix ad ... locum sepulturae suae pateret ager.* Sescunciam idem recte intellegit iugeri, id est pedes quadratos 3600, ut locus sepulcri fuerit pedum quaquaversum DCCCC.

4109 Cremonae in campo sancto ecclesiae maioris IUC.; *in campo santo nel muro della sala, dove si congregano i fabricieri della chiesa maggiore* BRESCIANI.

Q · BVSTIVS · Q · F
ANI · ET · PVSILLA
CLODIA · M · F · SIBI
ET · SVIS

Habent auctarium Iucundi Cremonensium n. 6 et Bresciani *epitafi* 1653 p. 370 (ex hoc male Bianchi p. 274).

Vv. divisi ad Brescianium. — 2 BVSILLA Bresc.

4110 arca, ad Cremonam in hortis Picenardianis.

/DAR// aNTHI MO
PVTILIA CRESCENTINA
CONIVGI KARISSIMO

Descripsi; legitur difficile.

4111 rep. m. Iulio a. 1765 extra Cremonam Mantuam versus ad portam Margheritam; extat apud sacerdotem Iul. Caes. Bonettium (*via Rossa* 1155) BIANCHI, VAIRANI. Deinde in hortis Picenardianis, ubi vidi; nunc est Mediolani in Brera. — Mutinae ZACC. errore.

M · STATIVS
M · L · CHILO
HIC

HEVS · TV · VIATOR · LAS
SE · QVI · ME · PRAETE
REIS
CVM · DIV · AMBVLA
REIS · TAMEN · HOC
VENIVNDVM · EST · TIBI

IN · F · P · X · IN · AG
P · X

Contuli. Bianchi in epistula ad Lamium 17 Sept. 1765 (in epp. ms. Lamianis bibl. Riccard. vol. 12) indeque *Nov. Fior.* 1765, 694 (inde Donat. 465, 6) et apud Odericum in epistula eius ad Marinium scripta 23 Oct. 1765 (cod. Vat. 9055) et *marmi Crem.* p. 263 (inde Orelli 4814); Zaccaria *ist. lap.* p. 270; Vairani p. 206. Inde vol. I n. 1431.

M. Statius M. l. Chilo hic.

Heus tu, viator lasse, qu[i] me praetereis,
Cum diu ambulareis, tamen hoc veniundum est tibi.

In f(rontem) p(edes) X; in a(grum) p(edes) X.

4112 Cremonae in aedibus Petri Mannae physici.

C · VEIANI · L · F
C · C · F
L · C · F

Servavit codex Picenardianus f. 79 (inde Bresciani *epitafi* p. 376; Bianchi p. 276).

CAIVS VEIANI LVCII FILIVS | CLAVDIVS CAI FILIVS | LELIVS CLAVDI FILIVS POSVIT SIBI Bresciani.

4113 litteris antiquis et alte incisis in basi, cui olim ara videtur imposita fuisse. Cremonae in cathedrali in mesaula ad superiores fornices VAIRANI 27; in aedibus canonicorum cathedralis VAIRANI 306; in cathedrali ante, nunc in hortis Picenardianis BIANCHI. Ibidem vidi; nunc est Mediolani in Brera.

MATER · MONVMENTVM · FECIT·
MAERENS · FILIO · EX · QVO · NIHIL·
VNQVAM·DOLVIT·NISE·CVM·IS·NON·FVIT

ab hac parte erasa est

Contuli hodie imminutam. Bianchi p. 180 et tab. 25 (inde Orelli 4609); Vairani p. 27. 306

Nota allitterationem in versibus factis antiquo:

Matér monumentum fécit maerens filio,
Ex quó nihil unquam dóluit nise cum is nón fuit.

4114 Cremonae in aedibus Petri Mannae physici.

STI · F[1]

Servavit codex Picenardianus f. 79 (inde Bianchi p. 277).

4115 In hortis Picenardianis.

IN · FR · P · XX
IN · AG · P · XIIX

Descripsi.

4116 Cremonae in aedibus Petri Mannae physici.

IN · AGR
P · XXX

Servavit codex Picenardianus f. 79 (inde Bianchi p. 277).

4117 Cremonae olim in pavimento ecclesiae D. Laurentii.

HOC IN LOCO REQVIESCIT BON · MEM
ATVLA QVI VIXIT AN
NOS ELP LV ET MIGRAVIT
DE HAC LVCE S · D · XV KAL
OCTOBRIS PLACIDO V · C p. C. 481
CONSVL

Brescioni ms. p. 177 (inde Zaccaria episc. Crem. p. 39, ex hoc Donat. 196, 2; indidem Bianchi p. 300 in codice Torresini repperisse se dicens errore; Allegranza de sepulchris christ. p. 6).

3 ipsa corruptela ELP pro PLM tuetur tituli sinceritatem, in quam etiam magis pendet Rossius, sic quaerenti mihi de hoc titulo rescribens: '*La formola* hoc in loco *è un poco ricercata; più ricercata e più raro il* migravit de hac luce; *ma non perciò vorrei condannare un testo, che nella medesima mutilazione del nome proprio del defonto mi sembra escludere la pretensione d'un falsificatore. L'indicazione locale di pietra da pavimento concorda colla cancellazione del nome proprio; ossia tutte dovevano essere logore, ma nel testo il senso guidò il trascrittore, nel barbarico nome desinente in* ATVLA *la sagacia gli mancò*'.

4118/19 Cremonae sub templo maiori.

HIC REQVIESCIT IN PACE BM
STEPHANVS VR LICTVR QVI VI
XIT IN HOC SECVL · ANN PLM
XXXV DEPOSITVS SVB DIE
PRIDIE IDVS DECEMBRIS ET
ITERVM PC PAVLINI IVN p. C. 537 Dec. 12
VC INDICT · PRIMA

Servavit codex Picenardianus f. 131; pendent inde Bresciani *epitafi* p. 33; Zaccaria episc. Crem. p. 40 ex Brescianio (inde Allegranza sep. chr. p. 14; Donat. 202, 4); Bianchi p. 304 ex codice Picenardiano.

Et iterum est tertio. Cf. Rossi inscr. chr. I p. LIII.

4120 Cremonae *ne' fondamenti d' una casa appena fuori di porta Ognissanti scop. l'a.* 1829 LABUS. Frustra indagavi.

† HIC RECVIESCET BENE ME *sic*
MEMORIE BENENATA QVAE
VIXIT ANNVS PLVS MENVS XXXV
ET DIES XII RECESET IN PACE

Labus *mon. ant. scop. in Canturio* p. 461.

4121 Cremonae in fronte ecclesiae cathedralis ALLEGR. BIANCHI VAIRANI; ego non repperi.

Allegranza:

.... DISSOLI BERGVLLA VAL ...
.. XPECTANS PRAEMIVM ...

Bianchi, Vairani:

... ISSOLI BERGVLLA VAL ...
...... XSPECTANS PREM

Allegranza in add. ms. ad inscr. chr., qui vidit; Bianchi p. 269 qui vidit; Vairani p. 27 n. 142.

2 PROEM Vair. — Recepi, quoniam aetatis Romanae iudicarunt Allegranza et Bianchius; quamquam haud scio an erraverint.

XLIV. *Ager inter Cremonam et Brixiam.*

Ne praeiudicium fiat iis qui in fines territoriorum accuratius aliquando inquirent, proprium caput dedimus titulis repertis inter colonias duas Cremonam et Brixiam numero non paucis, sed ita comparatis, ut non facile sit recte iis uti in quaestione finali. Invenies primum titulos aliquot in dextra ripa Ollii repertos Gabbionetae et prope eam ad S. Iohannis in deserto, item Robecchi et in dextra ripa a regione Pontevici; sequuntur reperti ad Gambaram et Gottolengum, item Isorellae Visani Calvisani, item ad S. Gervasii et Scorzaroli et ad Verola vecchia, item Leni et ad Lenum Milzanelli Manerbii Pozzani Ghedi, denique Bagnoli. Ad Cremonam ducunt in his n. 4148 Pedergnagensis, in quo commemoratur vacatio ex decreto pagi paganorum Farraticanorum cuidam concessa *finibus Cremonensium*, item n. 4191 repertus Bagnoli militis legionis X Veneriae, tribus autem Cremonensium, omnino ita comparatus, ut is cui positus est videatur fuisse ex veteranis post bellum Philippense deductis Cremonam. Componendus est cum his n. 4041 repertus a sinistra Clesi Acquanegrae, aedis titulus positus a veterano ex Cremona oriundo. Ad Brixiam ducunt tribus Fabia in Gambarensibus duobus n. 4129. 4130, Scorzarolensi n. 4145, Ghedensi n. 4156, Manerbiensi n. 4165, Bagnolensi n. 4192 posito iussu ordinis, scilicet Brixianorum. Praeterea notabiles sunt *quattuorviri* nescio qui tituli Gottolengensis n. 4131 numero non duo, sed quattuor ex decurionum decreto turrim facientes.

4122 Gabbionetae nuperrime rep. ARISI; ibidem in S. Pedretto fundo PP. Olivetanorum Cremonensium XIII m. p. a Cremona ZACC. BIANCHI. Deinde in hortis Picenardiis, ubi vidi. Nunc Mediolani in Brera.

COLLEG · FABROR
C · MEFANATI
GRACILI · ET
L · MINICIO · ALEXANDRO
VI VIRIS · AVG · ET
VRSIONI · SECVNDI · FIL
QVI · FACVLTATES · SVAS
COLL · RELIQ

Contuli. Ed. Arisi Cremona litt. 3 (1741), 344, cui dedit marchio Io. Franc. de Datis; Zaccaria excurs. 2, 122; Bianchi *marmi Crem.* p. 163 tab. 22 (inde Orelli 4080).

Colleg(ium) fabror(um) C. Mefanati Gracili et L. Minicio Alexandro VI viris Aug(ustalibus) et Ursioni Secundi fil(io), qui facultates suas coll(egio) reliq(uerunt).

4123 rep. ad Grontardum in S. Iohannis in Deserto villa monachorum Olivetanorum. Deinde in hortis Picenardianis, ubi vidi. Nunc Mediolani in Brera.

L · GEMINIVS
MAXIMVS
VET · LEG · PR · ADIVTR · P · F
SIBI · ET
L · GEMINIO
CASTORI · LIB

Contuli. Ed. Bianchi p. 171 tab. 23 (inde Orelli 3544).

4124 rep. in agro Cremonensi prope S. Iohannis in deserto in vetere oratorio monachorum Olivetanorum; nunc in hortis Picenardianis BIANCHI. Ibidem vidi. Nunc Mediolani in Brera.

V F
P · PAPIRIVS · P · LIB
THEODORVS
SIBI · ET
VALERIAE · CALLIRIOE *sic*
VXORI
CORNELIAE · CALLITYCHE
PRIVIGNAE
PECVLIARI · ANTI · ACONT
H · M · H · N · S

Contuli. Ed. Bianchi p. 184 tab. 26 (inde Orelli 2807).

4 debuit esse CALLIRHOE. — 9 non *peculiari antea cont(ubernali)*, ut voluit Bianchius, sed *Peculiari Anti Acont(iani?)*.

4125 Robecchi a Cremona Brixiam versus ante oratorium S. Rochi MUR. GNOCCHI BIANCHI; deinde Cremonae apud Biffium BIANCHI 1787; in hortis Picenardianis BIANCHI 1791. Ibidem vidi. Iam est Mediolani in Brera.

L · BIRRONI
QVARTION
T · PINNIVS · FORtis
heres
TESTAMENTO
PONENDVm
CVRAVIT

Contuli. Mur. 1445, 3 a Francisco Arisio; Gnocchi *iscr. Bresc.* p. 251 qui vidit; Bianchi in ephemeridibus *notizie diverse* Cremonae 10 Mart. 1787 n. X et *marmi Crem.* p. 195 tab. 27.

4 supplevit lapidarius.

4126 rep. Pontevicae in campo Brognoliorum a. 1777 10 Iul. MARINI BROGNOLI CHIARAM. Deinde Brixiae apud Brognolios, qui dederunt museo.

MINERVAE
V · S · L · M
urceus SENECA · MAGIA *patera*
MAGI · F
corolla

Contuli. Habent Brognoli ms.; Aricius in suppl. ms. ad Arragonensem n. 500; Zamboni *mem. int. alle pubbliche fabriche di Brescia* (1778) ante praef. inter ornamenta depictam; Horatius Chiaramonti *in lode del beato Sebastiano Maggi* (Brixiae 1779. 8) p. 17; Marini ms.; Maffetti Bergomas ms.; Is. Bianchi *lettera a Gaetano Maggi sopra un antica iscr. inedita* (Cremonae 1793) q. n. v. et *antol. Romana* 25 (1795) p. 214 (inde per Masdéu Orelli. 1422); Ioli cat. mus. f. 17; Labus p. 27 n. 32.

4127 Gotolengi in sacello S. Nazarii, ubi est aqua benedicta.

M · VINNIVS · L · F
APOLLINI
V · S *rosa* L · M

Servarunt Solatiani Traiectinus n. 125 et Mediceus n. 146. Inde Arragonensis ms. n. 306 = 441 et per Tottium Vinaccesius in add. p. 233 (ex Vinaccesio Mur. 23, 4 et Gnocchi ms. p. 155); Labus p. 51 n. 65, inter alios Soncinium citans.

1 sic Trai., VINIVS · L · F reliqui. — 2 APPOLLINI Trai.

4128 Gambarae in hortis ecclesiae S. Mariae nivis.

IOVI
P · VTILIV . . . .
PAGAN . . .

Gnocchi ms. p. 144 (inde Donat. 8, 4; Labus p. 25 n. 28).

4129 in ecclesia S. Michaelis inter Gothlongam et Gambaram FERR. similiterque TRAI. MED. Gambarae in pariete templi divi Petri ARRAG.

P · STATIO · P · F
FAB · PAVLLO
POSTVMIo IuNIORI
X VIR · STLIT · IVDIC · TRIB · MIL
LEG · VII · GEM · FELIC · VI VIRO
EQVIT · ROMAN · Q · PROVINC
AFRIC · TRIB · PLEB · PRAETORI · LEGAT
PRO · PRAET · PONTI · ET · BITHYNIAE
PRO · COS · PROVINCIAS · BAETIC
C · COMINIVS · AVFILLENVS
MINICIANVS
OPTIMO · ET · RARISSIMAE · FIDEI · AMICO

Habent Ferrarinus cod. Reg. Brix. 95, cod. Verderiano p. 37, cod. Bembioo f. 115; Traiectinus n. 104; Mediceus n. 147; Arragonensis ms. n. 305 = 369. Ab his reliqui: Panvinius cod. Vat. 6035 f. 62; Ligorius ms. Neap. 36, 374, ms. Taur. 5 et 26; Manutius cod. Vat. 5237 f. 79, orth. 100, 3; Lud. Carrio lect. antiq. 1576 p. 124, ex Manutio omnino; Smetius 160, 8* ex Lud. Carrionis lect. antiq.; Grut. 471, 2 ex Carrione et Manutio; Rossi p. 294; Gnocchi ms. p. 37 a prioribus. Antiquum exemplum, quod exhibent accuratissime Ferrarinus (Reg. Verd.) et Traiectinus et a prima scriptione Arragonensis, quamquam hic emendasse videtur non tam ex coniectura quam ex ipso lapide tamen antiquior lectio simplicior et fidei maioris videtur esse quam recentior emendata.

V. l. dabo Ferrarini (Reg. Verd. Bemb.) Traiectini Arragonensis (ma. rec. 1 et 2.). — Vv. non divisit Ferr. (Reg. Bemb.). — 1 P·Ↄ pro P·F Arr. 1. — 2 FABIO Ferr. — 3 POSTVMI VIORI Ferr. (Reg.), POSTVMI . . NIORI Ferr. (Verd. Bemb.), POSTVM·NIORD Arr. 1, POSTVM·IVNIORI Trai. Arr. 2. — 4 XV VIR Ferr. (Bemb.) Arr. 1. — 4 STILIT Ferr. (Reg.), SLIT Ferr. (Verd.), SILIT Ferr. (Bemb.). — 5 FILIC Ferr. (Reg. Verd.) Trai., FILIAE Ferr. (Bemb.). — 6 EQVITI Arr. 1. — ROMAN·Q Arr. 2, ROMANO Ferr. Trai. Arr. 1 (ut vid.). — 7 IIGAI pro LEGAT Ferr. — 8 BITHINIAE Arr. 1. — 9 PROVINTIAE BETIC (BETHIC Reg. Bemb.) Ferr. Trai., item ut vid. Arr. 1. — 10 C· om. Ferr. (Reg. Bemb.). — AVFILIENVS Ferr., AVFELLENVS Arr. 1. — 12 sic Trai. Arr., OPTIMO · ET · RARISSIMO · AC · FIDELI AMICO Ferr. (Reg. Bemb.), om. Ferr. (Verd.).

4130 Gambarae ad portam S. Mariae Nivis ARR.; in dextro angulo coemeterii add. GNOCCHI.

SEX · CATIVS
L · F · FAB
VI · VIR

Habet Arragonensis ms. n. 423 et qui inde pendent Mediceus add. n. 296; Totti in add. p. 109 n. 322; Manutius cod. 5235 IV n. 8 (inde Manutius orth. 161, 4; ex Manutio Ligorius ms. Taur. 8, Grut. 386, 7, Donat. 250, 3 male); Rossi p. 301; Vinaccesi in add. p. 301 (cf. p. 243). Ex lapide Gnocchi ms. p. 7.

4131 Gottolengi in ecclesia [S. Petri] in primo gradu scalarum, quibus ascenditur altare maius FELIC. et sic fere RELIQUI; *di dietro al coro della nuova chiesa parochiale* GNOCCHI; *nel campanile.*

C · MVTIVS · SEX · F
P · POPILLIVS · M · F
Q · MVCIVS · P · F
M · CORNELIVS · P · F
IIII · VIR · TVRREM · EX · D · D
AD · AVGENDAS · LOCAVER
IDEMQVE · PROBAVERE

Felicianus Brix. B 77 eodemque exemplo Ferrarinus cod. Par. f. 56' in add., cod. Reg. Brix. 63, cod. Verderiano p. 36, 2 (inde et ex Vioni schedis Grut. 167, 10); Traiectinus n. 103; Mediceus n. 145; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 129. 130; Ligorius ms. Neap. 36, 374 (inde et ex Rossio Mur. 480, 1); Arragonensis ms. n. 304 = 59, ed. n. 103; Manutius orth. 616, 4; Rossi p. 272. Certo ex lapide Nassino ms. f. 212' qui vidit a. 1534; Gnocchi ms. p. 22; Ioli cat. mus. Brix. f. 73.

V. l. dabo Feliciani Ferrarini (Par. Reg. Verd.) Nassini Gnocchii Iolii. — 1 MVTIVS veri auctores omnes, MVCIVS primus emendator Feliciani et Panvinius f. 129, MARTIVS Grut. — 2 POPILLIVS Ferr. (Par. Reg.) Nass. Ioli, POPILIVS Ferr. (Verd.) Felic. Gnocchi. — 3 MVTIVS Felic. Ferr. (Verd.). — 7 IDEMQ Felic., IDEMQVE Nass.

4132 ad Gottolengum Hostianum [Ostiano ad Ollium] versus in ecclesia S. Faustini ad altare.

F · A · F

Nassino ms. f. 212, qui vidit a. 1534.

4133 a Gottolengo M. p. in loco q. d. *el campo de S. Maria.*

rosa
F rosa
TIA · Ↄ · LB
TICILLA

Nassino ms. f. 220' (inde Grut. 1149, 6 a Viono; ex Grutero Gnocchi ms. p. 236) qui vidit a. 1534.

4134 Isorellae ad angulum aedis CONTIN., similiter GNOCCHI. Isorellenses dederunt museo Brixiano.

MATRONIS
PRO · CORNELIA
MACRINA
CORNELIA · METHE
V · S · L · M

Contuli. Habent Continuator, scilicet Corsinianus n. 129, Mediceus n. 148, Pighius cod. Luzac. p. 97 (inde Grut. 1074, 3), Arragonensis ms. n. 313 = 321 emendatam ex lapide, Totti p. 83 n. 230, Rossi p. 52, Gnocchi p. 84 ex lapide, Labus p. 86 n. 126.

4135 litteris magnis et vetustioribus. Vizani rep., iam ex dono eius communis Brixiae in museo.

I QVARTA
F · MESSIVS
APPI · F · FRONTO
V · FECI *sic*
et sibi

Contuli. Ioli cat. f. 58.

4136 Calvisani in S. Felicis. — In oppido S. Aegidii Pasanello agri Fulginatis REINES. errore.

IOVI O M
TERTIVS RIVVO

Arragonensis ms. n. 231 et Totti in add. p. 105 n. 301 et archipresbyter Calvisanensis Zambonius in adn. ms. ad Rossium habent forma sincera, interpolata Rossius p. 78 (inde per Tomasinum Reines. 1, 10; Mur. 3, 4; Gnocchi p. 143).

Rossius addit clausulam falsam PRO SALVTE PETRONII MERVLE P·PETRONII · F · V · S.

4137 Calvisani ad portam aedium Polioi GNOCCHI. Deinde Brixiae apud Lechium, nunc in museo.

MATRONABVs
VERGILIA · C · F · VERA
PRo MVNATIA · T · F
CATuNA · V · S · L · M

Contuli. Habent Gnocchi ms. p. 170 (inde Donat. 51, 2); Brognoli misc.; Ioli cat. mus. f. 27; Labus p. 83 n. 124.

4138 inter Calvisanum et Mezzanum ROSSI. Mezzane in ecclesia IOLI.

L · CORNELIVS · L · L
STEPHANVS
SIBI · ET
CORNELIAE · CALYBE
VXORI
L · CORNELIO · PRIMIGENIO
MEMORIA · LIBERTIS
T · F · I

Duo exempla extant Rossii p. 270 (inde Mur. 1333, 10; Gnocchi ms. p. 225) et Iolii cat. mus. f. 82.

1 in. L om. Rossi. — 4 CALIBE Ioli. — 6 in. T Rossi.

4139 apud Calvisianum in aede D. Felicis ad aquam benedictam MED. TOTT. ARR. Calvisani in aedibus Polini GNOCCHI. Deinde Brixiae apud Lechium; nunc in museo IOLI.

D M
LIBERAR *sic*
CONTVBER
NALI · SPERA
TVS M NONI
AGATHONICI
ET · SIBI

Contuli. Habent Arragonensis ms. n. 312 = 124; Med. in add. n. 280; Totti p. 97 n. 265; Manutius Vat. 5237 f. 90; Nazari p. 53 (inde Grut. 588, 4; Vinaccesi in add. p. 305); Rossi ms. f. 152'; Gnocchi ms. p. 175 (inde Donat. 405, 14); Brognoli misc.; Ioli cat. mus. f. 30.

4140 Calvisani ad aedem extra portam minorem montem versus.

NISI
ASSAE

Arragonensis ms. n. 348 et apud Tottium in add. p. 110 n. 329 (inde Vinaccesi p. 318).

4141 ad Casatias prope villam D. Gervasii TOTT. MAN.; in vico S. Gervasii in ecclesia ROSSI. Lud. Torre dedit museo Brixiano.

I · O · M
C · LAETORI*VS*
VOPISCVS
V · S · L · M

Contuli. Habent Totti in add. p. 125 n. 430; Manutius cod. Vat. 5237 f. 80 (ubi sequitur f. 165 epistula Octavii Pantagathi ad Manutium data Romae 11 Iun. 1564 hunc titulum explens) et cod. 5235 IV n. 125; Rossi p. 80 (inde Mur. 4, 10; Gnocchi ms. p. 144); Ioli cat. mus. f. 71; Labus p. 20 n. 24.

2 LAETOR/// ego, LAETORIV Totti Man., LAETORIVS Rossi et sic Pantagathus.

4142 in ecclesia abbatiae S. Gervasii in agro Brixiano ADD. AD CYR. similiter MALV. Ad abbatiam S. Gervasii ultra Melam in templo MANUT. SONCINI. De loco tacet TOTTI.

M · *NVM*MIVS
*EVHO*DVS
NVMMIAE · SABINAE
CONIVGI · CARISSIMAE

Integram repperi adscriptam in fine codicis Cyriacani Tarvisini a manu posteriore; item plenam edidit nescio unde Malvasia p. 328 (inde Vinaccesi in add. p. 299; Mur. 1362, 2 ex Vinaccesio; Gnocchi ms. p. 233 a prioribus). Fractam dant Arragonensis apud Tottium p. 115 n. 358 (inde Vinaccesi p. 320) et apographa duo Tottiana Manutii cod. Vat. 5235 IV n. 47 et Soncini p. 196, item Rossius ms. f. 163.

In vv. div. consentit cod. Tarv. cum Arr. et Rossio, qui quae non habent, dedi inclinatis. — 2 EVHODVS Tarvis. Malv., . . . DVS Rossi, . . . DIVS Arr.

4143 trans Melam in abbatia S. Gervasii ad puteum.

IN · AGR · P · XV · IN · FR · P · XVII

Arragonensis ms. n. 234 et apud Tottium in add. p. 112 n. 342.

AGRI · P · XV Arr. (ms.)

4144 *Verola vecchia* prope ecclesiam parochialem in aedibus rusticis GNOCCHI, IOLI. Nunc Brixiae in museo.

SEX · GRATIO
LIBERALI
Q · VIBIVS · MESSOR
AMICO

Contuli. Gnocchi ms. p. 256 (inde Donat. 410, 9); Ioli cat. f. 45.

3 MESSOI Gnocchi, MESSC hodie.

4145 in S. Petro apud Scorzalorum (= Scorzarolo distr. Verolavecchia) super limine portae ecclesiae.

C · F · FAB · GA
GEMINAE · SIBI · ET
HISPANAE · F
ET · ANNELE · F
L · IVCVNDE
L · LIVIO · SP · F
H · M · H · N · S

Sanutus f. 84'.

Versuum divisio incerta.

4146 in S. Petro apud Scorzulorum (= Scorzarolo) in ecclesia in grado scalarum altaris.

Q · DON
VALERIVS
PATER

Sanutus f. 84'.

Versuum divisio incerta.

4147 Cremezzani in templo ad baptisterium ARR., TOTTI, LABUS. Iam Brixiae in museo.

HERCVLI
SACRVM
/ CATONIVS
MAXIMIAN
V · S · L · M

Contuli. Habent Arragonensis ms. n. 282 = 196; Totti p. 101 n. 279; Rossi p. 25 (inde Mur. 60, 9); Gnocchi ms. p. 139 a prioribus; Labus p. 70 n. 98, cui descripsit baro Ant. Sabatti; Ioli cat. mus. f. 82.

4148 Pedergnagae in ecclesia S. Mariae MED. 2 TOTTI et RELIQUI; ad aquam baptismatis add. ARR. *Era in piazza* IOLI. Nunc Brixiae in museo.

IOVI
M · POMPONIVS · *M* · F · PRIMI*o*
ET · C · POMPONIVS · *M* · F
*A*RAS · SEPTE · POSVERVNT
*P*AGANIC PAGI FA*RRA*TIC
*E*X SCITV PAGI *P*AGANORVM
*F*A*RR*ATICANORVM *E*T PERMISS
*pr*OPTER · MAGISTERIVM PAGI
*e*T · VOCATIONEM · INPERPETV*um*
SIBI ET FILIO
FINIBVS CREMONE*ns*IVM
D P S

Contuli. Habent Mediceus in add. n. 261; Totti p. 57 n. 166; Arragonensis ms. n. 283 = 201; Manutius cod. Vat. 5237 f. 79; Nazari p. 45 (inde Ligorius ms. Taur. 4 et ex eo Gud. 11, 5; Grut. 1007, 7 ex Nazario et Rossii schedis); Rossi p. 228 (inde Mur. 138, 3); Mur. 1098, 5 ex schedis suis; Gnocchi ms. p. 145; Ioli cat. mus. f. 51; Brunati mus. Kircher. 1837 p. 16; Labus p. 3 n. 1 (inde Henzen 6132).

Quas litteras dedi inclinatas, eae evanidae sunt hodie, sed ut vestigia recte conspirent cum exemplis antiquis. — 1 post IOVI nihil deest. — 2 fin. PRIMI etiam Med. 1 Totti 1, PRIMIC Arr. Med. 2 Totti 2; spatium sufficit litterae O minori. — 5 PAGANICO exempla adhuc facta omnia contra lapidem. — 8 //OPTER ego et Antiqui, *pr*OPTER Reines. et Henzen recte, OB TER Rossi Mur. 138. 1098, OB ITER Ligor., OB · TE . . . Labus. — 9 ET antiqui. — VOCATIONEM lapis et veri auctores omnes, VACATIONEM Grut. Mur. ex em. — PERPETVVM antiqui. — 11 FINIBVS primum Arr. Man., CIVIBVS Med. Totti Naz. — CREMONENSIVM Med. Totti. Arr.

Iovi M. Pomponius M. f. Prim[*o*] *et C. Pomponius M. f. aras septe(m) posuerunt paganic(as?) pagi Farratic(anorum) ex scitu pagi paganorum Farraticanorum et permiss(u)* [*pr*]*opter magisterium pagi* [*e*]*t vocationem in perpetu*[*um*] *sibi et filio, finibus Cremone*[*ns*]*ium d(e) p(ecunia) s(ua).* — *Pagus Farraticanus in Placentino,* haud scio an ab hoc diversus, praeterea nominatur et in tabula alimentaria Veleiate 3, 48 et in tegula nuperrime reperta Casteggii sive Clastidii, in qua legitur *actum pago Faraticano.*

4149 Pedergnagae in ostio presbyteri ARR. TOTT.; *nel limitare della porta orientale* add. GNOCCHI.

L · ATILIVS L · P
CIMFI
VIR

Arragonensis ms. n. 286 = 246 et in Tottii add. p. 101 n. 281 (inde Rossi ms. f 146 et denuo f. 146'; Vinaccesi p. 314); Gnocchi ms. p. 249 qui vidit, sed retinuit lectionem traditam.

2. 3 CIMETVS VII · VIR . . . Rossi 146, CIMENVS | VIBLACCIAE · C · P VXORI | SAX . . . . idem 146'.

4150 Pedergnagae in ecclesia ARR. in portico archipresbyteri GNOCCHI. Extare negat IOLI

CONETAN[...] F
SEPTVMIO·B

Arragonensis ms. n. 284 = 58, ed. n. 84 et apud Tottium p. 57 n. 168; Gnocchi ms. p. 249 de lapide.

1 fin. F om. Gnocchi. — 2 SEP·IVMIGR Arr. (ms. rec. 2 et ed.), SIP·IVMI GR Arr. (ms. rec. 1) Totti.

4151 Paterniacae (= Pedergnaga) ARR. REC. 1 TOTTI. Brixiae in hortis Io. Franc. a Monte ARR. REC. 2; in hortis comitis Soardi GNOCCHI. Inde venit in museum.

D M •
CORNELIAE
EVTYCHIDIS
M · CORNELIVS·
s EVTYCHES·ET
CORNELIA · MODER sic
FILIAE·QVAE·VIXIT
ANN·I·M·V·DIES·XI

Contuli. Habent Arragonensis ms. n. 74 = 129; Tottius n. 297; Rossi ms. f. 151'; Vinaccesi p. 261; Gnocchi ms. p. 173 (inde Donat. 359, 3); Brognoli ms. f. 73; Ioli cat. mus. f. 70.

6 MATER pro MODER Vinaccesi sua interpolatione.

4152 Pedergnagae.

VE · CRAVI[...] *esse urbe*

Arragonensis ms. n. 285 = 339 et apud Tottium p. 101 n. 282.

4153 ex vico Scarpizzolo nuper illata in museum Brixianum.

P · MVCIVS SIRACI F
sibi ET
sic NAEVIAL· SP · F·
TERTVLLAE CONCVBIN
s ET · MVCIAE VERAE·F
T F I

Descripsi.

4154 Offlagi in aedibus Vincentii Barbisone ROSSI. Loci nulli adnotantur apud ARRAGONENSEM editum.

CASTORI
ET·POLLVCI
[T]VLLIV[S]
[S]PERAT[...]

Arragonensis ed. n. 93; Rossi ed. p. 98 (inde Mur. 66, 8; Gnocchi ms. p. 195; Labus p. 126 n. 165), ms. p. 129.

3. 4 sic Arr. Rossi ed., M·TVLLIVS·MAGIVS L·ERATOSTHENES Rossi ms.

4155 Gaydi (= Ghedi) super ostium apothecae communis CONT.; apud Marcum de Asca ARRAG.; *all' osteria di sopra detta del Sole incastrata nel muro* GNOCCHI, IOLI. Nunc ex dono communis Ghedi in museo Brixiano.

HERCVLI
V·S·L·M
M · MARCLVS
MAGVNVS

Contuli. Habent Mediceus n. 153; Totti p. 57 n. 167; Nazari p. 46 et inde Grut. 1012, 8; Arragonensis ms. n. 308 = 195 ex Continuatore, sed postea emendatam ex lapide (inde Rossi p. 25); Gnocchi ms. p. 139; Ioli cat. mus. f. 46; Labus *ant. mon. scop. in Brescia* p. 69 a Iolio, *marmi Bresc.* p. 71 n. 100.

4156 Ghedi olim GNOCCHI.

HERCVLI
C · VOSSIVS · P · F · FAE
DE · SVO · PARCIMONIO
V·S

Gnocchi p. 139 (inde Donat. 35, 4; Labus p. 71 n. 99) profert tamquam deperditam, sed unde sumpserit, non enuntiat.

4157 Manerbii rep. 1715, cum facta est ecclesia nova parochialis BIEMMI. In aedibus Luzzagorum GNOCCHI, qui deinde dederunt museo Brixiano.

IVNONIB
C · NAEVIVS
PROCVLVS
V·S·L·M

Contuli. Biemmi *istor.* (1748) 1, 145; Maffei M. V. 378, 6 (inde Donat. 12, 11); Gnocchi ms. p. 165 (inde Donat. 14, 2); Brognoli misc.; Ioli cat. mus. f. 30; Labus p. 78 n. 114.

4158 Leni in abbatia S. Benedicti super gradus scalarum chori ad tribunam FELIC. SAN. similiterque ARR. TOTT. Leni *sopra il pavimento della chiesa vicino alle Grate* GNOCCHI.

I · O · M
Q · P · M
EX · V

Tria exempla extant, antiquum apud Felicianum Brix. *B* 66 et Sanutum f. 84'; Arragonensis ms. n. 226 (inde Totti in add. p. 113 n. 347; Vinaccesi in add. p. 233); Gnocchi ms. p. 144 (inde Labus p. 18 n. 21).

4159 Manerbii rep. 1715, cum facta est ecclesia nova parochialis BIEMMI. In aedibus Luzzagorum GNOCCHI, qui deinde dederunt museo Brixiano.

MATRONIS
M·C·N
V · S · L · M

Contuli. Biemmi 1 (1748), 145; Gnocchi ms. p. 170 (inde Donat. 50, 9); Brognoli misc.; Ioli cat. mus. f. 76; Labus p. 86 n. 127.

4160 Manerbii rep. 1715 una cum n. 4159 BIEMMI; in domo Luzzagorum GNOCCHI. Deinde Brixiae apud Lechium, nunc in museo.

MAT
G · CAECILIVS
G·L·CALAMVS
V · S · L · M

Contuli. Biemmi 1 (1748), 146; Maffei M. V. 376, 7 (inde Donat. 55, 9); Gnocchi ms. p. 170 (inde Donat. 50, 10); Brognoli misc.; Labus p. 83 n. 123.

4161 Ghedi rep. 1823, dum via fit; inde venit Brixiam in museum.

MERCVRI e n
AVGVSTVM
VOTO
SVSCEPTO
s AMPLIFICAVIt
C·HOSTILIVS·C·F
SENECA
L · M

Contuli. Ioli cat. mus. f. 49; Labus p. 58 n. 71.

4162 Manerbii rep. 1715, cum facta est nova ecclesia parochialis BIEMMI; in aedibus Botti GNOCCHI; *in casa di un marangon, che se ne serviva per pulire i suoi ferri* BROGN.

CORNELIA
CATVLLA
MINER·V·S

Biemmi *istor.* 1 (1748), 146; Gnocchi ms. p. 151 (inde Donat. 29, 11; Labus p. 50 n. 40); Brognoli misc.

/ORNELIA/ | //A·TVLLA | /INER·V·S· Brogn. et sic fere etiam Biemmi, nisi quod habet //A·TVLIA.

4163 Leni in abbatia ARR. *serve di pilastrone alla facciata* GNOCCHI. Sine loco TOTT.

NIA · STAPH[...]
EDES·V·S·L·M

Arragonensis ms. n. 347 et apud Tottium in add. n. 366 (inde Vinaccesi p. 320). Ex lapide Gnocchi ms. p. 240.

4164 Leni ad abbatiam ANTIQUI. *In Buffalora di Ghiara di Adda all' ingresso del palazzo del marchese Corrado presidente del senato di Milano* COD. VIGNATIANUS. Inde a. 1870 venit Laudem in museum publicum.

V F
R V F V S
BIVEIONIS · F
SIBI · E[ ]DIAE
CAPI[ ]XOB
ET · BIVEIONI
TRIVMONIS · F · ET
MESSAVAE · DEIVARI · *F*
ET · C · VALERIO · RVFO · FI
Q · VALER*IO* · *RVFO*
FILIS · MEIS
LEG · XXII · PRIMIG
DE*FVNCTIS*

Descripsi titulum hodie evanidum et male pictum exemplaribus ante factis destitutus. Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 164, cod. Verderiano p. 81 (ex hoc Grut. 566, 2), cod. Bembino f. 119'; Traiectinus n. 101; Mediceus n. 143; Arragonensis ms. n. 300 = 442; Rossi p. 304; Gnocchi ms. p. 242 a prioribus. Denuo ex lapide codex Laudensis Vignatianus n. 24 (inde Vignati Lodi p. 244).

Quae non vidi, dedi inclinatis. — 3 F om. Ferr. (Bemb.). — 4 E Ferr. (Bemb.) Trai. Med. Vign. ego, ET reliqui. — 4 DIAI Vign. solus. — 5 CAP Vign. ego. — XORI Trai. — 7 TRIMONIS Ferr. (Bemb.). — F om Arr. Med. — 8 MESSANAS Ferr. (Bemb.). — 9. 10. 11 TCV///S ////OV[QVALE /////RTO////L] ego. — 9. 10 ET · Q · VALERIO · RVFO om. Ferr. (Reg. Verd., non Bemb.). — 10 RVFO om. Vign. — 11 FILIS Vign., FILIIS antiqui.

4165 Manerbii rep. 1715, cum facta sunt fundamenta novae ecclesiae parochialis BIEMMI. Extat in pariete ecclesiae extrinsecus ad meridiem pone chorum.

P · ATILIO · P · FIL
FAB · SECVNDO
IIIIII · AVG
P · ATILII · SEVERIN
VS · ET · SEVERVS · E
HERMIONE · FILII
KARISSIMI · PATRI
PIENTISSIMO

Biemmi *istor. di Brescia* 1 (1748), 144; Maffei M. V. 378, 5 (inde Donat. 357, 2); Gnocchi ms. p. 7 (inde Donat. 85, 5); Brognoli misc.; Ioli mon. ant. 1827 et cat. mus. f. 79. Mihi descripsit Petrus da Ponte.

4166 Leni in templo S. Scholasticae.

FINIS · INTER · PVBLICVM
ET · PRIVATVM

Servavit Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 165 (inde Mur. 495, 2 ex schedis Farnesiis), Verderiano p. 73, 3 (inde Grut. 200, 7). Ab eo Traiectinus n. 102; Mediceus n. 144; Arragonensis ms. n. 301 = 174, ed. n. 208; Rossi p. 278. Gnocchi ms. p. 54 fortasse vidit.

Vv. divisi ad Ferr. (Reg. Verd.). Gnocchius sic: FINIS · INTER PVBLICVM · ET · PRIVATVM.

4167 Manerbii in angulo meridionali sacelli S. Mariae ARR. et sic, sed brevius, TOTT. ROSSI.

D · M
ATILIAE · IAI
P · ATILIV
IVS

Arragonensis ms. n. 156, ed. n. 147 et in Tottianis add. p. 122 n. 410 (inde Vinaccesi p. 321; ex hoc Gnocchi ms. p. 176) et apud Rossium ms. f. 168.

D · M | ATILIAE · IADIE | P · ATILIVS . . . | DIVS PAT . . . | . . . Rossi.

4168 Leni in ecclesia abbatiae CONT.; ad portam septentrionalem in pavimento add. GNOCCHI.

BIRXIVS · P · L
ABASCANTVS · FACIV
NDVM · CVRAVIT

Habet Continuator, scilicet Corsinianus p. 126; Mediceus n. 141; Totti p. 46 n. 141; Arragonensis ms. n. 299 = 34; Rossi p. 271 (inde Mur. 1772, 10); Vinaccesi in add. p. 317 (inde Mur. 1646, 5). Gnocchi ms. p. 240 de lapide.

1 RIVIVS · P · L Rossi. — 2 ABASCANTIVS Vinacc. neque id mutavit Gnocchius.

4169 Ghedi olim, nunc Brixiae in museo.

NTVBRIGIO C
NI · F · ET · BOVNITIC
VIRILLI F FILI · POSI

Contuli. Ioli cat. f. 46.

4170 litteris magnis et pulchris. Brixiae in villa vel agro Brixiensi prope Coniolum vel Pratum Albuini [= Pralboino] COD. VOSSIANUS. Rep. in aedibus domini Iacobi de Luzago doctoris SOLATIANI. Nunc in pariete sacelli Raimundine agri Minervii ARR. MEN. 2; *nella facciata della chiesa della Remondina sul tener di Manerbio* GNOCCHI. Ex dono fratrum Gorno Brixiae in museo IOLI.

C L O D I A E
LAETAE
MORS · MEA
QVOI · DOLVIT
POSVIT · HVNC
TITVLVM · MIHI

Contuli. Legitur adscripta ad exemplum Ferrarini Lugdunense Vossianum (fol. 87) f. 36; habent item Solatiani Traiectinus n. 74; Mediceus n. 39; Arragonensis ms. n. 109 = 64, ed. n. 73; Grut. 866, 5 ex Velserianis et Rossianis cum em. Fabrett. (inde Orelli 4798); Rossi p. 250; Gnocchi ms. p. 243; Ioli cat. f. 74.

4171 Leni in abbatia.

D · M
FABRI
CIAE · FIR
MINAE
MATRI

Rossi p. 275 (inde Mur. 1255, 12). De hac non videtur recte posse dubitari.

2 in. puncta ponuntur. — 3 datur TIAE. Denique proponitur quasi integra esset.

4172 Gaidi [= Ghedi] ad ianuam Ioh. Baptistae Tracunaliae ARR. TOTT.

C · IVL · F
ET · COR

Arragonensis ms. n. 96, ed. n. 65 et in Tottianis add. p. 113 n. 345. Inde Vinaccesi p. 319; ex hoc Gnocchi p. 235.

1 C · SVLP Vinaccesius errore; unde Labus in schedis sic dat: C · SVLPICIVS · C · F · SIBI | ET · CORNELIAE.

4173 cippus. Manerbii ARR. MAN. 5235. In ecclesia S. Martini addit ROSSI, MAN. 5244. Sine loco TOTT.; Turbulis ad ecclesiam TOTTII EXEMPLUM BONCINIANUM p. 210.

D · M
LVCIVS · IVVENTIVS
PRIMITIVS
ARAM · POSVIT *in latere urna*
SIBI · ET · SVIS
TESTAMENTO
P I S

Servavit Arragonensis. Habent eius ms. n. 154, ed. n. 149; Totti add. p. 122 n. 412; Manutius cod. 5235 IV n. 118 et 5244 p. 112; Rossi ed. p. 274 (inde Mur. 1703, 4; Gnocchi ms. p. 82. 176), ms. f. 152.

1 om. Tott. — 4. 7 omisit Rossi ed. (non ms.).

4174 Portiani in aede S. Georgii.

C · LARTIVS
CAPITO · T · *f.* *i*

Arragonensis ms. n. 98, ed. n. 44 et apud Rossium ms. f. 135.

1 LARCTIVS Arr. (ms. manu 1). — 2 TE traditur.

4175 Leni extra abbatiam in pariete FELIC.; iuxta ianuam add. ARRAG.; *alla faccia della Badia di S. Leno giacente verso il suolo* GNOCCHI.

LESBIAE · GRVLL
DENTO · CONSERVOS
MERENTI

Tria exempla extant Feliciani Brix. B 63; Arragonensis ms. n. 268 (inde Totti in add. p. 113 n. 346; Rossi p. 280 et ex eo Mur. 1587, 10); Gnocchi ms. p. 240.

1 GRVLL Felic. Arr. Tott., GRVLI Gnocchi, GRVLLAE Rossius ex interpolatione. Est *Grulli*. — 2 CONSERV·S Felic.

4176 Leni in abbatia.

T · MINICIAE
.... ILIA · C · F
F · M ..... ALMAE
RTIA · C · APPVLEIVS · SI .....
5 VXORI

Grut. 1046, 1 ex schedis ad Velserum missis (inde Gnocchi ms. p. 241).

4177 Leni extra portam meridionalem abbatiae in angulo domus q. d. *il Palazzo*.

protomae duae
Q · MVNATIVS
Q · F · IVCVNDVS
SIBI · ET CAI.. D.. F

Gnocchi ms. p. 241 (inde Donat. 411, 10).

4178 Porzani in pariete domus Angelini Caballi ARR. TOTTI; in muro Caroli Conforto GNOCCHI.

OCTAVIA · SP · F
ANVS
T · F · I

Arragonensis ms. n. 298 = 351 (inde Totti p. 102 n. 285 et Rossi p. 310 et ex hoc Mur. 1718, 12) et Gnocchi ms. p. 249 qui vidit.

4179 Manerbi ad australem plagam aedis S. Laurentii.

L. OVIDIVS · L · F · F
SIBI · ET · L · OVIDIO
C · OVIDIO · C · F · C
*l*VS · DEDICATVS *usque ad*
5 LIMITEM · ME*dium et*
FOSSAM · ME*dium*

Totti in add. p. 124 n. 426 (inde Vinaccesi p. 286, ex eo Mur. 1487, 5 et Gnocchi ms. p. 246) et apud Manutium cod. 5235 IV n. 120 (inde Don. 18, 4) et cod. 5237 f. 99. Ibidem f. 165 extat epistula fratris Octavii Pace a. Pantagathi ad Manutium data Romae 11 Ian. 1564, ubi hunc titulum supplet.

2 fin. OVIDIO / F Man. 5235. — 3 GOVIDIO · G · F · G Man. 5237. — Supplevit Pantagathus sic: L · OVIDIVS · L · F · FECIT | SIBI · ET · L · OVIDIO · FR · ET | C · OVIDIO · C · F · C · N | LOCVS · DEDICATVS | LIMITEM · MEDIVM | FOSSAM · MEDIAM.

4180 Leni in abbatia ARR. *sotto il portico giacente sul suolo* GNOCCHI.

D M
M TVL RABV
VS FO TIAE FIR
ns et SI MINAB
5 *et* MATRI
F

Arragonensis ms. n. 136 et apud Tottium in add. p. 114 n. 350 (inde Vinaccesi p. 319); Grut. 1037, 10 ex schedis Velserianis; Gnocchi ms. p. 177 (inde Donat. 367, 8) ex lapide.

I, 2 ... TVI Grut. — 3. 4 .. VS · F · CR | ... SI Grut., LVS FO | SIBI Gnocchi. — II, 2 TRIBV Gnocchi. — 6 F Grut. Gnochi, om. Arr.

4181 Manerbii in ecclesia S. Martini.

C · SILIVS · C · *l*
ISMENVS

Arragonensis ms. n. 104, ed. n. 48 et apud Tottium in add. p. 122 n. 409 (inde male Vinaccesi p. 321; Gnocchi ms. p. 246 ex Vinaccesio).


4182 rep. a. 1567 non longe a Masianello agri Brixiani versus Lenium TOTTI MANUT. In agro Milomelli villae Brixianae, ubi aquae medicatae GRUT. similiterque BARB. In territorio *di Milzanello di Bressano* CICER. (vide infra). Ottalengi PICENARD. — Sine loco MED.; Cremonae in aedibus Meli ad S. Vincentii BRESC. fraude.

Q · SVRIO · Q · F · PATINIO
T · F · I · SIBI · ET · Q · SVRI
E · PATRI · QVI · CONTRA · HVNC · LOCVM
TRANS · VIAM · SEPVLTVS · EST
ibidem in altero saxo TOTT.
5 ET · VIRIAE · ET · VIOLAE · VXORIB
T · F · I

Habent Totti in add. p. 126 n. 439. 440; Manutius cod. Vat. 5237 f. 86 et cod. Vat. 5244 p. 152, quod exemplum ad litteram consentit cum Tottiano; Mediceus in add. n. 311. 312 et denuo n. 345*a*; cod. Barb. XXX, 92 f. 193' ex Tottianis omnino; Rossi p. 300; Vinaccesi in add. p. 323 (cf. p. 272); Gnocchi ms. p. 244 a prioribus (inde Donat. 386, 17). Item Cicereius in collectaneis ms. Item Grut. 890, 8 ex schedis nescio quibus Verderianis. Item auctor Cremonensis Picenardianus saec. XVI med. f. 126, a quo pendent Bresciani ms. p. 386; Bianchi *marmi Crem.* p. 272; Vajrani inscr. Cremon. p. 284.


Auctores quatenus alias ab alio pendeant, parum constat. — V. l. dabo Tottiani Medicei Cicerei Gruteri Picenardiani. — In vv. div. secutus sum Cicereium.

Cicereius haec addit: 'Quae verba sculpta sunt in lapide marmoreo infra scripti tumuli:



1 PATINO Med. 311. — 2 SIBI om. Med. 345. — 2. 3 SVRI E Med. 311 Cicer., SVRIAE Grut., SVREIVS Med. 345. — 3 PATR Picen. — 4 TRANS-VIAM om. Grut. — 5 VRIAE Med. 345. — AVIOLAS Med. 2. — 5. 6 VXORIBVS · T · F Med. 345 Cicer., VXORIBVS · IBI · T · F · I Grut., VXORIB · T · F · I Med. 311 m. 1, VXORIB · B · B · M Med. 311 m. 2, addens '*il* B · I *et* F *pocho si vedono*'. Bresciani somnia missa feci.

Qui quidem tumulus fuit inventus in quodam praedio cuiusdam nobilis mulieris de Ugeriis bene coopertum (*sic*) lapidibus marmoreis et desuper laminis plumbeis optime obturatum.' — Quae de forma sepulcri addit Med. 311, non satis intellego; sunt autem sic concepta:



4183 Leni in abbatia FELIC. et RELIQUI. *Fuori della Badia di Leno a un tiro di pietra verso levante, serve per dirigame d'imposta di cateratta* GNOCCHI.

protome viri *protome muliebris*

C · TAPPO · TAPPONIS · F
SIBI · ET · TAPPONIAE
SPECVLAE · VXORI · T · F · I

Habent Felicianus B 62 et Sanutus f. 83; Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 124, cod. Verderiano p. 70, 1 (inde et ex Velseri schedis Grut. 890, 10); Traiectinus n. 100; Corsinianus n. 124. Denuo ex lapide Arragonensis ms. n. 304 = 53, ed. n. 49 (unde pendent emendator Mediceì n. 140 obtecta scriptura priore et Velseriana Gruteri et Rossi p. 270); item Gnocchi ms. p. 240.

In vv. div. secutus sum Arrag. et Gnocchium. — 1 C om. Gnocchi. — TAPO Ferr. (Verd.). — TAPONIS Ferr. (Reg.). — F om. Gnocchi. — 2 SIB Ferr. Cors., SEB Trai., SIB Arr. pro SIBI. — 3 VXORI · T · F · I Felic. San. Arrag. (excepto ms. rec. 1), om. Ferr. (D · M ex sequente titulo adhaesit in cod. Reg.) Trai. Cors.; v. 3 legere non potuit Gnocchius.

4184 marmor Laneuse litteris magnis et olim aere repletis GNOCCHI. Manerbii in castello CONT. et ex schedis a. 1715 GNOCCHI, qui ipse a. 1753 frustra quaesivit. *Nella parte piu alta del coro vecchio al di fuori* BROGNOLI. Montechiari in castello HIST. MONTECHIARI.

TAVRORVM

Habent Continuator, scilicet Volpatus n. 113 et Mediceus n. 154; Gnocchi p. 110 dans ex schedis Brixiani cuiusdam, qui vidit c. a. 1715; Brognoli misc. Est etiam in ms. historia Montechiari (bibl Quer. *C I 10) f. 41, sed videtur petita ex syllogis illis.

4185 Leni in abbatia ad fores ecclesiae.

ATERNAI
VSITIVIVM

Arragonensis ms. n. 12, ed. n. 5.
2 est opinor ... VS · TITVLVM.

4186 Leni in abbatia occasum versus ARR. *Nella facciata della Badia giacente a terra* GNOCCHI.

Arragonensis: E CVM CATIL BRIXNO

Gnocchi: M·CATI E·BRIX·NO

Bis descripta, ab Arragonensi (ms. n. 166, ed. n. 197, item in Tottianis add. p. 114 n. 353; inde Vinaccesi p. 319) et a Gnocchio ms. p. 240.

4187 in abbatia S. Benedicti de Leno in ecclesiola quae dicitur S. Mariae FELIC. et similiter RELIQUI; *presso la badia di Leno nel cortile* ZACC.; *alla Badia di Leno entro la porta di un chiostro guardante a mezzogiorno* GNOCCHI. Hodie particula (v. 1. 2 extr.) extat Brixiae in museo.

D M
ATTIAE · INNOCENTIAE · SVMMAE · CAS
TITATIS · AC · SAPIENTIAE · FEMINAE · QVAE
VIXIT · AN · P · M · XLIII · M · VIIII · D · IIII · IVL · AV
GVSTINVS · SVBDIAC · CONIVGI · DVLCISSIMAE
CVM · QVA · VIXIT · AN · VII · M · II · D · XX · CONTRA · VOT
B · M · M · P

Contuli quod superest frustulum. Habent Felicianus Brix. B 61; Sanutus f. 84; Ferrarinus cod. Reg. Brix. 125, cod. Verderiano p. 70, 2 (inde Grut. 1049, 8 e Velseri et Verderii schedis), Bembiao f. 79; Mediceus n. 142; Arragonensis ms. n. 42. Denuo ex lapide fortasse Bembus f. 120, ubi haec ultima Brixianarum postea adiecta videtur esse ad Ferrarinianas, certo Arragonensis ms. n. 303 = 31, ed. n. 42 (inde Manutius comm. in Cat. mai. p. 200; Rossi p. 277); Gagliardi Cenom. p. 135 = Sambuca Cenom. p. 126 (inde Mur. 1833, 5; Zaccaria *badia di Leno* (1767) p. 61; Gnocchi p. 272 qui vidit; Brunati *santi Bresc.* ed. 1 p. 42, ed. 2, 1, 161. 361. 2, 200, qui vidit fragmentum.

V. 1. dabo Feliciani Ferrarini (Reg. Verd. Bemb. 79) Bemb. 120 Arragonensis (ed.) Zaccariae Gnocchi. — Veram vv. divisionem a fragmento superstite stabilitam observant Bemb. 120 Arrag. (ed.) Gnocchi, in falsa consentiunt Verd. Med. Arr. (ms.). — 1 adhaesit praecedenti n. 4183 apud Ferr. (Reg.). — 2 SVMME Ferr. (Verd.), SVMAE Bemb. 120. — 3 FOEMINAE Fel. Ferr. (Bemb.). — 4 ANN · P · M Ferr. (Verd. Bemb.), ANNOS (om. P M) Ferr. (Reg.). — XLIIII Fel., LXLIII Bemb. 120. — M · VIII Ferr. (Verd. Bemb.) Arr. — IV pro IVL Ferr. — 6 CON pro CVM · QVA Ferr. (Verd. Bemb.). — ANN Ferr. (Verd. Bemb.) Bemb. 120. — VIII pro VII Arr., VIII Bemb. 120. — III pro II Zacc. — CONTRA VOT om. Bemb. 120. — VOTVM Ferr.

4188 ad Bagnolum in campis rep. a. 1867.

IOVI
QVART · VIGILLION
TERTI · F · ET
MACRINA · VXOR
CVM SVIS

Petrus da Ponte descripsit et misit.

4189 basis magna. Extra Bagnolum per mille passus in petra altaris S. Mariae dai Gazi FELIC. SAN. Bagnoli *alla Madonna della Neve*, quae vulgo dicitur d'Engas, in portica GNOCCHI. Iam ex dono communis Bagnoli Brixiae in museo.

I O M
Q · PETRONIVS
ANTONIANVS
EX VOTO
POSVIT

Contuli. Habent ex antiquis Felicianus Brix. B n. 65 et Sanutus f. 85. Deinde Gnocchi ms. p. 142 (inde Donat. 7, 7); Ioli cat. mus. f. 75; Labus p. 18 n. 20.

4190 Bagnoli rep. in aedibus Petri Pilotti PERONI; nunc Brixiae in museo.

F · S · L · S

Descripsi. Vinc. Peroni adscripsit in fine apographi Gnocchiani; Ioli mon. ant. 1827, cat. mus. f. 76.

V. servavit Peroni.

4191 litteris saeculi Augusti. — Bagnoli novi in sacello S. Mariae FERRARINUS; apud aedem S. Mariae a Stella TOTTIANI EM.; *entro il giardino della Madonna della Stella* GNOCCHI. Iam ex dono Bagnolensium Brixiae in museo.

C · LANIVS
C · F · ANI OS
LEG · X VENER
L · LANIVS · C · L DE
EROS · FILIVS
DE SVO

Contuli. Habent Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 159, cod. Verderiano p. 80, 1 (inde Grut. 549, 10); Traiectinus n. 99; Mediceus n. 156. Ex lapide emendatam dederunt Arragonensis ms. n. 297 = 81, ed. n. 78 (inde Rossi p. 271) et Tottianum librum p. 50 n. 148 qui emendavit et Gnocchi ms. p. 265 (inde Donat. 292, 6).

5 AERAE (Ferr.) vel AERE (reliqui) pro FILIVS antiquiores, etiam Arr. ms. rec. 1; emendavit primum Arrag. in rec. 2 m. 2 (de priore scriptura non liquet) et ed.

C. Lanius C. f. Ani(ensi) de leg(ione) X Vener(ia). C. Lanius C. l. Eros filius de suo. Legionis nomen ex hoc uno titulo cognovimus.

4192 in vico Bagnoli veteris in sacello SS. Martiniani et Processi.

P · POSTVMIO
P · FIL · FAB
FVSCINO
EQ · PVBL · PONTIFICI
ORDO · PIISSIMVS
FVNVS · PVBLIC · ET
STATVAM · EQVESTREM
AVRATAM · DECREVIT
P · POSTVMIVS · MARIANVS
CVRATOR · REI · PVBLIC
AVGVSTAN · TAVR · DATVS
AB · AVGG · SEVERO · ET · ANTONIN
PATER · TITVLO · VSVS

Habet Ferrarinus cod Reg. Brix. n. 160, cod. Verderiano p. 79, cod. Bembino f. 119'. Pendent inde Traiectinus n. 98; Mediceus n. 155; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 49'; Ligorius ms. Neap. 36, 374, ms. Taur. 4 et 26; Manutius orth. 627, 14; Iacobonius app. ad Fonteium p. 53 (inde Grut. 306, 3). Ex lapide emendavit Arragonensis ms. n 298 = 254, ubi prior scriptura est Ferrariniana; ex emendata pendent corrector Tottiani libri p. 52 n. 151; corrector Medicei l. c.; Grut. 458, 8 ex Velseri et Verderi schedis; Rossi p. 99; Vinaccesi in add. p. 265; Gnocchi ms. p. 16.

De Arragonensis emendationibus ibi tantum constat, ubi libri eius Brixianus et Tottianus antiquam lectionem proponunt correctam manu posteriore (nobis Arr. 2, Tott. 2). — 1 P· Tott. 2 Arr. 2 Med. 2, L· priores. — 4 EQ Arr. 2 Tott. 2 Med. 2, Q priores. — 5 PISSIMVS Ferr. (Bemb.) Arr. 2 Tott. 2 Med. 2, PRIMVS reliqui. — 6 PVBLICE·ET Ferr. (Reg.). — 9 MARIANVS add. Arr. 2 Tott. 2 Med. 2, om. priores. — 11 AVGVST·ANT·AVR Ferrariniani boni, AVGVST·AN·AVR Arr. 1 Tott. 1 aliique Ferrariniani deteriores, T post AN add. Arr. 2 Tott. 2 — 12 AVG Arr. 1.

4193 Bagnoli rep. 1824 in fundo Ioh. Bapt. Pasotti; is dedit Brixiano museo.

P · PVBLICIO
SYMPHORO
VIVIR AVG
P PVB VALERIANO FIL
PVB DROSIDI · VXORI
PVBLIC · ABASCANTVS
PATRONIS ET SIBI ET
PVBLICIAE CHRYSIDI ET
spatium vacat

Contuli. Ioli cat. mus. f. 45.

4194 Balneoli in via quae ducit Cremonam ARR. TOTTI. Iam ex dono Bagnolensium Brixiae in museo.

CLODIAE · L · L
PRISCAE · ORNAT
ASCVLA · PVBLICVS
POSVIT

Contuli. Habent Arragonensis ms. n. 57, ed. n. 85; Totti in add. p. 113 n. 344; Rossi p. 271 (inde Mur. 946, 4; Gnocchi ms. p. 222); Ioli cat. mus. f. 41.

3 fin. litterae S minori spatium sufficit.

4195 Balneoli ad portam D. Ludovici Viriani ARR. Sine loco TOTT.

V F
Q · AVRELIV
COSI /// SIBI · S
ATIAE · QVINTE · COM
NELIO FILIO MIL leg
... PRIMIG · /L FESTA L
FILIA · SVSS

Arragonensis ms. n. 450 et apud Tottium in add. p. 122 n. 413 (inde Rossi ms. f. 138'; Vinaccesi p. 321; ex Vinaccesio Mur. 796, 5; Gnocchi ms. p. 263 a prioribus).

4 QVINTE Totti, Q/// S Arr. — 6 RIMIG EL Arr., REMIGE Tott.

4196 Bagnoli rep., nunc Brixiae in museo ex dono Ioh. Bapt. Pasotti.

ANIVS

Contuli. Labus ms.

XLV. COL. CIVICA AVG. BRIXIA (*Brescia*). *Tribu Fabia*.

1. CYRIACUM necesse est aut perpauca habuisse ex Brixia, aut, si habuit plura, pleraque periisse. Quae autem habet, omnia excepta sunt in ipso oppido neque ullum adest apud eum epigramma agri Brixiani. Pleraque ex Brixianis, quae per eum innotuerunt, Cyriacus accepit ab IOH. TUSCANELLA Philelphi discipulo et a Nicolao V in secretariorum apostolicorum numerum relato (cf. Oliverius ad Cyriaci comm. novos p. 44 n. 248 in adnotatione ad commendaticias a Tuscanella a. 1442 ex Mediolano datas Cyriaci nomine ad Balthasarem Mutinensem). Scilicet extant adiuncta commentario Cyriaci Tuscorum Ligurumque scripto per a. 1442. 1443, quem edidit Oliverius, p. 65 sq. 'epigrammata Brixiana Tuscanesiaque ex Io'hanne Tuscanella viro rerum peritissimo et amico nostro competun'dissimo comperta et manu sua diligenter exemplo descripta', quorum epigrammatum Brixiana numero sunt undeviginti (n. 173—191 sive 356—374 apud Oliverium). Eadem eodem plane ordine refert Marcanova in cod. Bernensi ita, ut unum omittat, habeat autem praeter haec alia nulla vere Brixiana; nam quod addit n. 583*, 1 urbanum est. Praeter haec Scalamontius in libro Tarvisano a Feliciano conscripto Brixiana epigrammata refert ex copiis Cyriacanis tredecim, quorum cum maior pars redeat apud Tuscanellam, alia hic accedunt sive ab eodem Tuscanella communicata cum Cyriaco sive ab hoc ipso excepta Brixiae. Alia Cyriacana certa ex hisce partibus non habemus; nam ne GAMMARUS quidem ab inventis aetate posteriore plane abstinuit (v. n. 4319), quamquam paucissima affert non profecta a Cyriaco, id quod multo magis cadit in LILIUM et REDIANUM et auctores reliquos, ut perpauci tantum tituli remaneant (ut n. 4436), qui cum non sint in duabus illis syllogis mere Cyriacanis, tamen tam aequabiliter redeant in syllogis saeculi XV, ut propter hunc ipsum plurimorum consensum proficisci videantur a communi auctore omnium Anconitano. — Obtinent autem de Cyriaci Brixianis eadem fere quae docuimus obtinere in Veronensibus. Redeunt apud posteriores fere omnes, et ita quidem, ut antiquiores sylloge, id est Marcanovanae, Felicianae, Ferrarini editiones ante postremam, Iucundi, Rediana incipere soleant a Cyriacanis. Etiam auctores proprie Brixiani norunt Cyriacana et inde profecerunt, sed norunt per Ferrarinum, unde non habent, quae is omisit, adeoque titulum n. 4460 non habent integrum, ut eum excepit Tuscanella, sed aliunde dimidiatum. Cavendum igitur hic quoque diligenter, ne consensu exemplorum decipiare. — Optima autem exempla eadem fere antiquissima sunt, maxime commentariorum editorum ex codice hodie deperdito, deinde Scalamontii et Rediani et Marcanovae Bernensis, quorum librorum plenam ut par erat lectionum rettuli; Gammarianorum in Brixianis non tanta praestantia est, quantam deprehendimus in Veronensibus. Interpolatio quomodo in Cyriacanis his grassata sit et per gradus quo abierit ab archetypo plerumque satis emendato (nam Tuscanellana exempla non inferiora sunt ipsis Cyriacanis), si libet disce ex notis adiectis ad n. 4369.

Qui iam sequuntur auctores inter Cyriacum et Ferrarinum interpositi, praesertim Felicianus Marcanova Redianus Iucundus Lilius Sanatus, eos recte tractare difficile est, cum nequaquam ex eodem auctore pendeant, sed sua quisque propria habeat, nihilo minus tamen saepe eadem exempla deprehendamus ad duos pluresve eorum delata esse, ut hic quoque cavendum sit, ne pro diversis exemplis de ipso lapide sumptis habeamus eiusdem exempli plura apographa. Videntur autem saeculo XV exeunte, quo tempore dicti auctores scripserunt, haec studia floruisse Brixiae et identidem factum esse, ut viri docti epigrammata quaedam exemplarentur; quibus ex schedulis deinde corpora ea composita sunt, de quibus agimus.

II. Feliciani sylloge prior (*A*), id est quae habet Brixiana Feliciani liber Marcianus, constat epigrammatis XXV. In his cum Cyriacana praevaleant, insunt quaedam (n. 12. 17. 20—25) quae videntur aliunde adiecta esse, ut titulus n. 4466, quem ad ecclesiam S. Nazarii, ubi eum ponit Felicianus, a. demum 1472 collocatum esse constat. Titulorum autem paullo post in foro expositorum nullum adhuc hic vestigium cernitur. — Accedit iubilatio quam dico, scilicet itineris a Feliciano per ripas insulasque Benaci a. 1464 instituti enarratio, quae legitur et in codice Tarvisano f. 205' et in corpore inscriptionum Feliciani sic incipiens: 'VIII kal. Octobr. 1464 sub reginine egregii viri (sub imperio faceti viri '*cod. Tarv.*) Samuelis de Tradate et Iohanne Potavo procurante me Fe'lice Feliciano una cum florentissima sequente caterva per opacas lauros 'Thusculana in villa ad viridaria caelestia solutia capiente, myrto pro'vinca hedera ac diversarum frondium coronata, Samuelem ipsum emini'tunte et aedem antiquam beati Dominici ingressi comperimus dignissi'mam M. Antonini Pii Sarmatici imperatoris memoriam' [n. 4867]. Epigrammata ad viginti in hisce locis tum primum excepta esse apparet ab ipso Feliciano Cyriacum tam peregrinationibus aemulante quam stilo.

III. Marcanovae liber Mutinensis (nam de Bernensi utpote in Brixianis pendente ab uno Cyriaco vel potius a Tuscanella iam occupavimus dicere) proxime accedit ad Feliciani syllogen priorem habetque titulos ab eo in iubilatione a. 1464 exceptos omnes, quos Marcanovam traxisse a Feliciano certum est, etsi non Marciano libro usus est, sed diverso eoque antiquiore; habet item titulum a. 1472 ad ecclesiam S. Nazarii translatum neque ullum titulorum fori vestigium. Sed insunt praeterea aliunde petita epigrammata praeter Graecum unum Latina quattuordecim, quorum quaedam iisdem exemplis redeunt apud Redianum, pleraque hisce certe exemplis ex solo Marcanova innotuerunt. Exempla bona sunt et ab omni fraude immunia.

IV. Redianus pauca refert Brixiana ut ut solet parum diligenter perscripta ut cum locorum indicatione saepe perturbata, neque tamen neglegenda, cum veniant ab auctoribus antiquissimis et optimis neque vulgaribus et proferantur simpliciter et fide bona. Quaedam adeo habet solus.

V. Brixiae in foro publico tituli qui hodie extant quive olim ibi extiterunt (quidam enim inde postea translati sunt in museum publicum, alii, non multi tamen, aut latent aut perierunt) ut ibi collocarentur, cives eius oppidi prudentes et generosi decreverunt d. 13 Oct. 1480, quod decretum relatum a Zambonio (*memorie intorno alle pubbliche fabbriche di Brescia* Brixiae 1778 fol. p. 30) apponam: 'Captum fuit nemine discre'pante, quod lapides laborati super sub terra reperti et inde extracti 'apud domum communis nostri, in qua sal venditur' [id est in medio foro inter Montes q. d. magnum parvumque], 'conservari debeant pro 'fabricis publicis communitatis nostrae; et quod aliquo modo donari 'vendi vel alienari non possint et quod pars aliqua poni non possit de 'donando vendendo vel alienando aliquem ex dictis lapidibus, nisi prius 'volens ponere partem huiusmodi depositaverit ducatos duos pro quolibet 'lapide, qui deveniant in commune, sive capta sive reprobata fuerit.' Secundum hoc decretum tituli per eos annos reperti inserti sunt aedificio, quod ut fieret iidem cives iam a. 1465 decreverant, 'quod pro maiori or'namento nostrae principalis plateae fieri debeat unus murus de lapidibus 'laboratis a meridie parte dictae plateae', sed factum est demum per a. 1484 et 1485*). Ubi reperti sint, satis accurate indicat Iac. Melga in chronicis ms. allatis a Zambonio sic: *et trovorno certi belli sassi et prede picade antiquissimi cum certi epitafi et cum scripture bellissime all' antiga circumcirca alla casa, dove tegneva la schola el qm. Maestro Gabriele de Concorezo gramatico pur da dita sera parte de la dita piaza nel trezandelo over viazolo a tergo della presone***); *ma per la mazor parte furon cavati detti sassi nella Torre chiamata Porta Paganora de dietro alla Canonica del Domo de Bressa.* Quocum consentiunt cum decretum Brixianum a. 1480 modo relatum tum quod ex titulis fori publici duo n. 4361. 4457 ante a. 1485 descripti fuerunt in turri ecclesiae cathedralis, scilicet Paganora illa quae dicitur, duobus aliis n. 4308. 4424 ab ipsis iis, qui primum titulos fori exceperunt, adscriptum est repertos esse in fundamentis turris Paganorae. Plerosque tamen crediderim non ex turri illa extractos esse, sed ruderatos in ipso foro, quod et nunc est et semper videtur fuisse. Nam ratio horum titulorum ea est, ut, ubi examines tres et viginti qui referuntur apud auctores antiquissimos, nullum ibi reperias sacrum, sepulcrales quinque tantum, reliquos honorarios et ita fere comparatos, ut non ex locis diversis congesti esse videantur, sed antiquitus quoque eodem loco et maxime in foro prostitisse; eorundem enim fere hominum sunt inveniunturque inter eos tituli duo plane iidem duarum statuarum eiusdem imperatoris ab eodem homine dedicatarum (n. 4318). Itaque plerique hodie in foro propositi non veniunt ex aedificio media aetate ex ruinis antiquis facto, sed ex ipsis ruinis vetustis, quales remanserunt post Brixiae Romanae excidium. — Eodem tempore, quo tituli illi publice collecti sunt et expositi, exempla eorum diligentissime excepta quodammodo in vulgus edita videntur esse. Extat enim sylloge eorum apud auctores saec. XV exeuntis Iucundum Lilium Felicianum Ferrarinum († inter a. 1488 et 1493) et posteriores ita comparata, ut a communi auctore pendere omnes appareat cum ex erroribus quamquam paucis (ita n. 4447 antiquiores omnes habent VERIANAE pro VERINAE omiseruntque n. 4349 v. extremum quamquam non ita difficilem lectu) tum ex adscriptionibus inter se simillimis (vide quae attuli ad n. 4308 ex Feliciano Lilio Solatio; eiusdem generis adnotationes aperte easdem repperi ad n. 4318 apud Felicianum et Traiectinum, ad n. 4482 apud Ferrarinum Verderi Lilium Felicianum). Seorsum autem haec de foro epigrammata spargi coepta esse inde constat, quod apud Iucundum Liliumque exhibentur solitaria neque extant fere apud hos epigrammata Brixiana praeter Cyriacana illa et haec fori publici, cum reliqui auctores, ut Felicianus Ferrarinus Solatius, idem corpus habeant cum additamentis inter se diversis. Ipsum corpus hodie exiguae utilitatis est, cum archetypa pleraque extent; habet aliquantum momenti ad sylloges antiquas recte ordinandas. — Posteriore tempore optimum illud et quod ea aetate sine exemplo est institutum, ut tituli vetusti ex urbis ruinis ruderati publice ibi proponerentur, observari desiit; nam pauci tantum tituli (ut n. 4287 et Capreoli aetate Herbusio Brixiam delatus C. Caesaris n. 4305) postea iisdem fori publici parietibus inserti sunt.

VI. Iucundus in libro Veronensi Brixiana ponit bipertita f. 196—199 et f. 217—219. In priore parte primum locum obtinent Cyriacana (n. 1—15), in posteriore tituli fori publici (n. 27—49), de quibus utrisque supra egimus. Demptis his ex iis qui restant plerique, scilicet n. 16—26. 51—53, pendere videntur ex Feliciani recensione antiquiore, maxime ex iubilatione; accedunt n. 54 sive nostrae syllogae n. 4862, quem Iucundus habet solus ex au-

*) Cf. Zamboni l. c., praecipue p. 31. Iac. Melga in chronicis ms. citatis a Zambonio sic scribit: *In questo medemo tempo et anno* [1485] *la nostra Comunitade de Bressa faceva reformar il logo de la preson . . . et questo per redur la parte del muro, che se faseva, de le prede sopra scritte piccade — al bel filo della piaza per belezza di quella.* Etiam Capreolus f. 70' ad annum ut videtur 1484 'forum quoque cupedinis', inquit, 'sive macellum sub foro piscarii nonnullis annis supra fundatum et 'apothecae omnes in foro magno cum pariete multis antiquitatibus ornato 'per hoc tempus erectae sunt'.

**) *Si avverta,* addit Zambonius, *che la Piazza comprendeva in allora eziandio la Piazzetta presente del Sale, e il fondo, su cui poscia è stato eretto il nuovo Monte di Pietà.* Tituli igitur, de quibus hic agimus, eo ipso fere loco reperti sunt quo hodie prostant.

tiquis, et n. 50 [= 583*, 3] vere Ariminensis. Potuit itaque fere abici: citavi tamen Iucundum hic ut alibi. — Cum Iucundianis prioribus plane convenit ALCIATINORUM (cf. c. XIII) pars altera n. 43—55 epigrammatum tredecim, ut ipse Iucundi ordo ab Alciato retineatur. — Eiusdem generis Brixiana ea sunt quae proponit codex servatus Brixiae in bibliotheca Martinengiana H. III. 16, descriptus a Francisco Soncino a. 1605 ex libro MATTHAEI BOSSI canonici Veronensis*), eo ipso opinor quem hodie servat bibliotheca Ariminensis Gambalungana, sed mihi non visa. Librum Martinengianum repperi citari a Gnocchio sub nomine manuscripti Avecoldi. Brixiana Bossii cum priore parte Iucundi plane conveniunt vel in ipso titulorum ordine, nisi quod Bossius non recepit nisi titulos Iucundi urbanos n. 1—20 omissis qui in agro excepti sunt n. 21—26, addit duos, nempe in ipso principio titulum n. 4538 Iucundo ignotum, ab Alciato autem, sed in parte prima relatum, itemque alio loco alterum male locatum Brixiae n. 583*. 1. Ad errores quod attinet, modo Bossium modo Iucundum repperi emendatius scripsisse. Ego Bossii librum adhibui ad titulum n. 4538 solum. — Examinavi item Brixiana codicis olim Stoschiani, nunc OTTOBONIANI VATICANI 2967 f. 75—78, quem Iohannes Bononius Laudensis compilavit ex Cyriacanis, ut ipse ait, et Iucundianis, et Brixiana eius repperi vere proficisci a Iucundo neque tamen ex corpore Veronensi, sed ex altera sylloge interdum pleniore; nam quaedam epigrammata continent, quae quamquam vulgaria sunt utpote ex Feliciani iubilatione petita et sine dubio Iucundo non ignota, tamen a corpore Veronensi absunt. Utilitatem autem Stoschiana haec habent nullam itaque ea sprevi.

VII. LILIUS in Brixianis (f. 48—53) proxime accedit ad Iucundum, cum non habeat fere nisi Cyriacana et fori publici; nec tamen ex ipso Iucundo pendet, sed in locis indicandis aliisque additamentis exempla antiqua hoc plenius et accuratius repraesentat. — GAMMARUM iam diximus (p. 426) Brixiana fere nulla habere nisi Cyriacana.

VIII. SANUTUS quae habet Brixiana ex oppido f. 78—82, ex agro f. 83—85 codicis Veronensis, verisimile est collecta esse in itinere auctoris a. 1483, cum in eius itineris itinerario unus ex his titulis n. 4416 adsit. Accedit quod absunt a Sanuto tituli in foro expositi c. a. 1485, quorum quos posuit n. 4429. 4457. iis locum eum adscripsit, quo steterant, antequam illic collocarentur (cf. item n. 4287). Ipsa sylloge proxime accedit ad Feliciani posteriorem, de qua mox dicetur, ut in his duobus corporibus primum appareant aliquo numero tituli ex agro Brixiano iique separati ab urbanis; pariterque atque Feliciani Sanutiana coniuncta est cum corpore Ferrarini, ut quodammodo pro prima huius recensione haberi possit. Adsunt falsae duae n. 468*. 469*, quae videntur proficisci a Ferrarino; etiam quod ex interpolatione adiectum est ad n. 4298 numinis nomen, pariter invenitur apud Sanutum et Ferrarinianos reliquos, loco tamen diverso. Contra adest apud Sanutum f. 81 n. 460*—467* ordo falsarum sub communi inscriptione 'Brixie nescio ubi' coniunctarum, quae nusquam praeterea reperiuntur et si sunt Ferrarini et ipsae, ab auctore postea suppressae sunt. Etiam titulus n. 4966, qui et in Ferrarinianis exemplis omnibus hodie notis et apud Felicianum legitur interpolatus, apud Sanutum proponitur ab ea interpolatione immunis. Cyriacanae cum exhibeantur ita fere, ut leguntur in Ferrarini codice Batavo (vide n. 4367. 4460), adsint item complures ex adiectis a Ferrarino exemplis iisdem (v. e. c. n. 4029), ita ut, ubi Ferrarinus deprehenditur lectionem postea mutavisse, Sanutus sequatur priorem (v. e. c. n. 4346), non paucae reperiuntur, quae absunt a Ferrarino, quarum aliae (n. 4158. 4159. 4264. 4267. 4636. 4656. 4659 et edendae infra inter miliarios) redeunt praeterea, certe inter antiquas, in sola Feliciani sylloge posteriore, aliae, paucae tamen et ita fractae, ut propterea videantur spretae esse ab aliis, adsunt apud unum Sanutum. Crediderim igitur a. 1483 Sanuto sic ut paulo post Feliciano copiam factam esse collectaneorum Ferrarinianorum, qualia eo tempore fuerunt, et ita per eos auctores quaedam alia falsa alia genuina ex iis collectaneis ad nos pervenisse, quae auctor postea ponere aut noluit aut oblitus est. De sua via quicquam dedit Sanutus praeter titulum n. 4678 postea adiectum cum adscriptione 'nuper inventum'. Ceterum sylloge cum neglegentissime exarata sit scriptura continua, in lectione constituenda ab ea quantum fieri potuit abstinui et minora, maxime orthographica ex ea nusquam fere rettuli. Denique ipsius ut videtur Sanuti errore f. 78 interposita sunt Brixianis epigrammatis urbana quinque, quorum indicem vide n. 583*, 14.

IX. FELICIANI SYLLOGE ALTERA (B) sive Brixiana eius ea quae absunt a libro eius antiquiore Veneto neque inveniuntur nisi in Veronensi partim inserta Veronensibus f. 20, partim collocata post Brixiana antiquiora f. 32—41 vel secundum numerationem nostram B 1—80 aperte neque eodem tempore scripta sunt neque ab eodem auctore profecta omnia. Et alia quidem cum videantur proficisci a Marcanova (ut n. 583*. 1) vel certe a Marcanovae auctore, pleraque modo vidimus proxime coniuncta esse cum Ferrarinianis, ut credi possint petita ex Ferrarini sylloge incohata nedum absoluta. Apparet id maxime in titulis quibusdam aut falsis (n. 471*) aut certe cum eadem loci indicatione falsa (n. 4262. 4434. 4908. 4966) relatis tam apud Felicianum in libro Veronensi quam apud Ferrarinum asseclasque eius. Ea autem quae solus Felicianus proponit interpolata (n. 4287) falsava vel certe admodum suspecta (n. 458* 459*), possunt esse et ipsa Ferrarini ab auctore postea reiecta. Genuina quae habet Felicianus non ita pauca non relata apud Ferrarinum neque omnino apud ullum auctorem antiquum praeter ipsum et ex parte apud Sanutum, sive item a Ferrarino proficiscuntur sive alii nescio cui auctori accepta ferenda sunt, certe vel haec non exiguam utilitatem habent. Veronam distributionem Felicianus saepe indicat lineolis interiectis neque neglegens est nec spernendus auctor, cum praesertim liber ipsius longe accuratius scriptus sit quam Sanutianus et sylloge ipsa plenior.

X. FERRARINUS ter composuit Brixiana epigrammata, in libris Batavo (nam Traiectini nomine, quo eum alias significavi, hic abstinendum fuit, ne confunderetur cum Traiectino Smetiano. v. infra c. XVI) Parisino iisque, quos ad tertiam editionem pertinere mox dicemus. Quorum Batavus ut in aliis plerisque, ita in Brixianis f. 59—61 quoque totus pendet ex Feliciani sylloge antiquiore, qualem repraesentat liber eius Marcianus, neque ullas proprias virtutes habet, eo solo nomine non praetermittendus, quod in maiorem eamque utilissimam syllogen epigrammatum Brixianorum etiam Batavi libri Brixiana illa recepta sunt, ut qui Ferrarino propria et ex ipsis lapidibus petita a Cyriacanis reliquisque antiquioribus secernere velit, is recte carere non possit auctoris editione prima per se inutili. — In Ferrarini editione secunda sive in libro Parisino quae leguntur inscriptiones f. 57—59, duabus exceptis n. 4463. 4611 redeunt in libro Batavo, absunt autem ab eo quae in Parisino a prima manu vel post illas vel alibi sparsim perscriptae sunt f. 59'. 150'. 151. 152, item postea ab ipso Ferrarino adiectae f. 56'. 58'. 74. 155, in his non paucae falsae (n. 468*—475*). Videtur Ferrarino, cum hunc librum scribebat, iam Brixianarum earum, quas in tertia editione dedit, copia fuisse citatque etiam in fine f. 59' duo alia schedarum volumina 'squarzafolium magnum' et 'parvum libellum'. Quamvis autem Parisinus liber auctoris syllogen Brixianarum non integram proponat, neglegendus non est, cum quaedam tam sincerae quam falsae, quae leguntur in eo, absint a Regiensi et in iis quoque titulis, qui utrique libro communes sunt, ubi differunt, Parisinus plerumque praestet (cf. n. 4908). Quare Parisini libri ea adhibui quae non haberet Batavus, utrique communia ex solo Batavo citavi. — Tota autem mutata reperiuntur Brixiana Ferrarini in editione tertia, quae primum quibus libris servata sit, videamus. Et de REGIENSI quidem res expedita est; leguntur ibi f. 153—161 sub titulo 'Brixiae' epigrammata secundum numeros meos CLXXI. — Alterum huiusce corporis exemplum extitisse olim Brixiae ab ipso Ferrarino Brixianis missum et fortasse exaratum iubentibus iis publice auctor nobis est, qui scripsit decimo fere post Ferrarini mortem anno, Elias Capreolus

*) In indice ita legitur; 'Ego Franciscus filius ill. d. Lodovici Suncini 'hoc exemplum ab ano simili, qui est .... d. Cherubini Beterae Brixiensis 'canonici .... exemplavi et diligenter recognovi a. d. 1605. Et in'super hic praecipuus liber factus fuit per r. d. P. D. Mattheum Bossum 'can. r[m] et de verbo ad verbum ab ill. [m] d. patre meo ... et a me ... 'recognitum'. Volumen sub nomine Matthaei Bossi citat Brunatius (*santi Bresciani* 2. 187).

ita scribens ad senatum populumque Brixianum (de reb. Brix. f. 6): 'Michael Ferrarinus Regiensis Carmelita, ille antiquitatum indagator sol'lertissimus, in antiquario ad vos suo . . . . omnis Italiae, quam totam 'lustraverat, nullam urbium comperisse refert, in qua tot Romanorum 'vestigia atque monimenta deprehenderit.' Antiquarii titulum cum Ferrarinus etiam volumini Regii servato inscripserit, id ipsum autem nec senatui populoque Brixiano dedicatum sit nec talia habeat de Brixia, alterum eius exemplum necesse est olim adservatum fuerit in tabulario Brixiano, ubi iam non extat (cf. Brunati *santi Bresciani* 2, 186). Nec tamen periit totum; certe Brixianorum eius apographum adhuc superest liber VERDERIANUS quem dico, 'ex bibliotheca Anton. Verderii dni Vallisprivatae' illatus in bibliothecam Burmannianam indeque in Lugdunensem academicam (cod. Burm. Q. 9, cat. Geeliani n. 150) chartaceus paginarum 96. Inscriptionem habet hanc plane Ferrarinianam: '*Aeterna*[*ati*]*). *Rerum antiquarum magnificae civitatis* | *Brixiae* | *eiusque vniversi agri* | *memoria*'. P. 17. 18 huius libri videntur collocatae esse loco non suo et olim fuisse inter p. 8. 9, ubi praeterea aliud folium videtur excidisse. Librum adhibuit Gruterus citatque eum passim in Brixianis sub nomine schedarum Verderianarum a me quoque retento. Adhibuit item Burmannus in editione Latina memoriarum Rossianarum (Graevii et Burmanni thes. ant. et hist. Ital. t. IV p. II Lugd. Bat. 1721); nam hic est liber ms. passim ibi allegatus in adnotatione. Ferrarini esse et descriptum ex codice eius adservato olim in tabulario Brixiano, ut praeter unum titulum eumque postea adscriptum n. 4029 nihil omnino alieni accesserit, certis argumentis demonstrari potest. Primum tituli libri Verderiani in Regiensi Ferrarini redeunt omnes exceptis duobus fractis, integro uno n. 4600. 4631. 4933, qui in libri Regiensi casu consiliove praeteriri potuerunt, at cursus alia eaque plura, maxime fragmenta, Regiensis habet praetermissa in Verderiano. Deinde tam in lectionibus quam in adscriptionibus duo libri ita conveniunt, ut cum in veris (ut n. 4354) tum in ipsis falsis interdum consentiant inter se soli ex omnibus, ut in omissione verborum quorundam n. 4164, in lectione FAB · FABRIO pro FAB · ABBIO n. 4310 aliisque similibus (n. 4406. 4864 et alibi passim). Quam ob rem Verderianum librum non dubitavi citare sub nomine Ferrarini. — Quod de Verderiano diximus, item cadit in syllogen Brixianam, quam continet Iohanni BEMBI liber Monacensis foliis quae olim continua iam alienis quibusdam interpositis numerantur 75ʳ—79ᵛ. 110—120ʳ; est enim mere Ferrariniana, nisi quod extremo loco positus titulus n. 4187 accessit aliunde, et ita comparata, ut ex neutro eorum de quibus diximus librorum ducta esse possit, propius tamen accedat ad Verderianum exemplum quam ad Regiense habeatque etiam unum ex titulis iis, quos ponit Verderianus, omittit Regiensis. Videtur igitur Bembinum exemplum pariter ac Verderianum descriptum esse ex altero Ferrarini archetypo iam deperdito Brixiae olim servato. Ceterum quamquam Bembus satis emendate scripsit, tamen versuum divisionem parum observavit locorumque indicationes passim mutilavit, denique fragmenta minora et vulgares titulos, scilicet Bembi aetate ex Cyriacanis syllogis vulgo notos, plerumque omisit. — Praeter Verderianum et Bembinum extiterit necesse est tertium certe exemplum Brixianae partis codicis Ferrariniani Brixiani hodie deperditum. Scilicet cum corpora proprie Brixiana, qualia a Solatio inde complura habemus et fere ita comparata, ut posteriora quaeque a prioribus pendeant, omnia innitantur Ferrarini sylloge antiquissima (quod ita evenire debuisse consentaneum est, cum ea in ipso oppidi tabulario ea aetate servaretur), comparatione instituta intellexi corpora haec posteriora Traiectinum Corsinianum Mediceum similiaque omnino proficisci ex ipso Verderiano, nedum ex Bembino, sed ex libro diverso et auctiore et emendatiore; ita, ut paucis exemplis defungar, tituli n. 4355. 4396. 4457. 4460 aliique iique multo plures, quam quos folium illud fortasse deperditum Verderiani capere potuit, omissi in Verderiano leguntur et in Ferrarino Regiensi et apud Brixianos posteriores exemplis plane concordibus. Neque obstat, quod praeterea memorabile est, in falsa versuum divisione consentire Verderianum exemplum cum recentioribus Brixianis, id quod fieri observavi n. 4187; si quidem eam divisionem habere potuit Ferrarini archetypum Brixianum, ex quo tam liber Verderianus pendet quam auctores Brixiani. Habuerunt igitur hi apographum archetypi Brixiani a Verderiano diversum et subinde plenius et emendatius, quamquam, ut fit, e contrario ab his tituli quidam absunt, ut n. 4766, relati apud Ferrarinum tam in Regiensi libro quam in Verderiano, scilicet a communi eorum auctore in describendis Ferrarinianis praetermissi. — Ad hos libros, a quibus Ferrarinianorum notitia petenda est, autographum unum Regiensem, duos ex altero autographo deperdito descriptos Verderianum et Bembinum, denique Traiectinum et reliquos derivatos ex exemplo Verderiani simili, accedunt ea, quae supra vidimus Felicianum in Veronensi libro Sanutumque habere aperte ab iisdem archetypis ducta, quamquam quanam ratione ad hos pervenerint Ferrariniana, si quidem omnino haec veniunt primum a Ferrarino, parum exploratum est. Auctoritas duorum archetyporum fere par est, sed ut deperditi potior sit idque ante superstes scriptum esse videatur; certe ubi discedunt, plerumque Regiense interpolatum esse deprehenditur (ut n. 4187 scribit ANNOS pro AN·P·M, n. 4370 AVGVR pro AVR), cum alibi exempla ex altero archetypo ducta contra Regiense in errore consentiant (ut n. 4433 omittunt SVAS); interdum utrumque interpolatum est diverse (ut n. 4353 pro ELIAN Reg. dedit ILLIANO, Verd et rel. IVLIANO). Quibusdam locis ex supra indicatis, ubi Regiensis et Verderianus conspirant in errore, verum invenitur in Bembino et Traiectino, ut habent verba in titulo n. 4164 ab illis omissa. Quod quomodo evenerit quamquam certa ratione explicari non potest*), tamen hoc inde colligitur etiam Bembini et Traiectini auctoritatem duobus primariis libris supparem esse habendam.

Restat indicium ipsius syllogae et quomodo ego eam adhibuerim indicatio. Quam sit copiosa, vel numerus titulorum satis demonstrat apparetque qui eum condidit eum non oppidum tantum perambulasse inscriptionum causa, sed etiam agrum universum. Non omnia ibi relata ex ipsis titulis descripta esse quamquam constat (scilicet recepta sunt in eam et Cyriacana pleraque cum additamentis Feliciani et sylloge titulorum Brixiae in foro propositorum, quam aliquamdiu seorsum extitisse supra ostendi, accesseruntque etiam, sed in solo libro Regiensi n. 18—21, tituli pauci petiti ex Marcanova), tamen longe pleraque veniunt omnino ex lapidibus, nec videtur iure posse dubitari, praesertim ubi ad supra citata verba Capreoli attendas, quin ea collegerit ipse Ferrarinus. Exempla diligenter facta sunt ab homine non imperito; versuum divisio in Verderiano Traiectinoque raro neglegitur, paullo saepius in Regiensi; nexus quoque non raro pinguntur. Idem tamen homo, qui tam recte et diligenter in universum officio functus est, interdum titulos interpolavit (ita n. 4191 pro FILIVS, quod non sine causa eum offendit utpote dictum de liberto, reposuit AERE, item n. 4598 pro AVGVSTIANVS MVCIANI dedit AVGVSTIANVS MVCIANVS) et inseruit quosdam a se confictos (n. 468*—475*), neque id abhorret a Ferrarino, quem alibi quoque similium delictorum coarguimus (v. p. 320). At utilitas syllogae inde non multum imminuitur; fraudes enim ita comparatae sunt, ut neminem non rudem fallere possint, interpolationes autem graviores admodum rarae. — In lectione exemplorum Ferrarinianorum constituenda semper rationem habui trium codicum primariorum Regiensis Verderiani Traiectini, praeterea, ubi adessent, Parisini et Feliciani Veronensis, quorum omnium dedi variam lectionem plenam in titulis mihi non visis. Bembinum librum raro adhibui et fere ibi tantum, ubi discrepant Regiensis et Verderianus. Syllogae aetatis posterioris Corsiniana Medicea Arragonensis Tottiana cum ad lectionem Ferrarinianam cognoscendam non conferant, variam lectionem inde raro tantum et ob causam enotavi. Corsiniana et Tottiana cum in Ferrarinianis fere cum Mediceo et Arragonensi conveniant, ubi exempla proponere videntur simpliciter derivata ex Ferrarino neque lapide denuo inspecto emendata, illas ne citavi quidem.

*) Similiter praefationi libri Regiensis Ferrarinus praescripsit sic: D] AETERNITATI [S.

*) Ex lapide certe deteriores emendati non sunt. — In iis, quae Felicianus B habet ducta ex iisdem archetypis, quibus usus est Ferrarinus, interdum consentit ille consentiuntque item Iucundus et Lilius in erroribus cum Traiectino (ut n. 4354. 4455), cum Ferrarini tres libri Regiensis Verderianus Bembinus verum habeant; quod quomodo acciderit, non magis scio.

XI. Codicem antea Morellii, iam Marcianum Lat. cl. X n. CXCVII saec. XV sic inscriptum: 'Monumenta sive epitaphia, quae in hoc 'parvo volumine continentur, partim in fundo turris Paganorae reperta, 'sunt, in quo obruta iacebant, partim aliis in locis, et quae super platea 'magna Brixiae, ubi novae eriguntur tabernae, posita sunt, quaeque aliis 'in locis civitatis Brixiae et suburbiis inventa, etiam atque etiam visa, 'prout in lapidibus iacent, hic diligenter annotata comperiuntur' (sequuntur initiales litterae Z B intra coronam) examinatum abieci; excerpta continet ex Ferrarino. — Idem pervenit ad alios libros non paucos, ut ad Paneti codicem inscriptionum servatum Ferrariae (cl. I n. 361), quem descriptum deprehendi ex Ferrarini libro Parisino (v. n. 473*—475*); ad codicem Hier. Bononii (bibl. Cicogn. n. 1873), ubi quae leguntur cum subscriptione hac: 'epigrammata haec suprascripta ad nos misit quidam 'Tuberius Brixiensis, ut affirmavit, ibidem excepta', mere Ferrariniana sunt. Eiusdem Bononii alia Brixiana posita in codice Cicognae 1874 f. 41—43 fortasse profecta ab eodem auctore cum non complectantur nisi titulorum vulgarium, maxime expositorum in foro, exempla non optima, ea item sprevi.

XII. Helias Capreolus in chronicis de rebus Brixianorum (Brixiae per Arundinem de Arundis s. a. fol. ff. 73; praeterea inspexi editionem alteram auctam duobus libris historiam a. 1501—1510 complexis in thesauri ant. Ital. Graevio-Burmanniani tomi noni parte septima), scriptis a. 1500 vel etiam paullo ante, inscriptiones quoque quasdam affert non neglegendas. Nam quamquam plerasque sine dubio desumpsit ex Ferrarini antiquario, quod citat (cf. supra p. 428) cuiusque ipsas falsas recepit (v. n. 468*. 470*. 472*), alias affert non multas, sed minime vulgares, quae absunt a Ferrarino omnino postea repertae (n. 4204. 4282. 4305. 4329. 4459), et utilis est, cum quod quasdam solas servavit tum ad origines determinandas syllogarumque aetatem certa ratione constituendam. Versuum divisio apud eum est nulla. Praeterea notandum est apud Capreolum f. 6 recenseri nomina quorundam, quorum epigrammata extent Brixiae, inter quae nomina haec praeterea reperiri aut certe determinari non potuerunt: *M. Varronis* (cf. n. 431*) — *M. T. Ciceronis* — *M. Terenti* — *Q. Fabi* — *Plinii* — *Magiorum*.

XIII. Alciatus in codice Feae epigrammata Brixiana affert numero undeoctoginta, quae tripertita sunt. Partem alteram n. 43—55 supra n. VI vidimus convenire cum parte Iucundianorum. Similiter pars tertia n. 58—79 descripta est ex Capreolo. Demptis his quae restant n. 1—40. 56. 57 (quae Graeca est; praeterea n. 41 falsa est aliunde allata, n. 42 Comensis) petita videntur ex ipsis archetypis nec certe cum ullo eorum quos praeterea novimus auctorum proxime coniuncta sunt; quamquam uno loco n. 4567 similis interpolatio deprehendi videtur apud Alciatum et Solatium. Quo tempore haec collecta sint, non satis constat; epigrammata in universum ea sunt quae Brixiae prostiterunt saec. XV exeunte, ut ne Capreolanorum quidem in hac scilicet parte vestigium adsit; quaedam autem hic proponuntur, ut n. 4294. 4295. 4668, quae Brixianis ipsis non innotuerunt nisi aliquanto post per Solatii continuatorem, at alia n. 4517. 4538 hic reperiuntur ab Alciato solo fere observata. Exempla satis accurata sunt, versus non semper, saepe tamen recte divisi. — Alciatina mature delata esse in Germaniam notum est; unde Brixiana eius (sed demptis Iucundianis Capreolanisque, quae postea demum addiderit necesse est) pleraque transierunt in libros duos scriptos Choleri Monacensem et Peutingeri Augustanum (cod. 527 f. 90. 91) et editum Apiani. Citavi Alciatina omnia, item Choleriana et Apianum adhibuique utilia.

XIV. Accursius primis decenniis saec. XVI descripsit Brixiae epigrammata undequadraginta solita sollertia.

XV. De syllogis, quae iam enarrandae sunt, primum quaedam praemittenda sunt in universum. Brixia ut primum inter civitates olim Romanas titulos vetustos publice coepit et adservare et proponere, item prima syllogen paravit sibi propriam, ordiens ita longum illud et utilissimum agmen corporum eius generis municipalium. Nam cum per saeculum XV viri docti in eo elaborarent, non ut sua quisque patria monumenta conquirerent, sed ut undecumque petitorum titulorum syllogas quam possent amplissimas conficerent, Brixianos iam vidimus ex antiquario Ferrarini, quod in Brixianis certe eius aetatis reliqua corpora longe superabat, partem Brixianam passim seorsum describendam sibi curasse. Ita factum est, ut a Cyriaco reliquisque auctoribus antiquioribus Brixiae collecta Brixiani homines ante Soncinum Gnocchiumque non norint nisi per Ferrarinum; exempli causa latuit Brixianos auctores titulus Cyriacanus n. 4414 omissus ut a Feliciano ita ab exscriptore Feliciani Ferrarino latueruntque adeo eos tituli n. 4039. 4460 relati et a Cyriaco Felicianove et ab ipso Ferrarino in prima editione, in postrema vero casu omissi. Eo igitur fundamento usi Brixiani deinde per tria fere saecula epigrammatum patriorum promptuarium excoluerunt diligentia continua, quam nulla alia civitas neque in Italia neque extra eam aequavit cuique sine dubio ex parte debetur insignis copia instrumenti epigraphici Brixiani. Ita sylloge Ferrarini ab ipso principio saec. XVI ad finem XVIII tamquam per manus tradita et a compluribus hominibus doctis per gradus aucta nati sunt tot illi libelli quot norunt bibliothecarum scrutatores epigrammatum Brixianorum, quosque ut recte et plene excutere difficile est et molestum, ita diligenter et prudenter adhibiti praeclarum artis nostrae instrumentum subministrant. At opus est in iis adhibendis, ut diximus, et magna diligentia et summa peritia quique utraque destituantur, ut is qui nuper Brixiana edere incohavit Iohannes Labus, sane melius fecissent, si eiusmodi operam numquam attigissent. Nam ipsa illa syllogarum copia, quibus Brixia abundat, non molestiam tantum habet, sed etiam periculum. Cum enim qui haec collegerunt longe plurimi, scilicet exceptis Soncino ut fortasse Gnocchio omnes, rem ita instituerint, ut traditam formatamque syllogen describerent et ubi possent augerent, post longos demum labores et ingentia taedia superata eo pervenitur, ut quibus in quoque titulo auctoribus vere standum sit certo scias; quo sane non pervenit bonus Labusius, satis sibi faciens plerumque elogio illo suo '*veduta nel secolo XVI dal Totti*' et ita infimi ordinis auctorem, qui vix quicquam viderit ipse, nescio quomodo perpetuo fere citans, cum antiquissimos et utilissimos prae illo fere neglegat neque auctorum aetatem et successionem satis exploratam habeat. At eiusmodi errores cum iusta industria evitari possint, restat aliud incommodum nulla diligentia effugiendum. Brixiani homines cum titulos in syllogen antea receptos rarissime denuo de lapidibus exciperent, immo archetypa aut plane neglegerent aut ad summum conferrent cum exemplis traditis, nemo autem eorum enuntiare soleat vidisse se titulum vel non vidisse, id ipsum utrum collatus sit necne, semper in coniectura positum est saepe ambigua, cum et arbitraria descriptoris emendatio non semper facile distinguatur ab emendatione petita ex archetypo, et loci adscriptio, cui in talibus recte plurimum tribuitur, et ipsa non raro fallat; nam neque ex eo, quod loci indicatio eadem mansit, satis efficitur secundum auctorem titulum non vidisse et potest etiam is qui titulum vidit locum diversum adnotavisse, recognoscendi taedium defugisse. Denique ut certissimum sit ab auctore posteriore antiquum exemplum emendatum esse ex ipso archetypo, tamen descriptores praeter summopere peritos, qualem inter Brixianos non habemus, nemo ignorat quam facile praetereant, quae aliter in lapide leguntur atque in exemplo scriptum est, quam saepe ne ea quidem quae suis oculis deprehenderunt simpliciter et plene perscribere sustineant. Ita cum propriis virtutibus Brixianae epigraphiae hoc incommodum coniunctum est item eidem proprium, ut nusquam magis conflictemur cum erroribus tralaticiis, non tantum in falsis et male ad Brixiam relatis, id quod ubicumque accidit, sed etiam in ipsa titulorum lectione, destituti exemplis fideliter ad lapidem exceptis, ut saepe ex viginti pluribusve, quorum copia est, unum vel duo remaneant vere utilia. Exempla ponere supervacuum est, cum quaevis huius syllogae pagina habeat; recordabor tamen in titulo n. 4682 cum pro DEFVNCTIS XXIX, quae vera lectio est, Ferrarinus dedisset DEFVNCTIS XV, eam lectionem mansisse usque ad Arragonensem, item in titulo n. 4345, qui iam per quadringentos fere annos Brixiae prostat in ipso foro, errorem exiguum, sed qui sententiam pervertat, AMICO pro AMIC redire in exemplis omnibus quae quidem norim. Quam ob rem ubi mihi archetypis destituto ad exempla redeundum fuit, curavi, ut syllogis

earumque appendicibus diligenter discretis et ad tempora ordinatis antiquissimum quamque potissimum adhiberem, repetitis exemplis non usus nisi cum magna cautela et paene dixerim diffidentia.

XVI. THADDAEI SOLATII qui nomen prae se fert liber, fortasse is ipse, quem sub Solatii nomine citat Rossius (*mem. Bresc.* p. 168 et *elogi historici* p. 224), saec. XVIII fuit Venetiis apud Bernardum Trivisanum testibus Apostolo Zeno *giorn. de' lett. d' Italia* vol. 16 (Venetiis 1713) p. 496 et Montfauconio, cuius iussu descriptum exemplum imperfectum hodie extat Parisiis in bibliotheca publica (*Résidu S. Germain* cod. 1293 f. 54—63). Post Trivisanum venit ad Iacobum Soranzo (Peroni *biblioteca Bresciana* 3, 226), deinde ex dono Pompeii Littae ad Labusium (Labus *marmi Bresc.* p. 22 n. 2 et alibi), apud cuius heredem iam delitescit neque ut a nobis inspiceretur obtinere potuimus. Codex est chartaceus formae quaternariae, saeculi sine dubio XVI incipientis, etsi Montfauconius eum exaratum dicit saec. XV medio 'ante usum typographiae'. Praescriptiones secundum Montfauconium habet has in primo folio: '*decus* | *monumentum* | *que* | *Brixianorum*' et inferius: '*aeternitati*' (quae inscriptio remansit ex corpore Ferrariniano, v. p. 429); in altero folio: '*Thadaei Solatii Brixiani* | *egregium* | *virtutis* | *opus egregio* | *virtutis amatori* | *Anton . . Must.* | *dicatum*' et inferius: '*iucundiss. memoriae*'. Sequitur ipsa inscriptio: '*Observandae vetustatis fragmenta, quae in urbe Brixia Brixianove agro vicatim reperta sunt, hoc in parvo volumine, prout in lapidibus intercisa sunt, annotata comperies, ea inprimis quae in foro publico reperiuntur subindeque in diversis locis urbis, prout legenti inferius patebit*. Autographum hunc librum dixerunt Zenus et Labus probabiliter. — Descriptus inde est praeter Montfauconianum TRAIECTINUS liber ex Patavio a. 1692 allatus in Bataviam, deinceps Heinsii, Tollii, Burmanni, iam adservatus in bibliotheca academica Traiectina n. 58. Chartaceus est saec. XVI, epigrammata Brixiana proponens f. 25—55 sub praescriptione hac: '*Observandae vetustatis Brixianae fragmenta, quae intra urbis ambitum quaeve per agrum Brixianum vicatim reperta sunt, prout in lapidibus intercisa iacent, hic annotata comperies*'. Quae ut ad verbum fere convenit cum titulo Solatiano, ita in ipso opere nusquam fere Traiectinus a Montfauconiano recedit et maxime in versuum divisione plane cum eo consentit, ut iure eum derivemus ex ipso Solatiano, etsi librarius Solatii nomen omisit. Ex Traiectino libro a. 1690 ab Engelberto ad Engelen descriptum hodie Lugdunensem (cod. Lugd. Papenbroek. 20, cat. Geel. n. 149), sed ut perveniat tantum ad archetypi f. 38, ut par erat praetermisi. — Mihi cum domini avaritia libri archetypi usum invidisset, standum fuit duobus exemplis Montfauconiano et Traiectino, quorum hoc integrum est, illud autem qui scripsit substitit in medio opere cumque rettulisset inscriptiones servatas Brixiae in foro (n. 1—24), deinde 'in diversis locis urbis Brixiae reperta' (n. 25—87), ex iis 'quae in diversis villis et castellis agri Brixiani reperta fuere' non posuit nisi duo (n. 88. 89). Itaque Traiectinum solum citavi, Montfauconianum in iis tantum adhibui quae scriba Traiectinus omisit, quae sunt perpauca. — Solatius praeterea quod sciam ignotus est; ne Rossius quidem in elogiis historicis quicquam habet de eo praeter nomen, nam annum quem ad id adscripsit 1510 ex coniectura potest addidisse, cum ea fere aetate vixisse Solatium ex ipsa sylloge satis intellegatur. Alterum eiusdem auctoris libellum 'de laudibus Regii', quem scriptum usurpavit Peronius (3, 226) servatum, ut ait, in bibliotheca Queriniana, ego frustra indagavi. Syllogen inscriptionum non tam sua opera eum instituisse quam auxisse traditam ab antiquioribus antea monuimus; scilicet cum Solatiana proxime accedat ad Ferrarinianam, habet item propria quaeque Solatium ostendant post Ferrarinum vixisse. Primum inscriptiones digessit ad ordinem locorum, cum ante iacerent inordinatae vel certe non satis ordinatae divisitque eas, ut supra vidimus, in inscriptiones urbis et agri; quae ordinatio deinde retenta est a posterioribus. Adiunxit autem et alia et epigramma C. Iulii Caesaris n. 4305, quod abest ab antiquioribus omnibus, affertur a Solatio tam in Montfauconiano libro quam in Traiectino et sua aetate Brixiam delatum esse scribit Capreolus; unde certum est hoc non casu omissum esse a Ferrarino, sed postea additum a Solatio. Item titulus n. 4282 servatus primum in aedibus Capreoli, cuius aetate repertus est, deinde collocatus in ecclesia S. Iacobi, in eadem collocatur in Traiectino et Montfauconiano, cum desit apud Ferrarinum. Unde intellegitur Solatium epigrammata collegisse postquam chronica scripsit Capreolus.

XVII. Eandem Solatianam syllogen, sed supplementis subinde auctam repraesentant libri quattuor, qui a quo curati sint nescitur, scripti inter a. 1517 et 1547, Volpatianus Corsinianus Mediceus Metellianus. Pendere eos ex Solatio inde constat, quod syllogen eius totam reddunt cum suis hiatibus suisque naevis; ita tituli a prioribus relati, qui apud Solatium casu exciderunt, ut n. 4214, in his quoque corporibus desiderantur; errores autem sive ab ipso Solatio sive ab eius corporis descriptore antiquissimo commissi in describenda n. 4416 (ubi v. 6 pro AVG Solatius dedit COLLEG et v. 10 male geminavit) transierunt pariter in quattuor libros de quibus agimus. Sequitur nullam utilitatem eos habere in titulis corporis Solatiani, quos omnes simpliciter inde repetiverunt neque ad saxa emendarunt; neque attendi in his ad horum librorum variam lectionem. Mediceum tamen perpetuo allegavi, ut unius certe ex hisce libris condicio ex hac mea sylloge plene intellegi posset. — Ceterum si cui magis placebit haec additamenta ad ipsum Solatium referre, qui ad exemplum multorum corpus subinde auxerit et saepius descripserit, ego non repugno; immo favet ei opinationi Solatii nomen cum Volpatiano libro, ut videbimus, quodammodo coniunctum. Ubi hos libros uno nomine complecti visum est, significavi nomine Continuatoris Solatianorum.

1. Inter collectanea Hieronymi Bononii servata in bibliotheca capitulari Tarvisina, scripta autem manu Iulii Bononii quae continentur 'antiquitates Brixianae ex clarissimo iuris consulto D. Francisco VULPATO Tarvisino MDXVII kl. Septembris', eae ut tempore, ita re proxime accedunt ad libros Solatianos, sed habent epigrammata alia quattuordecim, quae hic primum apparent quaeque sola citavi. Locorum indicationibus haec exempla, ut omnia fere Bononii, destituta sunt; ceterum apographa facta sunt cum cura. — Ex eodem codice videntur proficisci Brixiana ea, quae leguntur in codice eiusdem Hier. Bononii hodie apud Cicognam n. 1874 f. 50—52 cum praescriptione: 'ex libello Thaddaei Solatii Brixiani ad Ioh. Testam'. Nam quamquam in his excerptis quidam reperiuntur tituli, qui absunt a Volpatiano, item titulis agri Brixiani locorum indicationes adscriptae sunt, longe plerique redeunt in altero exemplo, in his duo tituli n. 4506. 4678, qui absunt a Solatianis sive paris sive editionis primae Montfauconiano et Traiectino. Examinavi haec, sed raro citavi.

2. CORSINIANUS codex quem dico a. 1702 fuit apud Octavium Zambellum, cum (ut ait Averoldus loco infra citato) ab eo inventus in officina 'cum multis aliis alicuius momenti foliis ad involvendam caseum paratus'*); hodie est in bibliotheca Queriniana A. V. 26 (chart. 4). Exaratus creditur ab Octaviano Corsino de Castelgoffredo, cuius in fine adiuncta sunt oratio de laudibus virtutis ad s. p. q. Brixianum et carmina quaedam, in his unum ad Iohannem Baduarium Brixiae praetorem a. 1518 et Iacobum Michaelum Brixiae praefectum a. 1519, scripta ab eadem manu atque inscriptiones. Accurate scriptus est nec postea correctus vel auctus, nisi quod f. 45 n. 144 unus titulus falsus (n. 497*) additus est, item alius ex Apiano desumptus in fine (v. c. 4029). Tituli numerantur quattuor et ducenti. Aetate librum puto proxime accedere ad Volpatianum, cum praesertim desit in Corsiniano titulus n. 4510 repertus paullo post annum 1519 positusque in altero ceteroquin fere gemello Mediceo. — Corsinianum librum in iis, quae non leguntur apud Solatium, semper citavi, in reliquis raro, etsi examinavi totum. — Apographum libri Corsiniani sumptum m. Dec. 1702 Averoldus inseruit volumini quarto miscellaneorum f. 171—224.

3. MEDICEUS codex a. 1630 possidebatur a Georgio Medice physico Brixiano (ita enim in ipso libro nomen scribitur), apud quem usurpavit eum Ormanicus**), hodie est et ipse in bibliotheca Queriniana (H. V. 35.

*) Huc respicit vel certe respicere debuit Labus in iis quae de libro a Zambello empto refert *marmi Bresc.* p. 19.

**) Nam codex secundum Ormanicum (Cam. p. 47) *giudicato di Tadeo Solatio e di Sebastiano Aragonese appresso il Sig. medico Giorgio Medici* non potest esse nisi is de quo agimus, quem nomine auctoris carentem non mirum est attributum esse sive Solatio sive Arragonensi. — Etiam Cosmas de Tauris in collectaneis a. 1572 (cod. bibl. Quirinianae C. I. 4) indicem omnium habet aperte ad hunc codicem factum.

chart. 4). Inscriptiones continet a prima manu scriptas numero 249 (quarum tres postremae n. 247. 248. 249 adiectae sunt ab eadem manu post tempus), sed ut eximendae sint ex ordine eae quae numerantur 25. 25*a*. 61. 188*a* adiectae a manu diversa cum aliis multis post n. 249 perscriptis, de quibus additamentis infra agetur, desunt praeterea n. 35—38 folio uno (12) exciso, item n. 190—199 errore eius qui numeros apposuit omissae. Convenit fere cum Corsiniano, sed eo paulo recentior est, cum titulos quosdam habeat in Corsiniano omissos et in his unum n. 4510 repertum in fundamentis ecclesiae paullo ante tempus, quo liber scriptus est, aedificatae S. Iosephi, quae ecclesia aedificari coepta est a. 1519. Contra titulus n. 4200 aliique uno inventi anno, ut ait Nassinus, 1541 absunt tam a Corsiniano quam a Mediceo. Ceterum hi duo libri gemelli sunt ab eadem inscriptione n. 4476 incipientes et in eadem n. 4247 finientes ordinemque, scilicet locorum, eundem fere sequentes; Corsinianus incorruptior est neque emendationem ullam perpessus, plenior Mediceus.

4. Metelli codex Vaticanus 6039 f. 396—408 quam continet syllogen inscriptam sic: 'Collectio inscriptionum Brixiensium in ipsa urbe et eius agro vicatim dispersarum ex codice studiosi cuiusdam viri, qui eas ex eo, qui eas ex ipsis saxis descripserat, sumpsit 1547 R.', subscriptam autem 'hactenus 1547 R.' eiusdem ordinis quartum exemplum examinatum abieci; nam liber deterior est tribus supra enarratis neque quicquam inde proficiet, cui eorum copia est. Ex hoc codice profecta sunt Brixiana ea, quae ex Metelli codice Gotenstenius Grutero misit, sed et quae in editis apud Gruterum exemplis adsunt interpolationes a scripto codice absint (n. 4282. 4506), ut iam non sine idonea causa ipsius Gotenstenii fides in dubium veniat.

XVIII. Pandulphus Nassino (natus a. 1486, obiit post a. 1543) in commentariis suis *registro di molte cose seguite* (cod. ms. autographus unnino, cuius numerantur primum pp. 1—189, deinde ff. 104—307, bibl. Querinianae C. I. 15), qui commentarii pertinent ad a. 1520—1543, inscriptiones nonnullas posuit a se ex lapidibus exceptas diligentissime adscripto etiam plerumque anno, quo eas exceperit, alias quo tempore praefectus fuit Montechiari (1530) et Gottolenghi (1533. 1534), alias Brixiae. Praeter unam n. 478* fictam ad gentis suae antiquitatem illustrandam alteramque n. 479* et ipsam suspectam (nam titulum n. 480* cum reliquiis SS. Faustini et Iovitae coniunctam non ipse finxit, sed traxit ex charta parum sincera) reliquae omni fide dignae sunt. Usus est iis commentariis iam Gruterus per Vionum, item modo ipsis, modo per excerpta inde facta Ormanici et deinde translata in Brognoliana (misc. p. 25) et Zambuniana (misc. ms. p. 277. 278) Labus.

XIX. Ioh. Bapt. Nazari in libro *Bressa antcha* (Brixiae 1562. 8. pp. 62) inscriptiones posuit non ita paucas, sed petitas non tam ex ipsis marmoribus quam ex eius aetatis syllogis; et videtur quidem auctor adhibuisse librum similem Corsiniani vel Medicei, cum quae habet excepto uno titulo n. 4210 ex lapide fortasse desumpto apud illos item reperiantur. Utilitas igitur eius hodie fere nulla est. — Eiusdem *historia di Brescia* ms. (in bibliotheca Queriniana *C. I. 11) item examini subiecta est, sed non magis nobis profuit.

XX. Pighius et Smetius quae habent Brixiana, ea similiter ut Nazariana pendent a Continuatore Solatianorum, cuius librum aliquem Medicei vel Corsiniani similem adhibuerint necesse est; Arragonensis autem collectanea vix norunt (cf. n. 4205). Excipiendi tamen sunt pauci tituli Brixiae ex lapidibus descripti a Dionysio Bassutino, quorum copia fuit Smetio et Morillonio.

XXI. Sebastianus Arragonensis Brixianus pictor fuit, quem Rossius scribit (*elogi historici* Brixiae 1620 p. 517), cum in arte sua non satis excelleret, totum se dedisse antiquitatibus patriis explorandis et delineandis, ceterum plura de eo nesciri propter ignobilitatem. Ex titulis sepulcralibus gentis ipsius, quos inscriptionibus recentioribus a se collectis interposuit, intellegitur filium eum fuisse*) Alphonsi Arragonensis item pictoris et Catharinae Tronconaliae, quae obiit aetatis LXII anno 1559; ipsi autem Sebastiano filios quos parvulos amisit natos esse annis 1539. 1545. 1553. Denique sylloge suae recensioni ultimae neque absolutae annum eum praescripsisse 1564 infra videbimus; unde, cum praeterea maxime ex additamentis Tottianis appareat nullam eum notitiam habuisse titulorum multorum et praeclarorum, qui a. 1566 reperti sunt Brixiae, illo circiter tempore probabile est eum diem obiisse. Itaque qui annum 1567, quem capiti ad eum pertinenti in margine adscripsit Rossius, pro anno mortis eius accipiunt (Peroni 1, 38), certe non multum falluntur. — Praeter nummos, quos servabat Oct. Rossius ab eo delineatos quattuor voluminibus, extant ab eo collectae inscriptiones Brixianae et quidem recensione triplici.

1. Tempore prima est sylloge codici olim Manutii, nunc Vaticano n. 5235 inserta, ut primum locum in eo volumine teneat, scripta litteris magnis et pulchris, foliorum numeratorum 53, titulorum secundum numerationem meam 322, indice carens, sed ut de auctore dubitari nequeat collatis libris iis, quos constat profectos esse ab Arragonensi. Nam quae in hac leguntur epigrammata duobus exceptis (n. 4516. 4867) casu omissis omnia redeunt in sylloge, de qua sequente capite egimus, codicis Queriniani. Contra multa in eam syllogen recepta, omnino ex iis, quae non leguntur apud auctores antiquiores, sed ex ipsis lapidibus ad corpus accesserunt, in hac desiderantur, ut hanc ante illam scriptam esse necesse sit. Ordo inscriptionum non est is, quem sequuntur recensiones posteriores, sed locorum, ut urbanae incipiant, sequantur per agrum dispersae. Fraudes Polenses ab hoc corpore plane absunt neque omnino falsi tituli ulli in eo deprehenduntur praeter antiquissimos traditos cum Ferrarinianis. Locorum indicationes cum in universum non satis diligenter adscriptae sint culpa opinor descriptoris, tamen interdum (n. 4486. 4699) pleniores esse reperiuntur quam sunt in sylloge secunda. Exempla plerumque consentiunt; ubi autem inter se differunt, auctor in hac sylloge antiqua corpora secutus est, postea ex lapide interim sibi viso loci indicationem lectionemque mutavit (v. n. 4395. 4410), ut prioris corporis lectio raro praestet (n. 4678). Quam ob rem recensio haec exiguam utilitatem habet; excussi tamen totam et ita rationem eius habui, ut incrementum corporis ab Arragonensi confecti appareat; nam ut discernas quae is ex syllogis antiquioribus desumpsit ab iis quae postea adiecit maximam partem ex ipsis saxis, aliquid momenti habet scire, utrum titulus adsit in prima recensione an postea demum accesserit. — Ad hanc librum proxime accedit Vaticanus alter olim Metelli n. 6038 f. 149—159. 180—203 (numeris 160—179 errore eius qui numeros apposuit omissis), quem et ipsum descriptum habui et excussi. Insunt quattuor, si recte numeravi, epigrammata (n. 4202. 4229. 4408. 4598) in Manutiano libro aut consilio (sunt enim fere fracta et inutilia) aut casu praeterita; praeterea in n. 4646 eam loci indicationem, in n. 4410 eam interpolationem offendi, quas proponunt Arragonensis recensiones posteriores, cum Manutianus liber eas non habeat, denique ordo epigrammatum totus mutatus est minoraque fragmenta fere omissa, ut in universum Manutianus liber huic longe praeferendus sit. Propria liber Metellianus nulla habet eaque quibus differt leviora visa sunt, quam ut perpetuo citaretur.

2. Secunda recensio item manuscripta legitur in codice adservato saec. XVII Brixiae apud Georgium Medicum teste Ormanico (Cam. p. 47), saec. XVIII Ferrariae apud Octavium Boari, qui adquisivisse se adnotavit anno 1774 (cf. Tiraboschi *stor. della lett. Ital.* 7, 1, 229 ed. Rom. 1784), inde ab a. 1812 (ut adnotatum est in apographo Papiensi) Brixiae in Queriniana A. II. 14. Paginas habet 83, quibus continentur inscriptiones 471, inter quas sunt Graeca et Hebraica singulae n. 40. 42, item anaglypha similiaque non scripta n. 460—469; titulos duos extremos n. 470. 471 supplementi loco post tempus adiectos esse apparet. Sequuntur in foliis non numeratis primum indicationes locorum separatim perscriptae, deinde inscriptiones recentes 119 cum simili locorum tabula in fine adiuncta. Codex speciem prae se fert autographi. Indice quamquam caret, nisi quod extrinsecus scriptum est 'monumenta antiqua urbis et agri Brix.', tamen Arragonensis esse, ut alia mittam, vel inde colligitur, quod

*) Labus in comm. Athenaei Brix. 1818/9 p. 112 natum eum esse sit Ghedi c. a. 1523, nescio quo auctore, neque ille annus convenit cum annis iis, quibus filii ei nati sunt.

tituli ad quos adnotavit Rossius servari eos apud Arragonensem in indicatione locorum notam habent hanc: 'apud me'. — Ex hoc libro descriptos duos vidi, alterum scriptum ab abbate Casparo Turbini, servatum Brixiae apud Clementem Rosam, alterum scriptum a. 1778 ab Ludovico Aricio, servatum Papiae in bibliotheca universitatis (CXXXI. H. 1). Neutrius ulla utilitas est, nisi quod huius adhibui additamenta (v. infra c. XLI).

3. Tertia recensio non extat scripta, sed ligno incisa cum indice hoc: 'Monumenta | antiqua urbis | et agri Brixiani | a me Sebastiano | Arragonensi | pictore Brixiano | summa cura et | diligentia collecta | MDLXIIII'. Tabulae sunt non numeratae quattuor et triginta, quibus continentur tituli numerati 1—27. 42—129. 139—160. 179—214 deficientibus iis qui inter hos interponi debuerunt, deficiente item indicatione locorum, quam auctor sine dubio ut in priore sylloge, ita in hac quoque apponere voluit laterculo separato. Inscriptiones in tabulis exhibentur in pagina nigra albis litteris quadratis, non imitantibus antiquas multiformes, sed aequabiliter exaratis. Hae tabulae *del quondam Sebastiano Aragonese famoso scultore, pittore et antiquario* repertae apud Marcum Polum quendam deputati Brixiani d. 9 Iun. 1611 decreverunt ut publice emerentur pretio scutatorum quindecim et exhiberentur Octavio Rossio, ut in historicis suis libris eas describeret et exponeret, quod decretum edidit Labus (*ant. monum. scop. in Brescia* p. 8). Tabulae ab eo inde tempore adservantur ibi in bibliotheca publica et extra Brixiam quoque innotuerunt exemplis quibusdam inde desumptis a. 1778. Egit de hoc volumine Labus in comm. Athenaei Brixiani 1818/9 p. 111 seq. eumque secutus Orellius in coll. vol. 1 p. 30.

Cum prima recensio, ut diximus, sequatur ordinem locorum, secundam et tertiam recensionem Arragonensis disposuit secundum alphabetum, ut tamen solius primae litterae rationem haberet; ita syllogae secundae tituli n. 105—157, tertiae tituli n. 121—182 omnes incipiunt a littera D. Et illa quidem procedit per litteras omnes; contra haec deficit in F, ut appareat praeter hiatus, quos indicavimus, trium minimum tabularum alias circiter sexaginta deesse in fine. Duarum autem syllogarum Arragonensis alphabetice ordinatarum scripta multis indiciis deprehenditur antiquior esse et minus plena quam edita, scilicet quatenus haec pervenit. Hinc iure colliges Arragonensiana in duobus illis libris superesse maxima quidem ex parte, sed nequaquam omnia; nam cum exempli gratia litterae E extremus titulus in scripta recensione sit n. 171, in edita n. 203, intellegitur in iis quoque, quae desiderantur in recensione posteriore, syllogen post absolutam secundam recensionem crevisse pro portione. Iam qui copiis Arragonensis usi sunt vivo eo etiamtum vel non ita multo post mortem eius, maxime Tottius et per eum Manutius in Brixianis iis, de quibus infra dicetur, etiam Rossius (quamquam hunc supra vidimus etiam ipsas tabulas quas habemus tractasse), eos evidenter apparet usus esse nullo ex libris nostris, sed pleniore et interdum meliore; nam cum in universum pendeant ab Arragonensi, saepe habent indicationem loci pleniorem titulosque quosdam apud Arragonensem non relatos, reliquias opinor recensionis tertiae hodie imperfectae. Quod evidentissime apparet in Polensibus, quas statim demonstrabimus ab Arragonensi pro Brixianis venditatas esse fraude inchoata in secunda recensione, in tertia autem perfecta; nam quasdam earum cum locorum indicationibus falsis et ita ut opus erat interpolatas (ut titulos imperatorios n. 582*, 5. 6, quos secundum institutum suum Arragonensis ponere debuit in litteris iam in recensione tertia deficientibus) apud eum desideramus, cum adsint in libris Tottiano Manutianis Rossiano. Denique quamquam non moramur Rossium falsis titulis suis auctorem adscribentem ut alios ita, ubi lubebat, Arragonensem, tamen idem titulos genuinos quoque profert ex Arragonensi apud hunc iam non reperiendos, ut duos n. 4221. 4222 (cf. n. 4154 et lapis mil. Constantini Rivoltellanus infra edendus). Itaque quatenus ad Arragonensem recte revocantur (quod quo pervaniat, infra videbimus) syllogas has ita adhibui, ut quae extant apud Arragonensem praetermitterentur, reciperentur ea per quae Arragonensiana aut supplentur aut, id quod raro fit, emendantur.

Arragonensem apparet hoc sibi proposuisse, ut colligeret inscriptiones Brixianas omnes. Fundamentum sane syllogae posuit Solatianam a Continuatore auctam; quae pars syllogae eius ex libris antiquis non optimae notae ducta hodie utilitatem non habet. Praeterea vero diligentissime ipsos lapides cum urbis tum agri indagavit nec solum multos titulos primum protulit antea ignotos (etsi cum nullum ne minimum quidem fragmentum praeteriret, multis saxis additis numerum tantum auxit), sed etiam titulos ante descriptos passim recognovit et emendavit. Exempla probe facta sunt versibus recte divisis nexibusque punctisque ad lapidem expressis produntque descriptorem non doctum quidem, sed sollertem et strenuum. Operae processum ex ipsis syllogis intellegimus; nam prima recensio saepe ex auctoribus pendet, ubi posteriores deprehenduntur ad archetypa rediisse; secunda passim ostendit lectionem antiquitus traditam erasam eique substitutam diversam plerumque veram; tertia denique cum in talibus semper sequatur alterius recensionis manum secundam, interdum et ipsa habet titulos eos ex marmore descriptos, quos secunda repraesentat ad exemplum Solatianum. Vide inter alios multos n. 4129. 4191. 4205. 4478. Neque ad maiora tantum in his attendit, sed ad orthographica quoque (ita n. 4585, ubi in lapide est EXSORATO, priores dederant EXORATO, Arragonensis dedit EXOSRATO errore littera inserta loco alieno) et ad ipsa puncta adeo litterasque eminentes, ut saepe talia emendata reperias in libro eius manuscripto. Quare cum reliqui auctores Brixiani fere in solis novis utilitatem habeant, Arragonensis exceptionem facit non semper, sed reliquis saepius longe. — Locorum indicationes petendas praesertim ex recensione secunda (nam primae quae habemus exempla eas saepe omittunt, tertiae autem recensionis locorum elenchus desideratur) apposuit diligenter, quamquam cum eas ab ipsis inscriptionibus separaret, a perturbationibus ita vix evitandis non semper cavit.

Fides auctoris ita optima est, ut tamen miro casu absolvi nequeat a fraude una eaque gravissima et late patenti. Scilicet is qui Polenses titulos ad sexaginta, nempe syllogen Sanutianam eam, de qua supra p. 5 exposuimus, integram rettulit inter Brixianas locis fraude mutatis (elenchum dedimus n. 582*), interdum etiam ipsis inscriptionibus ob eam causam interpolatis, fuit Sebastianus Arragonensis. Primum auctores Brixiani antiquiores ad unum omnes ignorant titulos illos Polenses ignoratque eos adeo ipsa prima recensio ab Arragonensi elaborata. Duos eorum in Mediceo codice adscriptos mox (p. 436) videbimus ab auctore additamentorum desumptos esse ex ipso Arragonensi. Ii autem, qui praeter Arragonensem circa haec tempora Polenses illos cum falsa loci indicatione proponant, scilicet Tottius et hic quidem in additamentis demum, cum ipsa sylloge ab ea labe immunis sit, et Manutius, non solum propter temporis rationem credendi sunt Arragonensis collectanea bona fide descripsisse, sed etiam ab omni suspicione vel eo defenduntur, quod ipsi fraudem indicaverunt. Nam Tottius cum titulos illos in librum rettulisset modo apposita loci indicatione, qualem apponere falsario placuerat, modo, ut in aliis multis, loco non indicato, deinde incidens in librum Petri Martyris (v. p. 5 V, 6), quem propterea citat p. 106, errorem animadvertit et plerisque epigrammatis veram loci indicationem postea adscripsit, deleta ubi aderat falsa. Similiter Manutius ex Tottio in eo quoque pendet, quod plerumque de origine Polensi provocat ad Martyrem. Contra Arragonensis in mendacio et sibi constat et eo usque progreditur, ut quosdam eorum titulorum scribat adservari apud se. De Polensi autem origine tantum abest ut verbum faciat, ut tribus locis (n. 582*, 3. 45. 61) ad eius generis titulos tempore posteriore, sed ab eadem manu adscriptum sit 'nunquam fuit'; scilicet cum interim amici quidam male officiosi titulos indagassent locis indicatis eosque ibi extare negarent, importunas quaestiones ita evitare studuit, ut eos contenderet olim visos esse locis indicatis, hodie vero desiderari. Denique de errore ne quis cogitet, reputet indicationes locorum et admodum varias esse et in exemplo a Tottio Manutioque adhibito saepissime differre a relatis in eo quod nos habemus; reputet denique in titulis n. 582*, 15. 52 antiquas lectiones *ordo Aquileiensium* et *Polentiae* retineri in Arragonensis recensione secunda, in tertia eorum loco legi *ordo Brixianor.* et *Brixiae.*, ut pateat non solum ipsa fraus, sed etiam incrementum fraudis tempore procedente. — Demptis his in ipsis Brixianis deprehenduntur quidem interpolationes quaedam, ut est tribus Poblicia Fabiae superaddita in n. 4443, item si vis Noctulius pro Noctarno n. 4287, collegium Iuvent(utis) pro collegio iument(ariorum) n. 4294 similisque prava emendatio n. 4410, quamquam haec quae proxime recensui vix excedunt

quam tum licitam putabant traditorum emendationem; at titulos fictos non repperi excepto uno n. 496* (cf. n. 495*), putarimque Arragonensem ab eiusmodi fraudis genere sui diffidentia in universum abstinuisse; fere ut aequalis eius Lazius, ceteroquin auctor Arragonensi multo deterior, continuit se fere in titulorum genuinorum transpositione et interpolatione. Quam ob rem videmur copiis Arragonensis satis tuto posse uti.

Arragonensis sylloge cum magna sit et multis nominibus utilis eaque posteris per saecula legem dederit, et totam recepi ne minimis quidem suppressis et citavi perpetuo tres quas habemus eius recensiones, scilicet ut prima et secunda distinguerentur praescriptione *ms.*, tertia praescriptione *ed.*, illae vero ita, ut ubi duplex numerus adest post *ms.*, prior significet recensionem primam codicis Vaticani, posterior secundam codicis Brixiani, ubi unus tantum, ibi titulus in codice Vaticano desideretur. Lectiones quoque Arragonensis ibi, ubi varia lectio ex legibus corpori huic datis adscribenda fuit, perpetuo rettuli, nisi ubi evidentissime appareret eum pendere ex uno libro Solatiano neque lapidem vidisse.

XXII. Alexander Totti Brixianus ex Manerbio frater ordinis servorum (cf. de eo Archangeli Giani annales fratrum servorum B. M. V. ed. 2 Lucae 1721 vol. 2 p. 171 et Peroni *Biblioteca Bresciana* ms. bibl. publ. Brix. A III. 18 s. v.) quae collegit, habentur in codice adservato Brixiae antea in monasterio servitarum sive S. Alexandri*), hodie in bibliotheca publica A. I. 4 (fol. pp. 127). Extrinsecus scriptum habet indicem *monumenta antiqua urbis et agri Brix.*; ipsi corpori neque titulus inditus est neque auctor in eo enuntiatur. Nihilominus cum liber in bibliothecam venerit ex monasterio illo et sub Tottii nomine eum norit iam Vinaccesius (nam Vinaccesium constat adhibuisse librum eum de quo agimus, ait autem in praefatione versasse se manuscripta patris magistri Alexandri Totti), de auctore dubitari non potest. Locorum indicationes et reliquae adnotationes scriptae sunt eadem manu omnes, etsi sub finem paullum mutatur signa prae se ferens senectutis et debilitatis. Inscriptiones ipsae pictae sunt ab antiquario, nisi quod quae leguntur p. 99. 100. 105 (ex parte). 106 (ex parte). 107—127, item aliae paucae sparsae, exaratae sunt charactere minus eleganti, ab ipso opinor Tottio perfecto iam volumini adiectae; distinxi haec denominatione additamentorum. — Additamenta extrema cum annos inventorum titulorum habeant adscriptos 1566. 1567. 1569, apparet scriptorem ad hunc fere annum et operam et vitam protraxisse; unde recte sine dubio Peronius l. c. scripsit mortuum esse Tottium a. 1570.**)

Ex hoc libro descriptus est is qui nunc servatur in bibliotheca Berolinensi (ms. Lat. fol. 420) inscriptus item 'monumenta antiqua urbis et agri Brix.' Exaravit eum, sicut colligitur ex characterum comparatione, Franciscus Soncinus c. a. 1610, qui in aliis collectaneis archetypum memorat appellans 'librum antiquitatum Brixianarum extantem in bibliotheca patrum Servitarum Brixiae'. Comparavit sibi apographum Soncinianum a. 1706 Iulius Antonius Averoldus, qui nomen suum passim inscripsit in ipso volumine et diligenter de eo egit in miscellaneis ms. vol. 4 f. 226 et vol. 16 f. 57. Nuper ego librum Brixiae apud bibliopolam repertum emi et in bibliotheca nostra publica collocavi. Citant eum aliquoties Gnocchius sub nomine Averoldi, Labus sub nomine Soncini; ego quoque sicubi allegavi, dixi Soncinum Berolinensem. Propria eius utilitas eo fere circumscribitur, quod in titulis ex Arragonensis collectaneis a Tottio desumptis, maxime in Polensibus, raro in genuinis (ut n. 4710) indicationes locorum pleniores sunt in libro Berolinensi quam in Tottiano quamvis archetypo eius. Scilicet cum Arragonensis ad syllogen eam, quam usurpavit Tottius, locorum indicationes sine dubio similiter adiecisset ac fecit in sylloge, quae hodie extat, nempe in laterculo separato, Tottius hanc item descriptam habuisse videtur in schedula separata usurpata a Soncino et ante eum a Manutio, cum hodie desideretur. Ad ipsam syllogen Tottius indicationes eas suis locis non perpetuo adscripsit, maxime quas falsas esse vidisset titulorum vere Polensium, eas aut delevit vera indicatione substituta aut omisit. Unde factum est, ut indicationes locorum regionis Brixianae, quae reperiuntur in Tottiano adscriptae Polensibus, ad verbum consentiant cum Soncinianis et Manutianis, sed multae eius generis in ipso desiderentur, cum supersint in his. Similiter unus certe titulus n. 4542, qui depromptus ex sylloge Arragonensis legitur in exemplis Sonciniano et Manutiano, deest apud Tottium, perscriptus fuisse videtur in schedula Tottii libro olim inserta iam amissa.

Praeter Tottii librum Brixianum sine dubio autographum et exemplum inde sumptum a Soncino alia ab eodem Tottio profecta extant Romae in bibliotheca Vaticana inter Manutiana. Nam hunc esse Manutii auctorem in Brixianis praecipuum innuunt primum epistulae duae fratris Iohannis Baptistae de Gabbiana inscriptae '*al molto Reverendo Padre Maestro Alessandro Toto da Brescia Padre mio osservandissimo, Brescia in S. Alessandro*' datae ex Cognolo d. 18 et 31 Mart. 1558, insertae volumini Manutiano 5237 f. 156. 158; Gabbianus enim in his ait rogatu Tottii adiisse se Logratum *per confrontare le sue inscriptioni e vedere, se sono alterate o no* (cf. n. 4254. 4451. 4465). Deinde copiarum Manutianarum cum Tottiana sylloge comparatio docuit Manutium id ipsum volumen, quod hodie extat Brixiae, usurpasse describendumque sibi curasse. Nam in cod. Vat. 5237 quae adscripta sunt ad titulos Lumezzanenses n. 4928. 4929 'fo. 91' et 'fo. 92', ea respondent paginis codicis Tottiani; ipsius autem syllogae Tottianae exemplum extat in codice Manutiano 5235 loco quarto (mihi 5235 IV) sic inscriptum: 'Inscr.es Brix. MDLXV a' *14 di Ottobre in Bressa*'. Proprie liber Manutianus eadem habet, quae vidimus habere Soncinianum, ut utilitas eius exigua sit. — Ex hac sylloge rursus descendit altera codicis item Manutiani Vat. 5244 p. 1—139 a Tottiana non recedens nisi ordine mutato, scilicet epigrammatis in hac digestis secundum nomina deorum hominumque; nam tria quae in eo insunt epigrammata (n. 4467. 4640. 495*) non reperta apud Tottium cum et ipsa proficiscantur ex copiis Arragonensis, sine dubio venerunt ex schedula alia Tottiana simul cum corpore ad Manutium delata. Paullo diversae naturae est appendix cod. 5244 p. 140—152 bipertita. Priore parte p. 140—144 continentur tituli quidam vulgares, quos omisi, item n. 4517 derivatus fortasse ex Arragonensis editione postrema; praeterea Vindobonensis vol. III n. 4567 male luxatus et relatus inter Brixianos auctore Lazio (v. n. 583*, 4), denique tituli tres falsi interpolative (n. 4519. 4688. 490*) coniuncti quidem cum fraudibus Arragonensis, sed ut plane similiter praeterea nusquam redeant. Sequuntur p. 145—151 'epigrammata quaedam antiqua Brixiae non longe a foro piscario reperta anno Christi 1566 mense Iulio', quae excipit titulus n. 4182 Milzanelli a. 1567 repertus. Haec exemplis comparatis intellexi Manutio missa esse a Tottio. Pars eorum redit in cod. 5235 ad finem partis primae codicis eius f. 55 in schedulis quibusdam agglutinatis. — Denique in volumine Manutiano n. 5237, quod totum fere constat ex schedulis olim solitariis iam in unum corpus compactis, plerasque ad Brixiam pertinentes comparatione instituta deprehendi proficisci ex Tottianis. Quae antequam tota exemplatus est Manutius autumno a. 1565, quaedam inde excerpta habuerit necesse est; nam de titulis n. 4141. 4179 extat in codice 5237 f. 165 epistula ad eum scripta d. 11 Ian. 1564 Octavii Pantagathi leguntque iidem apud Manutium cum in exemplo Tottianorum scripto a. 1565 tum inter schedulas iam codici 5237 insertas. — Excerpta alia minora ex Tottianis, ut ea quae leguntur scripta manu Aleandri in collectaneis Barberinianis XXX, 92 f. 189. 193, sprevi.

Tottianae syllogae fundamentum ea est, quam repraesentat codex Mediceus nondum auctus, cuius ipsum ordinem Tottiana saepissime retinet; sed iis interposuit adiecitve cum Arragonensiana tum sua propria. Illa quamquam per totam syllogen offenduntur, ut primus titulus apud Tottium relatus non profectus ex Mediceo n. 4723 legatur p. 28 n. 81, tamen sub finem multo frequentiora sunt quam ante, in additamentis autem ita praevaleat, ut haec extremis exceptis, de quibus statim dicam, videantur uno tenore descripta esse ex collectaneis Arragonensis. Conveniunt omnia, tam

*) Gianius († 1623) l. c. ad a. 1555 de Tottio: 'Inter alia ingenii sui posteris transmisit observationes historiarum totius ditionis Brixianae circa Romanorum epitaphia et alia monumenta in lapidibus servata, quae omnia habentur Brixiae in nostra bibliotheca'.

**) Postea Peronius pro anno 1570 substituit a. 1555, secutus Ormanicum *iscr. sepp. di S. Gioseppe in Brescia* (1656) p. 27 male provocantem ad Gianium; Gianius enim etsi ad a. 1555 de Tottio quaedam adnotavit, nequaquam eo anno eum mortuum esse contendit. Supplementa quae leguntur apud Tottium in margine ad n. 4950, idem Ormanicus tribuit Francisco Cornello iurisconsulto, de quo cf. Peronius 1, 288.

lectio titulorum etiam fractorum et evanidorum quam locorum indicationes, nisi quod has, utpote separatim perscriptas ab Arragonensi, Tottius in multis non adscripsit; statuarum denique aliorumque similium operum delineationes easdem cernuntur apud utrumque auctorem. Ceterum etsi plerosque ex his titulis constat Tottium traxisse ab Arragonensi, praesertim Polenses omnes ab hoc male relatos ad Brixiam, fieri potest, ut sint in his a Tottio primum descripti et cum Arragonensi communicati. Hoc certum est utramque syllogen ita pro una habendam esse, ut iisdem propemodum exemplis uterque auctor utatur. At qui sequuntur tituli post n. 4207, qui est Tottii 422, in quibus sunt omnes reventi annis 1566. 1567. 1569, eorum nullum vestigium est apud Arragonensem neque esse potest, cum is titulorum colligendorum laborem non ultra a. 1564 continuasse videatur (v. p. 432). — Iam his positis videamus de libri auctoritate et utilitate, quae probe expensa non magna est. Primum quae communia habet Tottius cum Mediceo eiusdemque familiae libris, in iis abiciendus est, nam etsi non descriptus est ex ullo eorum quos habemus, tamen in hisce titulis supersunt auctores antiquiores et fideliores; quam ob rem in titulis, qui iam apud Solatium adsunt, Tottium plerumque ne citavi quidem, in titulis, qui primum comparent in Mediceo et Corsiniano, citavi passim, sed raro adhibui. Emendationes ab Arragonensi ex ipsis lapidibus petitae adsunt ex parte etiam apud Tottium, maxime in iis quas secundis curis reposuit (n. c. n. 4191 FILIVS pro AERE, n. 4295 MITI pro MILITI; cf. n. 4192), et indicationes locorum quoque passim apud Tottium formantur non ad antiquiores, sed ad Arragonensem (sic n. 4411 iam collocatur in S. Afrae). Sed haec quoque parum iuvant, cum Arragonensis collectanea ipsa ita aetatem tulerint, ut expilatoribus raro opus sit. Eadem fere dicenda sunt de iis, quae ab Arragonensi primum descripta repetiit Tottius; sunt bona per se et bene descripta, sed cum legantur omnia fere apud ipsum primarium auctorem, secundarius adhiberi non debet. Vidimus tamen Tottium haec non desumpsisse ex corporibus Arragonensis iis quae habemus, sed ea ultima recensione hodie imperfecta; unde interdum loci indicatio vera reperitur apud illum, cum falsa irrepserit in Arragonensis syllogen quam tenemus (c. c. n. 4362), denique frustula quaedam, ut n. 4143, extant apud Tottium petita omnino ex Arragonensis collectaneis neque tamen iam apud hunc reperienda. Quam ob rem non pigebit omnia, quae Tottius habet non profecta ex libris Solatianis, et contulisse et allegasse. — Veram utilitatem habet appendix titulorum repertorum post Arragonensem, videnturque exempla Tottiana praeferenda esse Mediceis (v. n. 4462) fortasse adeo ex ipso Tottiano libro descriptis (v. infra c. XXVIII). — Suspecta Tottius in propriis habet nulla et omnino propositum peregit cum diligentia et fide.

XXIII. Manutius Brixiana habet multa et diversa, quae iam enumerabuntur.

1. Arragonensianorum recensionem primam superesse diximus in codicis Manutiani 5235 parte prima (nobis 5235 I), de qua egimus p. 432.

2. Tottianorum exempla duo integra extare apud Manutium in codicis 5235 parte quarta (nobis 5235 IV) scripta a. 1565 et in codice 5244, item plura sparsa alibi, maxime per codicem 5237, supra vidimus p. 434.

3. Fasciculus foliorum antiquae* numerationis 56 accedentibus duobus non numeratis olim separatus, iam insertus codici Vaticano 5235 loco secundo (unde mihi citatur 5235 II. f. 56—113) sic inscriptus est: 'Varie 'priscorum monumenta, quae in urbe Brix. Brixianoq. agro vicatim dis'persa iacent, ad illustrandum Brixianae nobilitatis decorem suavemq. an'tiquitatis memoriam instaurandam anti'quitatis amore allectus in unum congessit aeternaeq. memoriae dicavit.' Nomen auctoris hic omissum videtur peti posse ex eiusdem corporis appendice (mihi 5235 III) foliorum quattuordecim formae inter se diversae, sed item numeratorum manu antiqua, in quibus praeter inscriptiones quasdam aliaque varia f. 5 reperitur epigramma 'de Brixiae anti'quitatibus a Raphaele cognomento Stella in unum volumen congestis ad 'civitatem Brixianam': Brixia, te evexit Raphael ad aethera doctus conscribens Latiis marmora prisca notis, ut tua cognoscant omnes monimenta, priusquam ad superos redeat Stella corusca deos. — Quod epigramma est P. Fr. Spinolae Mediolanensis insertum ab eo epigrammaton l. 1 p. 18 edito a. 1563 (unde citavit Peronius *bibl. Bresc.* 3, 241). Videmur igitur hic tenere corpus inscriptionum Brixianarum a Raphaele Stella elaboratum ante a. 1563, sed exiguae utilitatis. Convenit fere cum Arragonensis editione secunda; tertiae propria, maxime Polensia non habet. Propriis caret excepto uno titulo n. 4902, quem ex huius aetatis auctoribus apud unum Stellam offendi. Descriptum habui excussique totum, sed non citavi, nisi ubi utile repperissem, quod raro evenit.

4. Fasciculus paginarum antiquae numerationis 39 olim separatus, iam insertus eidem volumini Vaticano 5235 loco quinto (unde mihi est 5235 V) sub titulo '*Inscriptiones Veron. MDLXV a l'ultimo di Ottobre in Verona*' post Veronenses titulos, de quibus p. 324 diximus, alios proponit ex diversis locis petitos, inter quos Brixiani sunt p. 9. 23. 29—37, in his titulus reliquis aequalibus ignotus n. 4893. Plerique vulgares sunt neque a me citantur. Veniunt fortasse a Laelio Gavardo Asolano (cf. n. 4042). — Ibidem p. 36 leguntur haec: '*L'ecc*mo *M. Bevilacqua di Lazise ha una raccolta di tutti li epitaphii antichi di Brescia et del Bresciano col ritratto de' marmi*'.

5. Manutiani voluminis n. 5237 schedulae Brixianae cum pleraeque pertineant ad copias Tottianas (v. p. 434), quaedam insunt aliunde petitae, in his habentes inscriptiones ignotas aut aequalibus (n. 4203. 4233. 4924) aut praeterea omnibus (n. 4547 in folio, cui inscriptum est 'in exemplari Mauri'). — Item in aliis Manutianorum collectaneorum voluminibus Brixiana reperiuntur solitaria, et in vol. 5241 et 5246, sed nullius momenti. — In recensu copiarum epigraphicarum ipsius Manutii manu scripto, quem repperi in Cod. Vat. 5237 f. 189, Brixiana sic indicantur: *Brix. 2 fo. et quel di M. Giord*o *et del Tota*, ut quae sequantur post hastas duas postea adscripta sint. De Tottianis ita confirmatur quae supra proposuimus; de domino Giordano mihi non constat.

XXIV. Ligorius quae in libris Neapolitanis et Taurinensibus usque quem servat P. H. Viscontius Romae posuit Brixiana genuina, ea aut petita sunt ex editis, maxime Nazario et Manutio, aut ex codicibus vulgaribus potuerunt que sperni; allegavi tamen Neapolitana et Taurinensia. Ficticia quae adiecit pauca sunt nec facile decipient.

XXV. Anonymus natione Gallus qui a. 1585. 1586 iter ex Gallia Romam fecit itinerariumque conscripsit servatum in codice Parisino Lat. 4856, Brixiam quoque adiit ibique epigrammata pauca descripsit, quae citavi, etsi nullam inde utilitatem percepi.

XXVI. Bongianius Grattarolo in libro summae raritatis *historia della riviera di Salò* scripto a. 1587 (Brixiae 1599. 4. pp. 120; usurpavi Mediolani in Brera) prodit et ipse magna ex parte ab auctoribus prioribus Ferrarino Capreolo aliis; sed habet propria. Versus non divisit; exempla pleraque corruptissima sunt. — Examinavi praeterea librum sic inscriptum: *Salò e sua riviera descritta da Silvan Cattaneo e da Bongianni Grattarolo* (Venetiis 2 voll. 1745. 1750. 4. pp. 144 et 174), in quo primum editus est commentarius Silvani Cattanei scriptus a. 1551 *dodici giornate del Benaco*, repeti debuit etiam Grattarolianus in volumine tertio, quod non prodiit. Mihi neque Cattaneana profuerunt nec quae de suo adiecerunt editores.

XXVII. Velseriana sylloge Veronensis (v. p. 324) complectitur quidem etiam inscriptiones ad Benacum repertas, sed non habet nisi vulgaria, quae paucis exceptis omisimus.

XXVIII. Medicei codicis (vide supra p. 431) additamenta continuo ordine leguntur f. 79—99 n. 250—349 et denuo (numeris scilicet turbatis) n. 341a — 347a; ad quae accedunt pauci tituli a secunda manu syllogae antiquiori interpositi, denique complura in iisdem exemplis postea mutata et pro varia lectione locique indicatione adscripta. Additamenta autem perscripta in foliis 100 — 106 ad codicem postea demum adiectis, mihi dicta ultima, maiore ex parte constant titulis urbanis urbis Romae et omnino exigui momenti sunt. Antiquiora illa neque ab eodem homine neque uno tempore scripta sunt et alia aliunde petita, et difficile sit recte ea aestimare. Sub finem f. 91 — 94

leguntur interpositis quibusdam originis diversae plerique tituli ii, quos Tottio auctore constat repertos esse a. 1566 ad forum piscarium; quos cum excipiant f. 95' disputationes tres coniunctae, quae disiunctae extant apud Tottium (nempe de Brixiana colonia apud Tottium f. 28 ad n. 4466, de Brixia municipio apud Tottium f. eodem ad n. 4139, de contubernali apud Tottium f. 97' ad n. 4417) quasque scriptas esse constat a Tottio, apparet additamentorum auctorem versasse librum Tottianum et inde etiam titulos illos in hoc volumen transcribere potuisse, quamquam utrum id fecerit an ad ipsos lapides redierit, non satis constat. Praeterea tituli n. 305—308 aperte descripti sunt ex Capreolo, alii petiti ex editis a Manotio et Nazario. Item emendator corpus contulit cum aliis syllogis scriptis antiquis Medicene similibus adiecitque quae casu omissa essent vel esse viderentur. Denique adhibuit librum scriptum Arragonensis, scilicet recensionem secundam, quam pariter atque hunc codicem saec. XVII incipiente fuisse apud Georgium Medicen supra vidimus. Nam in ipso principio additamentorum f. 80 n. 251—253 transcripti leguntur tres primi tituli recensionis secundae Arragonensis, ut qui eos scripsit, corpus id describere coepisse videatur, sed mox destitisse. Item numeri Arragonensis passim adscripti cernuntur in Medicei margine et ut tituli antiquiores non raro ibi emendati sunt ad Arragonensem (vide inter alia n. 4192), ita additorum quoque bona pars ex eo petita est. Sed tertiae quoque recensionis Arragonensianorum vestigia adsunt; ita titulum falsum n. 496* Mediceum codicem qui auxit omnino inde deprompsit neque tamen ex tabulis quae extant, sed ex codice scripto deperdito, cum locus adscriptus sit. Demptis his, quae nullam utilitatem habent, item coniecturis, quibus inscite indulsit emendator in recognoscendo corpore, a nobis saepe silentio praetermissis, restant alia, in his quaedam omnino ex lapidibus petita, ut n. 348 titulus n. 4652, qui ibi dicitur repertus a. 1601, et n. 345a titulus n. 4705, quem aliunde constat erudératum esse a. 1602, alia autem sine dubio falsa, ut n. 498*. 499*. 503*, omnia denique ita cum Rossianis coniuncta, ut vix erres, ubi horum additamentorum primarium certe auctorem ponas fuisse Octavium Rossium, de quo mox agemus. Nam et genuini duo illi redeunt in Rossianis aut Gruteri aut scriptis, cum praeterea ignoti sint aut fere ignoti, ita falsi quoque tres modo citati item adsunt in Rossianis certis licet mutati, ut fit in talibus. Quid quod unum eorum n. 503* scriptum deprehendi ab eodem librario tam in codice Rossiano infra describendo quam in Mediceo. Denique tempus convenit conveniitque etiam, quod qui additamenta illa scripsit Arragonensiana auctiora habuerit necesse est quam hodie supersunt; nam habuisse Rossium vidimus. Quare additamentis his caute utendum est pleraque eorum inter falsa ablegari, sed excussi diligenter et citavi perpetuo.

XXIX. Octavius Rossi (1570—1630) primum Grutero inscriptiones patrias subministravit, quas is posuit partim in additamentis ed. prioris (1603), partim in adnotationibus primum editis in editione secunda. Deinde ipse syllogen earum edidit inscriptam *le memorie Bresciane* Brixiae 1616 (4. pp. 340). Cogitasse auctorem de libri editione altera eaque aucta ea ostendunt quae leguntur in epistulario eius (*lettere di Ott. Rossi Raccolte da Bart. Fontana.* Brixiae 1621. 8) p. 31; et superest adhuc non recensio quidem secunda libri eius absoluta, sed eius causa facta compilatio cum titulis non paucis, qui in priore desiderantur, in codice bibliothecae Querinianae *C. I. 2 fol. ex parte autographo, ex parte a librario moderante auctore exarato, quem editione recentiorem esse et alia indicia plura ostendunt et interpolatio titulorum per gradus aucta (v. n. 4154 rel.). Felici autem casu factum est, ut recensio haec secunda Brixianos auctores fugerit, quamquam praeter edita historias eius manu scriptas diligentissimi quique, maxime Gnocchios, sedulo adhibuerant. Item modo observavimus additamenta codicis Medicei aut omnia aut certe pleraque proficisci a Rossio. Minoris momenti sunt eiusdem auctoris *elogi historici di Bresciani illustri* (Brixiae 1620. 4), item liber alius post memorias scriptus neque editus *historie Bresciane*, qui servatur autographus in bibliotheca Queriniana B. VI. 27, exemplum inde descriptum ibidem D. I. 6. Quae praeterea extant scripta Rossii edita ineditave (cf. Peroni *bibl. Bresc.* 3, 165 sq.), ad rem epigraphicam non perveniunt. — Vix ullum hominem post Ligorium tanta impudentia titulos genuinos interpolasse (v. n. 4308. 534*) et ficticios procudisse dudum constat neque ego demonstrabo meridie solem lucere, cum satis sufficiat ipsa Rossianorum compositio in appendice falsarum obvia; sed eo nomine differt a Ligorio, quod idem Brixiana sincera permulta primus edidit, ut non mirum sit posteriores quamquam Rossii indolis non ignaros tamen non abstinuisse ab eius libro usurpando. Iam vero postquam Brixianae syllogae manu scriptae saec. XVI excussae sunt, bona fortuna accidit, ut Rossii tam Gruterianam quam syllogen paene dicam abicere liceat. Nam longe pleraque desumpsit ex collectaneis, quorum nobis quoque copia est, maxime ex Solatiano aliquo libro, ni fallor ipso Corsiniano, et ex Arragonensi, quos perpetuo citat (cf. p. 17 et alibi passim); et cum multa, ut solent falsarii, sub horum nomine proferat apud eos non reperienda et sine dubio a se conficta, alia item multa vere iis accepta referre eam et in iis quoque, ubi nomina eorum non adscripsit, plerumque ab iis pendere patuit comparatione instituta. Quod autem ex Solatianis libris Corsinianum potissimum eum adhibuisse posuimus, id maxime nititur titulo ficticio Rosciae aedis n. 497* nusquam reperto nisi in supplementa Corsiniani voluminis (et hic quidem forma meliore) et in Rossianis Gruteri, ut eum Rossius aut sumpsisse videatur ex illo aut, quod magis crediderim, ipsum finxisse et volumini illi adscribendum curavisse. — Arragonensi multum se debere et alibi ait et in elogiis historicis p. 517; at non tam tabulas eius eum adhibuisse, quamquam municipium Rossii causa eas emit, quam tertiae recensionis librum scriptum plenum supra vidimus. — Praeterea si vera sunt, quae de auctore additamentorum Medicei coniecimus c. XXVIII, etiam Tottii librum Rossius versavit, quem tamen nusquam allegat. — Propria Rossius habet sincera non ita multa quaeque pleramque praeterea aut ex ipsis marmoribus aut ab auctoribus fide dignis habeamus, et paucos tantummodo titulos eosque exigui momenti omnes ex solo Rossio haec editio in ordinem receperit. — Ad fraudes quod attinet, Gruteri Rossiana ab iis immunia sunt (cf. e. c. n. 4302) dempta ea de quo modo egi Rosciae aedis inscriptione (cf. n. 4623), contra quae adiecit Rossius in historia manu scripta, cum absint a memoriis editis, falsa omnia; item posita in additamentis ad secundam memoriarum editionem paratis non omnia, sed pleraque repperi ficticia esse. Exegi autem Rossiana non cum debili illa ignavia, quae vel apud Labusium obtinet, sed cum constantia ea, qua dudum utimur in Ligorio, id est expuli omnia, quae eius fide stent habeantque vel minimam suspecti; praestat enim unum alterumve reicere ab hoc nebulone propositum fortasse non totum falsum quam universam syllogen tantae labis communione inquinare. — Citavi Rossium semper, cum utile sit scire, quid ex hac interpolatoria officina exierit necne. Ubi nudum nomen posui, intellego editionem memoriarum a. 1616, ubi additur ms., recensionem alteram codicis *C. I. 2, ex qua tamen non excerpsi nisi adiecta ab auctore nec reperienda in recensione edita. Historiae elogiaque non citantur nisi operis indice enuntiato.

XXX. Gruteri Brixiana Ferrarini habuit ex codice Verderiano, Alciatina ex Apiano, Nassiniana ex schedis Vioni, alia ex Capreolo et Nazario Manatianisque editis schedisque Pighii et Rossii et per Gutenstenium ex schedis Metelli (v. c. XVII, 4) et Ursini (cf. n. 4462). Praeterea quaedam subministraverunt Brixiae descripta Scultetus, descripta ad lacum Benacum Morosinius et Ant. Beffa Nigrinus (v. p. 324).

XXXI. Franciscus Soncinus Ludovici f. (cf. Peroni 3, 231) is, a quo supra p. 428 rettulimus scriptum esse a. 1605 codicem Bossianum bibliothecae Martinengianae, item p. 434 codicem Tottianum bibliothecae Berolinensis, inscriptiones Brixianas saepius collegit diversa ratione. Syllogae eius quas novi hae sunt.

1. *Epitaffi e marmi della città di Brescia.* Liber sic inscriptus extrinsecus foliorum 20 scriptorum formae maximae servatur Brixiae in eadem bibliotheca Martinengiana H. II. 7; qui scripsit eum, opus non perfecit, cum in indicatione loci titulo non relato finiat, neque apposuit indicem nomenve suum; auctor tamen tempusque intellegitur ex adnotatione in margine f. 17: *questo marmo è statto donato all' Illustrissimo Signore Lodovico Soncino mio padre . . l' anno 1605.* Scriptura denique ip-

sius eius est qui scripsit alterum eiusdem bibliothecae volumen modo memoratum. Sylloge haec etsi non magna est et ad solam urbem pertinet, eo nomine reliquis Brixianis omnibus praestat, quod qui eam confecit adulescens non edita scriptave exempla cum lapidibus composuit, sed ipsa saxa diligenter et simpliciter repraesentavit, neque ullus est in tota sylloge titulus, nisi quem Soncinus descripserit de lapide.

2. 'Infra scripta antiqua monumenta urbis et agri Brixiani a Fran-'cisco Soncino perill. d. Ludovici Soncini filio ex diversis auctoribus 'collecta atque summa diligentia et studio propria manu in hunc librum 'reducta fuere anno MDCVII'. Sic inscriptum librum emptum una cum Corsiniano exhibuisse sibi Zambellum Averoldus scribit misc. vol. 4 f. 227; praeterea de eo nihil mihi innotuit.

3. Averoldus l. c. f. 228' post tempus adiecit haec: 'Plures proprio 'charactere conscripsit inscriptionum Brixianarum tam urbis quam agri '[codices] d. Franciscus Soncinus; nam bono fato duo pervenerunt ad 'manus meas huiusmodi libri anno 1706 die 23. Martii, dum essem Salodii 'praetor, in quibus varias inveni inscriptiones, quae desiderantur in Rubeo 'et quas . . . meis in ms. miscellaneis exponam'. Duos hos codices a se comparatos deinde describit accurate vol. 16 f. 57. Et alterum quidem formae maximae supra p. 434 vidimus exemplum esse codicis Tottiani hodie custoditum Berolini; alterum formae quaternariae Averoldus ait inscriptum esse sic: 'Antiq. urb. Brixiae epigrammata a me Franc. Soncino 'Brix nob. domini Lud. fil. accurate collecta proprioque chyrographo facta 'ann. sal. MDCX', constare autem ex partibus duabus locorum certorum et incertorum, huic sic praescribi: 'antiq. urb. Brixiae epigram., sed nunc 'ubi sint ignoratur: ex diversis auctoribus a me ... fact. ann. sal. MDCX'. Eodem volumine usus est a. 1750 Scarella apud Sambucam Cenom. p. 225. Abstulit id ex bibliotheca Averoldiana Labus neque reddidit neque ipse neque heres eius quamquam saepe efflagitatum; quapropter de hoc standum est notitia Averoldiana iisque, quae inde in suas syllogas rettulerunt Gnocchius et Labus. Ait Averoldus Soncinum adhibuisse libros editos vel certe impressos Capreoli, Apiani, Nazarii, Arragonensis, Manutii, Laur. Schraderi; scriptos autem quinque, Matthaei Bossi canonici regularis in membranis (v. c. VI), Panduli Nassini (supra c. XVIII), librum vetustum antiquitatum Brixianarum sine auctore (qui est opinor Arragonensianus ms.), librum antiquitatum Brixianarum extantem in bibliotheca Patrum Servitarum Brixiae (qui est liber Tottianus), schedas Angeli Massini Brixiani. Vellem hunc quoque tam diligentis auctoris librum ne nobis invidissent Labusii; nam quamquam non multa, tamen quaedam certe in hoc volumine posuit Soncinus alias ignota, ut n. 4244 et mirificam tegulam n. 575* (cf. n. 4548). Alia ex hoc libro enotata, ut n. 4585. 4639, Soncinus traxit ex syllogis iis quas supra secundum Averoldum indicavimus. Auctoris nescio cuius ex his errore deceptus Veronenses quosdam titulos (ut n. 3272. 3703) male rettulit inter Brixianos.

XXXII. Petrus Paulus Ormanico quas inscriptiones collegit, extant manu eius scriptae in bibliotheca Queriniana D. VII. 24, quocum iunge alterum volumen D. VII. 14. Pleraeque redeunt in libro edito: *considerationi sopra alcune memorie della religione antica dei Camuli o Camuni, popoli antichi di Val Camonica*. Brixiae 1639. 4. pp. 112 et app., quae maxime pertinet ad inscriptiones, pp. 16. Eiusdem alter libellus: *discorso intorno l' iscrittione d' antico marmo nel tempio di S. Gioseppe in Brescia* [huius syllogae n. 4510] Mediolani 1656. fol. minoris utilitatis est. — Auctor non indiligens et optimae fidei titulos potissimum dedit ex libris Mediceo Nazario Rossio; habet tamen quaedam ex ipsis lapidibus descripta et nonnulla servavit solus. — Ab Ormanico in titulis pendet fere pater GREGORIUS DI VAL CAMONICA (*curiosi trattenimenti, continenti raguagli sacri e profani de' popoli Camuni* Venetiis 1698. 4. pp. 669); ex eo solo enotavi quae aliunde habet perpauca.

XXXIII. Fortunatus VINACCESI (1632—1713) denuo edidit Rossii librum Brixiae 1693. 4 pp. 332 auctum inscriptionibus ineditis. Earum causa inprimis schedas excussit, de quibus supra diximus, magistri Alexandri Totti, quas etiam in praefatione laudat, pluraque inde protulit, in his etiam Polensia male relata inter Brixiana. Ex iis, quae praeterea addidit, partem acceptam refert Leonardo Cozzando praelu-ciuli (cuius notas ms. ad Manutii orth. citat Labus *tribu e dec.* p. 30 n. 253), alias sumpsit ex Grattarolo descripsitve ea ipsis marmoribus apud Averoldum alibive servatis. Rossiana raro attigit. — Latina versio libri Rossiani cum additamentis Vinaccesii inserta voluminis quarti parti secundae thesauri Graeviani Burmanniani propriam utilitatem non habet (cf. supra p. 429).

XXXIV. Franciscus BIANCHINI in cod. ms. bibliothecae capitularis Veronensis n. CCCLIX f. 262 quae rettulit epigrammata Brixiana, ea ex lapidibus diligenter satis excepit; parum tamen inde profecimus, cum et pauca sint et aliunde nota. Usus est hisce schedis FABRETTIUS auctorem aliquoties nomine laudans, saepius reticens.

XXXV. Ioh. Iac. DUGAZZI THEODEMIRO Saloditanus quem librum scripsit inscriptum *Informatione dell' origine et antichità de' popoli della Riviera Benacense*, repperi Mediolani in Ambrosiana (D. S. III. I. 2); praeterea excerpta inde habui duplicia, primum in volumine quarto miscellaneorum Iul. Ant. Averoldi f. 60—104, cui ipse auctor librum exhibuit a. 1698, deinde sumpta ex archetypo apud Matth. Cantonium tum servato mecum communicata a Peracinio Saloditano. At nulla omnino utilitas est Dugazzianorum, cum Dugazzius omnia sua compilarit ex Grattarolo et Rossio et ne Saloditana quidem ex lapidibus eum excepisse recte ei exprobret in adnotatione Averoldus; nec hic eius mentionem fecissem, nisi vidissem aliquoties eum nominari apud Labusium allegationibus cumulandis magis intentum quam expendendis.

XXXVI. Iulius Antonius AVEROLDI (1651—1717) non solum lapides scriptos aliquot domi suae congessit, quorum plerique hodie prostant in museo publico, sed alios quoque non multos vel ab amicis descriptos accepit vel ipse descripsit. Quos ipse possidebat titulos paucis additis non suis edidit in fine voluminis cui *le scelte pitture di Brescia additate al forestiere* (Brixiae 1700. 8. pp. 292), cum antea eos Vinaccesio subministrasset; alios misit Camillo Silvestrio, in cuius schedis Averoldi de iis epistulae adhuc extant Rovigi, alios Muratorio aliisque eius aetatis viris doctis. Praeterea quae reliquit miscellaneorum volumina XXI (servata adhuc Brixiae apud posteros auctoris et ibi a me inspecta) ad epigraphiam quoque quae pertineant continent, maxime tamen ex collectaneis aliorum petita, ut supra vidimus, ubi egimus de Corsiniano libro et Soncinianis et Dugazzio. Ita factum est, ut sub nomine schedarum Averoldianarum apud posteriores, maxime Gnocchium passim citatarum plerumque lateant auctores alii, praesertim Soncinus.

XXXVII. Paulus GAGLIARDI sive Galeardus (1676—1742) canonicus Brixianus quae indagavit, maxime agrum Camunnorum peragrans a. 1716 et 1722, ea partim leguntur in schedis eius servatis inter Brognoliana (alia eiusdem collectanea, quae habuit Labus citavitque *iscr. Bresc.* p. 97 et al., ego non vidi), partim in libro edito *parere intorno all' antico stato de' Cenomani* (prodiit primum seorsum Patavii 1724. 8, pp. 165, deinde auctus ex schedis auctoris apud Antonium SAMBUCAM *memorie istorico-critiche intorno all' antico stato de' Cenomani* Brixiae 1750 fol. pp. 71—138), partim apud Maffeium Muratoriumque, quibuscum Gagliardius sua communicabat. Pleraque tamen etiam eorum, quae ait superesse, desumpsit ex Rossio. — Sambucae miscellanea illa (pp. 476), quibus continentur qui de controversiis inter Brixianos Veronensesque per eos annos prodierant libelli, non multum profuerunt, quamquam editor ait (p. 14) titulos quicumque citarentur ad lapidum librorumve fidem se exegisse.

XXXVIII. Petrus GNOCCHI (n. a. 1688, m. a. 1781; cf. Peroni *bibl. Bresc.* 2, 130) sacerdos saecularis et organista ecclesiae cathedralis artisque musicae praeceptor Brixiae summa diligentia per annos complures lapides scriptos tam in ea urbe quam per agrum investigavit plenumque inscriptionum Brixianarum adhuc repertarum corpus elaboravit sic inscriptum: *Le antiche iscrizioni Bresciane nuovamente riscontrate e corrette con l'aggiunta di non poche fin' ora inedite.* Sylloge huius codex autographus scriptus forma maxima paginis 277 post obitum auc-

toris venit ad Ludovicum Aricium Brixianum; deinde fuit apud Brognolium; hodie servatur apud Clementem de Rosa, qui et Brixiae cum apud me haberem humanissime permisit. Supplementa quaedam item autographa, sed exigui momenti, extant in alio eiusdem bibliothecae volumine inter schedas Brognolianas. Eo ipso codice cum usus sit Donatus (cf. praef. vol. I p. 11), excerpta eius solita incuria facta nullam utilitatem habent; neque utilius est apographum non accurate factum, quod et ipsum vidi, descriptum, sicut Vinc. Peronius in fine testatur, a. 1795 ex autographo ab Aricio custodito, servatum hodie Brixiae in bibliotheca seminarii adhibitumque a Labusio. Contra non neglegendae fuerunt collectanea Gnocchiana iam collocata in bibliotheca Mantuana E. I. 54, in quibus praeter alia hodie inutilia, maxime excerpta ex Maffei museo Veronensi editisque aliis, habentur in principio f. 1—10 tituli quidam in agro Brixiano descripti a Gnocchio, quos contuli et citavi. — Syllogen Gnocchius elaboravit circa a. 1753. 1754; nam lapidum colligendorum causa scribit adiisse se illo anno Manerbium (p. 110) et Navolentum (p. 248), hoc peragrasse valles Trompiam (p. 160) et Camonicam (p. 228), neque hoc anno, quem alibi quoque memorat (p. 255 256), nominat posteriorum. Denique absolutam fuisse syllogen constat ante a. 1765, quo prodiit prius volumen corporis Sebastiani Donati cum multis ex hoc ipso volumine depromptis. — Divisit Gnocchios syllogen secundum argumenta titulorum, ut priore libro componeret monumenta publica municipaliaque, secundo privata tam sacra quam sepulcralia*). Fundamentum operis esse voluit Rossii commentarios a Vinaccesio auctos, a quibus qui absunt tituli distinguuntur ab auctore stellulis duabus appositis; praeterea adhibuit ex editis maxime corpora Gruteri Reinesii Muratorii Maffeii, item Manutii orthographiam et ex auctoribus Brixianis Capreolum et Ormanicum, ex scriptis libris unum codicem Averoldi, id est syllogen Ludovici Soncini maiorem (v. supra c. XXXI, 3). His copiis usus est bona fide neque indiligenter, at etiam pleramque satis certo distinguas titulos ipsi visos a desumptis ex libris; nam cum totum agrum data opera perlustrasset, titulos quos non repperisset, superesse negat, denique consuetudine sibi propria in locis indicandis, maxime adiectione caeli regionis eius, ad quam tituli spectarent, sibi visos esse titulos prodit. Auctoritates quoque adscribere raro omisit. Ita multa sunt in hoc auctore laudanda, optima fides, magna industria, animus ad veram crisin non arte formatus, sed natura instructus. Nihilo minus in titulis iam ante descriptis Gnocchiana parum prosunt; nam Gnocchius cum itinera ita faceret, ut exempla ante excepta secum ferret, sive inertia quadam sive sui diffidentia mendas eorum, maxime graviores raro attigit lapidesque inspexit magis quam descripsit, ut evidentissimae quaeque et gravissimae interpolationes suo loco remanerent; vide e. c. n. 4598, ubi MVCIANVS reliquit pro MVCIANI; n. 4256, ubi ne veram quidem versuum distributionem restituit; n. 4353, qui titulus propositus fuit Brixiae in foro publico; item n. 4582. 4902. Magis profuit titulis a se primum repertis, qui multi sunt et in his magni momenti quidam; etsi hic quoque saepe dolendum est bonam auctoris indolem artis exercitio et scientiae solidae adiumentis caruisse.

XXXIX. Balthasaris Zamboni archipresbyteri Calvisani, cuius extat editus commentarius de publiciis aedificiis Brixiae (*memorie intorno alle pubbliche fabbriche di Brescia* Brixiae 1778. fol.) diligentissime scriptus, item alter libellus inscriptus sic: *Bald. Zamboni a S. E. il N. U. Prospero Valmarana eletto protettore della comunità di Carpenedolo* (Brixiae 1781. fol. pp. 41), vidi volumen scriptum apud Clementem Rosam miscellaneorum epigraphicorum petitorum fere ex Arragonensis et Gnocchii manuscriptis iis quae et ipse versavi. Pauca utilia continuit. — Exemplum Rossii adnotatam ab eodem vidi Brixiae apud Antoninum Lodrinium sacerdotem, sed parum profuit. — Schedas denique eiusdem nuper illatas in bibliothecam Quirinianam inspexi neque ad meam rem facere vidi.

XL. Ex Pauli Brognoli nobilis Brixiani, qui floruit fine saeculi XVIII et initio XIX ediditque praeter alia librum inscriptum *nuova guida di Brescia* (Brixiae 1826), schedis servatis hodie Brixiae apud Clementem Rosam adhibui tria volumina, unum formae maioris, quod citavi folii numero addito, habens praeter appendicem Gnocchii ipsius '*aggiunta di nuove iscrizioni mancanti nel ms. del Gnocchi*', duo alia formae minoris a me citata sub nomine miscellaneorum, quibus continentur epistulae Iosephi de Lama, Isidori Bianchi, aliorum ad Brognolium scriptae annis 1798—1803, item epistula Guarnierii Ottoni ad Lud. Aricium a. 1787, denique schedae variae maximam partem epigraphicae. Pleraeque earum pertinent ad titulos ex agro Brixiano per eos annos translatos in urbem, cui translationi Brognolius praecipue curam impendit et Gnocchianis maxime usus propter locorum notitiam provinciam ob eam rem data opera peragravit. Scribit de ea re ad eum sic Isidorus Bianchi Cremona 13 Oct. 1799: *Ho sentito, che V. S. ill*[ma] *si è pensato di raccogliere costà tutti i marmi eruditi, che andavano dispersi, e di renderli col tempo anche noti alla Repubblica letteraria, riformando l'edizione delle Inscrizioni Bresciane del loro celebre Rossi.* Insunt praeterea excerpta ex Averoldianis, scheda quaedam Gagliardii aliaque varia, in his non pauca utilia.

XLI. Ludovicus Aricius († 1810) quae ad Arragonensis collectanea a se a. 1778 descripta adiecit sub numeris 472—505 (v. p. 432), ea ipse scribit nuper (*in questi ultimi tempi*) reperta esse. Exempla eadem fere sunt atque Brognoliana diligenter excepta, sed loci indicatione destituta.

XLII. Hieronymus Ioli per multos annos custos musei Brixiani etsi locum non tenet inter eos viros, qui eruditi aut sunt aut certe appellantur, tamen eximia industria et peritia sua vere is est, qui hoc saeculo Brixianam epigraphiam universam stabilivit, non solum museo quantum potuit aucto per itinera ab ipso suscepta, sed etiam catalogo condito, qui servatur ibidem sic inscriptus: *Repertorio degli oggetti d' arte esistenti nel museo Bresciano iniziato sotto la Presidenza dell' Ateneo del Nob. Sig. Girolamo Monti e compiuto per ordine del Presidente Sig. Cav. Giuseppe Saleri dal custode Girolamo Ioli nell' anno 1846.* Descripti habentur in hoc libro exemplis optimis delineatis magis quam scriptis et tituli publico iussu collecti a. 1798 in claustro S. Dominici (f. 10 seq.) et quos comparatos a comite Ludovico Lechi res publica emit a. 1825 (f. 26 seq.), praeterea qui cum a privatis plerisque tum ab oppidis viciave provinciae secundum epistulas Athenaei de ea re circulares propositas a. 1824 Oct. 24 singillatim in museo collocati sunt (f. 42 seq.). Ex iis quae modo rettuli simul intellegitur, quo tempore institutum et perfectum sit lapidarium publicum Brixianum iam expositum in nobilissima Herculis quam dicunt aede publico iussu purgata et in musei formam restituta. Id museum cum non complectatur fere nisi titulos urbis et provinciae, in secundo eo genere museorum municipalium et numero titulorum et accurata originis indicatione Iolii cura cum ipsis lapidibus appicta tum in catalogo perscripta et omnino prudentissima rerum administratione sine dubio primum locum obtinet et vel eo nomine insigne est, quod non tam unius hominis operae debetur quam civium Brixianorum gnavae et perpetuae rerum patriarum curae. — Titulis in museo servatis in catalogo eius Ioliano adduntur non solum reliqui extra museum in aedificiis publicis intra urbem expositi (*monumenti antichi di ragione comunale sparsi per la città* f. 1—9), sed etiam alii non pauci, qui in museo ipsi non extant, ut catalogus qui dicitur prope accedat ad corpus Inscriptionum Brixianarum. — Praeter catalogum filius Hieronymi Valentinus, ut vivi patris adiutor ita defuncti successor, exhibuit mihi libellos duos ab eo per itinera exaratos habentes inscriptiones quasdam a patre descriptas, quos libellos citavi sub nomine auctoris (monumenta antiqua 1826 et mon. ant. II). Denique quae pictae visuntur in musei parietibus inscriptiones, proficiscuntur ab eodem Iolio; ab his

*) Dabimus ad operis formam declarandam inscriptiones capitum utriusque libri primorum postremorumque. L. I c. 1: *Aiuti considerevoli prestati da Bresciani a Romani non solamente nella guerra cogl' Insubri e coi Boi, ma anche nella seconda guerra Punica contro Annibale.* C. 2: *Brescia vien ascritta da' Romani alla tribu Fabia* .... C. 32: *Deplorabile disperdimento fatto di statue e di lapide antiche nella terra di Manerbio.* L. II c. 1: *Qual fusse l'antica religione de' Bresciani ed in qual luogo da' medesimi fusse eretto il tempio di Giove.* ... C. 18: *Iscrizioni antiche d'uffiziali e di genti di guerra.* C. 19: *Iscrizioni antiche cristiane della primitiva chiesa Bresciana.*

tamen abstinui, cum eas sumpserit ex exemplis aut editis aut aliunde satis notis.

XLIII. Iohannes Labus (natus Brixiae a. 1775 Apr. 10, mortuus Mediolani a. 1853 Oct. 6) praeter commentarios quattuor ad Brixiam potissimum spectantes (*Sopra una colonna letterata di Maguzzano* Brixiae 1812. pp. 15. 8. — *Sulla tribù e sui decurioni dell' antico municipio Bresciano* Brixiae 1813. 8. pp. 54. — *Intorno varj antichi monumenti scoperti in Brescia* Brixiae 1823. 4. pp. 143. — *Di una epigrafe antica nuovamente uscita dalle escavazioni Bresciane* Mediolani 1830. 8. pp. 32) easque quae de inscriptionibus Brixianis ab ipso scripta posita sunt in primo et adhuc unico volumine musei Brixiani (*Museo Bresciano illustrato.* Brixiae 1838. Tabb LX et pp. 224. fol.) iussu Athenaei Brixiani syllogen composuit inscriptionum Brixianarum, cuius pars typis vulgata est sub titulo *marmi antichi Bresciani raccolti nel museo patrio classificati e illustrati*; editio tamen morte auctoris abrupta est, at exempla etiam maxima plena subsistunt in p. 231 neque habeant nisi sacras omnes (p. 1—141), historicas (p. 142—178), alienas (p. 185—231). Succedunt autem in locum schedae Labusianae servatae in Athenaeo Brixiano, quarum primum exempla habui, deinde ipsas Brixiae versavi. Absunt quae pertinebant ad titulos a Labusio editos, adsunt reliquae omnes, habentes nudas inscriptiones singillatim perscriptas neque adnotatas, adiectis tamen auctoribus. Titulorum exempla ubi fieri potuit desumpta sunt ex musei catalogo Ioliano, cuius errores passim apud Labusium redeunt, reliquorum addita aliunde, maxime ex Gnocchio. Nobis tam edita quam inedita Labusii parum profuerunt. Nam ex supellectile ea, quae Labusio in Brixianis suppeditabat, sane copiosa et egregia quae nobis defuerunt, maxime Solatianus codex Labusii (c. XVI) et collectanea Sonciniana (c. XXXI, 3), item schedae Gagliardianae quaedam (supra c. XXXVII) et Guadagnini archipresbyteri Cividatensis in valle Camonica (cf. Labus *marmi Bresc.* p. 27), inde tam rara et exilia attulit Labusius et in editis et multo magis in ineditis, ut vix quicquam inde didicerimus. Omnino Labus criticis subsidiis eatenus usus est, at in codicum librorumque nomenclatura non minus fastidiosa quam inutili subsisteret; in doctrina autem eatenus eum profecisse, quatenus epistulis Borghesianis adiutus fuit, post eas publice editas iam nemo ignorat.

XLIV. Iosephus Brunati Brixianus († 1855), societatis Iesu, praeter pauca Brixiana, quae protulit edens musei Kircheriani inscriptiones (Mediolani 1837. 4), in libro, quem edidit bis, primum sub titulo *leggendario e vite di Santi Bresciani* (Brixiae 1834. 8. pp. 219), deinde sub titulo *vita o gesta di Santi Bresciani* (Brixiae 1854. 1855. 2 voll. 8), in utraque editione, nempe in priore in epistula ad Ang. Maium p. 189 seq., in posteriore in capite 2, 185—228 inscripto *antiche iscrizioni cristiane bresciane*, Brixianorum titulos christianos proposuit et explicavit, quorum tamen plerique ad medium aevum spectantes hac sylloge non comprehenduntur. Non vidi eiusdem 'museum Benacense ethnicum sive 'inscriptiones Benacenses in sacras, historicas et funebres distributas 'commentariis subiectis', quas schedas servari Brixiae in bibliotheca Athenaei Odoricius (*stor. Bresc.* 1, 314 et al.) ait errore; ibi enim non extant nisi notae quaedam Brunati manu scriptae ad Labusii corpus inscriptionum Brixianarum. Auctor diligens magis quam doctus non multa affert ei utilia, cui datum est uti ipsis copiis epigraphicis servatis Brixiae; nos ex libris scriptis ad Brixianam epigraphiam pertinentibus, quos Brunatius diligenter recenset 2, 184—188, quos quidem ille vidisset, ipsi pariter adhibuimus omnes et ut adnotationes ad Labusium nihil omnino nobis suppeditarunt, quo uteremur, non magis quicquam repperimus ex schedis eius prolatum, quod earum desiderium moveret.

XLV. Gelmini Brixiani mortui a. 1863, qui diligenter et perite monumenta patria maxime medii aevi indagavit et delineavit, schedas iam servatas in bibliotheca Athenaei excussi.

XLVI. Friderici Odorici adhibui haec: 1) *Antichità cristiane di Brescia* Brixiae 1845. 1858. Voll. 2. fol. — 2) *Brescia Romana illustrata. Parte I.* Brixiae 1861. 8. pp. 72. — 3) *Storie Bresciane.* Brixiae 1853—1861. Voll. 10. 8. — 4) *Brescia Romana e sue cristiane memorie sino al cadere del secolo V.* Brixiae 1854. 4. pp. 124; quo libro quindecim solis exemplaribus impresso repetitur prima pars voluminis secundi eodem anno editi historiarum cum additamentis. — Odoricus in titulis totus pendet ex Labusio et Brunatio adhibitis item schedis Gelminii. Ego nova tantum utiliaque inde enotavi omissis iis quae ex editis deprompsit.

XLVII. Paulus Perancini Saloditanus praeter libellum editum *Barbarano e il palazzo Martinengo* (Salò 1864. 8. pp. 35) exhibuit mihi syllogen sic inscriptam: *Lapidario Benacense* scriptam a. 1866, sed ita male factam, ut inde non admiserim nisi paucos titulos nuper inventos. Nam reliqui omnes venerunt ex libris editis pessime adhibitis, sive ipse eos ita digessit sive Podavinius nescio qui, cuius aliquoties citat lapidarium Benacense manu scriptum.

XLVIII. Ego saepius moratus Brixiae feci quod potui, ut huius urbis tituli et numero multi et rerum copia insignes ad lapides librosve quantum fieri posset emendarentur, qua in re cum Brixiani qui potuerunt omnes me adiuverunt tum maxime optimus amicus Petrus da Ponte.

Brixia gentis Gallicae Gonomanorum (sic Polybius) sive Cenomanorum caput (Livius 5, 35, 1. 32, 30, 6; Plinius 3, 19, 130; Ptolemaeus 3, 1, 31; cf. Iustin. 20, 5, 8), ut promiscue nominentur modo Cenomani modo Brixiani (Liv. 21, 25, 14 cf. 21, 55, 4.), Veronae autem alterius magnae urbis gentis eiusdem Brixia mater dicatur (Catullus 67, 34), in terra Transpadana sine dubio primarium locum obtinuit, ex quo regio ea Romanorum facta est, quoniam Cenomani et soli ex Gallis trans Padum degentibus in dicionem venerunt non belli iure sed foedere (Polyb. 2, 23 cf. c. 24. 32; Liv. 21, 25, 14. c. 55, 1; Strab. 5, 1, 9 p. 216) at Gallis iis post finitum bellum Punicum rebellantibus in ipso discrimine a sociis desciverunt (Liv. 31, 10. 32, 30. 33, 23; cf. 39, 3 et Diodorus p. 575 W.). Postea tamen quamquam Brixia eum locum tenuit et titulorum, quos inde habemus, numero ad primaria harum partium oppida prope accedit, tamen Veronae Patavique splendorem et frequentiam non aequavit, a Strabone (5, 1, 6 p. 213) numerata inter secundi ordinis Transpadana oppida. Coloniam eo deductam esse intellegitur ex Plinio l. c.; quod quando factum sit, tacentibus auctoribus aliquatenus colligitur ex inscriptionibus duabus n. 4212, unde plenum eius nomen didicimus *coloniae civicae Aug(ustae) Brixiae* et n. 4309, qua teste Augustus et Tiberius *aquas in coloniam perduxerunt* (cf. n. 4466, ubi item *colonia* dicitur; neque obstant *honores municipales* n. 4417. 4478. 4499). Deducta est igitur ab ipso Augusto post a. 727, quo eo nomine uti coepit; *civicae* denominatio fieri potest ut aliquod discrimen indicet inter hanc coloniam et reliquas post Actiacam victoriam in Italia ab Augusto deductas militares, cum praesertim veteranorum tituli tales, quales exempli causa multos habemus Ateste et Beneventi, Brixiae certe in urbanis non reperiantur (cf. n. 4987).

Magistratus, sacerdotes, collegiati iungantur hi. Primum locum inter magistratus tenent *duo viri iure dicundo* (n. 4384) sive *duo viri* nude (n. 4374. 4462); reperitur item *adlectus inter duovirales* n. 4386. Accedente censurae officio iidem dicuntur *duo viri quinquennales* (n. 4201, qui titulus est a. u. c. 746, n. 4212. 4368. 4374) sive *quinquennales* nude (n. 4373). In vicem eorum subeunt *praefecti iure dicundo* (n. 4212. 4469?. 4487. 4495. 4957), inter quos item sunt *praefecti iure dicundo quinquennales* (n. 5007 Brixiae nomine enuntiato); eodem pertinet *praefectus Neronis Caesaris* (n. 4374). Praeterea reperiuntur *quattuorviri iure dicundo* in titulis duobus Brixianis urbanis n. 4412. 4427, quorum alter etiam tribum Brixianorum habet; prior eo magis offendit, quod simul duoviratus mentionem facit sic: *IIII vir i. d. q. II v.* . . . . . Fortasse quattuorviri hi magistratu functi sunt post civitatem Romanam Brixianis datam lege Iulia, antequam colonia eo deducta est, quo tempore Brixiam sub quattuorviris fuisse consentaneum est. Contra *IIII viri* nude sic dicti et numero quattuor tituli Gottolengensis n. 4131, si quidem et hi recte referuntur ad Brixiam, non videntur esse nisi duovirum aediliumque duo collegia uno nomine comprehensa. Secundo loco *aediles* sunt (n. 4384. 4385. 4393. 4413. 4419. 4457. 4475,

4957. 4981), quorum item vices agunt *praefecti aedilicia potestate* (n. 4459. 4468. 4904). *Quaestores* reperiuntur tam *aerarii* (n. 4444. 4459) quam *alimentorum* (n. 4384), plerumque nuda (n. 4212. 4368. 4386. 4408. 4418. 4490. 4443. 4471. 4475. 4487. 4495. 4957), sed et inter honores quaestura sit certumque locum obtineat. — *Defensor rei publicae Brixianorum* nominatur n. 4459. — Ex sacerdotiis maioribus *pontifex* saepe invenitur (n. 4192. 4365. 4373. 4374. 4462); contra raro *augur* (n. 4368). Adsunt item *flamines divi Iuli* (n. 4384. 4459), *divi Augusti* (n. 4386), *divi Traiani* (n. 4368), *sacerdotes* feminae *divae Iuliae Augustae* (n. 4458, si recte emendavi) et *divae Plotinae* (n. 4387. 4485); quibuscum iungendi *flamen perpetuus sacerdos urbis Romae aeternae* n. 4484, *sacerdotalis*, qui item dicitur *principalis omnibus honoribus functus*, n. 4333. Minoris dignitatis sunt *sacerdos XVviralis* mulier n. 4400, item *mater synagogae Brixianorum* n. 4411. — *Sexviri Augustales* (rarius *sexviri* nude) passim reperiendi Brixiae in praecipuo honore videntur fuisse; nam quamquam etiam libertini multi ad sexviratum pervenerunt (ut n. 4401. 4403. 4423, in quibus titulis patroni nomen enuntiatur, cum in aliis multis sola cognominis forma libertinitatem prodat), tamen ingenui, etiam tribum rusticam habentes plerique in eo numero inveniuntur adeoque sexviri aliquot postea ad decurionatum magistratusque provecti (n. 4212. 4393. 4457), quem processum paucae tantum respublicae admiserunt. Sexviros hos *ex permissu divi Pii arcam habuisse* intellegitur ex n. 4428, qua propter, ni fallor, appellantur *sexviri Augustales socii* in eodem titulo similiterque n. 4203, *collegium sexvirum socciorum* n. 4410. Sexviros *gratuito* factos habes n. 4431. 4439, *iterum* factos *gratuito* n. 4480, *iterum* factos *decurionum decreto* n. 4405. Duo *curatores ordinis* eius nominantur n. 4203, *quinquennales* fortasse n. 4449. *Sexvir Flavialis* n. 4968 utrum ad Brixiam pertineat an ad Camunnos, incertum est. — *Collegium iuvenum* nominatur n. 4355, *sacerdos* eius *primum institutus* n. 4416, alius n. 4459. *Collegia* duo *fabrum* et *centonariorum* saepe memorantur et quidem plerumque coniuncta, ut sub eodem *curatore* sint (n. 4333) et simul manumittant (n. 4422 *Fabricii Centonii collegiorum liberti*) tituloseque una dedicent (n. 4368. 4386. 4396. 4397. 4406. 4408. 4416. 4454. 4477. 4483. 4488), quamquam alibi seorsum nominatur tam collegium fabrum (n. 4048. 4391. 4433. 4448. 4489) quam centonariorum (n. 4324. 4387. 4415. 4426. 4452. 4491. 4498) quique rem legatumve collegiatis relinquunt, relinquunt non collegiis illis, sed alteri utri eorum (n. 4391. 4433; cf. n. 4488. 4489). *Officiales* sive *magistri* (promiscue enim vocabula ponuntur) collegii centonariorum adsunt n. 4468. 4489 (cf. n. 4449: *in omnibus collegiis magisterio perfunctus* et *magister[io] eorum offic[io] functi*). Rarius nominantur collegia *dendrophororum* (n. 4388. 4418. 4477), qui ob immunitatem sibi confirmatam patronum honorant (n. 4341) et cum fabris centonariisque sub eodem patrono sunt (n. 4477; cf. n. 4484 *patronus collegiorum omnium*); *iumentariorum* n. 4211. 4294; *pharmacopolarum publicorum* n. 4489, ut mittam collegia domestica Larum n. 4340. 4432. 4440. Accedunt *lanari coatores* n. 4504. 4505, *lanari pectinarii* n. 4501; quibus addere potes *fabrum tignuarium* n. 4216, *sarcitorem* n. 4509 similiaque. — Tribum Brixianorum Fabiam fuisse tituli passim patefaciunt tam Brixiani quam externi (Grotefend imp. Rom. trib. discr. p. 40).

Ager Brixianus quatenus pervenerit cum satis definiri non potuerit, hoc capite praeter urbanae originis nos comprehendimus titulos eius regionis, quam propria Brixianorum fuisse ambigi nequit, nempe ad occidentem quidquid inter urbem et lacum Benacum in agro Salodiensi repertum est, ut Lonati et Desenzani inventi contribuerentur cum Sirmionensibus (cf. p. 400), reperti ad Fasanum et ulterius seorsum in capite Benacensium proponerentur. Ad meridiem cum difficile sit terminum stabilire inter Brixiam et Mantuam Cremonamque, repertos Bagnoli et ultra composuimus c. XLIV, quamquam vix dubium est plerosque eo capite comprehensos et ipsos ad Brixiam recte referri. Bergomum versus ad Ollium et lacum Iseum substitimus, ut reciperentur tituli reperti Clusane et Isei Marazzinensi n. 4935 reiecto inter Camunnenses; in valle Trompia ad Concesium. In hac suburbana regione vici nominantur *vicus Herc(uleus)* n. 4488, *castellum Ingenan . . .* n. 4488, *vicus Minervius* tribus titulis, quorum primus n. 4421 innotuit ex ipsa urbe; secundus n. 4450 erudertas est Nave, ubi et alii tituli non pauci reperti sunt et honorarii duo ad domus imperatorias Iuliam et Claudiam spectantes n. 4309. 4311; tertius n. 4451 Lograti loco longe inde remoto. Denique notabile est Erbusci, qui est pagus XIII m. p. Brixia ad occidentem, item Pievedizii, qui est pagus X m. p. a Brixia ad meridiem, aedificia nescio quae facta esse a C. Caesare dictatoris filio e. a. u. c. 710. 711 (n. 4305. 4306). Prope Erbuscum autem fuerit necesse est statio Tetellus, distans secundum itinerarium Hierosolymitanum denis m. p. tam a Brixia quam a Tellegatis, hodie Telgate. — Seorsum composuimus titulos civitatium quattuor Benacensium (circa Toscolano vicum ad lacum), Sabinorum (*val Sabbia*), Trumplinorum (*val Trompia*), Camunnorum (*val Camonica*), item repertos Rivae ad summum lacum Benacum et supra Rivam in valle Giudicaria. Civitates Vardagatensium et Dripsinatium, quarum curator et patronus homo Brixianus nominatur n. 4484, quo loco fuerint adhuc ignoratur, ut ne hoc quidem constet in partibus Brixianis eas quaerendas esse (vide ad n. 4484). Illarum vallium tituli an magis separandi fuerunt, quod Brixianis attributae quidem fuerunt, sed ut manerent ibi civitates antiquae aliquam rem publicam habentes. Quid quod Camunni certe tribum suam Quirinam habebant, non Fabiam Brixianorum, et duoviros suos iure dicundo. Ceterum quae ratio inter civitates attributas et rem publicam cui attributae fuerunt intercesserit, nec facilis nec brevis quaestio est neque omnino ea quae hoc loco institui possit, nedum absolvi. Nos praeter ea, quae in praefationibus capitum sequentium attigimus (cf. item n. 532 ibique adnotata), hoc unum monebimus incolas illarum civitatium munera honoresque Brixiae ita capessivisse videri, ut ad summum IIviratus honorem non admitterentur; certe magistratus Brixiani ibi non inveniuntur nisi praefecti iure dicundo, aediles, quaestores. Rei publicae autem, quae honorem aliquem alicui tribueret, eo nomine pecuniam certam solutam esse itaque rem publicam reditum aliquem a civibus ita sibi attributis percepisse et aliunde apparet et ex titulo n. 4981 aedilis Brixiani decurionisque, qui decurionum decreto extra ordinem honorem gratuitum accepit.

4197 litteris pravis, sed certis. Roncadella III m. p. a Brixia ad ecclesiam omnium sanctorum GNOCCHI. Ibi fuit in domo Antoniae Ceruti, nunc est Brixiae in museo.



ALO
SEX · NIG
SOLLONIVS
s V·S·L·M

Contuli. Habent Gnocchi ms. p. 189 (inde Donat. 55, 3; Orelli 1957 cum adn. Labusii); Ioli cat. mus. f. 43; Labus p. 97 n. 137.

4198 Brixiae ad S. Faustinum ad parietem claustri prope stabulum et sub portica MED.; in aedificatione nova S. Faustini ARRAG.; nuper rep. in monasterio S. Faustini maioris NAZ. 1562; *nel giardino di S. Faustino incastrata nel muro riguardante a mezzogiorno* GNOCCHI.

DEO · ALO
SATVRNO
SEX · COMMO
DVS · VALERIV
s V · S · L · M

Arragonensis ms. n. 128 = 139 eodemque exemplo Mediceus in add. n. 284 et Totti p. 101 n. 280; Nazarius 1562 p. 44 (inde et ex Rossii schedis Grut. 1009, 11); Rossi p. 136 = Vinaccesi 135 (inde Spon. misc. p. 115; Marini Arv. tab. 66; Orelli 1510); Gnocchi ms. p. 128 (inde Donat. 33, 1); Zamboni *pubbl. fabbr. di Brescia* (1778) ante praefationem dedit in ornamentis depictam; Aur. Guarnieri Ottoni, qui vidit lapidem, in epistula ad L. Aricium data Venetiis 23 Iul. 1787 (inter Brognoli ms.). A prioribus Labus p. 97 n. 136, citans etiam Gaghardi schedas.

1 DCO pro DEO Zamboni. — ALO Arr. Med. 2 Totti Rossi (Grut.) Zamboni et sic Rossium reprehendens Vinacc., ALO Guarn., MALO Gnocchi, AVLO Med. 1 Naz., ARVALO Rossi (mem. Brix.) et sic 'forte ARVALO' Tottius in margine. — 3 COMO Med. Naz. — 4 VALERIV Arr. Guarn., VALER Med., VALERIVS reliqui.

4198 *a* Calcinati ad portam ecclesiae GRUT.; *presso la casa della fabbriceria* IOLI. Nunc Brixiae in museo.

]APOL
/ERENTIVS
V·S·L·M

Contuli. Habent Grut. 1010, 7 ab Aotonio Beffa Nigrino (inde Gnocchi ms. p. 165); Labus p. 51 n. 63.

4199 Gussagi in aedibus Averoldi olim, inde ab n. 1828 Brixiae in museo.

APOLLINI
DIANAE
C · CORNELIVS
ACVTVS
ET · TERTVLLA
ET · IANVARIA

Contuli. Habent Vinaccesi (1693) p. 232; Averoldus p. 280 et apud Mur. 24, 8; Gnocchi ms. p. 155; Ioli cat. mus. f. 65. 67; Labus p. 51 n. 62.

4200 ara exigua. Brixiae rep. a. 1541 in loco *de la Carità* NASS. GRUT.; apud medicum Calzavaccam ARRAG., quas aedes esse in foro Novarino addit ROSSI; *trovata nel muro della casa del Sig. Francesco Ambrogi agli Scavi* IOLI. Nunc in museo.

BERGIM
M · NONIVS
M·F·FAB
SENECIANVS
V · S

Contuli. Habent Nassino ms. f. 207 (inde Grut. 1159, 3 a Viono; ex Grutero, ut apparet, Fabrett. 670, 533); Arragonensis ms. n. 41 (in cuius schedis male Labus negat extare); Rossi p. 91, citans Arragonensem (inde Mur. 97, 3); Gnocchi ms. p. 132 ex Vinaccesio et ms. Averoldi; Ioli cat. mus. f. 53; Labus p. 119 n. 158.

Statuam supra pinxit Arragonensis et ex eo Rossius, quae nunquam fuit.

4201 Brixiae *nelle fosse del castello* ROSSI; in arce in ambitu interiore VINACC. GAGLIARDO ALII; *in una finestra corrispondente alla piazzetta di S. Stefano* GNOCCHI. *Levata dal castello di Brescia* MAFFEI in ep. ms. (bibl. cap. Ver.) d. 2 Iun. 1748 et n. 1749 m. Sept. Maffei iussu delata Veronam, ubi extat in museo philharmonico. — 'Extat Lonati non procul a lacu 'Benaco' ALECCHI errore; Veronae FABR. 656 item errore.

L · VIBIVS · VISCI · L · NYMPIODOTVS
BERGIMO · VOTVM
C · ASINIO · GALLO · C · MARCIO · CENSOR a. u. c. 746
COS
L · SALVIO · APRO · C · POSTVMIO · COSTA
II · VIRIS · QVINQVENNALIBVS

Contuli. Habent Rossi p. 89 (inde Spon p. 117; Fabrett. 680, 534; Gnocchi ms. p. 133; Donat. 51, 10 ex Gnocchio) pessime; melius Vinaccesi (1693) p. 234; Fabretti 656, 488 ex schedis Barberinis; Alecchi (cod. bibl. capit. Veron. n. 306) c. a. 1700; Gagliardi, qui vidit 14 Ian. 1723, in schedula ms. inter Brognolianas et in altera inter Muratoriana ms. 18, 224 et Cenom. p. 98 = Sambuca Cenom. p. 110; Maffei Ver. p. 26 inscr. n. 8 et M. V. 109, 1 (inde Mur. 297, 4; Donat. 157, 1; ex his Orelli 1972); Gnocchi ms. p. 133; Labus p. 113 n. 155.

Rossi sic: DEO BERGIMO | L · ARTEMIDORVS.

Nota a. 746, quo Brixia sub quinquennalibus fuit, Romae quoque lustrum conditum esse.

4202 Brixiae in S. Faustino.

BRIXI
BERG
SACR
ALPIN

Servavit Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 107. Inde Mediceus n. 98; Arragonensis ms. rec. 1 cod. Metelli 6038 f. 155 (in libro Manutiano deest), rec. 2 n. 37 (inde Vinaccesius in add. p. 316; ex eo Mur. 97, 5); Gnocchi ms. p. 134 ex Mur. et ms. Averoldi.

Potest fuisse: [*Genio col.*] *Brix*[*ae et*] *Berg*[*imo*] *sacr*[um] *Alpi*[*nus*] ...

4203 Brixiae in domo Hippolyti Chiesiolae iurisconsulti MANUT.; in area aedium Pavoni ORMAN. GNOCCHI. Nunc in museo.

BONVM · EVENTVM
VI · VIR SOCIORVM
SEX · NVMISIVS · FORTVNATVS
ET · L · LVCRETIVS · PRIMIANVS
VI · VIR · AVGG
CVRATORES · ORDIN · DATIS · IN · TVT
HS · ∞ · N · EX · QVORVM · VSVR · DIE
ID · MAI · SACR · EXTIS · CELEBRETVR

Contuli. Habent Manutius cod. Vatic. 5237 f. 81 (inde Fabrett. 342, 409 ex schedis Vaticanis), cum in Brixianis eiusdem aetatis syllogis non extet; Soncinus in excerptis Averoldianis; Ormanico ms.; Gnocchi ms. p. 25 (inde Donat. 90, 1); Ioli cat. mus. f. 20.

2 SOCIORVM etiam Manut.

4204 columella Brixiae apud Eliam Capreolum CAPR.; Mazani apud Eliam Capreolum ARRAG.; *a Mazano in contrada di Cortine sopra una piccola colonna, rivolto a mezzogiorno* GNOCCHI; Marzani in aedibus Francisci Conter PONTIUS.

L · TRVTINO
PROBVS
EX · VOTO
DEO · DONVM
DEDIT
VI · VIR · AVG
BRIX

Habent Capreolus f. 8 (inde Alciatus n. 66; Mediceus add. n. 306; Mur. 1989, 1); Arragonensis ms. n. 275 (inde Rossi p. 292; Mur. 204, 8 ex Rossio); Gnocchi ms. p. 30. Fractam descripsit Pontii amicus, qui quae non vidit, dedi inclinatis.

4205 Brixiae in domo Iacobini Nigroboni [*M. Jacomino de Val Trompia* cod. Metellianus] in Paganora TOTTI 1; in domo cardinalis Gambarae TOTTI 2; in hortulo comitis Brunori Gambarae ARR.; in domo illorum de Gambaris ad plateolam Novarini MED. similiterque SONCIN. BIANCH. Deinde prope Cremonam in villa Picenardiana, ubi vidi. Iam Mediolani in Brera.

DIS · DEABVS
OMNIB
L · VETVRIVS · L · L
SECOMARVS ·
PRO SE · ET · SVIS

Contuli. Habent Arragonensis ms. n. 60 = 107 (item cod. Metellianus Vat. 6038 f. 157), ed. n. 128; Totti p. 37 n. 110; Mediceus in add. n. 259; Nazari p. 49 (inde Grut. 1005, 4); Pighius cod. Luzac. p. 91 (inde Smetius 17, 2 a Pighio; Grut. 2, 2); Rossi p. 254 (inde Mur. 105, 7); Gnocchi ms. p. 184 ex Rossio et ms. Averoldi. Ex lapide Soncino ms. f. 19; Bianchini ms. Veron.; Bianchi *marmi Crem.* p. 38 tab. 1 (inde Orelli 2123); Labus p. 129 n. 169.

4 SECOMARVS Arr. (n. l.) Totti 2 Med. 2 Rossi et recentiores, SECVRIVS Totti 1 Arr. (ms. 1 et 2, item Metellianus) Pigh., SECVNDVS Naz. Med. 1. — 5 SVI| hodie.

4206 Ranzani ripariae Salodii FERRARINUS. Renzani *in Riviera nell' orto del Curato* GNOCCHI. Inde Brixiam venit a. 1818 in domum Lechi, deinde in museum.

DIS PATERNIS
SVRGASTEO
MAGNO
PATXO
5 Q·M·TRYPHON
V·S·L·M

Contuli. Habent Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 152, cod. Verderiano p. 82, 1 (inde Grut. 107, 3); Corsinianus n. 191; Totti p. 59 n. 172; Nazari p. 50; Arragonensis ms. n. 213 = 108, ed. n. 179; Rossi p. 276. Denuo ex lapide Grattarolo p. 83; Gnocchi ms. p. 184 (inde Donat. 59, 8); Ioli cat. mus. f. 34; Labus p. 130 n. 171 (inde Henzen 5915).

1 LARIBVS pro PATERNIS Gratt. — Tii in Bithynia cusos nummos inscriptos ΖΕΥϹ ϹΥΡΓΑϹΤΗϹ cum hoc titulo composuit Eckhelius (d. n. 2, 438); Labus Patarum Tii conditorem (Stephanus Byzantius s. v.: Δημοσθένης ἐν Βιθυνιακοῖς φησι κτιστὴν τῆς πόλεως γενέσθαι Πάταρον ἑλόντα Παφλαγονίαν καὶ ἐκ τοῦ τιμᾶν τὸν Δία Τῖον προσαγορεῦσαι.).

4207 Brixiae ad S. Alexandri ARR. TOTT.

DII | *sp* | ATR
PAPIR | | SYNCI
V | | S

Arragonensis ms. n. 157, ed. n. 159 eodemque exemplo Tottius in add. p. 123 n. 422; Gnocchi p. 184 ex ms. Averoldi (inde Donat. 46, 4). Ab his Labus p. 127 n. 167.

4208 Calvasesii in ecclesia S. Petri ad aquam benedictam CONTIN.; ibidem in latere septentrionali ecclesiae parochialis GNOCCHI. Inde a. 1798 venit Brixiam in monasterium S. Dominici IOLI, ubi iam est in museo. — Sabbii ROSSI male.

F A T I S
D E R V O N I B V S
V·S·L·M·M·RVFINVS
SEVERVS

Contuli. Habet Continuator, scilicet Corsinianus n. 192 et Mediceus n. 208, et qui inde pendent Arragonensis ms. n. 193 = 177, ed. n. 212; Totti p. 82 n. 177; Nazari p. 53 (inde Ligorius ms. Taur. 4; Grut. 1015, 9); Vinaccesi in add. p. 233. Ex lapide Grattarolo p. 113 (inde Rossi p. 41); Gnocchi ms. p. 162 (inde Donat. 49, 6); Brognoli misc.; Ioli cat. mus. f. 13; Labus *ant. mon. scop. in Brescia* p. 109 (inde Orelli 1774) et *marmi Bresc.* p. 99 n. 140.

3 M alterum omisit Cont., habet primas Gratt.

4209 ara exigua, rep. m. Apr. 1845 in vico Botticino Sera in fundo comitis Ludovici Cazzago LABUS. Hannibal Cazzago dedit museo Brixiano.

FATABVS
D·I·CO
SIBI·F
V·S·L·M

Contuli. Ed. Labus p. 102 n. 142 (inde Henzen 5799).

4210 Brixiae ad S. Nazarium in aedibus Bornati NAZ.; similiter ARR. TOTTI SONC. Ad S. Zenonis extra oppidum in fossa ROSSI. Hier. Rosa dedit museo.

FORTVN
L · DECIVS
TERTIVS
L · M

Contuli. Habent Nazari 1562 p. 53 (inde Mediceus in add. n. 342*a*); Arragonensis ms. n. 159 = 173, ed. n. 205; Totti in add. p. 123 n. 417; Manutius Vat. 5237 f. 87. 146; Soncinus ms. f. 11'; Rossi p. 34 (inde Gnocchi ms. p. 115; ex Gnocchio Donat. 45, 6); Ioli cat. mus. f. 59. 67; Labus p. 102 n. 143.

Eiusdem hominis titulum dedicatum Victoriae vide inter Camunnenses n. 4949.

4211 Brixiae ad portam de Torrelunga rep. 12 Aug. 1831 IOLI LABUS. Nunc in museo.

GEN·COLL
VMENTARIOR
MIA·FIRMIA
ESTIA · I
[illegible]

Contuli. Habent Ioli cat. mus. f. 67; Odorici *Bresc. Rom.* 1851 p. 28; Labus p. 112 n. 154.

4212 Brixiae rep. 1816, *esisteva in castello nel magazzeno detto dell' olio ed era scolpito sopra un centenajo e ridotto ad uso di pilo oleario* IOLI LABUS. Deinde ibi apud Lechium, nunc in museo.

GENIO
col ONIAE · CIVICAE · AVG
BRIXIAE
RGENNIVS · Q · F · FAB
SAGITTA
vi · VIR · AVG · DECVRIO
praef FABR · PRAEF · I · D · Q
ii VIR · QVINQ
d P S

Contuli. Labus *ara scop. in Hainburgo* (1820) p. 61 (inde Orelli 66) et *marmi Bresc.* p. 110 n. 152; Ioli cat. mus. f. 34.

4213 Brixiae domi meae ARRAG.; in aedibus comitis Scipionis Avogadro ROSSI. Sine loco TOTT.

HERCLI
V·S·L·M

Arragonensis ms. n. 197 servavit. Ex eo Totti in add. p. 115 n. 359; Rossi p. 25. A prioribus Gnocchi ms. p. 114; Labus p. 73 n. 106 (cf. adn. ad n. 107).

4214 Brixiae in S Barnabae FERRARINUS; in introitu aditus horti add. ARRAG. — Cremesani in ecclesia ROSSI errore.

H E R C V L I
A V R E L I V S
S V R V S

Habent Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 169, cod. Verderiano p. 87, 2 (inde Grut. 44, 6); Capreolus f. 10 (inde Alciatus ms. n. 77); Nazari p. 46 (inde Mediceus in add. n. 341*a*). Solatiani non habent. Denuo vidisse videtur Arragonensis ms. n. 194 (inde Rossi p. 25). A prioribus Gnocchi p. 114, citans inter alios codicem Averoldi; Labus p. 72 n. 102.

4215 ad S. Euphemiae ad viam regiam repperit pictor Dom. Vantini a. 1808. Idem dedit a. 1817 comiti Lechi; cum Lechianis venit in museum Brixianum.

HERCVLI
V·S·L·M
P·E·L

Contuli. Habent Brognoli misc.; Labus *ant. mon. scop. in Brescia* p. 69, *marmi Bresc.* p. 73 n. 104; Ioli cat. mus. f. 33.

4216 Brixiae erat in aedibus Maggi de Gradella *alla Carità*, nunc ex dono Maggiorum in museo.

SEX · CVNOPENNVS *sic*
SECVNDVS
FABER · TIGNVAR
HERCVLI
5 V · S · L · M

Contuli. Ed. Labus *antichi mon. scop. in Brescia* p. 87, *lett. al Cicogna* 1830 p. 11, *marmi Bresc.* p. 70 n. 97 (inde Henzen 7230); Ioli cat. mus. f. 75.

4217 Fiumicelli in aedibus praepositi Rossini fuit; inde a. 1828 venit Brixiam in museum.

HER
M · QVINTIVS
M A N S V E T V S

Descripsi. Habent Ioli cat. mus. f. 51; Labus in epistula ms. ad Orellium 3 Iul. 1826 et *marmi Bresc.* p. 72 n. 101.

4218 Gavardi.

HERCVL
L·V·L
V·S·L·M

Servavit Vinaccesi p. 234 (inde Mur. 60, 8; Gnocchi ms. p. 139; Labus p. 73 n. 107 cf. n. 105).

4219 Brixiae in domo Leonis Cereti ARR.

ISIDI
MVNATIA·Q·L
APATE·V·S·L

Arragonensis servavit. Habent eius ms. n. 210; Totti in add. p. 105 n. 300; Rossi p. 94 (inde Mur. 72, 2). A prioribus Gnocchi ms. p. 182 (inde Donat. 42, 3) male et Labus p. 122 n. 163.

4220 arula exigua, fuit Brixiae *pel selciato nel cortiletto del Professore Abbate Luigi Lirraga alla Palada*, nunc ex dono eius in museo LABUS.

I N S I D E
S A C R
C · BOSCIV·
C E E S C E N·
V · S

Contuli. Ed. Labus p. 128 n. 166.

4 fin. spatium sufficit litterae s formae minoris. — 5 V ✓ · S lapis, sed altera nota videtur casu accessisse.

4221 Brixiae rep. 1541 in loco *della Carità* NASS.; in hortis comitis Caesaris Secchi SONCINO. Apud Averoldum VINACC. AVER. GNOCCHI. Nunc in museo.

I V N O N I B V S
ANNIA·L·L·IVDA
PRO · SVIS
V · S

Contuli. Habent Nassino ms. f. 207 (inde Grut. 1150, 2 a Vinun); Rossi p. 28 citans Arragonensem, in cuius schedis quas habemus non extat; Soncino ms. f. 12'; Vinaccesi in add. emendavit; Averoldo p. 279 et apud Mur. 17, 4; Gnocchi ms. p. 164 (inde Donat. 14, 4); Ioli cat. mus. f. 75; Labus p. 79 n. 115.

4222 Brixiae ROSSI. In hortis Caesaris Secco SONC. Apud Averoldios VINACC. (in corr.) et POSTERIORES. Nunc in museo.

I V N O
N I B V S
V · S · L · M
L · CÆCIL *sic*
· PLACIDV
S

Contuli. Habent Rossi p. 28 ex Arragonensi ut ait, apud quem nos non invenimus; Soncino ms. f. 12'; Averoldo p. 279 et apud Mur. 17, 5; Gnocchi ms. p. 164 (inde Donat. 14, 3); Labus p. 82 n. 119.

4223 Brixiae in fossa de Torrelunga rep. 2 Sept. 1843; Mich. Gabaglio et Ios. Fedegrini dederunt museo IOLI, LABUS.

IVNONIBVS
L · CLODIVS
ARBVSCVLAE·L
AVCTVS
V · S · L · M

Descripsi. Ioli cat. mus. f. 78; Labus p. 80 n. 116.

4224 Brixiae in aedibus d. Rizardae de Salodo FERRAR. (Reg.). Inter forum novum et vicum Calcaria CAPREOLUS. In pariete domus iuxta domum Caesaris de Martinengo SANUTUS f. 82. In aedibus Francisci de Bovigno ARR. (rec. 1). *In una muraglia sopra la via all' incontro della chiesa di S. Clemente, ma di dietro via* SONCIN. Ad portam parvam S. Clementis GNOCCHI ex ms. Averoldi. A. 1813 illata in hortos Vantini, postea Lechi BROGNOLI (misc.). Ex Lechiana domo venit in museum IOLI. — In monasterio S. Euphemiae FELIC. (Ver.); in civitacula vetere SOLATIUS Labusii; Salodii ad portam ARRAG. (rec. 2) errore ortu ex praescriptione Ferrarini. Sine loco FELIC. (Marc.) FERR. (Bat.).

CN · CORNEL
NÍKANOR
IVNONIBVS
V·S·L·M

Contuli. Habent Felicianus Brix. A 21; Sanutus f. 80. 82; Ferrarinus cod. Bat. f. 61; Iucundus f. 198 n. 19 (inde Alciatus n. 49), hi quattuor eodem exemplo; Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 65, cod. Verderiano p. 31, 2 (inde Grut. 24, 5 adhibitis schedis Pighii et Rossii), a quo pendent Traiectinus n. 71, Corsinianus p. 11 n. 38, Mediceus n. 25a (addidit titulum manus 2); Arragonensis ms. n. 83 = 62, ed. n. 61; Rossi p. 28; Gnocchi ms. p. 165, praeter edd. citans codicem Averoldi. Aliunde fortasse Capreolus f. 7 (inde Alciatus n. 59). Certo ex lapide Soncino ms. f. 18; Ioli cat. f. 33; Labus p. 77 n. 112.

4224 *a* cippus exiguus Brixiae rep. a. 1871 sub ecclesia cathedrali vetere in crypta S. Philastrii inter rudera.

I V N O
I V S T A *sic*
V·S·L·M

Petrus da Ponte descripsit misitque.

4225 Brixiae antea apud Od. Odorici, nunc in museo.

IVNONIBVS
V·S·L·M
MESTRIVS
FABER

Contuli. Labus *ant. mon. scop. in Brescia* p. 111, *marmi Bresc.* p. 81 n. 117.

4226 Brixiae rep. 1813 in domuncula prope S. Barnabae, ubi itur ad S. Euphemiam, et illata in hortos Vantini BROGN.; rep. ad S. Alexandri a 1814 LABUS. A. 1817 venit ad Lechium; hodie est in museo.

IVNONIB
L·SANT
SECVNDVS

Contuli. Brognoli misc.; Ioli cat. mus. f. 32; Labus *ant. mon. scop. in Brescia* p. 111 et *marmi Bresc.* p. 78 n. 113.

4227 Brixiae *nella casa de' Capitanii a S. Giorgio* ROSSI; *era nella casa Masperoni al Pozzo dell' Olmo* GNOCCHI.

I V N O N I B V S
PRO · SAL
VAL · I V S T A S
NICETICVS
SER V·S

Rossi p. 27. Gnocchius ms. p. 165 (inde Donat. 13, 7; Labus p. 82 n. 118) unde habeat, non satis apparet; nam cum Rossium citet lapidemque det tamquam deperditum, tamen locum adscripsit diversum ab eo, quem indicat Rossii editio utraque. Utut est, titulum per se non suspectum retinui.

5 SER . . . . V·S Rossi, SER . . . V·S Gnocchi.

4228 Soiani in eccl. S. Michaelis pro vase aquae sacrae.

I V N O N I B V S
V · S · L · M
C·VOCIANV·SVRG
SACRVM

Grattarolo p. 111, a quo pendet Vinaccesi p. 234, ab hoc reliqui (Mur. 17, 3; Gnocchi ms. p. 165; Labus p. 82 n. 121).

Vv. divisio incerta.

4229 Bedizzolis in sacello S. Thomae.

OVI

Habent Arragonensis rec. 1 in cod. Metelliano Vat. 6038 f. 185 (a cod. Mantiano abest), rec. 2 n. 356; Totti p. 40 n. 122; Mediceus in add. n. 263; Nazarius p. 45 (inde Labus p. 25 n. 29); Grattarolo p. 113.

Sic Arr. rec. 2 Tott. Med., IOVI Arr. (Metell.) Naz. Gratt.

4230 Brixiae *era nel Corvione*; comes Car. Ant. Gambara dedit museo.

IOVI
M · MAGIVS
HELENVS
V·S·L·M

Contuli. Ioli cat. mus. f. 44; Labus in epistula ms. ad Orellium 3 Iul. 1826 et *marmi Bresc.* p. 11 n. 9.

4231 Bedizzole in ecclesia S. Thomae GNOCCHI. Nunc Brixiae in museo.

/OVI
—SACR
Q·N·P

Contuli. Habent Gnocchi ms. p. 142; Brognoli ms. f. 30'; Ioli cat. mus. f. 19; Labus p. 10 n. 7.

4232 basis magna. Onsuti FERRAR.; ad ecclesiam ARRAG.; *alla chiesa di S. Pietro vicino alla strada* GNOCCHI. Nunc Brixiae in museo. — Castronovi VINACC.

IOVI
P · PAPIRIVS
EVTROPVS
V·S·L·M

Contuli. Habent Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 112 et Verderiano p. 69, 2 (inde Grut. 16, 7); Capreolus f. 9' (inde Alciatus ms. n. 71; Grut. 13, 8); Nazari p. 44; Arragonensis ms. n. 229; Totti in add. p. 99 n. 268; Mediceus in add. n. 308 et in margine f. 61; Rossi p. 79; Gnocchi ms. p. 144; Ioli cat. mus. f. 15; Labus p. 12 n. 10.

Eadem videtur edita a Vinaccesio p. 238 (inde Mur. 5, 9; Gnocchi ms. p. 143) sic: IOVI | PAPIRIVS.

4233 Brixiae ad S. Faustini ROSSI. — Locum non indicat MAN.

IOVI · SR · AR
P · APIDIVS · P · L
OMVNCIO
V · S · L · M

Manutius cod. Vat. 5237 f. 91 in schedula separata; Rossi p. 80 (inde Puccinelli p. 69; Mur. 8, 7; Gnocchi ms. p. 113; Donat. 3, 7 ex Gnocchianis; Labus p. 14 n. 16).

De tituli sinceritate iam dubitari nequit accedente testimonio Manutii, ubi adnotatur ad v. 1. 2: *d'una medema grandeza*; ad v. 3. 4: *minori*. — 1 BR·AR Man., ARAR Rossi. — 2 P·APIDIVS Rossi.

4234 Brixiae in aede S. Thomae ARR. (rec. 2). Calvisani in ecclesia S. Felicis MAX. Sine loco TOTT. ARR. (rec. 1).

I·O·M

Arragonensis ms. n. 121 = 207 et apud Tottium p. 96 n. 262 (inde Labus p. 25 n. 30) et Manutium cod. Vat. 5235 II f. 113.

4235 Fieri pone ecclesiam S. Eusebii.

IOVI
OP · MAX
V · S · L · M

Gnocchi ms. p. 143 (inde Donat. 7, 9; Labus p. 18 n. 23).

4236 Clusani in castello in muro ad aedes S. Alexandri GAGLIARDI. Idem misit Veronam ad Maffeium, qui posuit in museo Veronensi n. 77.

IOVI · O · M
TIVS·C·L·HEDYLVS
VIR AVG V S

Contuli. Habent Gagliardi ms. in Brognoli miscellaneis et apud Mur. ms. 18, 224, ed. 8, 4; Maffei M. V. 79, 1 (inde Donat. 2, 4); Gnocchi ms. p. 143; Labus p. 25 n. 27.

Gagliardi exempla ms. cum non sint auctiora, quae plus habent Maffeius aliique eum secuti, supplementa sint necesse est.

4237 Salodii in domo presbyteri FERR. et RELIQUI; *alla grata della sagristia verso la canonica* GNOCCHI; *nell' esterno nel di sopra della finestra della sagrestia* VENTURI. Adhuc in ecclesia eadem. — Pivignagi in ecclesia FELIC., Tusculani Riperiae SARAYNA, errore.

I · O · M
HELVIA
FORTVNA

Contuli. Habent Felicianus Brix. B 74; Ferrarinus cod. Par. f. 150', cod. Reg. Brix. n. 70, cod. Verderiano p. 56, 2; Capreolus f. 10' (inde Alciatus Brix. n. 79); Traiectinus n. 133; Mediceus n. 202; Sarayna f. 52 (inde Panvinius Ver. p. 222; Grut. 15, 7 a Sarayna et Verderianis); Arragonensis ms. n. 195 = 204; Nazari p. 45 (inde Ligorius ms. Taur. 4); Grattarolo p. 65; Rossi p. 79; Gnocchi ms. p. 146; Brognoli ms.; Venturi ms. a Grisettio et aliis; Ioli cat. mus. Brix. f. 75; Labus p. 10 n. 6.

Grisettius notat eodem loco in frustulo separato repperisse se . . A·V·S·L·M, quod si recte observavit inter tot testes solus neque error subest, potest id pro huius tituli clausula accipi.

4238 Folzani secundo a Brixia lapide ante portam S. Nazari rep. a. 1867, nunc in aedibus Vigliani.

IOVI · O · M · SAR
MINICIA

Petrus da Ponte misit.

4239 basis magna. Mazani in curte ecclesiae campestris divi Zenonis MED. CORS. ARR. Deinde Brixiae in aedibus Averoldi extrinsecus AVER. GNOCCHI. Nunc in museo. — Nabulenti in ecclesia divi Zenonis TOTTI, Salò NAZ., errore uterque.

I · O · M
Q · PETRONIV
RVSTICVS
V · S · L · M

Contuli. Habet Continuator, scilicet Corsinianus n. 134, Mediceus n. 136, Totti p. 69 n. 199, Nazari p. 45 (inde Ligorius ms. Taur. 4), Arragonensis ms. n. 197 = 206, Rossi apud Grut. 1064, 4 et *mem. Bresc.* p. 73; Grattarolo p. 65. Denuo ex lapide Bianchini ms. Veron.; Averoldus p. 279; Gnocchi p. 146; Ioli cat. mus. f. 75; Labus p. 12 n. 11.

2 PETRONIV Contin. et ita lapis, sed ut spatium quod deficit sufficiat s minori.

4240 Nebulenti in plebe campestri CONTIN.; in aedibus Rosae GNOCCHI.

I O M
VIRIVS
MAXIMI
NVS
S V·S·L·L·M

Habent Continuator, scilicet Corsinianus n. 106 et Mediceus n. 139 et rursus in add. n. 265; Totti p. 62 n. 177; Nazari p. 45 (inde Ligorius ms. Taur. 4; Grut. 1009, 4); Arragonensis ms. n. 179 = 212 descriptam ex Continuatore, amendatam ex lapide; Rossi p. 80; Gnocchi ms. p. 146 de lapide; Labus p. 18 n. 22, qui citat schedas emptas ab Octavio Zambello, Corsinianum opinor.

1 IOVI pro I·O·M Med. 265. — 5 sic Arr. (rec. 2 m. 2) Gnocchi; V·S·L·M Cont., etiam Arr. (rec. 1 et rec. 2 m. 1) Tott. Rossi.

4241 Concesii extra ecclesiam FERRARINUS et NORIS. *Fu spezzata ed impiegata nella fabbrica della nuova chiesa* GNOCCHI.

IOVI · O · M
CONSERVATORI · POS
SESSIONVM · ROSCIOS
VM · PACVl · AELIAN · N · COS (ann. p. C. 223)
T · BASSAE · FILIOSVMQVE
EOR · EX · VOTO · L
ROSCIVS · EVAVLVS · NVTRIT
ET · PROCVRAT · CVM · P · ROSCIO
FIRMO · LIB · PROC · EOS

in latere:
D · III · NON · MART
IVLIANO · II · ET · CRISPino (p. C. 224)
COS

Duo exempla extant Ferrarinianum et Norisianum. Illud habent Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 151, cod. Verderinoo p. 84 (inde Grut. 18, 10); Capreolus f. 9' imperfecte (inde Alciatus n. 72); Traiectinus n. 120; Mediceus n. 126; Nazari p. 44 imperfecte; Arragonensis ms. n. 247 = 217; Totti p. 55 n. 161; Rossi p. 77. Pendet inde Ligorius ms. Taur. 4. Alterum iussu senatoris Veneti Iulii Giustiniani in Norisii gratiam exceptum legitur in epistula huius consulari (1683) p. 135 et inde apud Fabrettium 695, 160. A prioribus Labus p. 21 n. 26 et Henzen 5619.

V. l. dubo Ferrarini (Reg. Verd.) Traiectini Medicei Norisii. — In vv. div. conveniunt Ferr. (Verd.) Med. Nor. — 1 I·O·M Ferr. (Reg.). — 3 SES om. Trai. — 4 PACVLI AELIANI Ferr. (Reg.) Nor., PAVCVL AELIAN Ferr. (Verd.) Trai., PAVCVL ELIAN Med. — 6 EORVM Ferr. (Reg.) — 7 EAVLVS Trai. — 8 P. om. Ferrariniani omnes. — 9 LIB om. Trai. — Inscriptionem lateralem non habent Ferrariniani.

4242 Brixiae in ecclesia S. Thomae ROSSI, in aedibus Rosae ad S. Nazarii GNOCCHI. Iam in museo.

I · O · M · D
EX · IVSSV · EIVS
M · PVB · CLODIN
CANDID
NEQ · IN HAC · ARA
SETATVSACSITVLI/

Contuli. Habent Rossi p. 80 (inde Mur. 8, 3); Gnocchi ms. p. 112 (inde Donat. 3, 8); Ioli cat. mus. f. 75; Labus p. 7 n. 3.

6 sic omnino; lectio plane certa excepta paenultima littera.

I(ovi) o(ptimo) m(aximo) D(olicheno) ex iussu eius M. Pub(licius?) Clodian(us). Candid(atus) ne q(uis) in hac ara s(cribat) et ..... Extrema non intellego.

4243 apud Burgum Pontecaralis in domo Augustini Galli ARR. TOTTI RELIQUI; Poncarale apud Luzzagos etiam IOLI. Nunc ex dono Dorotheae Luzzago Brixiae in museo.

IOVIS · TVTELÆ
C · HOSTILIVS
AEMILIANVS
VET · AVGG · NN
V · S · L · M

Contuli. Habent Arragonensis ms. n. 292 = 224; Totti in add. p. 99 n. 269; Rossi p. 78 (inde Mur. 10, 10); Gnocchi ms. p. 146 a prioribus; Ioli mon. ant. 1826, cat. mus. f. 52; Labus p. 6 n. 2 (inde Henzen 5608).

4244 Brixiae Gradenigus dedit Soncino instrumento a. 1606 eo, cuius principium rettulimus ad n. 4419; pergit sic: *'et l'altro è nella chiesa di S. Agostino in Broletto nell' altar in frontispicio murato* PRIVIL. SEC. n. 1606. *Era nella fronte dell' altare di S. Agostino nel palazzo di Broletto* GNOCCHI.

IVVENT V T
C · M · S
M · Q · GLYCERVS
D · D

Ex privilegiis regiis urbis Brixiae 26 Nov. 1606 mea causa excerpsit Petrus da Ponte (cf. n. 4419). Habet item Gnocchi ms. p. 193 ex codice Averoldi; Labus p. 93 n. 132 ex Soncino, quem addit vidisse (inde Henzen 5821). Exempla quae extant omnia redeunt ad Soncinum.

3 GLYCÆRV Gnocchi, CLYCÆRV Privil.

4245 tabella aenea Magiani [= Mazano] inventa, deinde Brixiae apud Hieronymum Capreolum. — Male Romae MUR.

C · MVCIVS
ACCEPTVS
LASIAVS
D · D

Totti in add. p. 123 n. 418 (inde Vinaccesi p. 234; ex eo Gnocchi p. 184) et apud Manutium cod. Vat. 5237 f. 139 et 5235 IV 123 (inde Donius 1, 135 ex schedis Vatic.; Fabrett. 694, 155 ex schedis Vatic.; Mur. 86, 1 e Donio et Ligorio, ubi hunc errore nominavit). A prioribus Labus p. 94 n. 133.

4246 Navolenti in casa colonica archipresbyteri olim, nunc Brixiae in museo.

MATRONIS
CORNELIA · ANDIA
V · S · L · M

Contuli. Ioli mon. ant. II et cat. mus. f. 51; Labus p. 86 n. 125.

4247 Carziagi in ecclesia S. Laurentii CONTIN.; in angulo aedium archipresbyteri GNOCCHI. Inde venit Brixiam a. 1798 LABUS, ubi nunc est in museo.

MATRONIS
V · S · L · M
M · ORVSIVS
TERTVLLVS

Contuli. Habent Continuator, scilicet Corsinianus n. 204 et Mediceus n. 245; Arragonensis ms. n. 259 = 308 qui emendavit ex lapide; Totti p. 64 n. 181; Grut. 1016, 7 ab Antonio Beffa Nigrino; Velseriana f. 5'; Rossi p. 52; Gnocchi ms. p. 170 de lapide; Brognoli ms. f. 27; Ioli cat. mus. f. 15; Labus p. 83 n. 122.

4248 Coleri [= Coller prope Pierum] ARR. Brixiae in aedibus Arragonensis ROSSI.

ERCV
IVIV

Arragonensis ms. n. 291 = 180, ed. n. 187. Inde Rossi p. 25, a quo pendent Gnocchi ms. p. 114 et Labus p. 73 n. 105 (cf. adn. ad n. 106).

2 IV rel. om. Arr. ed.

4249 ad S. Euphemiae rep., deinde prope Cremonam in hortis Picenardianis, ubi vidi. Iam Mediolani in Brera.

MERCVR
P · ASIDIVS ·
VIATOR
V · S · L · M

Contuli. Brognoli misc.; Arici suppl. ad Arragonensem; Bianchi inter Mariniana et *marmi Crem.* tab. 6 p. 72 (inde Labus p. 65 n. 87).

4250 ad S. Euphemiae rep., deinde prope Cremonam in hortis Picenardianis, ubi vidi. Iam Mediolani in Brera.

MERCVR
L · ACVTIVS
CLEMENS
V · S · L · M

Contuli. Brognoli misc.; Arici suppl. ad Arragonensem; Bianchi inter Mariniana et *marmi Crem.* tab. 6 p. 72 (inde Labus p. 64 n. 86).

4251 ad S. Euphemiae rep., nunc prope Cremonam in hortis Picenardianis, ubi vidi. Iam Mediolani in Brera.

MER
M · ADICIVS
PVLNI *sic*
V S

Contuli. Brognoli misc.; Arici suppl. ad Arragonensem; Bianchi inter Mariniana et *marmi Crem.* tab. 5 p. 73 (inde Labus p. 64 n. 84).

4252 Erbusci in parochia S. Georgii in aedicula S. Clementis GNOCCHI. Nuper illata est in museum Brixianum.

MERCVRIO
RETVLLVS VALENTIS
· S P F ·

Descripsi a. 1869. Gnocchi ms. p. 136 (inde Donat. 28, 8; Labus p. 66 n. 91); Petrus da Ponte misit descriptam.

4253 ad S. Euphemiae rep., deinde prope Cremonam in hortis Picenardianis, ubi vidi. Iam Mediolani in Brera.

M E R
P · C · S
V·S·L·M

Contuli. Brognoli misc.; Arici suppl. ad Arragonensem; Bianchi *marm. Crem.* tab. 3 p. 60 (inde Labus p. 66 n. 90).

4254 Lograti in ecclesia omnium sanctorum FERRARINUS; *nel muro a man destra* add. GABBIANUS; *a man destra dell' ingresso della porta maggiore al di dietro d'un confessionale* add. GNOCCHI. Periisse ait LABUS.

M E R C V R I O
CN · CAETRONIVS
PRAESENS
V · S · L · M

Habet Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 136 (inde Mur. 46, 6 ex schedis Farnesiis), cod. Verderiano p. 90, 2 (inde Grut. 52, 4). Ab eo Capreolus f. 10 (inde Alciatus n. 78); Traiectinus n. 109; Mediceus n. 166; Nazari p. 47 (inde Ligorius ms. Taur. 4); Arragonensis ms. n. 281 = 307; Rossi p. 147. Denuo ex lapide frater Iohannes Baptista de Gabbiano, qui misit Tottio d. 18 Mart. 1558 (cod. Manutii Vat. 5237 f. 158); Gnocchi p. 137. A prioribus Labus p. 61 n. 80.

2 CETRONIVS Ferr. (Verd.) Trai. — 3 PRAESES Ferrariniani deteriores (Capr. cum Alciato et Nazario, item Arr. Tott.); PRAESENS Gabb. adnotans '*tutto lo N non è apparente, ma solo la prima gamba, perchè il sasso è corroso*'.

4255 Brixiae ad Piscarias at vid. MED. In hortis Malatestae Gaitano SONCIN. *Nell' horto del Sig. Guglio Federici appresso dell' hospitale delle donne* ORMANICO. A. 1690 abbas Laelius Federici dedit Averoldo VINACC. Inde venit in museum.

MERCVR
Q · CLODIVS
ARGVTVS
V · S · L · M

Contuli. Habent Mediceus in add. n. 342; Grut. 1067, 10 a Rossio; Soncino ms. f. 9'; Ormanico ms.; Vinaccesi p. 144; Bianchini ms. Veron.; Averoldo p. 279 et apud Mur. 46, 9; Gnocchi ms p. 130; Ioli cat. mus. f. 65; Labus p. 60 n. 77.

4256 Nuvolenti VINACC. *alla pieve vecchia sull' angolo della Cascina* GNOCCHI. Nunc ex dono communis eius Brixiae in museo.

M E R *sic*
C · C L O D I V S
FIRMVS · V · S · L · M

Contuli. Habent Vinaccesi in add. p. 234 (inde Mur. 46, 7); Gnocchi ms. p. 137 (inde Donat. 29, 1) qui vidit; Ioli mon. ant. II et cat. mus. f. 50; Labus p. 68 n. 95.

4257 Brixiae rep. fortasse ad piscarias MED. In hortis Malatestae Gaitano SONCINO; *nell' horto del Sig. Guglio Federici* ORMAN. Abbas Federici dedit Averoldo a. 1690 VINACC. Ex domo Averoldiana transiit in museum.

M E R C V R I O
L · M · CLODIV *sic*
SP · F · TERTIVS

Contuli. Habent Mediceus in add. n. 345; Grut. 1067, 11 a Rossio; Soncino ms. f. 9'; Ormanico ms.; Vinaccesi p. 144; Bianchini ms. Veron.; Averoldo p. 280 et apud Mur. 46, 8; Gnocchi ms. p. 130; Ioli cat. mus. f. 65; Labus p. 61 n. 79.

V·S·L·M in fine add. Med. Grut. Orm. contra lapidem infra integrum.

4258 Verziaci FERRARINUS. Apud D. Lodovicum Offlagam add. ARRAG. *Vicino alla chiesa, incastrata nella fronte del muro che cinge il cimiterio* add. GNOCCHI similiaque BROGN.

M E R C V R I O
CONSTANS
ACVTI
COMINAE
5 V·S·L·M

Habet Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 135, cod. Verderiano p. 73, 2 (inde Grut. 52, 7). Ab eo Traiectinus n. 92; Nazari p. 47 (inde Ligorius ms. Taur. 4); Mediceus n. 109; Arragonensis ms. n. 289 = 298; Rossi p. 146. Denuo ex lapide Gnocchi ms. p. 138 (inde Donat. 29, 2); Brognoli ms. f. 36. Labus omisit.

3 ACVTII Gnocchi Brogn. — '*Avvertasi, che vi è stato scritto posteriormente da due lati e che la vecchia iscrizione appena si discerne*' Brognoli.

4259 ad S. Euphemiae rep., deinde prope Cremonam in hortis Picenardianis, ubi vidi. Nunc Mediolani in Brera.

MERC
L · CORNELIVS
PRISC
V · S · L · M

Contuli. Brognoli misc.; Arici suppl. ad Arragonensem; Bianchi *marmi Crem.* tab. 5 p. 72 (inde Labus p. 64 n. 85).

4260 ad S. Euphemiae rep., deinde prope Cremonam in hortis Picenardianis, ubi vidi. Nunc Mediolani in Brera

M E R C V R I O
MAGIVS · FIRM
V · S · L · M

Contuli. Bianchi inter Mariniana et *marmi Crem.* tab. 2 p. 56 (inde Labus p. 66 n. 92); Arici suppl. ad Arragonensem

4261 Nuvolenti in plebe CONT. Extra templum plebis versus domos et latet partim in quodam pariete MANUT. et brevius TOTTI.

M E R C V R
SEX · MVNA
C A M P A N
V · S · L · M

Habet Continuator, scilicet Corsinianus n. 137 et Mediceus n. 138; item Arragonensis ms. n. 177 = 303, Totti p. 69 n. 177, codex Manutianus 5235 II f. 107'. Pendent ab his Nazari p. 47 (ex eo Ligorius ms. Taur. 4; Grut. 1015, 11); Rossi apud Gruterum 1067, 12 et *mem. Bresc.* p. 147; Gnocchi ms. p. 137 a prioribus (inde Donat. 29, 4); Labus p. 65 n. 89 a prioribus.

Denuo visam esse titulum ab Arragonensi probabile est propter adscriptiones ex libris Tottiano et Manutiano supra relatas; sed lectionem non mutavit. Quae adscripsit manus recentior apud Arragonensem v. 1, 2. 3 fin.: IO — TIVS — VS habentque Rossius et posteriores, carent auctore certo.

4262 Moscolini Riperiae Salodii in ecclesia in quodam capitello ubi tenetur aqua benedicta CONS. MEDIC. 229 similiterque ROSSI. Monigae prope Moscoline ad scalas, quibus ascenditur ad ecclesiam S. Rochi GNOCCHI. Ex Moniga *del Bosco in Riviera di Salò* a. 1828 illata in museum Brixianum IOLI, LABUS (mon. Bresc.). — Salodii in ecclesia S. Mariae sub altari FELICIANUS et ANTIQUI PLERIQUE non recte.

DEO · MERC
M · NON · ARR
PAVLINVS
APER·C·I
5 PRO · SALVTE · SVA
V·E·L·M

Contuli. Habent Felicianus B f. 20'; Ferrarinus cod. Reg. Brix. 77, cod. Verderiano p. 49, 1 (inde Grut. 54, 10); Traiectinus n. 135; Mediceus n. 201; Totti 70 p. 201; Arragonensis ms. n. 199 = 114; Nazari 1562 p. 48, ex eodem exemplo omnes; pendent inde Ligorius ms. Taur. 4; Pighius cod. Lazac. p. 45, ubi bis datur diverse (inde Grut. 1067, 13); Grattarolo p. 65. Denuo ex lapide Corsinianus n. 190 eodemque exemplo Mediceus n. 229 et Rossi p. 51a; item Gnocchi ms. p. 137 (inde Donat. 28, 7); Labus *marmi Bresc.* p. 54 n. 69; Ioli cat. mus. Brix. f. 75.

2. 3. 4 pro his M · NONIVS · APRVS · CARINVS Pighius exemplo altero interpolato. — 4 C·I Labus et Ioli, C·V Rossi 51 et Med. 229 m. 2 et Gnocchi, C·L reliqui omnes praeter Pighium, qui omisit.

Vide p. 339 de Noniis quae diximus.

4263 ad S. Euphemiae rep., deinde prope Cremonam in hortis Picenardianis, ubi vidi. Nunc Mediolani in Brera.

DEO · MERC
M · NONIVS
ARR · PAVLINVS
APER·C·I
VOT·QVOD·VOV
S·L·M·C·S

Contuli. Bianchi *marmi Crem.* tab. 4 p. 62 (inde per Labusium Orelli 4914 et Labus *Giulio Ingenuo* p. 9, *marmi Bresc.* p. 54 n. 68); Arici suppl. ad Arragonensem.

Deo Merc(urio) M. Nonius Arr(ius) Paulinus Aper c(larissimus) i(uvenis) vot(um) quod vov(erat) s(olvit) l(ibens) m(erito) c(um) s(uis).

4264 Brixiae in monasterio S. Euphemiae, qui locus habitatur a fratribus ordinis S. Benedicti in claustro FELIC. SAN.

MERCVR
C · PACATIVS
VRSINVS
V·S·L·M

Servavit auctor Feliciani Brix. B 34 et Sanuti f. 82.

Versuum divisio incerta.

4265 Brixiae apud Io. Fr. Montem ARR.; in hortis Monti ad S. Alexandri GNOCCHI. Deinde apud Lechium, iam in museo IOLI.

M E R C
C · PETRONIVS
FRONTO

V · E · L · M

Contuli. Habent Arragonensis ms. n. 75 = 295 et apud Tottium p. 90 n. 251 (inde Vinaccesi in add. p. 233, ex eo Mur. 47, 2); Gnocchi ms. p. 130 (inde Donat. 27, 8); Brognoli misc.; Ioli cat. mus. f. 28; Labus p. 60 n. 76.

4266 epistylium magnum litteris magnis; ad S. Euphemiae rep. 1786, deinde prope Cremonam in hortis Picenardianis, ubi vidi. Nunc Mediolani in Brera.

PRIMIO · CARIAEEIE · FILIVS
MERCVRIO · AEDEM · ET · SIGNVM
SOLO·SVO · EX·VOTO · DEDIT

Contuli. Brognoli misc.; Arici suppl. ms. ad Arragonensem; Bianchi inter Mariniana et *marmi Crem* tab. 2 p. 44 (inde Orelli 1398; Labus p. 54 n. 67).

4267 L pass. a vico S. Euphemiae orientem versus rep. a. 1786; deinde prope Cremonam in hortis Picenardianis, ubi vidi. Nunc Mediolani in Brera.

M E R C V R
C · PVBLICIVS
P R O C V L V S
V · E · L · M

Contuli. Brognoli misc.; Arici suppl. ms. ad Arragonensem; Bianchi inter Mariniana et *marmi Crem.* tab. 3 p. 61 (inde Labus p. 61 n. 82).

4268 Brixiae in monasterio Caritatis in area maiore FRANCISCUS SONCINUS, addens massarium eius loci Vincentium Scalvinum a. 1605 lapidem dono dedisse patri Ludovico Soncino. Ad S. Nazarii in aedibus della Corte GNOCCHI.

MERCVRIO
QVINTIVS
LEO
V·S·L·M

Soncino ms. f. 17; Gnocchi ms. p. 130 (inde Donat. 28, 6; Labus p. 61 n. 81).

2 QVINTVS Sonc.

4269 Virli *sopra il muro della chiesa de' Signori Avoltori corrispondente nel cortile* GNOCCHI, IOLI.

MERCVRIO
C · QVINTIVS
SALVIANVS
V · E · L · M

Gnocchi ms. p. 138 (inde Donat. 27, 7; Labus p. 60 n. 78); Ioli cat. mus. f. 75.

4270 ara exigua. Brixiae in domo Baptistae Bornati equitis TOTTI ARR. SONCINO. In aedibus Bornati ad S. Nazarii GNOCCHI. Ex aedibus Hieronymi Rosae venit in museum LABUS.

MERCVRIO
SEX · SALVIVS
Q · F · QVIR
RESTITVTVS
5 V · S

Contuli. Arragonensis ms. n. 160 = 302; Totti in add. p. 123 n. 416; Manutius cod. Vat. 5237 f. 146'; Soncino ms. f. 11'; Rossi p. 146; Mur. 47, 11 ex schedis suis; Gnocchi ms. p. 129 a prioribus; Ioli cat. mus. f. 59. 76; Labus p. 59 n. 73.

4271 ad S. Euphemiae rep., deinde prope Cremonam in hortis Picenardianis, ubi vidi. Nunc Mediolani in Brera.

MERC
SVRVS · ATTVSO
FIRMI · F
V · S · L · M

Contuli. Brognoli misc.; Arici suppl. ms. ad Arragonensem; Bianchi *marmi Crem.* tab. 4 p. 70 (inde Labus p. 64 n. 83).

4272 Fleri in ecclesia S. Eusebii GNOCCHI et RELIQUI. Vicarius Antonius Caprioli dedit museo Brixiano.

MERCVRIO
Q · VALERIVS · MA
GIACVS · V · E · L · M

Contuli. Habent Gnocchi ms. p. 137 (inde Donat. 28, 9); Brognoli in misc. imperfecte; Ioli cat. mus. f. 14; Labus p. 68 n. 94.

4273 *Alla Noce* prope ecclesiam in aedibus doctoris Fogari.

G · CONSENT
EXORATVS
MINERV

Gnocchi ms. p. 151 (inde Labus p. 33 n. 48).

1. 2 non dantur fracti.

4274 Oneati ad ianuam parvam templi ARR. TOTT.; ad labellum aquae benedictae MANUT. similiterque RELIQUI. Iam Brixiae in museo.

L · L · MINERVAE
V · S

Contuli. Habent Arragonensis ms. n. 270; Totti in add. p. 112 n. 337; Manutius cod. Vat. 5237 f. 77; Vinaccesi p. 319; Gnocchi ms. p. 151 (inde Donat. 29, 8); Labus p. 30 n. 39.

Integra est. — L·L· magis crediderim significare mulieris cuiusdam duo nomina quam *l(ibens) l(aetus)*.

4275 Mazani in aede antiqua S. Zenonis nunc diruta AVER, GNOCCHI. Deinde Brixiae primum apud Lechium, iam in museo, sed fracta.

MINERVAE
LAVMVS·SAE*CIL*
LI *F*
V S L M

Contuli quod superest. Habent Mur. ms. 21, 231, ed. 51, 4 missam ab Averoldo a. 1715 (non ex Rossio descriptam, ut male ait in ed.); Gnocchi ms. p. 151; Ioli cat. mus. f. 30; Labus p. 35 n. 50.

4276 Minervii [= Manerba] Riperiae Salodii in castello FERR.

MINERVAE
C · LVCRET
HERMES
V·S·L·M

Habet Ferrarinus cod. Par. f. 22, cod. Reg. inter Veronenses n. 136, Verderiano p. 50, 1 (inde et ex Ursini schedis Grut. 81, 1). Pendent inde ni fallor Capreolus f. 10 (inde Alciatus n. 76); Traiectinus n. 162; Mediceus n. 230 et denuo in add. n. 268a; Nazari p. 46 (inde Ligorius ms. Taur. 4); Arragonensis ms. n. 191 = 309; Grattarolo p. 110; Rossi p. 67; Gnocchi ms. p. 149 a prioribus; Labus *Giorn. Arcad.* 4 (1819) p. 263, inscr. Brix. p. 33 n. 47. Ex ipso lapide opinor Mediceus in add. n. 288.

1 MINERV Med. 288. — 2 LVCRET Med. 288 et ex Solatianis Ferr. (Par.) Trai. Med. 230, LVCRETIVS Ferr. (Reg. Verd.) et fere reliqui.

Idem nominatur n. 4439.

4277 Bidizolis in aedibus ecclesiae S. Stephani CONT. Nunc in domo episcopi GNOCCHI.

MINERVAE
C · MAESIVS
C·LIB
ENCOLPVS
5 V·S·L·M

Habet Continuator, scilicet Corsinianus n. 196; Mediceus n. 240; Arragonensis ms. n. 184 = 304; Totti p. 62 n. 175; Nazari p. 45 (inde Ligorius ms. Taur. 4; Grut. 1011, 5); Grattarolo p. 113; Rossi p. 67 (inde Mur. 52, 6). Denuo ex lapide Gnocchi ms. p. 149. A prioribus Labus p. 31 n. 41.

4278 in villa Celaticae extra Brixiam ad III lapidem in ecclesia S. Georgii in pariete exteriore FELIC. et RELIQUI; Cellaticae in ecclesia ad aquam sacram ARRAG., *alla tinaja dell' arciprete* GNOCCHI. Nunc ex dono archipresbyteri eius Brixiae in museo. — Munerbe ROSSI errore.

MINERVAh
SACRVM
MEDVSSA CARIASSI *s*
V·S·L·M

Contuli. Habent Felicianus Brix. B 71; Sanutus f. 84; Ferrarinus cod. Reg. Brix. 92, cod. Verderiano p. 38, 1 (inde Grut. 81, 3); Capreolus f. 10 (inde Alciatus p. 75); Traiectinus n. 93; Mediceus n. 121; Arragonensis ms. n. 250 = 293; Nazari p. 46; Ligorius ms. Taur. 4; Rossi p. 67; Gnocchi ms. p. 149; Ioli cat. mus. Brix. f. 46; Labus p. 27 n. 34.

3 CARIASS vel CARIAS priores; videtur fuisse CARIASSIS.

4279 Brixiae rep. 1813 *nella piazza di S. Francesco delli Orzi nuovi*, deinde apud Lechium, nunc in museo.

MINERVA*e*
l MINICIVS
FIRM*i*

Contuli. Labus *della tribù e dei dec.* (1813) p. 26 et *marmi Bresc.* p. 27 n. 35; Ioli cat. mus. f. 32. 78.

4280 Verzianae fuit in casa colonica, quae est nosocomii maximi; nunc est in museo.

MINERVAE
PRIMIO · ESDRI
MANCIPI

Descripsi ut potui positam loco alto. Ioli cat. mus. f. 67. 76; Labus p. 30 n. 37.

4281 Nigolerae [= Nuvolera] sub porticu aedium Ioachimi Soldo fuit, nunc est Brixiae in museo.

MINERVAE
M·ET·G
VALERI·SENECIONIS
FILI
5 V·S·L·M

Descripsi. Ioli mon. ant. II, cat. mus. f. 48; Labus p. 30 n. 36.

4282 Brixiae rep. non longe ab aede S. Iohannis et mihi domi recondita CAPREOLUS. In quodam sacello vetusto apud templum S. Faustini maioris MED. Iuxta S. Faustinum in ecclesia S. Iacobi ad aquam sacram ARRAG. similiterque ACC. NASSINO NAZARI. — Barni extra Brixiam GRUT. male.

MINERVAE
AVGVST
SEX · DVGIVS
VALENTIO·VI
5 VIR·AVG

Habent Capreolus f. 10 (inde Alciatus n. 74); Solatiani Traiectinus n. 31 et Mediceus n. 87; Accursius ms. n. 23; Nassino ms. ante p. 1 qui vidit c. a. 1530; Nazari 1562 p. 46 (inde Ligorius ms. Taur. 4); Arragonensis ms. n. 137 = 284; Grut. 81, 5 per Gutenstenium ex ms. Metelli; Rossi p. 67 (inde Mur. 53, 10); Gnocchi ms. p. 118 a prioribus (inde Donat. 30, 1); Labus p. 32 n. 43 a prioribus.

Exempla proba Traiectini Medicei Accursii Nassini Arragonensis plane consentiunt. — 2 AVGVT Capr. — 3 seq. SEX·DRVNIVS·VALENS·VI·VIR AVG·D·D Grut. ex interpolatione, a qua interpolatione immunis est uterque codex Metelli, tam Continuatoris Solatiani (cod. Vat. 6039 f. 403') quam Arragonensis (cod. Vat. 6038 f. 154).

4283 Brixiae in domo Hostianorum MARCANOVA. In aedibus Andrioli Gambari FERRAR. CORSIN. In domo Andreoli a Flumine nigro TOTTI ARR. *Nella casa del qu. Iacobini Fumenero* NAZAR. In domo domini Fabii Moraculae TOTTI 2. Prope ecclesiam S. Afrae ROSSI. *Trovata nel Sett. 1857 nello scavare una stalla a pianterreno nella casa Morelli* GELMINI. Nunc ex dono Caroli Cocchetti in museo.

SOLI · DEO
INVICTO
EX · VOTO
SEX · DVGIVS
5 VALENTIO
VI·VIR·AVG

Contuli. Habet Marcanova cod. Mut. n. 27. Item Sanutus f. 78; Ferrarinus cod. Paris. in add. f. 58', cod. Reg. n. 66 (inde Mur. 196, 8 ex schedis Farnesiis), cod. Verderiano p. 29, 2 (inde Grut. 35, 6 adhibitis schedis Pighii); Traiectinus n. 69; Corsinianus n. 38 (Mediceus non habet); Totti p. 15 n. 42; Nazarius 1562 p. 48; Ligorius ms. Neap. 36, 372 et ms. Taur. 4. Denuo ex lapide Arragonensis n. 150 = 413; Rossi p. 56 (inde Gnocchi p. 116, citans ms. Averoldi); Labus p. 41 n. 58; Gelmini ms.

4284 Brixiae in monasterio quod fuit S. Iuliae in arcu qui sustinet cryptam S. Mariae in Solario.

DEO·SOLI
RES·PVBL

R. Schoell descripsit. Brognoli ms. f. 28; Ioli cat. mus. f. 78; Labus apud Odoricium *antich. crist. di Brescia* 1 (1845), 44 et in syll. p. 41 n. 60; Brunati *santi Bresc.* ed. 1 p. 23, ed. 2 1, 199.

1 SOLI DEO Brogn.

4285 Gussagi apud Averoldum VINACC. Frustra indagavit iam GNOCCHIUS.

ab uno latere:
NEPTVNO
V·S·L·M

ab altero latere:
VIRIBVS
V·S·L·M

Averoldo p. 290 et apud Vinaccesium p. 324 et apud Mur. 54, 5. Inde male Gnocchi ms. p. 152; Donat. 32, 2 ex Gnocchianis; Labus p. 36 n. 53.

4286 ara magna, ad S. Felicis ad Benacum in ecclesia parochiali.

NEPTVNO
AVG
L · SVLPICIVS
CLAVDIAN
EX VOTO

Contuli. Ioli cat. mus. f. 76; Labus apud Odoricium *Bresc. Rom.* 1851 p. 54 et *marmi Bresc.* p. 35 n. 51.

4287 Brixiae apud arcem Gazzete apud domum combustam SANUTUS. In lapide qui iacet Brixiae in via privata iuxta vetus hospitale FELIC.; 'proh dolor! quadam in cloaca repertum est' MONTFAUC. Contra carceres FERR. similiterque POSTERIORES, scilicet sub portico carcerum (*Monte Nuovo*), ubi mansit, donec a. 1868 illata est in museum.

NOCTVRNO
VICTOR · BRIXIANORVM · V *s*
vir sedens sin
fortasse sceptrum
tenens

Contuli. Habent Sanutus f. 82'; Felicianus Brix. *B* 53; Ferrarinus cod. Reg. Brix. 31 (ubi pars adhaesit praecedenti titulo) et cod. Verderiano p. 31, 1 (unde protulit aere expressam Burmannus ad versionem libri Rossiani thes. antiq. Ital. vol. IV p. II p. 180); Montfauconianus n. 22; Totti p. 16 n. 43 et p. 106 n. 305; Arragonensis ms. n. 30 = 344; Mediceus in add. n. 254. 333; Nazari 1562 p. 51 (inde et ex Verderii schedis Grut. 631, 6); Soncino ms. f. 3'; Ormanico ms.; Vinaccesi in add. p. 313 (inde Mur. 98, 4); Gnocchi ms. p. 124; Ioli cat. mus. Brix. f. 9; Labus p. 124 n. 164 (cf. *mus. Bresc.* vol. I p. 164; inde Henzen 5857), qui dat imaginem.

1 lectio certa neque aliter antiquissimi Gnocchiusque; NOCTVLIO primum Arrag. Med. (add.) Nazar. — 2 VICTOR nunc cernitur et sic recte San. Felic. Verd. aliique, cum ICTOR habeant Ferr. Montfauc.; LICTOR primum Nazarius. — Felicianus sic dedit interpolatam: IO· VIC·|NOCTVRNO | CERTAMIN | VICTOR · BRIXIANOR | STATVAM | AER · EREXER | EX·VOTO. In seminario sub statua huic numini tributa legi scribit Gnocchius p. 123 (inde Donat. 52, 4) titulum hunc: 'Deum Noc'talium, cui olim in civitate templa dicata, hic 'collocandum curavit studiosa iuventus mense 'Quintili MDCCXXV'.

4288 Brixiae in sacello D. Ioannis Evangelistae SOLATIANI. *Scoperta 1830 vicino a S. Giovannino* IOLI. *Era nel vicolo retro la casa dei conti Maggi inosservata; entrò nel museo l'anno 1830.* LABUS.

G · CLODI
VS COMICV *sic*
SILVANO
V S L M

Contuli. Habent Solatiani Traiectinus n. 77, Mediceus n. 70, Arragonensis ms. n. 144 = 87, ed n. 77; Grut. 1071, 5 ex Pighianis (cod. Luzac. p. 75) et Rossianis; Rossi p. 253 (inde Gnocchi ms. p. 131; ex Gnocchio Donat. 40, 13). Denuo ex lapide Ioli cat. mus. f. 59; Labus p. 74 n. 108.

4289 Brixiae in domo Ludovici Soncini.

SILVAN
L · M · NARCISSVs
V · S · L · m

Soncino ms. f. 10' eodemque exemplo Gnocchi ms. p. 131 ex codice Averoldi (inde Donat. 40, 8; Labus p. 74 n. 110).

2 NARCISSVS, 3 V·S·L·M Gnocchi.

4290 Brixiae in ruinis aedis q. d. Herculis rep. 29 Aug. 1823. Est in museo.

sil|VANO
a|VG
sac|rVM

Descripsi. Ioli mon. ant. II et cat. mus. f. 56; Labus p. 74 n. 109.

4291 Pivignagi (Pavignagi) in ecclesia MARCANOVA FELIC. similiterque RELIQUI; *incastrata nel fianco meridionale della chiesa parrochiale* GNOCCHI. Ex ea ecclesia venit in museum Brixianum.

VICTORIAE
SEX · ATTIVS
BASSIANVS
V·S·L·M

Contuli. Habent Felicianus Brix. A 17 (om. in hac quidem parte Veronensis, sed habet in parte *B* n. 76); Marcanova f. 138' n. 16; Ferrarinus cod. Bat. f. 60', cod. Reg. n. 62, cod. Verderiano p. 43, 2 (inde Grut. 103, 1 collatis schedis Pighii); Redianus f. 84 n. 20. Item Solatiani Traiectinus n. 147; Mediceus n. 231; Arragonensis ms. n. 190 = 438 quique ab his pendent Nazarius 1567 p. 49 (inde Grut. 1018, 4); Ligorius ms. Taur. 4; Rossi p. 304. Denuo ex lapide Gnocchi ms. p. 157; Labus p. 104 n. 146.

4292 Salodii in ecclesia S. Bernardini ad aquam benedictam CORSIN. similiterque TOTTI MED. ARRAG.; Tusculani Riperiae SARAYNA; apud Gardam insulam REDIANUS. In museo Veronensi LISCA et POSTERIORES. Est ibi sub n. 89. — Sermione prope altare FELIC. cum suis; ubi cum haec extrema adhaereat in Iubilatione, desit autem in eadem serie apud Marcanovam, probabile est eam postea adiectam esse et sic erratum in loco indicando. Boarni NAZAR. item errore.

VICTORIAE
PRO SALVTE·
Q · MINICI · MACR
SEX · CABINASIS
PRIMVS EX VOT

SIBI·ET·PATRI·ET·MATRI
ET·FRATRI
T · F · I

Felicianus Brix. B 1; Sanutus f. 79; Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 58 et cod. Verderiano p. 19 (inde Grut. 728, 1); Traiectinus n. 62; Mediceus n. 42; Arragonensis ms. n. 287 = 252; Rossi p. 279, hi omnes eodem ut videtur exemplo. Certo ex lapide privilegia (v. ad n. 4244) et Soncino ms. f. 10' et Gnocchi ms. p. 203.

DIS·M praemittit Verd. solus. — 1 PROCVLVS pro DOMITIVS errore calami Felic. — 3 L·PROCVLVS Gnocchi. — 4 om. Privil. — 7 om. Sonc. et Privil.

4420 Brixiae rep. a. 1566 non longe a foro piscario vetere TOTTI similiterque MED. In hortis Avogadri [postea Martinenghi VINACCESI] sub castello SONCINO, VINACCESI. *Al Casino* GNOCCHI. Nunc ex dono praepositi S. Iohannis abbatis Rossini in museo.

L · DOMITIO
FAB · VALERIAN
DECVR · Q ·
L · DOMITIVS
CORNELIANVS
PATRI · ET
CORNELIA
MARCELLA · MARITO
L · D · D · D

Contuli. Habent Tottius in add. p. 126 n. 437; Mediceus in add. n. 310. 330; Manutius Vat. 5244 p. 147; Rossi ms. f. 164; Soncino ms. f. 16'; Vinaccesi in add. p. 286 (inde Mur. 698, 6); Gnocchi ms. p. 17; Labus *tribu e dec.* p. 26 Ioli cat. mus. f. 47.

4421 Brixiae in aedibus Iosephi Rosa AVER. similiterque RELIQUI. Phil. Rosa dedit museo Brixiano.

SER · DONNIO
ANTONIO

VICANI
VICI · MINER

Contuli. Ios. Ant. Averoldus misit 26 Apr. 1699 Muratorio, qui tamen non edidit; Gnocchi ms. p. 259 (inde Donat. 430, 17); Aricius in supplementis ad Arragonensem n. 472; Brognoli misc.; Ioli cat. mus. f. 12.

4422 Brixiae in S. Faustini in pariete australi TOTTI similiterque RELIQUI ANTIQUIORES. Fuit *alla Baitella* inter Brixiam et Ospitalettum; comes Ioh. Lupi Bergomas dedit museo Brixiano IOLI.

FABRICIAE
CENTONIAE
ARETHVSAE · VXORI
OPTIMAE · E · CHRESIME
FILIAE · CARISSIM
FABRICIVS · CENTONIVS
COLLEGIORVM·LIB
CRESIMVS *sic*

Contuli. Habent Accursius n. 27; Volpatus n. 30; Mediceus in add. n. 256. 323; Totti p. 32 n. 94; Arragonensis ms. n. 134 = 172; Metelliana cod. Vat. 6038 f. 155; Soncino ms. f. 14; Rossi p. 257 (inde Fabrett. 434, 13; Orell. 3019); Gnocchi ms. p. 210 ex Rossio et codice Averoldi (inde Donat. 401, 20); Ioli cat. mus. f. 46.

Suspectum titulum dixit Orellius temere; recte id reiecit Henzen. — 5 post OPTIMAE add. D·D, omissis reliquis, Totti m. 1 et Med. 256. Idem exemplum legitur in cod. Metelli Vat. 6038 f. 155; plenum adscripsit manus secunda haec adnotans: *così l'ho veduto e trovato io; veder hora quanto si possa fidar de' trascrittori.*

4423 Gussagi olim in aedibus Averoldi, nunc Brixiae in museo.

INIVS · C
nTII · VIR · AV
S·L·L·FAVSTA
ET
ius · ANATOLIo
· ET · DIACOno

Contuli. Habent Averoldo p. 292 et apud Mur. 762, 4 (inde Gnocchi ms. p. 31; Donat. 91, 8 ex Gnocchianis); Ioli cat. mus. f. 64.

4424 Brixiae rep. in fundo turris Paganorae [cf. n. 4308] LIL.; in foro publico in pariete carcerum (*Monte Nuovo*) ANTIQUI RELIQUI. Ibidem adhuc.

L · FICTORIVS
TERTIVS
VI VIR · AVG · SIBI · ET
FIRMIAE · FIRMAS · VXORI · ET
reliqua pars lapidis scripta non est

Contuli. Habent Iucundus f 217 n. 33; Lilius f. 50; Felicianus Brix. B n. 32; Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 7, cod. Verderiano p. 8 (inde Grut. 409, 6); Alciatus n. 26; Accursius ms. n. 11; Traiectinus n. 7; Mediceus n. 15; Arragonensis ms. n. 15=237; Anonymus a. 1585 cod. Paris. 4856 f. 53; Soncino ms. f. 3; Rossi p. 260; Bianchini ms. Veron.; Gnocchi ms. p. 25; Ioli ms.

4425 in contrata Botonagae extra Brixiam ad II lap. in templo S. Mariae Serpentis post altare FELIC. similiterque SAN. In S. Maria *del serpente* Fontanellarum Botonaciae FERR. Similiter POSTERIORES.

V · F
SEX · HELVIVS
ANTHIMVS
VI VIR · AVG · SIBI · ET
HELVIAS · HELPIDI
VXORI · CARISSIM · ET
SEX · HELVIO · CLASSICO
SEX · HELVIO · CLASSICIANO
HELVIAS · RVFINAE
FILIIS · PIISSIMIS

Servavit Ferrarinus apud Felicianum Brix. B 72 Sanutumque f. 84', item in cod. Reg. Brix. 91 et Verderiano p. 39, 1 (inde Grut. 418, 2). Pendent ab his Mediceus n. 110; Arragonensis ms. n. 288=437; Manutius Vat. 5237 f. 95; Rossi p. 308; Gnocchi ms. p. 35 (inde Donat. 93, 4).

Vv. divisi ad Felic. Ferr. (Verd.) Med. Man. — 5 HELPIDI Ferr. (Verd.), ELPIDI reliqui. — 8 CLASSITIANO Fel., CLASSIANO Grut. contra auctorem, CLASSICANO Gnocchi item contra auctorem Rossium. — 9 RVFFINAS Man.

4426 extra Brixiam iuxta moenia in S. Andreae in lapide aquae benedictae FELICIANUS. '*Si trova in S. Francesco fuori di Asola, dove i frati di questo convento gli hanno fatto dentro un avello da lavarsi le mani* MANI T. cod. 5237. — Ibidem (praecedit Montorium) REDIANUS in serie titulorum vere Brixianorum (cf. n. 4333); inde Veronae GUDIUS.

COLL · CENT
SEX · HELVIVS · LEO
OB · MERITA · ERGA · SE
COLLAT

Felicianus Brix. B 38; Redianus f. 70' Veron. n. 122 (inde Gud. 207, 6); Manutius Vat. 5237 f. 143 et Vat. 5241 f. 639. 652 (inde Don. 9, 4; ex Donio Mur. 513, 1).

Vv. divisi ad Felicianum et Man. — 2 SEX om. Manutius, notans eo loco esse *un sperone da trar l' acqua di legno*. — 4 COLLAT Red., COLLATA Fel. Man.

4427 Brixiae rep. 17 Iun. 1846 cum refecta est via S. Iohannis *vicino alla mercanzia* IOLI.

C · HOSTILIus
C · F · FAB · CAE
BO · IIII · VIR · I · D

Contuli. Ioli cat. mus. f. 84.

4428 Brixiae in foro publico in pariete carcerum (*Monte Nuovo*) ANTIQUI. Ibidem adhuc.

PIETATI
HOSTILIAE
HOSTILIANAE
VI VIR · AVG · SOCI
QVIB · EX · PERMISS · DIVI · PII
ARCAM · HABERE · PERMISS *sic*
PRIMAS · BENEMERENTI · T · V *sic*

Contuli. Habent Iucundus f. 217 n. 34; Lilius f. 48'; Felicianus Brix. B 24; Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 6, cod. Verderiano p. 7, 2 (inde Grut. 419, 7; Orelli 3913); Pacedianus l. XV; Accursius n. 7; Traiectinus n. 9; Mediceus n. 13; Arragonensis ms. n. 20=378; Soncino ms. f. 2'; Rossi p. 264; Bianchini ms. Veron.; Gnocchi ms. p. 27 (inde Donat. 90, 5); Ioli ms.

Pietati Hostiliae Hostilianae VIviri Aug(usta-les) *soci, quib*(us) *ex permiss*(u) *divi Pii arcam habere permiss*(um), *primae benemerenti. T*(itulo) *u*(sa). Prima benemerens eapropter dicitur Hostiliana, quod collegio, cum primum liceret, id est statim post arcae ius datum ab imperatore, summam aliquam largita est.

4429 Brixiae post carceres SAN. In foro publico in pariete carcerum (*Monte Nuovo*) ANTIQUI RELIQUI. Ibidem adhuc.

HOSTILIAE
TRYPHAENAE
P · HOSTILIVS · P · C · L
COMICVS · VI · VIR · AVG
SIBI · ET
FLORENTINO · LIB
ENCRINOMENO · LIB

Contuli. Habent Sanutus f. 78; Iucundus f. 217 n. 27; Felicianus Brix. B n. 27; Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 27 et cod. Verderiano p. 2 (inde Grut. 420, 3); Alciatus n. 56; Accursius n. 2; Traiectinus n. 24; Mediceus n. 3; Arragonensis ms. n. 13=193; Soncino ms. f. 1'; Rossi p. 256; Gnocchi ms. p. 29; Ioli ms.

4430 Bornadi in ecclesia S. Bartholomaei FERRARINIANI PLERIQUE; in aedibus presbyteri FERR. (VERD.); *nell' orto del fattore del Nobile Sig. Paluselle, rivolto a levante* GNOCCHI LABUS. Iam ex dono Camilli Paluselliae Brixiae in museo.

M · IVLI · HOMVNCIO
E · CORNE · TERTVLLAE
PARENTVM · E · IVLIORVM
HOMINIS · E · MARCELLINI
FRATRIVM · PIISSIMORVM *sic*
M · IVLIVS · FAB · MARCELLINVS
DECVRIO
BRIX · ET · SIBI · ET · MESSIAE
PVSINNAE · VXORI
OPTIMAE

Contuli. Habent Ferrarinus cod. Reg. Brix. 94, cod. Verderiano p. 41 (inde Grut. 423, 7); Traiectinus n. 122; Mediceus n. 161; Arragonensis ms. n. 254=305; Rossi ms. f. 155; Vinaccesi in add. p. 286. Denuo ex lapide is qui emendavit librum Tottianum p. 50 n. 146 (quae emendationes apud Arr. non inveniuntur); Gnocchi ms. p. 17; Labus, qui de hoc titulo scripsit commentarium *sulla tribù e sui decurioni di Brescia* (Brixiae 1813), ubi datur aere expressa (cf. comm. Athenaei Brixiani 1813/5 p. 47); Ioli cat. f. 66.

M. Iuli Homuncio(nis) *et Corne*(liae) *Tertullae parentum et Iuliorum Hominis et Marcellini fratrum* (immo *fratrum*) *piissimorum M. Iulius Fab*(ia) *Marcellinus decurio Brix*(iae) *et sibi et Messiae Pusinnae uxori optimae.*

4431 Bidizzolis in plebe S. Mariae CONTIN. similiterque POSTERIORES. Bedizzole *all' antica Pieve al Ponte delle Nuove in un pilone messa a rovescio* BROGNOLI similiterque DA PONTE.

C · IVLIO · PAVLINO
ANDRAGATHO
VI · VIR · AVGVST
GRATVIT
C · IVLIVS · AQVILINVS
PATRI

Habet Continuator, scilicet Corsinianus n. 197; Mediceus n. 244; Arragonensis ms. n. 185 = 86, ed. n. 108; Totti p. 63 n. 178; Rossi p. 273 (inde Fabrett. 403, 304; Mar. 199, 3). Denuo ex lapide Vinaccesi in add. p. 270 (inde Mur. 1260, 14); Gnocchi ms. p. 31 (inde Donat. 91, 7); Brognoli ms. f. 30'; Labus mus. Mant. 3, 73, cui descripsit Bagatta a. 1812; Petrus da Ponte describens mihi.

1. 2 legere non potuerunt Brognolius at Pontius bodie latentes. — 1 IVNIO Med. Cors. Tott. Arr. 1. — 3 AVGVS Ponte. — Vinaccesius non dedit nisi vocabula tria postrema.

4432 Brixiae ad S. Desiderii in limine portae sacristiae

IVNIVS · EVIRA . . .
ET
CVLTORES · COLLEGI
LARVM
PATRONAE
BENE · MERENTI

Gnocchi ms. p. 47 (inde Donat. 238, 1).

1 EVFRANOR fuit vel simile cognomen.

4433 Brixiae ad S. Agathae FERRARINUS. *Ritrovasi alle Pescherie vecchie vicino alla fontana, ritrovata cavandosi nella chiesa di S. Agata per fabricare la capella del Corpo di Cristo* SONCINO. Cobiati in domo Soccamania GNOCCHI. — Circa forum publicum ARRAG.; in coemeterio S. Faustini ROSSI; ex dono Soccamanii extare in museo scribit BROGNOLI f. 21; errore opinor omnes.

COLL · FABR
M · IVVENTIO
MAGIO
QVI·FACVLTAT·SVAS
COLLEG·RELIQ

Habet Ferrarinus cod. Reg. Brix. 54, cod. Verderiano p. 15, 1 (inde Grut. 427, 3), cod. Bembino f. 113'; Traiectinus n. 50; Mediceus n. 26 et denuo in add. ult. f. 103; Arragonensis ms. n. 35 = 82, ed. n. 69; Rossi p. 251. Pendent inde Panvinius cod. Vat. 6036 f. 6 et Ligorius ms. Neap. 36, 376. Denuo ex lapide Soncino ms. f. 7; Gnocchi p. 82.

2 IVVENTIO Sonc. et Medic. 26 m. 2; IVVENTIO Rossi Gnocchi, IVVENIO reliqui omnes. — 4 FACVLT Gnocchi, FACVLTAT Sonc. — SVAS Ferr. (Reg.) Sonc. Gnocchi, om. Ferr. (Verd. Bemb.) et Ferrariniani reliqui.

4434 basis. Salodii in ecclesia S. Mariae FELIC. A et RELIQUI PLERIQUE; ante ecclesiam parochialem ad sinistram GNOCCHI IOLI. Adhuc ibidem. — In valle Camonica in villa Rogni in ecclesia FERRARINIANI (Felic. B, Ferr. Reg. 64, Verd. 35) errore. Materni ARR., item errore.

SEX · LAETILIO
SEX · FIL · FAB
FIRMINO
VI · VIR · AVG
LAETILIAE
VERA · ET · SECVNDA
FRATRI · PIISSIMO

Contuli. Felicianus in iubilatione a. 1464 cod. Tarv. f. 204 et in corpore Veronensium n. 180, a quo traxerunt Marcanova Mut. f. 131' agri Ver. n. 90; Ferrarinus cod. Bat. inter Veron. f. 35', cod. Reg. Brix. 71, cod. Verd. p. 55, 2; Apianus 164, 4. Denuo ex lapide Ferrarinus apud Felicianum Brix. B 79 et in cod. Reg. Brix. n. 64, cod. Verderiano p. 35, 2. Pendent ab his auctores Veronenses Pantheus de thermis Calder. (Ven. 1500) c 1, Sarayna f. 52 (inde Smetius 161, 4; ex his et ex Morosinii schedis Grut. 428, 3), Panvinius in add. ms. ad Saraynam Ital. f. 50', Ver. p. 225, Venturi ms.; item auctores Brixiani Traiectinus n. 132, Mediceus n. 204, Arragonensis ms. n. 211 = 405, Rossi p. 302. Denuo ex lapide Grattarolo p. 64; Morosini in itin. a. 1598 p. 45; Ursatus ms. Patav.; Gnocchi ms. p. 34; Brognoli ms. f. 36'; Ioli cat. mus. Brix. f. 79.

4435 Gardesanne *nel muro d'uno sagrato* GAMM. LIL. In Benaco ad insulam fratrum FELIC.; ad ecclesiam monasterii MARCAN.; similiter RELIQUI ANTIQUIORES. Altino [in hoc erravit Fontan.] Venetias delata extat apud nobiles de Mainottis in area S. Pantaleonis FONTANINI 1704. — In paeninsula Sirmionis SARAYNA male.

V · F
SEX · LAETIL · FAB
QVARTIO · VI · VIR
AVG · SEX · LAETIL · VA
LENTIONI · ET · RVFAE
RAVCVLAE · FIL · PARENTIB
ET · SIBI · ET · FESTAE
IANVARI · FIL · VXORI
SEX · LAETIL · SECVNDO
LAETIL · PRIMVLAE · FILIIS
ET · LAETILIAE · FIRMINAE
NVRV

Habent Cyriacani auctores Gammarus f. 114; Lilius f. 38'; Redianus f. 67' Veron. n. 69. Habent item Felicianus in iubilatione a. 1464 cod. Tarv. f. 202' et in corpore Veronensium n. 184; Marcanova Mut. f. 132 agri Ver. n. 95; Ferrarinus cod. Bat. inter Veron. f. 36, cod. Reg. Veron. n. 140, cod. Verder. p. 59; Sanutus f. 83'; Iucundus inter Veronenses f. 193 n. 66; Apianus 162, 5; sylloge Brixianae Traiectina n. 160, Medicea n. 225, Arragonensis ms. n. 214 = 417, Rossii p. 301, Gnocchii ms. p. 34 vix de visu; auctores Veronenses Sarayna Lat. f. 50, Ital. f. 70 (inde Smetius 161, 2) et Panvinius Var. ms. f. 297', ed. p. 224; Grut. 428, 4 ex Sarayna et Verderianis. Denuo ex lapide Fontaninius in epistula ms. ad Muratorium a. 1704, quam repperimus et Utini in bibliotheca capitulari et inter Muratoriana.

V. 1. dabo plenam Gammari Feliciani (Tarv.) Fontaninii. — In vv. div. consentiunt Gamm. Font. nec multum discedit Tarvis. — 1 om. Gamm. Font. — 3 QVARTTO 'sic' Font. — 6 RAVCVLAE Tarvis., RAVCVIAE Font., RAVEVLAE Gamm. — 6 FARENTIBVS Font. — 8 IANVARI Tarvis. — 9 SECVND Font. — 11 LAETILLAE FILIAE MINAE Font. — 12 NVRV Gamm. Tarv. Font. reliquique meliores (NVRV Verder. Traiect.), NVRVI Arrag. cum asseclis Rossio et Gnocchio et Grutero.

4436 extra Brixiam fuit in via ad Castenedolum in angulo casae colonicae episcopalis; inde a. 1805 venit ad Lechium, postea in museum.

V F
L · LAVDONIVS
HERMES
VI VIR · AVG · BRIX
SIBI · ET
LAVDONIAE · FIRMAE
VXORI
LAVDONIAE · FIRMVLAE
LAVDONIIS · PRIMITIVO
QVARTIONI · LIB · ET
ET · L · N · DIOGENI · LOCVM · DONAVIT

Contuli. Habent Brognoli misc.; Labus *giorn. Arcad.* 1819 IV p. 272 et in comm. Athenaei Brixiani 1818/9 p. 110 et apud Orellium 4824; Ioli cat. mus. f. 29.

8 fin. sine dubio cogitatione supplendum est *f(iliae)*; sed in lapide id non adest. — 11 postea adiectus est, unde vocabulum ET errore repetitur. Puto explicandum esse ad hoc exemplum: *et L. N(onio) Diogeni locum donavit*; quod proposuit Labusius *et L(audo)n(ius) Diogeni* ego ne intellego quidem.

4437 Brixiae rep. in aedibus monasterii S. Iuliae.

L · LEPIDIVS · L · L · PHILEMO · SEX
AVG · VIVOS · FECIT · SIBI · ET
MELIAE · L · P · MAXIMAE · VRORI · ET
M · LEPIDIO · PRIMO · FILIO

Servavit Continuator. Habent Volpatus n. 54; Corsinianus n. 57; Mediceus n. 67; Arragonensis ms. n. 95a=253; Totti p. 22 n. 65; Rossi apud Grut. 1096, 3 et *mem. Bresc.* p. 259; Ormanico *iscr. di Brescia* 1656 p. 12.

4438 in villa S. Euphemiae domi Leonis Ceveti ARR. ROSSI. *A Bonpensiero presso il Borgo di S. Eufemia alla casa del Sig. Teseo Lana* GNOCCHI. Ex aedibus iis dono Ghidelliorum venit Brixiam in museum.

L · LVCRETI
SPHORI · VI · VIR
AVG · AMICO · CARISS
ET · STATIAE · VERAE
sic CONIVGE · HVIVS · DOMNE
MEAE · SANCTISSIMAE · ET
AMICAE · CARISSIMAE · HIS
ARAM · POSVIT
IVVENTIVS EROS AMICIS

Contuli. Habent Arragonensis ms. n. 125, ed. n. 154; Totti in add. p. 118 n. 378; Rossi p. 168 (inde Mur. 201, 1); Gnocchi p. 32 (inde Donat. 91, 4).

9 non habent Arr. Tott.; pro eo ET ROSAS AVRELIVS TIMARCVS AETERNVM Rossi (quae petita sunt partim ex lapidis vestigiis male lectis, partim ex Polensi titulo n. 582*, 25) idque retinuit Gnocchius, quamquam lapidem vidit et nexum v. 5 inde enotavit.

4439 Manerbae in riperia Salodiensi FERRARINIANI; in turri campanaria addunt GNOCCHI POLLINI IOLI. Ibidem adhuc *alla pieve vecchia*. In latere legitur: 'Ex antiquis monumentis Romanorum hic ademptus a Michaele Pasino archipresbytero in angulo colocatus MDXXXXVII die ul. Mai.' — *Nella base della torre della chiesa di S. Maria di Valtenese in Riviera* SAMBUCA.

C · LVCRETIVS
C · L · ERASMVS
SEX · VIR · AVG · BRIX
ET · TRIDENT · GRAT · SIBI
ET · COMMIN · ONESIME
VXORI · CARISSIMAE
C · LVCRETIO · HERMETI
ALVMNO · PIISSIM
LIBERTIS · LIBERTABVSQVE · ET sic

Contuli. Habent Ferrarinus cod. Par. f. 23, cod. Reg. Veronensium n. 135, Verderiano p. 62, 1 (inde et ex Metellianis Grut. 432, 3) et qui inde pendent Traiectinus n. 145; Mediceus n. 215; Arragonensis ms. n. 192=71, ed. n. 117; Grattarolo p. 110; Rossi p. 272; Sambuca Cenom. p. 88, qui emendat ad codicem a Burmanno adhibitum in editione Latina Rossii procuranda, id est ad Verderianum, et alterum bibliothecae patrum oratorii Brixiae, id est Tottianum. Denuo ex lapide Gnocchi ms. p. 32 (inde Donat. p. 95, 6); Pollini *viaggio al lago di Garda* (1816) p. 9; Ioli cat. mus. Brix. f. 82; Labus *giorn. Arcad.* 4 (1819) p. 259 et in comm. Athenaei Brixiani 1818/9 p. 105 et apud Orellium 4823.

Idem C. Lucretius Hermes nominatur n. 4276.

4440 Brixiae ante apud Lechium, nunc in museo.

MARCELLINA
COLLEG · LARVM
DEDI X D · VT · NO Ros
rosaRias ET · PARENTALIB

Contuli. Ioli cat. f. 27.

4441 Brixiae rep. 1 Oct. 1822 in vicolo *delle antiche mura a Pè del Dosso*.

P · MATIENO · P · FIL
FAB · PROCVLO
ROMANIO · MAXIM
ANNOR · VI · MENS · II
DIER · V
ORDO · BRIXIANOR
FVNVS · PVBLICVM · ET
STATVAM · EQVESTR
AVRATAM · DECREVIT
MATIENVS · EXORATVS
PATER · INFELIX · TIT · VSVS

Contuli. Ioli cat. mus. f. 53; Labus *ant. mon. scop. in Brescia* p. 25 tab. 1, 2 (inde Orelli 4051) et in comm. Athenaei Brixiani 1823 p. 42.

4442 Isei rep. in ecclesia parochiali reficienda; inde venit Brixiam in museum.

S · POstumI · F
IATRO
sACERDOS
auGVSTI
CREMON
ET
ia · MERRATOR
cREM
s · VIATORI
CREM

Contuli. Ioli cat. mus. f. 68.

4443 Brixiae in foro publico in pariete carcerum (*Monte Nuovo*) ANTIQUI. Ibidem adhuc.

Q · MINICIO
Q · F · POB
MACRO
IIII · VIR · VERON
Q · VERÓN · ET · BRIX
MINIC · FORTVNAT
MATER · FILIO · PIISSIM
L · D · D · D

Contuli. Habent Iocundus f. 217 n. 35; Lilius f. 49'; Felicianus Brix. B n. 23; Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 9 et cod. Verder. p. 4; Alciatus n. 31 (inde Choler f. 48'); Pacedianus l. XV; Traiectinus n. 11; Capreolus f. 8' qui memorat tantummodo; Mediceus n. 14; Panvinius Ver. p. 86, cod. Vat. 6038 f. 68 et 68', Rom. p. 525 (inde Smet. 171, 1; Grut. 918, 16); Smetius 159, 18 ex Sigonio aliisque; Arragonensis ms. n. 21=387; Manutius orth. 523, 1 (inde et ex Verderianis Grut. 438, 8); Ligorius ms. Neap. 36 p. 376; Soncino ms. f. 1'; Vinaccesi in add. p. 265; Maffei Ver. p. 91 inscr. n. 14, M. V. 199; Mur. 723, 5 non ex Rossio ut ait, sed aliunde; Biemmi *ist.* (1748) 1, 175; Sambuca Cenom. p. 4. 238. 402; Gnocchi ms. p. 22 (inde Donat. 258, 1); Brognoli ms. f. 31'; Labus *epigr. nuov. scop.* p. 13. 19; Ioli ms.; Orelli 67 a prioribus.

Initio T·F·I adhaesit in Verderiano et apud Grut. 438 ex titulo diverso. — 2 Q·FAB·POB Arr. rec. 2 m. 1 Totti 1 (in utroque libro AB erasum est), item syllogae Continuatoris exemplum Metellianum cod. Vat. 6039 f. 396'; Q·F·FAB·POB Med. 2 Panvinius Ligorius Muratorius.

4444 Turbolis ad S. Urbanum MED.; extra ecclesiam in publica area ARR. Abbas I. B. Lana monachique S. Faustini dono dederunt Averoldio VINACC. Ex aedibus Averoldi venit in museum Brixianum.

M · MINicio
M · F FAB
QVINTIANO
DECVR · BRIX
Q · ABB · M · MINICIVS
MINICIANVS
AVNCVLVS · EX · TESTAM, ExTe
ASIVS · FACIENDVM
CVRAVIT

Contuli. Habent Torbolis descriptam Arragonensis ms. n. 276=292; Mediceus in add. n. 260; Totti p. 38 n. 111; Rossi apud Grut. 1097, 5 et *mem. Bresc.* p. 287. Deinde descriptam apud Averoldum Vinaccesi p. 280; Averoldo p. 286; Bianchini ms. Veron., a quo pendet Fabrett. 753, 600; Gnocchi ms. p. 8 (inde Donat. 257, 9); Labus *tribù e dec.* p. 25 et *epigrafe nuov. uscita* p. 31 (inde Henzen 7141).

1 MINICI Arr., MIN'CI Totti, MINVCI Med., qui deinde in supplementis vv. 2. 5. 6 consentiunt. Fractam ut hodie est iam vidit Bianchinius. — 5 M· om. antiquiores, habent primi Bianch. Aver.

4445 Brixiae rep. 1780 cum disiecta est ecclesia vetus S. Nazarii BROGNOLI. Nunc in museo.

L · NAEVIDIVS
C · F · FAB · VI · VIR
AVG · SIBI · ET
VITALI·FAVSTAE·CNOMN *sic*
FIDAE · LIBERTIS
T · F · I
DEINDE·HOC·ELOGIVM·BREVE
DO · MVLTA · vbi · NCOMOD *sic*
/ ESSVS·ÆVO·TEMPORE

Contuli. Habent Arisius in suppl. ad Arragonensem n. 474; Brognoli misc.; Ioli cat. mus. f. 16.

4446 Uragi in ecclesia S. Mariae.

*symp*HO DOTVS
VI · VIR · AVG
SIBI · ET
LIBERTIS
LIBERTABVSQ
SVIS

Servavit Ferrarinus. Habet ipse cod. Reg. Brix. n. 145 (inde Mur. 198, 5 e schedis Farnesiis), cod. Verderiano p. 94 (inde Grut. 491, 8); Traiectinus n. 115; Mediceus n. 118; Arragonensis ms. n. 249 = 199; Rossi ms. f. 153; Vinaccesi in add. p. 303 (inde Gnocchi ms. p. 31).

1 . . . HODOIVS Ferr. (Reg.).

4447 Brixiae in foro publico in pariete carcerum (*Monte Nuovo*) ANTIQVI; e regione carceris ARRAG. Cum ibi fui, latebat; at mox denuo ibidem prodiit a. 1867 exeunte.

PACCIAE · C · F
VERINAE
T · MAESIVS
LICINIANVS · VXORI
L · D · D · D

Habent ab auctore eo, qui fori publici titulos primus descripsit, Iucundus f. 217 n. 38; Lilius f. 49; Felicianus Brix. B 33; Ferrarinus cod. Reg. Brix. 11, Verderiano p. 12, 1 (inde Grut. 814, 4); Traiectinus n. 13; Mediceus n. 2; Vinaccesi in add. p. 298. Denuo ex lapide videtur descripsisse Arragonensis ms. n. 4 = 379, a quo pendent Panvinius cod. Vat. 6036 f. 92'. 96; Ligorius cod. Neap. 36 p. 376, cod. Taur. 19; Manutius orth. 11, 2 (inde Grut. 749, 3); Rossi p. 264. Certo descripsit Accursius ms. n. 13. Soncinus non refert. Gnocchi p. 217 videtur habere ex Manutio et Grutero. Denuo ex lapide descripsit mihi Petrus da Ponte.

1 C · F om. Gnocchi. — 2 VERINAE Acc. Arrag. Gnocchi da Ponte, VERIANAE Antiqui. — 4 LICINIANVS Lil. — VEOR Lil. Arrag. Gnocchi, VXOI/ da Ponte.

4448 Brixiae in ecclesia maiore FERR., in pavimento prope statuam S. Antonii Patavii add. MED. ARRAG.

PAMN . . . . . .
qVI · VIxit ANNOs VI
MENSES · VIII · DIES XV
FILIO · CARISSIMO · ET
*cor*NELIAE · SERVANDAE
*coni*Vg · DVLCISSIMe
*iu*LIVS · RITTICI qVI · De
dit COLLEGIo FABRORVM
. . . VT · EX · VSVRIS · QVOD
ANNIS · PRO/VsION
faciant et ROSAS PONANT

Servavit Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 113 et Verderiano p. 95 (inde Grut. 717, 7); Traiectinus n. 64; Mediceus n. 44; Arragonensis ms. n. 50 = 381; Rossi p. 168 (collatis err. typ.) qui Solatium citat (inde Mur. 1197, 6; Gnocchi ms. p. 50; Donat. 371, 6 ex schedis Gnocchi).

V. 1. dabo Ferrarini (Reg. Verd.) Traiectini Medicei. — 1 FAN Trai. Med. — 2 VIVIRIANNO VI Ferr. (Reg.) et sic, sed ANO pro ANNO, reliqui. — 4 E pro ET Trai. — 6 VO · DVLCISSIMO (DVLSISSIMO Reg.) traditur. — 7 RITTICIOVID traditur. — 8 COLLEGIA traditur. — 9 VT EX Trai., VIDR Ferr. — VXVRIS Med., VRIS Verd. pro VSVRIS. — 10 PROLVMON traditur; cf. inter alias n. 4990: *ad rosas et profusiones q(uot)a(nnis) fac(iendas).*

4449 e Brixiana regione venit Veronam MAFF. in museum philharmonicum n. 310.

G E N
ET · HON
PRIMI · PAM
PILI · SECVNDI *sic*
ET · L · ATILI
EXORATI
VI · VIR · AVGG · ET
M · VETTIDI
AQVILEIeSIS
VI · VIR · AVG//
QVINQVENn
ET · INOMNIB · COLL
MAGISTERIO · PER
FVNCTVS · D · INTVTEL
HS N ∞ · VT · D · K · FEBR
SACRIF · ET · INPROFVSI
ONE HS N ?/O//EMI
SIVS QVI · ET T // SCO
ORTENSIVS FIRMIAN
VALERIVS · SVRIAN · ET
PVBLILIVS · VITALIS · ET
ADIACIVS · PRIMIAN
QVI MAGISTER EOR
OFFIC · FVNCTI SVN
MAGISTRI · SS TITV
LO · HONORIS VSI
DATIS · IN · TVTELAM
HS N ∞
VT · EX VSVR EOR
QVOD ANN DIE
III ID APRIL PER
OFFICIALES SA
CRIFICETVR ET
OLEO ET PROF
DEDICAVER

Contuli. Maffei M V. 245 (inde Donat. 261, 5).

Gen(io) et hon(ori) Primi Pampili Secundi et L. Atili Exorati VI vir(um) Aug(ustalium) et M. Vettidi Aquilei[e]nsis VI vir(i) Aug(ustalis) quinquen(nalis) et in omnib(us) coll(egiis) magisterio perfunctus [immo *perfunctorum*], *d(atis) in tutel(am sestertiis) n(ummis mille), ut d(ie) k. Febr. sacrif(icetur), et in profusione(m sestertiis) n(ummis mille) [P]o[b(licius?) A]rtemisius qui et . . . sco, Ortensius Firman(us), Valerius Surian(us) et Publilius Vitalis et Adiacius Primian(us), qui magister(io) eor(um) offic(io) functi sunt. Magistri s(upra) s(cripti) titulo honoris usi, datis in tutelam (sestertiis) n(ummis mille), ut ex usur(is) eorum quod ann(is) die III id(us) April(es) per officiales sacrificetur, et oleo et prop(inatione) dedicaver(unt). — Augg.* pro solito *Aug* redit in n. 4203. Magistris collegiorum tribus titulum dedicant officiales magisterio eorum officio functi quinque. Qui dedicant duo milia nummum dant; magistri titulo usi, id est titulo posito sumptibus suis, adiciunt alterius sacrificii causa per officiales quotannis celebrandi nummos mille.

4450 Nave in ecclesia S. Caesarii in altari rep., nunc in foro ante ecclesiam.

P · PAPIRIO
ONESIPHORO
VIKANI · VICI
MINERVI

Gelmini delineavit, item Petrus da Ponte.

3 VI//ANI Gelminius.

4451 Lograti in ecclesia S. Mariae virginis ANT. Prope Logratum in Navate in ecclesia S. Mariae a destra ingredienti sub vase aquae sanctae GARA.

PAPİRIAE · PAŤROBI
LIB · TROP·IIME
VİKANI
VICI · MINERVI

Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 140, cod. Verderiano p. 90, 1 (inde Grut. 448, 2). Ab eo Traiectinus n. 110; Corsinianus n. 142; Mediceus n. 170; Arragonensis ms. n. 280 = 366; Manutius cod. Vat. 5237 f. 141; Totti p. 67 n. 188; Rossi p. 296 (inde Gnocchi ms. p. 261). Ex lapide denuo Ioh. Bapt. de Gabbiano in epistula ad Tottiam d. 31 Mart. 1558 (cod. Manutii Vat. 5237 f. 156).

1 PAŤROBI Cors. Med. Gabb., PATROB Ferr. (Reg. Verd.) Trai. — 2 TROP·IIME Cors. Tott. 2, TROPHIME reliqui, etiam Gabb. — 3 VIRANI Trai., VİTANI Gabb.

4452 Brixiae *trovato sotto terra tre braza et mezo in casa di magistro Nicolo q. Domanee di Rosmarengo, de doman parte a la capella de la gesia de Santo Marco.... et a quello posso comprendere et anche per haver visto ditto loco sotto terre era ogni cosa mo nosta(?) et predoni grossi et caltinazi masedati et se dice che tutto quello quarter antichamente era un palazo de Ercole* NASSINO; rep. prope S. Marcum, dum quidam pauper foderet MED.; e regione altaris S. Marci in cella vinaria ARRAG. In eadem cella ad S. Marcum antea Angeli Veronensis Brentadore, mox Hieronymi Baronii collocant GNOCCHI, IOLI. Ego ibi frustra indagavi.

PETRONIAE
Q · F
SABRIANAE
COLLEG
CENTONAR
TITVL · VSA

Nassino ms. p. 103; Arragonensis ms. n. 100 = 367; Totti p. 35 n. 106; Mediceus in add. n. 279; Rossi apud Grut. 1098, 9 et *mem. Bresc.* p. 264; Gnocchi ms. p. 47; Ioli cat mus. f. 66.

2 C · F Ioli solus. — 3 SEBIANAE Ioli. — 6 IIIVI | VSA Nass.

4453 Brixiae in aedibus Octavii Rossi AVEROLDIANA. *Era alla Bastella tra Brescia e l'Ospitaletto*; comes Ioh. Lapi Bergomas dedit museo Brixiano IOLI.

C · PICATI · TROPHIM
PATR EIVS · VI · VIR · AVG
MARITI · OPTIMI
PLADICIA · TERTIOLA
ET · PICATIVS · ELEVTER

Contuli. Habent Gnocchi ms. p. 201 ex ms. Averoldi (inde Donat. 87, 11); Ioli cat. mus. f. 46.

4454 Brixiae in fundamentis eccl. cath. novae rep. 5 Apr. 1676 VINACCESI. Deinde apud Averoldum, nunc in museo.

L · FIL
PICATIAE
COLLEGIA
CENT · ET · FABR
L · D · D · D

Contuli. Habent Vinaccesi p. 257; Bianchini ms. Veron.; Averoldo p. 283 et apud Mur. 513, 4; Gnocchi ms. p. 49; Ioli cat. mus. f. 78.

4455 Brixiae in muro templi S. Euphemiae prope portam FELICIANUS similiterque RELIQUI. In claustro S. Dominici LABUS 1813. Iam in museo.

C · PLADICIO
C · FIL · PAL
CLODIANO
EQVO · PVBL
DECVR · BRIXIAE
C · PLADICIVS · HERMADION
ET · LVCRETIA · PERSIS
FILIO · PIISSIMO
L D D D

Contuli. Habent Felicianus Brix. B 3; Sanutus f. 79; Ferrarinus cod. Reg. Brix. 48 et cod. Verderiano p. 27, 1; Alciatus n. 21 (inde Choler. f. 49; Apianus 64, 1; Grut. 452, 1 ex Apiano); Accursius ms. n. 21 et denuo n. 37; Traiectinus n. 46; Mediceus n. 57; Panvinius Ver. p. 55, cod. Vat. 6035 f. 88'. 90'; Smet. 160, 8 auctore non indicato; Ligorius ms. Neap. 36 p. 375; Nassino ms. f. 195 qui vidit; Arragonensis ms. n. 86 = 84, ed. n. 75; Soncino ms. f. 18'; Rossi p. 99; Bianchini ms. Veron.; Gagliardi *giorn. de' lett. d'Italia* 30 (Venet. 1718) p. 54 – Sambuca Cenom. p. 14; Gnocchi ms. p. 15 (inde Donat. 258, 2); Labus *tribu e dec.* p. 21; Ioli cat. mus. Brix. f. 16.

1. 6 PLACIDIO et PLACIDIVS Panv. Smet. Ligor. Grut. Bianchin. ex interpolatione erroreve. — 3 CLAVDIANO ex Ferrarinianis Felicianus Traiectinus Mediceus Rossius, item qui inde pendent Panv. (ms.) Ligor.; veram lectionem ex hac familia servant Ferr. (Reg. Verd.) San. reduxeruntque eandem Arragonensis et emendator libri Tottiani.

4456 epistylii pars rep. 20 Apr. 1844 Brixiae in moenibus ad portam *Torrelunga*. Est in museo.

|VS · C · F · COSTA · C · POSTVMIVS · C|

Contuli. Ioli cat. mus. f. 84; Labus p. 116 n. 156.

4457 Brixiae in pede turris S. Mariae rotundae in ecclesia cathedrali MARCANOVA; in fundamento campanilis ecclesiae cathedralis SANUTUS; intra turrim S. Mariae rotundae FELICIANUS postea adscripsit. In foro publico in carcerum pariete (*Monte Nuovo*) ANTIQUI POSTERIORES. Hodie in museo. — Venetiis in domo Francisci Contareni RED. et AUCTAR. IUCUNDI.

C · POSTVMIVS · Q · F ·
VARVS · IIIIVIR · AVGVST
AEDILIS · SIBI · ET
RATVMEDIAE · L · F · SEVERAE · VXORI
ET · Q · POSTVMIO · C · F · PATRI · ET
NAEVIAE · CN · F · MOGETILLAE
MATRI · ET
Q · POSTVMIO · Q · F · FVSIONI · FRATRI · ET
L · POSTVMIO · Q · F · FEROCI · FRATRI
T F I

Contuli. Descriptam ante quam in foro collocata est habent Marcanova Mut. f. 139' Bris. 24 et Sanutus f. 80, item quasi exceptam Venetiis Redianus f. 52 Ven. n. 21 et auctarium Iucundi (ut cod. Cicognae f. 225') inter Venetas ibi adiectas. Descriptam in foro habent Iucundus f. 218 n. 44; Lilius f. 48'; Felicianus Brix. B. 26; Ferrarinus cod. Reg. Brix. 22; Traiectinus n. 19; Mediceus n. 23; Arragonensis ms. n. 28 = 92, ed. n. 60; Rossi apud Gruterum 1099, 6 et in ed. p. 253; Soncino ms. f. 4'; Gnocchi ms. p. 26 (inde Donat. 90, 2).

4458 Brixiae in ecclesia cathedrali.

*p*OSTVMI*ae*
P · F
PAVLLAE
AVIDIAE · PROCVLAE
RVTILIAE · PROBAE
SACERD · DIV*ae* · AVGVST
O O

Servavit Continuator. Habent Volpatus n. 41; Corsinianus n. 42; Mediceus n. 43; Arragonensis ms. n. 29 = 380; Totti p. 13 n. 33; Rossi p. 264. Pendent ex his Manutius orth. 586, 14 (inde Ligorius ms. Taur. 4; Grut. 320, 10 ex Aldo et Iacobonio); Iacobonius app. ad Fonteium p. 235; Gnocchi ms. p. 26 a prioribus.

1 P · POSTVMI traditur. — 5 RVTILIAE Med. 2 Totti 2. — 6 O · IVLI · AVGVST traditur; cum sacerdos sit femina, rectius cogitabitur de diva Augusta vel de diva Iulia Augusta, quam de divo Augusto.

4459 Herbusci in quadam ecclesia CAPREOLUS. Ultra Herbuscum in sacello campestri S. Mariae diruto MED. *Serviva come di parapetto dell' altare della chiesa rovinata chiamata la Madonna d' Alè; fu spezzata nel 1748 ed impiegata nella fabbrica d' una capella nella chiesa di S. Lorenzo nella contrada del Zocco nel territorio d' Erbusco* GNOCCHI. Partem superiorem fuisse extrinsecus in pariete septentrionali ecclesiae *del Zocco*, iam extare Brixiae in museo scribit IOLI; ego non repperi. — Cazagi in sacello D. Mariae PANVIN. Rom. 355.

M · PVBLICIO
M · F · FAB · SEXTIO
CALPVRNIANO
EQVO · PVBLICO
FLAM · DIVI · IVL
PRAEF · AEDIL · POT
QVAESTOR · AERAR
SACERD · IVVEN · BRIX
DEFENSORI · REIP · BRIX
COLLEGIA
CENTON · ET · FABROR
L · D · D · D

Capreolus f. 7' (inde Alciatus n. 63; Grut. 455, 2); Mediceus n. 163; Corsinianus n. 117; Arragonensis ms. n. 255=311; Rossi p. 109, qui quatenus alius ab alio pendeant, non satis discernitur. A prioribus Panvinius Ver. p. 59 (inde Grut. 460, 5 ex schedis Panvinii), Rom. p. 355. 605 (inde Smet. 152, 14), cod. Vat. 6036 f. 4; Ligorius ms. Neap. 36 p. 374, ms. Taur. 4 et 8; Manutius orth. 646, 4; Grattarolo p. 95 ex Capreolo omnino; Gnocchi ms. p. 14 (inde Donat. 225, 6) a prioribus; Orelli 3909. Partem superiorem dat Ioli cat. mus. f. 78.

V. 1 dabo Capreoli Med. Cors. Arr. Iolii. — 2 SAB Capr. — 3 CALPHVRNIANO Cors. Arr., CALPVRNIANO Capr. — 4 QVO pro EQVO Arr. rec. 2. — 5 FLAM Capr. et ex corr. Med. 2, . . AM Med. 1 (?) Cors. Arr. — 6 PRAET Med. — BIVVENT Capr. — 12 om. Arr.

4460 magna basis. Brixiae extra ecclesiam S. Agathae TUSCANELLA et REL. CYRIACANI. In S. Agathae, partim in muro latet FERRARINUS (VERD.). *Nel muricciuolo esteriore della piazzetta di S. Agata* GAGLIARDI. *A S. Agata a basso della statua d' essa santa verso la strada* GNOCCHI LABUS. Nunc in museo. — *Nel palazzo del Cavalier Onofrio Maggi* ROSSI (sine loco ARRAG.); verum locum indicavit VINACCESIUS p. 274.

C · QVINTIVS · C · F
FAB · CATVLLVS
DECVR · BRIXIAE · SIBI · ET
corolla ornata personis CORNELIAE · M · F · MAGNAE *corolla ornata personis*
VXORI · ET
Q · QVINTIO · C · F · FRATRI · ET
C · QVINTIO · SECVNDO · PATRI
ANTONIAE · CATVLLAE · MATRI
T F I

Contuli. Habent Tuscanella apud Cyriacum p. 65 n. 178 et Cyriacanus reliquos (cod. Scalamontii Tarvis. f. 87 Brix. n. 13; Marcanova Bern. n. 626, Mut. f. 137 n. 4; Felicianus Brix. A 4; Sanutus f. 79'; Ferrarinus Bat. f. 59; Redianus f. 82' n. 6; Gammarus f. 85; Lilius f. 51 indeque Reines. 6, 80 ex schedis Langermannianis; Iucundus f. 198 n. 15; Alciatus n. 46 omnino ex Iucundo); pendent item ex Cyriacano aliquo codice Arragonensis ed. n. 97 (inde Rossi p. 250) et Mur. 739, 4 ex schedis Averoldi et Iucundi. Dimidiatum saxo eo tempore ex parte latente dederunt Ferrarinus cod. Reg. n. 106 (inde Mur. 1248, 5 ex schedis Capponiis) et asseclae: Traiect. n. 53; Mediceus n. 27; Arragonensis ms. n. 36=430; Manutius cod. Vat. 5237 f. 86; Vinaccesi p. 316; Gnocchi ms. p. 190 a prioribus; Donat. 380, 3 ex schedis Gnocchi. Denuo ex lapide integram dederunt Gagliardi *giorn. de' lett. d' Italia* 30 (Venet. 1718), 52 = Sambuca Cenom. p. 13 et Gnocchi ms. p. 19 (inde Donat. 262, 2); Labus *tribù e dec.* (1813) p. 23, qui dedit aere expressam; Ioli cat. f. 48.

Manutianum exemplum cod. 5237 f. 86 ex dimidiato interpolatione effectum adscripsi, ne aliquando fallat: C·CATIVS (superscr. LVTATIVS, MVNATIVS) C·F | FAB·CATVLVS | AED·BRIXIAE·SIBI·ET | . . . M·F·MAGAE VXORI · ET.

4461 basis magna ornata. Brixiae in via S. Cosmi ad portam ecclesiae SONC. ROSSI. Apud comites Soardi VINACC. GNOCCHI. Petrus Soardi dedit museo.

T · QVINCTIVS
corolla T · L · DAPHNVS *corolla*
VI · VIR · AVG · T · F · I

Contuli. Habent Soncino ms. f. 12'; Rossi p. 266 (inde Mur. 203, 6); Vinaccesi p. 236 (cf. p. 302); Gnocchi ms. p. 25; Ioli cat. mus. f. 70.

4462 septem bases (quarum sex non scriptae) simul rep. a. 1566 Brixiae prope forum piscarium vetus illataeque omnes in hortos comitis Francisci Avogadri non longe a templo omnium sanctorum TOTTI, SONCINO similiterque MED. MAN.

L · QVINCTIVS · P · F
FAB · GRVLLVS
IIII · VIR · PONTIF
STATVAS · VII · BASIS · VII
SIBI · ET · LABEONI · F
SCIPIONI · F · QVINCTIAE · F
P · CORNELIO · P · F · SCIPIONI
P · CORNELIO · P · F · SCIPIONI
L · QVINCTIO · L · F · VRSVLO
T · F · I

Duo exempla extant Continuatoris et Soncinianum. Illud habent Tottianus in add. p. 125 n. 431; Manutius in schedula olim solitaria cod. Vat. 5235 f. 55 et cod. 5244 p. 145; Mediceus in add. n. 302. 331; Rossi p. 260; Grut. 173, 7 a Gutenstenio ex Ursini schedis; Mur. 738, 9 e schedis suis; Gnocchi ms. p. 21 a prioribus; Labus mus. Mant. 2, 208 citat. Soncini est apud eum f. 16.

1 QVINTIVS Med. — 2 GRVLLVS Tott. 2 Sonc., GRVLIVS Man. Tott. 1 Med. Rossi. — 4 VII pro priore VII Med. 1. — 5 LABEONI Sonc. — 6 QVINTIAE Med. — 8 om. Med.; fortasse deest in fine F. — 9 QVICTIO Med. 302, QVINTIO Med. 331. — Gutenstenius interpolavit.

Eiusdem Grulli nominantur infra n. 4587 mater Cornelia Cn. f. Quarta et soror Quinctia P. f. Tertia.

4463 cippus Brixiae ad S. Georgium TUSCANELLA; in quodam capitello in ecclesia S. Georgii, in quo est aqua sancta FELICIANUS B similiterque RELIQUI usque ad ARRAGONENSEM. In aedibus Ludovici Soncini SONCINO; in aedibus Rosae ad S. Nazarii GNOCCHI; iam ex dono Alphonsi Rosae in museo. — Montorii RED. 70, sed in serie titulorum quattuor vere Brixianorum (cf. n. 4333).

Q V I N T I A
R E S T I T V T A
C · PETRONIO · FAB
urceus FRONTONI *patera*
VI · VIR · AVG · BRIX
OB · MERITO *sic*
VIRO · PIENTISSIMO

Contuli. Habent Tuscanella apud Cyriacum p. 67 n. 190 et auctores Cyriacanos (codex Scalamontii Tarvis. f. 85' n. 6; Marcanova Bern. n. 637, Mut. f. 138 n. 14; Felicianus Brix. A n. 15; Sanutus f. 80'; Ferrarinus cod. Paris. f. 58, cum desit in Batavo; Redianus f. 70 Veron. n. 19 et f. 63 Brix. n. 16; Gammarus f. 85; Lilius f. 52; Iucundus f. 197 n. 10). Item Ferrarinus apud Felicianum B n. 10 et in cod. Reg. n. 90, Verderiano p. 21, 2 (inde Grut. 449, 3 ex Verderi schedis et Apiano). Deinde Alciatus n. 27 (inde Choler f. 49'; Apianus 65, 1); Accursius n. 34; Mediceus n. 101; Arragonensis ms. n. 120 = 389 (inde Rossi p. 262); Soncino ms. f. 11; Gnocchi ms. p. 28; Ioli cat. mus. f. 15. Habet item Panvinius Ver. p. 58.

6 OB·MERITO ex Cyriacanis Redianus solus. — 7 FIL MITISSIMO pro PIENTISSIMO Alc. cum suis.

4464 Fiumicelli in ecclesia olim, nunc Brixiae in museo.

P · FAB · R | VS · VI · VIR

Contuli. Aricius in suppl. ms. ad Arragonensem n. 492; Ioli cat. f. 19.

4465 Lograti in ecclesia S. Mariae Virginis FERRARINUS; in loco Navati territorio Lograti in sacello divae Mariae virginis CORSINIANUS similiterque GABB.; Navati in curte Garbelli GNOCCHI. Ex Navato dono Scipionis Garbelli venit Brixiam in museum IOLI.

M · ROMANVS · M · L
SVAVIS
IIIIII · VIR · AVG · SIBI · ET
M · ROMANO · PROBO
FILIO · ET
CINCIAE · MODESTAE
CONTVBERNALI
T · F · I

Contuli. Habet Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 139, cod. Verderiano p. 92 (inde Grut. 463, 8); Traiectinus n. 112; Corsinianus n. 143 fortasse ex lapide; Mediceus n. 168; Arragonensis ms. n. 279 = 306; Rossi p. 288. Ex lapide Ioh. Bapt. de Gabbiano in epistula ad Tottium d. 31 Mart. 1558 (cod. Manutii Vat. 5237 f. 156); Gnocchi ms. p. 22 (inde Donat. 92, 2); Ioli cat. f. 16.

Gabbianus separatim descripsit in eadem ecclesia locis diversis v. 1—5 et 7. 8, v. 6 eo tempore latente sub solo.

4466 Brixiae ex ecclesia S. Mariae extra urbem translata in S. Nazarii MARCANOVA; in S. Nazarii, sed erat in parietibus cuiusdam templi vetustissimi semidiruti SANUTUS. 'Io. Decus iu. utr. doctor huius almae ecclie prepo. /// ////// hunc lapidem memorandae antiquitatis decus erigi f. M. CCCC. LXXII' SUBSCRIPTUM IN IPSO LAPIDE. Mansit in ecclesia S. Nazarii in pariete extrinsecus, donec translata est in museum.

vir sedens | *maior sedens ad delphicum* | *vir sedens*

P · RVFRIVS · P · F · BALBIN ·
DECVR · IN · COLONIA ·
SIBI · ET · C · RVFRIO · P · F · PEDON ·
FRATRI · ET · RVFRIAE · P · L ·
AMOENAE · ET · SVIS ·
T · F · I

Contuli. Habent Felicianus Brix. A. 12 = 18; Marcanova Mut. f. 135' n. 35; Sanutus f. 78; Ferrarinus cod. Bat. f. 60', cod. Reg. n. 56, Verderiano p. 16, 1; Traiectinus n. 26; Mediceus n. 82; Manutius orth. 35, 2 (inde Ligorius ms. Taur. 4). Item Alciatus ms. n. 22 (ubi in fine Brixianorum protomae pinguntur, inde Choler f. 49; Apianus p. 64, 2; Panvinius Ver. p. 55; Grut. 464, 5 ex Manutio Apiano Sculteto, citans schedas Rossii), ubi confunditur cum titulo olim iuxta collocato n. 4706. Item Accursius ms. n. 31; Arragonensis ms. n. 1 = 384 (inde Rossi p. 10, qui aere expressit; ex Rossio Mur. 741, 1); Soncino ms. f. 8'; Gnocchi ms. p. 4; Labus *tribù e dec.* p. 28, qui dat aere expressam; Ioli cat. mus. f. 44.

4467 Brixiae ad mansionem ARR.; *nel cortile del torchio della Magione* MAN.; *nel borgo di S. Nazaro appresso alla porta di detto Santo* SONCINO; ibidem in aedibus Christophori Reboldi GNOCCHI; ibidem in angulo viae q. d. *Corso Vittorio Emmanuele* SCHÖLL.

M · RVSTIVS
GAMVS
VI · VIR · AVG · SIBI
ET
QVINTIAE · SEBASTE
CONTVBERN

Arragonensis ms. n. 164 = 324; Manutius Vat. 5237 f. 98 et 5244 p. 100 (apud Tottium et in apographis Sonc. et Manut. 5235 deest); Soncino ms. f. 7; Rossi p. 265 (inde Fabretti 408, 329); Gnocchi ms. p. 24 (inde Donat. 85, 3); Schöll et P. da Ponte descripserunt v. 1—3 ceteris hodie latentibus sub terra.

4468 Brixiae in domibus novis e regione portae episcopalis palatii ARR. — Sine loco TOTTI; extra Brixiam in vico S. Euphemiae ad fenestram monachorum Cassinensium VINACC., scilicet quia eiusmodi indicatio apud Tottium praecedit.

M · SALVIDIEN
VETTIAN
PRAEF · AED · POT *er*
MENSVR · OLEAR
ET · SIGNVM
//EN/A

Servavit Arragonensis ms. n. 59 = 299, a quo traxit Tottius in add. p. 123 n. 415 (inde Vinaccesi p. 322; Mur. 483, 7; Gnocchi ms. p. 52; Henzen 7073).

3 PRAEF AED veri auctores, PRAEFAEC Arr. 2. — POTI Arr. 1 Totti, POTE Arr. 2. — OIEAR Arr. 1 Totti.

4469 Brixiae ad S. Alexandri rep., quando facta est nova domus Martinengorum Coleoniorum.

P · SENE|*cio*
P · F   F|*ab*
GARRVLO · I
PRAEFECT *a e d*
P · SENECI|*o p. f.*
GARRVLVS · FI|*lius*
AB · HEREDIB|*s*
TESTAMEN|*to*
*f*IERI · IVSSI|*t*

Brognoli misc. eodemque exemplo Aricius in suppl. ms. ad Arragonensem n. 505.

3 GARRVIO Ar. — 4 PRAFFECT Ar. — 9 IIERI traditur.

4470 Brixiae CYRIACANI. — Quae adiungunt posteriores: in SS. Cosma et Damiano FERR. (REG.); ad S. Agathae FERR. (VERD.); ad S. Iuliae TRAIECT. MED. ARRAG. GNOCCHI; sub confessionalibus S. Iuliae CORS.; ad S. Andream MED. 247, omnia certa fide carent. Montorii ARD.

CAECILIAE
L · F
MACRINAE
P · SENECIVS
GARRVLVS · F
AB · HEREDIBVS
TESTAMENT
F · I

Habent Cyriacani auctores Scalamontius f. 84 n. 4; Felicianus Brix. A. 8; Marcanova Mut. f. 137' n. 8; Sanutus f. 81'; Ferrarinus cod. Bat. f. 59', cod. Reg. n. 103, cod. Verderiano p. 68, 2 (inde Grut. 862, 7); Redianus f. 70' inter Veronenses n. 124; Gammarus f. 84; Lilius f. 52; Iucundus f. 197 n. 5. Pendent ab his sine dubio posteriores Traiectinus n. 42; Mediceus n. 65 et denuo in add. n. 247; Arragonensis ms. n. 91 = 73, ed. n. 87 (inde Rossi p. 253); Gnocchi ms. p. 216 citans codicem Averoldi (inde Donat. 409, 11).

Vv. disposui ad Gamm. Lil. nec fere aliter Marcanova. — 4 SENSTIVS Marcan. Lil. Iuc. — 5 GARRVLVS Gamm. Iuc., GARVLVS Lil., GARVLLVS reliqui. — 7 TESTAM Gamm., TESTAMENTO Lil.

4471 Brixiae ad S. Faustinum in novo aedificio ARRAG. similiterque RELIQUI, in hortis add. SONCINO, GNOCCHI. Inde venit in museum.

P · SENECIO
P · F · FAB
GARRVLO · FILIO
EQVO · PVBLIC
PRAEF · FABR · QVAEST
HEREDES
EX · TESTAMENTO · EIVS

Contuli. Habent Arragonensis ms. n. 130 = 383; Mediceus in add. n. 283; Totti p. 101 n. 278; Soncino ms. f. 14'; Rossi p. 99 (inde opinor Puccinelli p. 70; ex Puccinellio Mur. 851, 5); Gnocchi ms. p. 45; Ioli cat. mus.

4472 Brixiae in S. Augustini rep. quando factae ibi sunt scalae cochleatae, deinde pro basi statuae eius supra portam ecclesiae. Iam in museo.

D D
C · SENTIÓ · C · F · FAB
MARIANÓ
EQVÓ · PVB

VALERIANVS
PATER TITVL VSVS TEST
IN · EAM FAC LEG HS · XII
EVTYCHVS ET NICEPHORVS
LIBERT · POSVER ADIECTIS
HS VIII

Contuli. Habent Brognoli ms. f. 59 et misc.; Ioli cat. mus. f. 52.

4473 Brixiae in Burgo S. Iohannis rep. Apr. 1800 BROGN. Repperit Camillus Zani in cella a. 1795 SOLA. Ludovicus Arici titulum posuit in villa sua Capriani in vico *de' Fenili* BROGN. Inde dono Ioh. Pontoglio venit in museum.

S E N T I A E
A L E X A N D R I A E
VXORI · OPT
C · SENTIVS · ONESIM
VI · VIR · AVG
ET SIBI

Contuli. Brognoli ms. f. 59 et misc.; Ioli cat. mus. f. 58. 74.

4474 inter Brixianas.

L · SEI
AGATIAN
AVG
L · SEPTVMIO
DECVRION
L · SEPTVMIO FRVGIO
PROCVLO · CAMO
CALVENT
L · SEPTVMIO FRVGIO
C A L
LIBERT

Ioli mon. ant. II.

4475 Brixiae in pariete aedis S. Iosephi CONTIN. ACC. SONC. GNOCCHI. Deinde in claustro S. Dominici LABUS (1813). Iam in museo.

S E P T V M I C
· FIL FAB
G A L L I N I A N O
AEDIL · DECVR
QVAESTORI
CORNELIA MELIT
MARIT OPT
L D D D

Contuli. Habent Accursius ms. n. 20; Mediceus n. 103; Arragonensis ms. n. 117 = 411; Totti p. 44 n. 136; Soncino ms. f. 1'; Rossi p. 263 (inde Mur. 745, 2); Gnocchi ms. p. 19; Labus *tribu e dec.* p. 27; Ioli cat. mus. f. 12.

4476 Brixiae in foro publico versus hostorias FERR. et RELIQUI. Hodie desideratur. — Asisii PANV., rep. Venetiis *nelle lagune* TRIVISAN fraude.

SERVILIO · POPILIAN
EQVO · PVBLIC
DECVRIONI
SERVILIVS · VERVS
PATER
VT · FIERET · PETIT
L · D · D · D

Habent Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 26 et cod. Verderiano p. 3; inde Traiectinus n. 4; Mediceus n. 1; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 91'; Ligorius ms. Neap. 36 p. 376; Arragonensis ms. n. 14 = 414; Manut. orth. 617, 7; Rossi p. 99. Ex lapide Alciatus n. 32 (inde Choler f. 50; Apian. 66, 1; Smetius 160, 4 ex Apiano; Grut. 468, 1 ex Apiano et Verderianis; ex Apiano pendet etiam Valerianus ant. Bell. p. 50). Gnocchium ms. p. 13 (inde Donat. 283, 2) non puto vidisse, quamquam affert auctore nullo citato, cum ne Soncinus quidem habeat. Labus certe (*tribù e dec.* a. 1813 p. 50) frustra quaesivit. A prioribus omnino Trivisan *lagune di Venezia* (1715) p. 13.

1 POPLIAN Alc. (POLIAN Chol. Ap.), POPILIANO Gnocchi. — 2 PVBL Ferr. (Reg.), PVBLICO Gnocch. — 6 PETIIT Alc.

4477 Brixiae in episcopatu antiquitus erat turris quaedam cum quibusdam domibus, in qua turri hoc epitaphium erat, sed nunc est in scalis episcopatus SANUTUS. In muro scalarum, quibus ascenditur palatium episcopatus FELICIANUS; similiter FERRARINIANI.

COLL · FABR · ET · CENT
SEX · SEXTIO · ONESIGENI
ORNAMENTIS
DECVRIONALIBVS
BRIXIAE · $\overline{\text{VI}}$ VIR · AVDVSTAL
PATRONO · COLLEGIORVM
FABROR · ET · CENTONARIOR
ET · DENDROPHORORVM

Habent ex eodem exemplo Sanutus f. 79; Felicianus Brix. B 8; Ferrarinus cod. Reg. Brix. 33, cod. Bemb. f. 111'; Montfauconianus n. 62; Corsinianus n. 37 (deest apud Traiect. Verder. Medic.). Demum ex lapide Alciatus n. 5 (inde Choler f. 46; Apianus 59, 1; Smetius 160, 1 ex Apiano; Grut. 469, 4 ex Apiano), qui edidit in adnotatione ad Cod. Iust. 10, 31, 57 (opp. Francof. 1617 vol. 3 p. 484), et Arragonensis ms. n. 58 = 48, ed. n. 66. 83, et Valerianus ant. Bell. p. 51, cui descripsit Theodorus Paganus; Accursius ms. n. 1. A prioribus Panvinius Ver. p. 58, cod. Vat. 6038 f. 1'. 3; Ligorius ms. Neap. 36, 375; Rossi p. 250; Laur. Schradaeus mon. Ital. (Helmstadii 1592) f. 349; Gnocchi ms. p. 50.

V. 1. dabo Ferrarini Feliciani Montfauconiani Alciati Accursii Valeriani Arragonensis (ed. 66). — 1 COL Ferr. (Reg.). — 5 AVGVSTALIS Ferr. (Reg.). — 7 FABROR Alc. Acc. Arrag., FABR Fel. Ferr. Montf. Val. — CENTONARIORVM Felic. Ferr. (Bemb.). — 8 DENDROPHORVM Acc. solus, DENDROPHOORVM Ferr. (Bemb.).

4478 arca. Brixiae in ecclesia SS. Faustini et Iovitae ante arcam dictorum sanctorum FELICIANUS; in S. Faustino maiore ante altare maius FERRAR. (VERDER.); in subterraneo sacello S. Faustini ALC.; in hortis S. Faustini ARRAG. RONCINO. Apud Averoldum VINACCESI AVEROLDO. Nunc ex dono Averoldiorum in museo.

C · S I L L E N V S · C · F ·
E R R E N I A N V S · A N N I
ENSIS · OMNIBVS · HONORIB
mulier stolata stans MVNICIPALIBVS · PERFVNCT *mulier stolata stans*
ET · CARBONNACE · C · F · VERE
CONIVGI · INCONPARABILI · QVE
MECVM · VIXIT · ANN · XXVII · M · XI ·
D · XXVII · V · F ·

Contuli. Habent Felicianus Brix. B 45; Sanutus f. 79; Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 45 et cod. Verderiano p. 22, 1; Alciatus n. 11 (inde Choler f. 47; Apianus 62, 1; Panvinius Ver. ms. f. 84', ed. p. 55; Grut. 469, 10 ex Apiano et Verderianis); Traiectinus n. 37; Mediceus n. 88; Arragonensis ms. n. 133 = 101, ed. n. 111; Manutius cod. Vat. 5237 f. 82; Pignorius in add. ad Gruterum cod. Papenbr. 8 f. 100; Soncino ms. f. 14'; Rossi p. 256; Vinaccesi p. 284 qui dat ligno expressam; Averoldo p. 3. 287; Gnocchi ms. p. 51; Brognoli ms. f. 27; Ioli cat. mus. Brix. f. 65.

5 CARBONACE vel CARBONACAE antiqui omnes, etiam Arrag. ms. a m. 1; CARBONNACE primum Arrag. in ms. a m. 2 et in ed.

4479 Brixiae ad S. M. pacis AVER. Nunc in museo.

V
P · ETA
HORI
IIIIII · VIR

Contuli. Gnocchi ms. p. 214 ex codice Averoldi.

4480 Salò in ecclesia beatae virginis FELIC. MARCAN. et similiter RELIQVI; ante ecclesiam parochialem ad lacum GNOCCHI IOLI. Ibidem adhuc. — Colignolae prope turrim S. Laurentii FERRAR. (VERON. n. 142). — '*Alcuni scrittori Asolani, dei quali in Asolo si trovano i manoscritti* [*Girol. Lugato breve trattato e compendio della vita di S. Catarina Cornelia Regina di Cipro 1620. Manoscritti del Conte Antonio Cesana. Raccolte di Gio. Secundianese*] *riferiscono, che nel 1563 fu ritrovata nei loro colli questa iscrizione* LAZZARI apud Calogerà 40 (1749) p. 413 (inde GUERRA *dilucid. di Asolo* p. 40). Similes nugae leguntur in cod. seminarii Patavini n. 568 f. 53.

M · TERENTIVS
PYRAMVS
VI · VIR · AVG
L · APPIO · APHOBETO
VI · VIR · AVG · II
GRATVITO · AMICO
TERENTIAE · PISTE
SO | *r o r* | I
MESSI | *a* | ECVSAE
V | *x o r* | I

P · POSTVMIO · PRIMIONI
POSTVMIAE · QVARTAE · A · B · M

Contuli praeter v. 11. 12 hodie latentes. Felicianus in iubilatione a. 1464 cod. Tarv. f. 203 et in corpore Veronensium n. 178; Marcanova Mut. f. 131' agri Ver. n. 88; Ferrarinus cod. Bat. inter Veron. f. 35', cod. Reg. Brix. n. 76 et omissa clausula (v. 11. 12) Veron. n. 142, cod. Verderiano p. 54; Iucundus inter Veronenses f. 193 n. 73. 74; Sanutus f. 83'. 85; Apianus 164, 2 (Grut. 473, 2 ex Apiano et Verderii schedis; Orell. 3919 ex Grutero); sylloge Brixianae Traiectina n. 134, Medicea n. 200, Arragonensis ms. n. 200 = 317, item Grattarolo p. 62, Rossi p. 286, Gnocchi ms. p. 33. 253 (inde Donat. 93, 1), Brognoli ms., Ioli cat. mus. Brix. f. 80; auctores Veronenses Sarayna f. 44'. 52 (inde Grut. 885, 16; Lisca et Cozza p. 244), Panvinius ms. f. 298, ed. p. 225. 234, Venturi ms., Morosini in itin. a. 1598 p. 46, ubi in nota p. 67 Labus dat a se descriptam; Perancini ms. Item Ursatus in schedis Patavinis ex lapide.

Vv. 8. 9. 10 exhibui ut ipse vidi in marmore, quod hoc loco hiabat certe iam tempore antiquo, etsi hiatus fortasse postea crevit. Varia lectio quatenus utilitatem habet haec est. — 8 SO///MR Mor., SC///I Urs., SO///I Vent. Labus ego, SORORI reliqui. — 9 MESSIA ego, MESSI Mor. Labus, MISSI Urs., MESSE Vent., MESSIAE reliqui. — ...CVSAE Urs. Vent. Labus ego, ...ECVSAE San. 85 Sar. 52 Rossi, ...EGVSAE Mor., RECVSAE Felic. (ubi in margine Marciani add.: 'al. PREPVSAE') Ferr. Trai. Ioli, PERPVSAE San. 44, ET·PERPVSE San. 83, PHERECVSE Gratt., PHERECVSAE Gnocchi Brogn. Apparet E ante CVSAE in lapide deprehendisse antiquos, reliqua venire ex supplemento. — 10 V///I Rossi Vent. ego, V... Brogn., V·G·F·I·A Sar. 52, om. Moros. Gnocchi, VXORI reliqui. — 11. 12 scriptos in ima margine basis et hodie latentes sub pavimento habent certe ex marmore Antiquus Sanutus 85 ('in basi ipsius') Grattarolus (*nel pedestallo fuor d'ordine*) Morosinius Gnocchi Perancini, neque audiendus Brognolius qui eos negat extitisse. In vv. div. conveniunt Felicianus (Tarv.) Morosinius Perancini. — 11 P·POSTVMIO Ant., C·POSTVMIO Medic. 1, POSTVMIO Gnocchi, ...TVMIO Moros. Peranc. — TERENTIO·N·L pro PRIMIONI Mor. — 12 POSTVMIAE Ant., ...MIAE Moros. Peranc. — QVARTE Gratt.

4481 Brixiae apud Alexandrum Cigulam AVER. similiterque GNOCCHI.

L · VAL
L · FIL
TEVD
VALEN
DECV
COL
IT

Iuxta ripam Benaci lacus Brixianam reperta in plaga meridionali ad Salò usque cum propriis Brixianis contribuimus; raro enim recedunt a forma solita Latinorum titulorum videaturque haec loca ipsorum Brixianorum fuisse, non Brixianis tantummodo attributa. At superius a Fasano inde repertos titulos hic composuimus, id est qui prodierunt Fasani Maderni Toscolani Gaini Gargnani Tremosine Mezzemae Voltini Eustecchii Vesil Limone. In his partibus videntur sedem habuisse Benacenses qui proprie dicuntur, a quibus una cum Trumplinis dedicatus titulus Iuliae Titi f. (n. 4313) ad Brixiam repertus est, dedicati imperatoribus Marco, Commodo, Severo, Claudio Gothico (n. 4866. 4867. 4868. 4869) Toscolani, quod videtur forum eorum fuisse. *Gentibtas Argenia* nominata in titulo item Toscolanensi n. 4871 obscura est. Praeterea de statu eius populi ex titulis hoc tantum apparet sub Brixianis eum fuisse; nam eo ducit et titulus ille a Benacensibus dedicatus Brixiae et tribus (n. 4857) honoresque Brixiani (n. 4876. 4877. 4887). Nomina non Latina maxime obtinent in titulis Tremosinensibus, quorum unus n. 4883 adeo bilinguis est Latinus et Raeticus (cf. n. 4858).

4852 Fasani *di Riviera.*

V S
L M

Perancini lapid. Benac. ms.: '*scoperta da Gius. Brunati e copiata da me*'.

4853 Fasani rep. 1845, cum ecclesia restituta est, periit a. 1858.

F E *st* V S
T · FL E T
urceus V A L E R I A *patera cum fructibus*
P · F · TERTVLLA
SODALIBVS · PIENTISSIMIS

Perancini lapid. Benac. ms.

4854 Maderni in ecclesia S. Andreae in pilo marmoreo, quod concham aquae sustinet FELICIANVS et sic RELIQVI ANTIQVIORES. Veronae in museo LISCA et POSTERIORES; est ibi sub n. 133. — Salò in ecclesia MOROSINI errore.

D · S
HERCVLI · ET
L · VALERIVS · SE
VERVS · ET · CLODI
A · CORNELIANA
PRO · L · VALERIO
CORNELIANO
· V · S · L · M ·

in latere: IVNONIBVS

Contuli. Habent Felicianus in iubilatione a. 1464 cod. Tarvis. f. 205 et in corpore Veronensium n. 175; Marcanova Mut. f. 131' agri Ver. n. 87; Sanutus f. 83'; Ferrarinus cod. Bat. inter Veronenses f. 35, cod. Reg. inter Brixianas n. 84, cod. Verderiano p. 57; Redianus f. 68 Veron. n. 87; Chigianus I. VI. 203 f. 39; Iucundus f. 198 Brix. n. 21 (inde Alciatus Brix. n. 51; Apianus 165, 4). Syllogae Brixianae habent Traiectina n. 140; Tottii p. 60; Medicea n. 234 et denuo in add. n. 290; Arragonensis ms. n. 208 = 205, ed. n. 129; Manutii cod. Vat. 5237 f. 81; item Nazari 1562 p. 53, Grattarolo p. 89, Rossi p. 27, Gnocchi ms. p. 139, Labus p. 69 n. 96. Item auctores Veronenses Sarayna f. 44', Panvinius in add. ms. ad Saraynam Ital. f. 75' et Ver. ms. f. 296', ed. p. 223 bis diverse (inde Spon p. 83), Palermus p. 67 omnino ex Sarayna, Lisca et Cozza p. 237, Maffei M. V. 85, 6 (inde Orelli 1563). Item Morosini in itin. a. 1598 p. 45; Smetius 149, 4 ex Apiano et Sarayna; Grut. 49, 4 ex Verderianis Mauroccenianis Apiano Sarayna Marcanovanis Sirmondi Pighianis Palermo.

l. 2 id est *d(is) s(anctis) Herculi et Iunonibus.* Post IVNONIBVS add. AVG Sarayna; omissis Iunonibus substituit HERCVLI · AVG Panvinius altero loco.

4855 Maderni rep. 1750 in aedibus Veronesi SAMBUCA GNOCCHI.

I O V I
P · P
DIONYSIVS
V · S · L · M

Antonius Sambuca misit Lamio ex Salò 29 Sept. 1754 (Lami epp. vol. 54; inde Nov. Flor. 1754, 734, ex his Donat. 2, 1); Gnocchi ms. p. 145 (inde Donat. 5, 6; Labus p. 14 n. 14).

4856 Maderni rep. 1750 in aedibus Veronesi SAMBUCA GNOCCHI. Nunc ex dono Francisci Veronesi Madernensis Brixiae in museo.

Q · SVRICI · F
MINERVAE
V · S · L · M

Contuli; integra est. Habent Ant. Sambuca in epistula ad Lamium ex Salò 29 Sept. 1754 (Lami epp. vol. 54; inde Nov. Flor. 1754, 734; Donat. 29, 13); Gnocchi ms. p. 150; Brognoli ms f. 38'; Labus p. 27 n. 33.

4857 litteris optimis et maximis. Maderni in parietibus ecclesiae parochialis S. Andreae FELIC. et RELIQUI. Ibidem, scilicet in parochiali ecclesia antiqua, adhuc. — Gardae SARAYNA errore.

P · EPPIVS · P · F · FAB
RVFVS · MIL · CHOR
II · PRAET · T · F · I · ARMTR

Contuli. Habent Felicianus in iubilatione a. 1464 cod. Tarvis. f. 204 et in corpore Veronensium n. 173; Marcanova Mut. f. 131 agri Ver. n. 84; Sanutus f. 85; Ferrarinus cod. Paris. inter Veronenses f. 30, cod. Reg. inter Brixianas n. 85, cod. Verderiano p. 48, 2; Redianus f. 68' Veron. n. 91; Iucundus f. 198 Brix. n. 22 (inde Alciatus Brix. n. 52; Apianus 165, 2); Manutius orth. 692, 31. Syllogae Brixianae Traiectina n. 143; Medicea n. 238 et denuo in add. n. 291; Arragonensis ms. n. 79 = 364; Manutii cod. Vat. 5237 f. 79; item Grattarolo p. 89; Rossi ms. f. 173'; Vinaccesi p. 249; Gnocchi ms. p. 265 (inde Donat. 284, 7); Ioli ms. Auctores Veronenses Sarayna Lat. f. 45, Ital. f. 69' et Panvinius p. 228. Morosini in itin. a. 1598 p. 47; Ursinus fam. Rom. p. 92; Grut. 540, 8 ex Fulvio Ursino et Morosinii schedis; Mur. ms. XVII, 240.

4858 Maderni prope ecclesiam FERR. (REG. 79) TRAI. 141. Calvazesii FERR. (REG. 155 VERD.) TRAI. 149 MED. ARR. Utra indicatio vera sit, ignoratur.

IAMVNO · RVFI
ET · TERTVLLAE · ETA
CASSI · BASI · F · VXORI
QVARTIONI · SEXTO
MILITIBVS · LEG · XXI
RAPACIS · FILIS · DEFV
SVAVI · IVILFILI · V · F
ʅ † 2

Servavit Ferrarinus cod. Reg. bis Brix. n. 79 et 155 (inde Mur. 819, 6 ex schedis Farnesiis et Capponiis) et Verderiano p. 48, 1 (inde Grut. 549, 9 adhibitis Rossii schedis). Ex eo Traiectinus item bis n. 141 et 149; Mediceus n. 209; Arragonensis ms. n. 196 = 202; Rossi p. 279; Gnocchi ms. p. 265 a prioribus.

V. 1. du Ferr. (Reg. Verd.) Trai. — In vv. div. exempla conveniunt praeter Ferr. 79. 155. A principio vv. fractos facit Ferr. 79. — 1 LAMVNO Verd. — AVF Ferr. 79. — 2 malim FIL pro ET. — TERTVLAE Ferr. 155. — 3 BASSI Ferr. 155. — 4 QVARTION Ferr. 79. Verd. Trai. 141 pro QVARTION; QVARTION reliqui. — 6 FILIVS Ferr. 155. — DEFV exempla meliora omnia. — 7 sic Ferr. 79 Trai. 141, SVAVINI · L · FILI · V · F Ferr. 155 Trai. 149 similiterque recentiores, SVAVIN LF VF Verd. — 8 sic Ferr. 155 Verd. Trai. 149 Med., C pro his Ferr. 79 Trai. 141, om. Arr. Puto fuisse litteras tres alphabeti harum partium proprii, quales cernantur n. 4883.

4859 Maderni in ecclesia S. Andreae in pila marmoreo, quod aquam sacram sustinet FELIC. et ANTIQUI RELIQUI. Pontini, scilicet apud Nichesolam, VELSERIANA. Inde hodie Veronae in museo philharmonico sub n. 323.

V F
SEX · CALVISIVS
SATVRNINVS · SIBI · E
CALVISIAE · SATVRNINAE
CONIVGI · DEFVNCTAE · ET
CALVISIIS · FIRMIONI · ET
VALENTIONI · FILIS · ET
NVRIBVS · ET · NEPOTIBVS
ET · PRONEPOTIBVS · ET *sic*

Contuli. Habent Felicianus in iubilatione a. 1464 cod. Tarvis. f. 204 et in corpore Veronensium n. 174; Marcanova Mut. f. 131 agri Ver. n. 85; Sanutus f. 83; Ferrarinus cod. Bat. inter Veron. f. 35, cod. Reg. inter Brixianas n. 83, cod. Verderiano p. 52; Redianus f. 68' Veron. n. 89; Chig. I. VI. 203 f. 40; Iucundus f. 198 Brix. n. 23 (inde Alciatus Brix. n. 53; Apianus 165, 3). Brixiani habent cod. Traiectinus n. 139; Mediceus n. 233 et denuo in add. n. 287; Arragonensis ms. n. 212 = 448; Manutianus Vat. 5237 f. 79; Grattarolus p. 89; Rossi p. 305; Gnocchi ms. p. 244. Veronenses ponunt Sarayna Lat. f. 44', Ital. f. 75' (inde Smetius 171, 10); Panvinius Ver. p. 231; Velseriana f. 15; Maffei M. V. 152, 3. Morosini in itin. a. 1598 p. 47. Grut. 767, 3 ex Sarayna et Verderianis et Mauroccnianis; Mur. 1328, 1 ex schedis Ant. Scotti male.

1 V hodie deest, habent antiqui omnes praeter Gratt. — 9 sic lapis, qui integer est nec spatium in fine habet vacuum scripturae recipiendae aptum; SIVS pro ET altero Iuc. Chig. Sarayna; LIBERT · LIBERTAS (sic) · P · Q · S · V · F addit Panvinius.

4860 arca marmorea figuris insculpta circumquaque FELIC. Maderni in ecclesia S Andreae FELIC. cum suis; Materni in quodam fonte diruto FERR. (VERD.; similiter ANTIQUI).

CASSIAE · M · F · FESTAE · CLODIA · RESTITVTA · FILIAE
DVLCISSIMAE · QVAE · VIXIT · ANN · XXXIIII · DIES
XXXXI · ET · Q · MINVCIVS · MACER · CONIVGI
CARISSIMAE LOCVM DEDIT

Habent Felicianus in iubilatione a. 1464 cod. Tarvis. f. 205 et in corpore Veronensium n. 176; Marcanova Mut. f. 131 agri Ver. n. 86; Ferrarinus in cod. Bat. inter Veron. f. 36, cod. Reg. inter Ver. n. 185; Sanutus f. 83. Diversum exemplum (quamquam fortasse non est nisi ipsum Feliciani antequam emendaretur) proponunt Redianus f. 68' Veronensium n 90; Chig. I. VI. 203 f. 39; Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 128, cod. Verderiano p. 72, 1 (inde Grut. 674, 1); Traiectinus n. 144; Mediceus n. 232; Arragonensis ms. n. 207 = 111, ed. n. 124 (inde Rossi p. 277). Diversum rursus, sed fortasse tantummodo diversa ratione emendatum, Iucundi est f. 198 n 24, quocum convenit fere Chigianum I. VI. 203 f. 40 et a quo pendent Alciatus n. 54, Apianus 165, 1, Sarayna f. 44', Panvinius in add. ms. ad Saraynam Ital. f. 50' et Ver. p. 231 (inde Grut. 675, 5 ex Panvinianis), Fonteius de gente Cassia p. 186. A prioribus Gnocchi ms. p. 81 (inde Donat. 356, 10).

Vv. disposui ad Ferrarinianos meliores (Verd. Trai. Arr.). — 1 CASSIAS auctores reliqui et ex Ferrarinianis cod. Reg., CAESSIAE Ferrariniani reliqui meliores (Verd. Trai. cum Arrag. Tottio), CAESIAE deteriores (Medic. Corsin.) itemque Fonteias ex interpolatione et ex em. Grut. 674. — F pro FILIAE Ferrariniani praeter cod. Reg. — 2 VIX Tarvis. Marcan. Iuc. — XXXIII Tarvis. Iuc., XXIIII Felic. Traiect. Verd. Chig. 40, XXIII Ferrariniani deteriores. — DIAES Med. — 3 MINVCIVS Tarv. Felic. Marcan. Ferr. (cod. Reg. in Brix.), MINVTIVS Iuc. Chig. 40 Totti Arr., MINITIVS Red. Chig. 39 et Ferrariniani plerique, MINICIVS emendator Tottii, MINTIVS Verd., MINATIVS Ferr. (cod. Reg. in Ver.). — MAC · ET pro MACER Red. Chig. 39 at Ferrariniani omnes, quae potest fuisse primaria lectio postea coniectura emendata. — 4 CARISSIMAE CVM ('deficit' in margine) Red. Chig. 39 et Ferrariniani meliores (Trai. Verd. Arr.) excepto cod. Reg., CARISSIMAE · LOCVM Tarv. Felic. Marcan. et sic fere Ferrariniani deteriores cum cod. Reg., ex emendatione probabili opinor, CARISSIMAE · VIVVS Iuc., CARISSIMAE · VIVVM Chig. 40. — Difficile est recte de his iudicare; puto tamen primitivam lectionem fere incorruptam servatam esse in Rediano, reliquas venire ex emendationibus diversorum et temporis diversi.

4861 Tusculani FERR. Rubine riperiae Salodii in campestri sacello S. Georgii MED. (AUCT.), similiter GRATT. VINACC. GNOCCHI. Ibidem, scilicet Bogliani ante ecclesiam S. Georgii, est adhuc.

D M
LORENIAE
MERCATILLÆ
QVAE · VIXIT · ANN
XXVIII · M · II · LORE
NIVS · NAS'ABIVS
CONIVGI · INCOM
PARABILI · B · M

Contuli. Ferrarinus cod. Par. f. 151; Mediceus in fine sylloges n. 250 adscriptam habet a manu non soliti emendatoris; eodem exemplo Arragonensis ed. n. 182 et Vinaccesius p. 299 (inde Mur. 1353, 4); Grattarolo p. 97 (inde ut videtur Doni cod. Barb. p. 375); Gnocchi ms. p. 181 qui vidit lapidem, sed typum fere retinuit Vinaccesianum; Ioli cat. mus. Brix. f. 74.

4862 Toscolani ante ecclesiam S. Michaelis IUCUNDUS CONT.; *sul fianco settentrionale del campanile* GNOCCHI BRUNATI. Gaini in ecclesia ex mensa altaris ante annos 12—15 extracta DELAI 1736 mire. Hodie certe est Toscolani in ecclesia muro immissa.

LORENIÆ · VE
NVSTAE · CONIV
GI · SANCTISSIMAE
T · INCONPARABIL · QVE
VIXIT · ANNOS · XXIII'
M · VIII · GAVDENTIVS
MARITVS · BENEMERIT

Contuli. Ex antiquis habet unus Iucundus f. 219 in fine Brixianarum n. 54 (inde Mur. 1368, 3 a schedis Iucundi et Scotti). Denuo ex lapide Continuator, scilicet Corsinianus n. 186; Mediceus n. 220; Arragonensis ms. n. 219 = 340; Totti p. 66 n. 185; Rossi p. 296 (inde Fabrett. 254, 59 et Gnocchi ms. p. 255). Item de lapide Dom. Delai Toscolanensis, qui misit Gagliardio 6 Oct. 1736 (ms. bibl. Quir. D. VI. 15 misc. XIII f. 119); Gnocchi p. 254; Brunati *santi Bresc.* ed. 1 p. 93. 195, ed. 2 1, 325. 2, 223; Ioli cat. mus. Brix. f. 79.

4863 Tusculani rep. a. 1694 *nello scavarsi i fondamenti del campanile della parochiale* AVER. Extat in pariete ecclesiae.

D M
P · ÆLIO · PILEO
ET · AELIAE
CHREST · P · ÆLIVS
PARTHENOPÆVS
P · AELIVS · HERACLES
PARENTIBVS · PIENTIS
SIMIS

Contuli. Habent cod. Halensis orphanotrophei n. 33 'dedit Zenus Venetiis 1699'; Averoldo misc. vol. 4 f. 105 a Dugazzio, f. 158. 163 de visu, item in ed. p. 200 et apud Mur. ms. XVII, 204, ed. 1238, 1; Maffei M. V. 378, 4; Gnocchi ms. p. 180 (inde Donat. 378, 1); Ioli cat. mus. f. 74.

4864 Tusculani ARR. Ad S. Dominici addit PANV.; ad plebem S. Petri add. MED. Ex riperia Salodii VERD. Deinde Veronae in museo philharmonico n. 95. — Sine loco FERRAR. — Inter Patavinas rettulit fraude sua FERRETUS; v. n. 277*.

DIS
CONSERVATORIB
PRO · SALVTE
ARRIAE · SVAE
M · NONIVS
MACRIN · CONSECR

Contuli. Habent auctores Brixiani primum Ferrarinus cod. Par. f. 151' et Verderiano p. 58, 1 (inde et ex Pighianis, scilicet codicis Lazaciani p. 92, Grut. 19, 2; in cod. Reg. deest); deinde Mediceus in add. n. 285 ex lapide; Arragonensis ms. n. 138, ed. n. 145 item ex lapide; Grattarolo p. 95; Rossi p. 275; Vinaccesius p. 234; Gnocchi ms. p. 185; Labus p. 90 n. 131. Item Veronenses Panvinius Ver. p. 222; Maffei M. V. 91, 7 (inde Donat. 59, 2; Henzen 5953); Venturi *sotterraneo di S. Maria delle Stelle* (1811) p. 11.

1 DIS·N Ferr. (Reg.), DIS·N·N Ferr. (Verd.). — 4 ANIMAE pro ARRIAE Vinaccesi.

De M. Nonio Macrino et uxore eius Arria vide p. 339.

4865 epistylium litteris magnis Toscolani *in parete della chiesa maggiore* MOROSINI similiterque RELIQUI. Ibidem adhuc.

AVGVSTIS · LARIBVS

Contuli. Morosini *viaggio* p. 49 (cf. Labus in comm. p. 72) et apud Grut. 106, 11; Grattarolo p. 95 (cf. ed. 2 vol. 2 p. XX); Vinaccesi p. 234 (inde Mur. 85, 3); Gnocchi ms. p. 184; Ioli cat. mus. f. 75; Labus p. 94 n. 134.

4866 Tuscolani in ecclesia S. Mariae de Benaco CONTIN., MOROS. *Sotto la volta del campanile della chiesa di S. Michele di Gaino in Riviera, guasta e rosa d'antico* GNOCCHI iisdemque fere verbis LABUS.

IMP · CAES · DIVI
ANTONINI · AVG
PII · FIL · DIVI
HADRIANI · NEP
DIVI · TRAIANI · PAR
THICI · PRONEP · DIVI
NERVAE · ABNEP · M · AVRE
LIO · ANTONINO · AVG · AR
MENIACO · PONT · MAX
TRIB · POT · XVIIII · IMP · II p. C. 165
COS · III
BENACENSES

Habent auctores Brixiani hi qui sequuntur: Corsinianus n. 183. 188; Mediceus n. 221 et in add. n. 268*b*, ubi emendatur ex lapide; Arragonensis ms. n. 221 = 219; Totti p. 78 n. 217; Nazari p. 39 qui citat; Grattarolo p. 94; Rossi p. 211; Gnocchi ms. p. 88 (inde male Donat. 143, 3). Item Veronenses Sarayna f. 52 (inde Valerianus ant. Bell. p. 81) cum em. ms. Palermi; Panvinius in add. ms. ad Saraynam Ital. f. 75', cod. Vat. 6035 f. 23, Ver. ms. f. 298, ed. p. 225, fast. ad a. 918 (inde Smet. 154, 17 ex Panvinio, Grut. 260, 2 ex Sarayna et Panvinio adhibitis schedis Morosinii); Cattaneo Salò 1553 p. 25. Item Manutius orth. 372, 21; Ligorius ms. Taur. 4; Morosini *viaggio* 1598 p. 49 qui vidit; Labus in notis ad Morosinium p. 72, qui vidit fractam.

Variam lectionem dabo exemplorum Med. et Cors., Grattaroli, Saraynae, Morosinii, Gnocchii, Labusii, qui quae non agnovit exhibentur inclinatis. — 1 om. Mor. Med. 221 Cors. 188, IMP·CAES (om. DIVI) Gratt., IMP·CAESARI (om. DIVI) Sar., DIVI CAES DIVI Med. 268, VII CAESARI (om. DIVI) Cors. 183. — 2 AVG·ANTONINI Sar., ANTONINI (om. AVG) Med. 221 Cors. 183. 188 Gratt., . . . ONI . . . . Mor. — 3 FIL· FIL Sar. — 6 PRONE· Gnocchi. — 7 PRONEP pro ABNEP Gratt. — 8 AVF Mor. pro AVG. — ARMENIRCO Sar. — 10 POTEST Med. 221. 268 Cors. 188 Moros. — XVIII Med. 221, XVI Mor., XIIII Gratt.

4867 Tusculani ad aedem S. Dominici FELIC.; in ripa lacus Benaci in abbatia S. Dominici de Tusculano, ubi apparent vestigia castelli SANUTUS; similiter RELIQUI ANTIQUIORES, nisi quod pro S. Dominico nominant S. Stephanum FERRAR. (PARIS.) MEDIC. ROSSI, S. Iacobum CORSINIANUS, S. Antonium PANVINIUS. Tuscolani *all' albergo* LISCA. In museo Veronensi posuit MAFFEIUS sub n. 163. — Auximi MANUT.

IMP · CAES · M · AN
TONINI · PII · GERM · SAR
FIL · DIVI · PII · NEP · DIVI · HA
DRIANI · PRONEP · DIVI · TRA
IANI · PARTH · ABNEP · DIVI
NERV · ABNEP · M · AVREL · COM *sic*
MODO · ANTONINO · PIO · FEL
AVG · SARM · GERM · MAX · BRIT
P · M TRIB · POT · XIIII · IMP
VIII COS · V · P · P · NOBI p. C. 189
LISSIMO · PRINCIPI

B E N A C E N S E S

Contuli. Habent Felicianus in iubilatione a. 1464 cod. Tarvis. f. 207 et in corpore Veronensium n. 170; Marcanova Mut. f. 130' agri Ver. n. 81; Ferrarinus cod. Bat. inter Veronenses f. 34 et in Verderiano p. 89 (in Reg. deest); Sanutus (qui memorat in itinerario 1483 p. 88) f. 85; Iucundus f. 219 n. 51; Apianus 166, 1. Sylloge Brixianae Traiectina n. 138, Corsiniana n. 184, Medicea n. 218, Arragonensis ms. n. 217 ed. 1 (in ed. 2 deest); item Cattaneo Salò 1553 p. 25, Grattarolo p. 94, Rossi p. 211, Gnocchi ms. p. 90, Brunati *santi Bresc.* 2, 190. Auctores Veronenses Panvinius in add. ms. ad Saraynam Ital. f. 75' et Ver. p. 225 et fast. ad a. 942 (inde Smetius 154, 10), Lisca et Cozza p. 238, Maffei Ver. p. 138 inscr. n. 37, M. V. 101, 2. Manutius orth. 373, 22; Ligorius ms. Neap. 36 p. 373, ms. Taur. 4 bis diverse; Schradaeus mon. Ital. f. 370; Grut. 262, 4 ex Panvinio et Verderianis.

7. 9. 10. 11 quae iam non apparent litterae, eas supplevi ex exemplo Feliciani et reliquis antiquis; spatia plane congruunt. — 9 in. hodie cernitur //I TRIB. Male MAX · TRIB vel IMP · TRIB Maffei.

4868 Toscolani in aede S. Stephani in porticu FELIC. et RELIQUI; *nella facciata orientale del campanile* GNOCCHI. Ibidem adhuc.

IMP · CAES · DIVI
M · ANTONINI · PII · GERM
SARM · FIL · DIVI · ANTON · PII
NEP · DIVI · HADR · PrONEP · DI
VI · TRAIAN · PARTHIC · ABNEP
DIVI · NERV · ABNEP · L · SEPTIMIO *sic*
SEVERO · PIO · PERTINACI · AVG · ARA
BICO · ADIABENICO · PONT · MAX
D · TRIB · POT · III · IMP · VII · COS · II *sic* p. C. 195
P · P · PROCOS D S SIGN *sic*
BENA · CEN · SES

Contuli. Habent Felicianus in iubilatione a. 1464 cod. Tarvis. f. 208 et in corpore Veronensium n. 171; Marcanova cod. Mut. f. 130' agri Veron. n. 82; Ferrarinus cod. Bat. inter Veronenses f. 34, cod. Reg. Brix. n. 81, cod. Verderiano p. 43, 1; Iucundus f. 219 Brix. n. 52; Apianus 166, 3 (inde Smetius 155, 1). Sylloge Brixianae Traiectina n. 137, Medicea n. 217, Arragonensis ms. n. 215 = 208, item Cattaneo Salò (1553) p. 24, Grattarolo p. 94, Rossi p. 211, Gnocchi ms. p. 93. Auctores Veronenses Sarayna f. 52 et Panvinius Ver. p. 225, fast. ad a. 949, cod. Vat. 6035 f. 28'. Ligorius ms. Neap. 36 p. 373, ms. Taur. 4. Schradaeus mon. Ital. (1592) f. 370. Morosini in itin. a. 1598 p. 48. Grut. 263, 8 ex Sarayna et Mauroceni schedis. Stephanonius ms. f. 184'.

9 in. aut erravit quadratarius aut D est *domino*; de lectione ne dubita. — 10 post DESIGN, quod fortasse postea additum est, requiritur III; at in lapide non est.

4869 Tusculani in ecclesia S. Petri FELIC. et RELIQUI; *sul fianco orientale del campanile* GNOCCHI. Ibidem adhuc.

IMP · CAES
M · AVR · CLAVDIO p. C. 268/70
P · F · INVICTO
AVGVSTO
BENACENSES

Contuli. Habent Felicianus in iubilatione a. 1464 cod. Tarvis. f. 209 et in corpore Veronensium n. 172; Marcanova Mut. f. 131 agri Ver. n. 83; Ferrarinus cod. Bat. inter Veronenses f. 34', cod. Reg. inter Brixianas n. 73 et n. 153, cod. Verderiano p. 55, 1; Iucundus f. 219 Brix. n. 53; Apianus 166, 2. Panvinius qui vidit Ver. p. 225, cod. Vat. 6035 f. 32', fast. ad a. 1021 (inde Smetius 155, 18 et opinor Ligorius ms. Neap. 36 p. 373, Taur. 4). Morosini in itin. a. 1598 p. 49. Grut. 275, 8 a Panvinio et Morosinio. Sylloge Brixianae Medicea n. 219, Arragonensis ms. n. 218 = 213, item Grattarolo p. 95, Rossi p. 211, Gnocchi ms. p. 96, Ioli cat. mus. Brix. f. 73.

4870 Tuscalani in ecclesia S. Antonii PANV. *Due frammenti servono di armatura a rasente terra alle prime due colonnette anteriori, le quali sono avanti la chiesa dei Miracoli* GNOCCHI. Eadem fragmenta in solo pone ecclesiam parochialem versus ecclesiam veterem vidit IOLI. *Stavano nel 1828 fissi nel suolo precedente la scaletta mettente alla chiesetta della Madonna di Benaco; la quale demolita l'uno andò disperso, l'altro si pose sul dorso del muro, che serve di spalliera alla via, che da detta chiesetta mette al lago* BRUNATI. Ego hoc fragmentum frustra quaesivi.

I N D V S T R I | O · A C · B E N I V O L O
P L V R I M I S · M | I L I T I A E · H O N O R I B V S
F | V N C T O
Pro S V A S · P I E T | A T I S · M E R | I T O · M · A V R
D V B I T A T O · V · C · | P A T R I · E T | C · C E N T V L L I O
F O R T V N A T O · A | D V L E S C E | N T I · C L A R I S S I M O
F I L I O | A M A N T I S S I M O
M · A V R · D V B I T A T | V S · V · C · F I E R I · I V S S I T

Panvinius Ver. ms. f. 293'. 300, ed. p. 228 (inde Reines. 6, 137 et ex cod. Panvinii bibl. Angelicanae Brunati *santi Bresc.* 1, 328. 2, 223), qui vidit sine dubio, cum addat etiam mensuras; Arragonensis ms. n. 223 (inde Totti in add. p. 113 n. 343; Mediceus in add. n. 286; Rossi p. 280; ex Rossio Mur. 794, 5). Labus *fasti della chiesa* 4 (1826), 167 pendet opinor a prioribus. Frustula quae postea superfuerunt descripserunt Gnocchi ms. p. 267, Ioli ms., Brunati ed. 1 p. 94 melius quam ed. 2 l. c.

1 INDVSTRI|D Panv. (ms.). — AC///NIVOLO Panv. (ms.) Arr., AC · BENEVOLO (BE add. m. 2) Med. — 4 PRO Med. m. 2. — 5 V · C (sed C in litura) Arr., V · I Totti, SVI Med., V . . . Panv. — CENTVLLIO Panv. (ms. ex corr.) Arr., CENTVLIO Med., CENTVLO Panv. (ms. ante em.), CENTVLDIO Panv. (ed. err. typ.). — 6 ADVLESCENT · L Arr. — Fragmenta quae postea superfuerunt haec sunt pertinentia ad v. 5. 6 in. et 8 in.:

Ioli:	*Gnocchi:*	*Brunati:*	*Ioli:*	*Gnocchi, Brunati:*
IVBIT	. VBITA	DVBIT	AVRI	M · AVR · D
' A N	. . . VI	ORTVN		

4871 Tusculani in fundamentis turris campanariae novae rep. a. 1694; extat ibidem.

D M
SEVERAE
PROFVTVRVS
CONIVGI · E · M

DEDITQ · NOMIN · EIVS
GENTIL · ARGENIAE · HS · N · OC
VT EX · REDITV · EOR · ROSAL · ET
PARENT · OMN · AN · INPERPET
PROCVRENT

Contuli. Cod. Halensis orphanotrophei n. 33 'dedit Apost. Zenus Venetiis 1699'; Averoldus misc. vol. 4 f. 105 a Dugazzio, f. 158. 163 de visu, item in ed. p. 200 et apud Mar. ms. et ed. 1403, 12; Gnocchi ms. p. 178; Ioli cat. f. 74.

4872 litteris cubitalibus. Gaini *in gradino di scala di casa rustica.*

T · CAECIAE · N . . .

Brunati *Santi Bresc.* 2, 208 qui repperit a. 1851; Perancini lap. Ben. ms. qui vidit.
T · om. Per.

4873 Gaini.

MALA
INT · V

Perancini lap. Ben. ms. qui vidit.

4874 Gargnani rep. 1837, cum ecclesia deiecta est. Frustra quaesivi.

NEPTVNO
SACRVM
P · B

Perancini ms.; Labus apud Odoricium *Bresc. Rom.* 1851 p. 56 et *marmi Bresc.* p. 36 n. 54.
3 potest cogitari de pago vel populo Benacensi.

4875 rep. in Ripensi apud Benacum MAFF. Gargnani *in Riviera* in aedibus comitum Bernini GNOCCHI IOLI. Ibidem adhuc.

REVINO
SACR
P · P · I
V · S · L · M

Contuli. Maffei M. V. 378, 8 (inde Orelli 2040; Labus p. 121 n. 160); Gnocchi ms. p. 190; Ioli cat. mus. f. 76.

4876 Tremosine.

T · CAESI · PRISCVS · VI · VIR · AVG · BRIX
SIBI · ET · VERAE · PRIMVLAE · CONIVGI
CARISSIM · ET · C · ATEST · SERVAND
ET · C · ATEST · SECVRVS · PARENTIB · B · M

Grattarolo p. 29, a quo pendent reliqui: Vinaccesi p. 287; Mur. 204, 7 ex Vinaccesio; Gnocchi ms. p. 55; Tiboni Tremosine p. 45.
Vv. divisio incerta. — 1 TICESIA PRISCVS traditur. Cf. n. 4887.

4877 Tremosine ad ingressum coemeterii GNOCCHI; ante ecclesiam in foro sub cruce IOLI. Ibidem adhuc.

V F
M · HELVIO · VR
SIONI · VI · VIR · BRIX
PATRI · B · M · ET · VALERI
AE · IVSTAE · EIVS
M · HELVIVS · PRIMVS
ET · SIBI · ET · PONTIAE · IVSTAE
CONIVGI · CARISSIM · ET
SV IS
D M

Contuli. Grattarolo p. 99; Vinaccesi p. 273 (cf. corr.; inde Mur. 1034, 5); Gnocchi ms. p. 35 (inde Donat. 334, 6); Ioli cat. mus. f. 80; Labus ms.; Tiboni Tremosine p. 49; Petrus da Ponte ad ectypum sibi missum.
7 V in IVSTAE hodie certe deest.

4878 Tremosine.

T · AVR · CARCENIVS · SIBI · ET
NECIDIAE · SEVERE · VXORI
DVLCISSIMAE · ET · T · AVR · SEVERO
ET · LAETILIAE · RVFINE · PA
RENTIBVS · ET · SVIS
D · M

Servavit Grattarolo p. 99, a quo pendent reliqui: Vinaccesi p. 287; Mar. 1312, 6 ex Vinaccesio; Gnocchi ms. p. 256 a prioribus; Tiboni Tremosine p. 54.
Vv. divisio incerta.

4879 Tremosine GRATT. In S. Iohannis Baptistae VINACC.; pone chorum ecclesiae parochialis GNOCCHI.

protome
MANGO
CLVGAEIS · F
SIBI · ET · CLVIDEAE
VOSIONIS · F
VXORI
ET · CLVGASIONI · F
VALETE · CVNCTI
quadrupedes duo

Grattarolo p. 99; Vinaccesi p. 287 (inde Mur. 1295, 6); Gnocchi ms. p. 256. A prioribus Tiboni Tremosine p. 55.
Vv. non divisit Gratt. — 1 M · ANGO traditur. — 2 CLVGSIS · E Gratt. — 4 VOLSIONIS Gratt.

4880 Tremosine.

SASIVS · VESGASIONIS · F
SIBI · ET · DEICAE · SEXTI · F
VXORI · ET · ESDRIO · ET
VESGASIONI · F

Grattarolo p. 99, a quo pendent reliqui: Vinaccesi p. 287; Mar. 1400, 6 ex Vinaccesio; Gnocchi ms. p. 256; Brunati *Santi Bresc.* 2, 227; Tiboni Tremosine p. 53.
Vv. divisio incerta. — 2 DECIAE Vinacc. — 4 VESCASIONI Gratt.

4881 cippus ingens litteris rudibus. Tremosine rep. 1754 GNOCCHI; in aedibus Olivari BROGN. Salò in aedibus Dom. Polotti COMPAR. Inde venit in museum Brixianum IOLI.

V · F ·
TRIVMVE ·
CELERIS · F ·
SIBI · ET · DVCI ·
AVAE · TVRI · F
VXE

Contuli. Gnocchi ms. p. 256 (inde Donat. 415, 12); Comparoni *valli Trompia e Sabbia* (1805) p. 332; Brognoli misc.; Ioli cat. f. 59; Tiboni Tremosine p. 58 et in comm. Athenaei Brixiani 1862/4 p. 285.

4882 Voltini nuper rep. in hortis parochi, nunc Brixiae apud Lod. Cazzago TIBONI. Iam in museo.

V F
CELER · MAN
DONIS ·

Descripsi. Tiboni Tremosine p. 59 et in comm. Athenaei Brixiani 1862/4 p. 285.

4883 Voltini ad pedem turris campanariae GNOCCHI, IOLI. A. 1858 translata Brixiam in aedes Ludovici Cazzago TIBONI. Nuper illata in museum Brixianum.

TETVMVS
SEXTI
DVGIAVA
SAXADIS
XOWΡΧΙCΑΡΙ
OBΙΛΑΧΙΜΡΧΙΜΚ

Contuli. Gnocchi ms. p. 254 (om. v. 5. 6); Ioli cat. f. 80; Tiboni Tremosine (1859) p. 41; Odorici misit optime delineatam, ad quod exemplum edidi ego *nordetrusk. Alph.* (*Mittheil. der antiq. Gesellschaft in Zürich* vol. 7 a. 1853) p. 210 tab. 2 n. 17 ediditque ipse *stor. Bresc.* 1 (1854) p. 51.

4884 Ustecchii in parochia Tremosine nuper rep. MICH. Nunc ibi in tabernaculo iuxta viam qua itur Voltinum TIBONI.

V F
MESSAVA · EEX
F · SIBI · ET
STAIO · SECI · F · VIRO
ET · SECO · STAI · F

Michelotti in cod. bibl. Tirol. Ferdinandei n. 980; Ioli cat. mus. f. 80; Tiboni Tremosine p. 56.
2 MESSAVA... EEX..., 4 SEC..IE.. VERO Mich.

4885 Vesii prope Tremosine rep. 1754.

IVRICVS · TRIVMONIS
LIBERTVS · IVSSV · PATRONI

Gnocchi ms. p. 255 (inde Donat. 419, 4; Tiboni Tremosine p. 61).

4886 Mezzemae prope Tremosine in aedibus Hier. Rambottini.

. . . .
FILIS
ET SIT TIBI VIATOR

Tiboni Tremosine p. 60.
1 num fuit FELICITER?

4887 Limone rep. 1661 AVER.; extra Limone sub cruce S. Iohannis Nepomuceni GNOCCHI; rep. Limone cum facta sunt fundamenta turris campanariae, a. 1787 translata in vicum S. Iohannis, deinde a. 1788 in aedes fratrum Patozzi MICHELOTTI. Nunc Desenzani in collegio apud Bagattium IOLI LABUS. Ego neque Limoni repperi neque Desenzani.

PRIMIO · STAI
ARRVNTI · F · SIBI · ET
DVGIAVAE · SEX · F · MA
TRI · ATESTATIAE · SEX
*f. se*CVNDAS · VXORI
*et at*ESTATIAE · PRIMV
LAE FILIAE
C · ATES*t*ATI · QVARTI
ONI · VI *vi*RO · BRIX · ET
C · ATESTA*ti* · QVINTO
FILIS · ET . . . SVIS
DVGIAVAE . . . . .
VXORI . . . . .
VIATOR · VALE
ET · TV

Habent Averoldus (misc. 4 f. 105 et apud Mur. ms. 17, 204, ed. 1273, 6), cui dedit Dugazzius descriptam ab amico; Maffei M. V. 192 emendavit quaedam; Gnocchi ms. p. 241 (inde Donat. 260, 2) non tam ex lapide quam ex Muratorio; Hier. Tartarotti in schedis bibl. Roveretanae et inde Gnesotti p. 263 imperfecte; Ioli cat. mus. f. 82; Labus *ant. mon. scop. in Brescia* p. 90 qui vidit (inde Tiboni Tremosine p. 49).

1 . . RIMIO Ioli. — STAI . . . Mich. — 2 ARRVNTIF Aver., ARRVNTIO Ioli altero exemplo pro ARRVNTI·F. — 3 DVGIAVVAE Aver. — F om. in lac. Mich. — 4 ATISTATIAE Av., MTI . . STATIAS Mich., ATESTIAS Ioli, ET STATIAE Maff. — SEX Ioli, SE Av. Lab., ST Mich. — 5 . . . CVNDAE Ioli, CVNDAS Av. Labus, . . VNDAE Mich. — 6 . . . ESTATIAE Ioli, . . . STATIAE Mich., ET·STATIAS Aver., ATESTATIAE Labus. — PRIMV rel. et Maff., PRIMVS Aver. — 7 sic Maff. Ioli Labus, . . LAL . . . FILIAE Mich., LAE FIL · IAP Aver. — 8 Q pro C Ioli. — ATES· Aver. — TI pro ATI Ioli. — 9 BRITT ET Mich. — 10 G Aver., om. Ioli. — ATESTA Ioli, ATEST Av. Mich. — I ante QVINTO om. Ioli Lab. — 12. 13 sic Ioli, DVC . . VAE (DVGIAVAE Maff.) . . . IX | VXORI Aver., DVCEMASS . . . X . . . S | VXERE Mich. — 15 sic rel. et Maff., DST . . . TV Aver. — Gnocchii et Tartarotti exempla sprevi.

Ex nomine quod est *Atestas* formatur *Atestatia* ut *Maecenatia* ex eo quod est *Maecenas*.

Soldier · 4892, 4894, 4902, 4903
Well-to-do · 4893, 4896, 4904

XLVII. *Val Bona.* SABINI *(Val Sabbia).*

Fluvius qui nunc dicitur Chiese, olim *Cleses* (sic Ravennas 4, 36; *clesis* Peutingerana errore librarii; Polybii autem 2, 32 Clusius omnino diversus est) oriundus in Valle Bona, quae nunc comprehenditur finibus Tirolensibus, transito lacu, qui nunc dicitur *lago d'Idro*, per vallem q. d. *Sabbia* pergit in planitiem Galliae Transpadanae. Nos hoc capite composuimus titulos repertos in vico Cimego Tiroliensi et Idri ad lacum et in valle Sabbia in vicis Savallo Preseglie Sabbio Odole Cecini Vobarno. Auctores cum de hac regione taceant, tituli nomen enuntiant gentis eius vel civitatis, a qua Sabbiae vallis nomen descendit, scilicet *Sabinorum*; nam *princeps Sabinorum* tituli n. 4893, reperti in ea ipsa valle Savalli, omnino sic explicandus est collato *principe Trumplinorum* n. 4910. Praeterea nomen Idri antiquum fortasse comparet in n. 4891 ibidem prostante, quamquam *Edrani* vocabulum, quo titulus clauditur, nec lectionis certae est nec interpretationis. Denique *Voberna* nomen antiquum pagi adhuc dicti Voberno sive Bovarno efficitur ex carmine n. 4905, in quo sic est: *finibus Italiae monumentum vidi Voberna.* — Condicio eorum, qui hos locos incolebant, similis fuerit necesse est Camunnorum et Trumplinorum, ut Sabinorum civitas et ipsa Euganeae originis Latinique iuris fuerit attributaque coloniae Brixianorum. Tribus ubi nominatur (n. 4902. 4903. 4904. 4905), Fabia est Brixianorum; reperitur etiam *praef. aedilic. pot. Brix.* (n. 4904) et *sexvir Aug. Brix.* (n. 4896).

4888 Cimego (Giudicaria) in ecclesia, unde delata est in vicum Vestone (Val Sabbia) in aedes Comparoni GNESOTTI. Ibidem collocant RELIQUI.

D *caput pueri* M
L · PETRONIO · PRIM
IONI · ET · MENNIC
CIVSTICI · FILIAE · VX
ORI · PETRONIA · PRI
MI*g*ENIA · POSVIT
PARENTIBVS · SVIS
et capita duo IV

Gnesotti p. 28. 258; cod. Michelotti (ms. bibl. Depaul. n. 980); suppl. adscripta syllogae ms. Roschmanni; Brognoli misc.; Aricius in suppl. ms. ad Arragonensem n. 475; Comparoni *Val Trompia e Val Sabbia* p. 328, eodem exemplo omnes.

Vv. non divisit Comp. — 3 MENIC Gnes. Mich. Roschm. — 4 CIVSTICI plerique, CIas TIrI Roschm. ex perversa emendatione. — 5 ET post VXORI ins. Mich. Roschm. — 6 MICENIA traditur. — POSVI Gnes. Mich. Roschm. — 8 FI IV traditur.

4889 Cimego (Giudicaria) pro gradu.

LAC ESDRI
a MBISASIVS
v. s. L · M

Gnesotti p. 27. 257; suppl. adscripta ad Roschmannum.
3 in. integrum facit Gnes.

4890 cippus. Idri in eccl. S. Marinae ad aquam benedictam CONT., item GNOCCHI, IOLI.

TI · CLAVDIVS
C · F · SIBI · ET
TESTVLLAE
SEXTI · FIL
VXORI · ET · SVIS

gubernaculum (?) vel gladius (?) intra coronam — *malleus? intra coronam*

Habent Continuator, scilicet Corsinianus n. 146 et Mediceus n. 228; Arragonensis ms. n. 227 = 425 fortasse ex lapide; Totti p. 84 n. 232; Rossi p. 306 (inde Mur. 1329, 12); Gnocchi ms. p. 239 qui vidit (inde Donat. 397, 9); Ioli mon. snt. 1826.

1 T· Cors. Med. Tott. Arr. — 3 TERTVLLAI Cors. Med. Arr., TERTVLIAE Ioli. — 4 om. Cors. — SEXTI Med. Totti Arr. Ioli, SEX· reliqui.

4891 Idri ad plebem divae Mariae CONTIN. similiterque IOLI.

protomae tres cum mensibus
VOSIE · PONTIS · F
DASSVS · ET · CVSSAE
CASSVMI · F · VXORI · ET
LVIDIAE · VOSIS · F · EDRAN

Tria exempla extant, Continuatoris apud Mediceum n. 227 et denuo in add. n. 293, Tottium p. 89 n. 244, Arragonensem ms. n. 228 = 455 (ex hoc Manutius Vat. 5237 f. 143; Rossi p. 291; ex Rossio Reines. 16, 47 per Cluverium et Mur. 1512, 13; item ex Rossio et schedis Vaticanis Donius Barb. 34, 73 p. 148) et Iolii mon. ant. II et Odoricii *stor. Bresc.* 1 (1853), 188, qui habuit a sacerdote Spinelli. Gnocchi ms. p. 238 etsi vidit, repetivit typum antiquum.

In vv. div. consentiunt Med. 227 Totti Ioli Odor.; Rossiana divisio falsa venit ab Arragonensi. — 1 VOSIS Arr. rec. 2, VOSSIS Rossi Gnocchi, COSIS Man. — APONTIS·F Man. — 2 DASSVS Arr. rec. I Med. 227 Totti, SASSVS Med. 293 Arr. rec. 2 Rossi Gnocchi, ASSVS Man. Ioli Odor. — 3 CASSVMI Med. 293 Arr. rec. 2, CASSVM Man., ASSVMI Odor. — 4 IDIAE Ioli Odor. — VOSIS Med. 227 Man. Ioli Odor., VOSSIS Med. 293 Totti Arr. Gnocchi. — FDE pro EDRAN Ioli.

4894 Preseglie in valle Sabbia pone chorum ecclesiae parochialis.

MESA · MANILIA · SEVR
SIBI · ET · AVP · O · SO..R..NI
..MARITO · ET · AVREL · VR
SIONI · F · MIL · LEG · VIII
VRSVLAE · F
ET · SEXTILIO · FILIO

Tria exempla nactus sum Gnocchii ms. p. 266 et Iolii duo alterum in mon. ant. 1826, alterum in cat. mus. f. 80.

1 sic Gnocchi, MESA MAN.... Ioli II, ME.. A.... Ioli I. — 2 SIBI·ET·MASO·SO..R..NI Gnocchi, SIBI·ET·MASO... Ioli II, SIBI ET AVPC.... Ioli I. — 3 E·MARITO·T·AVREL·\ Ioli II, ET·MARITO·ET·AVREL Ioli I, ...MARITO·ET·FR·VR Gnocchi. — 4 F om. Gnocchi. — VIII Gnocchi Ioli II, VI Ioli I; malim VI·ET. — 5 VRSVLAE F Ioli I, VRSVLAE Ioli II, VRSVLAI Gnocchi. — 5 SEX pro SEXTILIO Ioli I.

4895 Sabbio *di sotto* in ecclesia parochiali GNOCCHI. Nunc Brixiae in museo.

IOVI

Contuli. Habent Gnocchi p. 146; Labus p. 17 n. 19.

4892 Savalli in turri campanaria ecclesiae parochialis.

HVIAE SD...ON
...GAPITO...
II.... SENA SENACI
VXORI DE*functae*
M · CORNELIO
SECVNDO · F · MILITI
LEG · XXI · RAPACIS
DEFVNCTO

Gagliardi, qui vidit a. 1717, in schedis Muratorianis 18, 224 et in Brognolii miscellaneis. Aliunde Gnesotti p. 258 eodemque exemplo Aricius in suppl. ms. ad Arragonensem n. 486 et Brognoli in miscellaneis alibi et Comparoni *valli Trompia e Sabbia* p. 17 et Odorici *Bresc. Rom.* 1854 p. 77 ex schedis Brunati. Diverse Cenedella *nuova analisi dell' acqua termale di Comano* Veronae 1847. 8 pp. 78.

1—4 om. Gagl. — 1 ELVIAE Odor. — SD... ON Brogn., SD...ON.. Arici, SO...ON Gnes., SON Odor. — 3 INALA·SENACI Brunati. — 6 SECONDO Gnes. Brogn. 2 Aric. — F·MILITI Gagl., EMILII Gnes. Brogn. 2 Aric., EMILI·F Odor. — 7 XVI Gagl. — 8 DEFVNTO Brogn. 2 Arici. — Cenedella sic: ....I...I.I | M·CORNELIO | SEC.... AEMILI.... | LEG·XXI·RAPACIS·DEF.

4896 in valle Sabbii [= Sabbio *di sotto*?] in ecclesia S. Michaelis FERR. (PAR.) similiterque RELIQUI. — Brixiae in foro ROSSI male.

M · MESTRII · SEVERI
PATRIS · VI VIR · AVO
BRIX · ET · PRIMILLIONIS
SECVNDI · AVI · M · MESTRIVS
PRIMVS · *et* · CAECILIAE
VALENTINAE · MATRI
SIBI ET

Servavit Ferrarinus cod. Par. f. 151, cod. Reg. Brix. n. 99, cod. Verderiano p. 51 (inde Grut. 438, 4). Pendent inde Traiectinus n. 124; Mediceus p. 189; Arragonensis ms. n. 229 = 329; Rossi p. 265; Gnocchi ms. p. 28 (inde Donat. 90, 6) e prioribus.

In vv. div. consentiunt Ferrariniana exempla. — D·M praemittit Ferr. (Verd.). — 1 SEVRI Ferr. (Reg.). — 3 BRIXI Trai. — PRIMILLONIS Ferr. (Par.). — 5 L traditur pro E. — 6 sic Trai. solus, ALENTINAE reliqui.

4897 Sabbio *di sotto a S. Maria di Rocca* GNOCCHI. Nunc Brixiae in museo.

DIEVPALA
MINVI

Contuli. Gnocchi p. 252.

Integra mihi visa est. Fortasse Raetica magis quam Latina.

4893 Savalli *alle radici del campanile della pieve* GNOCCHI similiterque RELIQUI. — In Valle Trompia *nella chiesa del Pantheo* MANUT.

FIRMVS · IN
GENVI · *F* · *PRIN*
CEPS *SABINOR*
SIBI *ET* · *CORNELI*
AE · RVSTICAE · CON
IVGI · M · CORNELI
O · PRISCO · F · ANNOR
XIII

Manutius cod. 5235 V p. 36; Rossi p. 278 (inde per Cluverium Reines. 6, 100 et ex eo Orelli 3759; Fabrett. 380, 192 puto ex Rossio); Gnocchi ms. p. 98; Ioli cat. mus. f. 74; Labus ms. et *ara scop. in Hainburgo* p. 18.

Quae cursivis dedi cum apud Labusium distinguantur litterarum forma diversa et exiliore, videntur in exemplo ei exhibito defuisse. — Vv. non recte dividit Manutius. — 2 F om. Ioli Labus (ms.). — 3 CEP Man. — SABINORVM Man. Rossi Gnocchi Lab. (ed.). — 6 IVGI Ioli Lab. — ET ante M ins. Man.

4898 basis magna Odoli ad ecclesiam parochialem in ambitu coemeterii GNOCCHI IOLI. Nunc Brixiae in museo.

PONTICVS
C · GEMELLI
I O M

Descripsi. Gnocchi ms. p. 248; Ioli mon. ant. 1826.

4899 Degagni in vico dicto Sicino [= Cecino] GRATT. — Brixiae ad S. Faustini ROSSI.

D · M
VOCONIAE
VRSVLAE
Q · CAECILIVS
SECVNDINVS
VXORI

Grattarolo p. 106; Rossi p. 255 (inde Fabrett. 586, 188; Gnocchi ms. p. 174); Aricius in supplementis ms. ad Arragonensem n. 476 = 498.

Vv. non div. Gratt. — 2 VOCANTIAE Gratt. — 4 CECILIVS Rossi. — 5 SECONDINVS Gratt. — 6 sic Aricius, VXORI·D Gratt., VXOR Rossi.

4900 Boarni.

M A S T I
M · VETINVS
ASSIANVS
V · S · L · M

Servavit Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 89. 154 (ad hoc exemplum Mur. 30, 6 ex schedis Farnesiis Scandianis; a Mur. Gnocchi ms. p. 147) et cod. Verderiano p. 46, 2 (inde Grut. 56, 10). Pendet ab his turba posteriorum Traiectinus n. 159; Mediceus n. 211; Arragonensis ms. n. 223 = 310; Nazari p. 47 (inde Ligorius ms. Taur. 4); Grattarolo p. 95 (inde opinor, non ex Caelestini hist. Bergom., ut ait, Donius cod. Barb. p. 375, ed. 1, 77; ex Donio Donat. 25, 9); Rossi p. 83 (inde Mur. 44, 2); Gnocchi ms. p. 153 a prioribus; Labus p. 52 n. 66.

1 MATRI Mur. 30, 6 ex errore Scandiani, contra Ferrarinum et reliquos. — 2 M · IAETINVS Ferr. 154.

4901 Bovarni in pavimento ecclesiae parochialis GNOCCHI. Frustra quaesivi.

. . . . INIVM . . .
. . . PVBLIO . . .
EMILIO · VO . . . .
. . MART . . ET
. . INERV . . . .
. . . .

Gnocchi ms. p. 153 (inde Donat. 24, 9).

4902 Boarni PRIORES; in pede turris campanariae GNOCCHI IOLI EGO.

L · LEVCONIO · L · F · FAB
CILONI · VETER · LEG · XXI
V · L · LEVCONIO · L · F · FIRMO
V · LEVCONIAE · L · F · PROCVLAE
V · ALLIA · L · F · SVAVIS
VIRO · FILIIS · SIBI

corona
armilla *cum lemniscis* *armilla*

Contuli. Manutius vel potius Stella cod. Vat. 5235 II f. 110; Grattarolo p. 108; Rossi p. 284 (inde Mur. 829, 8); Gnocchi ms. p. 263 (inde Donat. 292, 2); Ioli mon. ant. II, qui item pinxit in museo.

4 NIAE (NIE Gratt. Ioli) L · F (C · F Mur. Gnocchi, T · F Ioli) PROCVLA (PPROCVLA Gratt., ROCVLA Man.) priores; hodie haec desunt lapidis superficie avulsa. — 5 V AL' IA ego, VALLIA Gnocchi, . . . ALLIA Rossi, VLALIA Gratt., VIATIA Ioli, V · VALERIA Man. — SVAVIS Man. Gratt. et sic mihi quoque visum est, SVAVISS . . . Rossi Gnocchi, SVAVISS Ioli, ///VI/ pictura eius.

4903 Boarni ANTIQUIORES, in ecclesia in quodam capitello per medium scisso add. CORS.

protomae duae
L · SALVIVS
C · F · FAB
VEXILLARIVS
VETER · LEG · IIII · SIBI
ET · POPILIAI · T · L
HISPANAI · ET · CAPITO
NI · F · ET · PRISCAI · F · ET
FIRMO · F

Servavit Ferrarinus cod. Reg. Brix. 88 (inde male Mur. 849, 7 ex schedis Farnes.), cod. Verderiano p. 43, 2 (inde Grut. 559, 9). Ex eo Traiectinus n. 157; Corsinianus n. 172; Mediceus n. 213; Arragonensis ms. n. 220 = 238; Ligorius ms. Viscont. f. 19; Rossi ms. f. 173; Vinaccesi p. 286; Gnocchi ms. p. 264 a prioribus (inde Donat. 300, 2); Orelli 3545.

V. 1. dabo Ferr. (Reg. Verd.) Trai. Cors. Med. Arr. — Vv. divisio incerta; secutus sum Corsinianum et Mediceum. — 3 VEXILIARIVS Ferr. Med. Cors., VEXILARIVS Arr. — 6 HISPANI omnes. — 6. 7 CAPITONNI Ferr. (Verd.) Trai. Cors. Med. — PRISCAE Ferr. (Reg.). — F post PRISCAI om. Ferr. (Verd.).

4904 Boarni FERRARINUS; ad portam maximam ecclesiae parochialis GNOCCHI. Ibidem adhuc. — In S. Ambrosii vallis Pulicellae PANVIN. TINTO male.

M · LAETIL · FAB
CASSIANVS · PRAEF
AEDILIC · POT · BRIX
SIBI · ET · LAETIL · PRIMV
LAE · MATRI · RATINIAE
INGENVAE · VXORI
M · LAETIL · QVINTIANO
LAETILIIS · FIRMINAE
ET · SEVERAE · FILIIS

Contuli. Habent Ferrarinus cod. Par. f. 151, cod. Reg. Brix. n. 97, cod. Verderiano p. 46, 1 (inde et ex Panvinianis Grut. 428, 2); Capreolus f. 8 (inde Alciatus n. 87); Traiectinus n. 158; Mediceus n. 210; Arragonensis ms. n. 222 = 313, qui ex ipso lapide videtur emendasse; Manutius Vat. 5237 f. 143; Grattarolo p. 108 a prioribus; Rossi p. 287. Pendent inde Veronenses auctores Panvinius Ver. ms. f. 117, ed. p. 286 et Tinto p. 311. Denan de lapide Gnocchi ms. p. 8 (inde male Donat. 256, 1).

1 sic Arr. 2 Gnocchi recte, M · LAETILI · AB Ferrariniani boni, M · LAETILI Capr. Arr. 1. — 3 AEDILIC · POT Arr. 2 recte, AEDILI · CROT Gnocchi, AEDIL · POT Ferrariniani.

4905 litteris alte incisis. Boarni in ecclesia FELIC. FERR. RELIQUI; *nel fianco meridionale della chiesa parochiale* GNOCCHI. Dominicus Vantini transtulit Brixiam in monasterium quod fuit S. Pacis BROGNOLI. Ex museo Lechiano venit in publicum.

P · ATINIVS · L · F · FAB
HIC · SITVS · EST
SI · LVTVS · SI · PVLVIS
TARDAT · TE · FORTE
VIATOR · ARIDA · SIVE
SITIS · NVNC · TIBI · ITER
MINVIT · PERLEGE · CVM
INPATRIA · TVLERIT · TE
DEXTERA · FATI · VT · RE
QVIETVS · QVEAS · DICERE
SAEPE · TVIS · FINIBVS · ITA
LIAE · MONVMENTVM
VIDI · VOBERNA · IN · QVO *sic*
EST · ATINI · CONDITVM

Contuli. Habent Felicianus Brix. B 80; Ferrarinus cod. Paris. f. 150', cod. Reg. Brix. n. 87, cod. Verderiano p. 45 (inde Grut. 903, 1); Capreolus f. 8 (inde Alciatus n. 69); Traiectinus n. 155; Mediceus n. 212; Arragonensis ms. n. 226 = 368; Manutius cod. Vat. 5237 f. 143, orth. 533, 13 (inde Ligorius ms. Taur. 4); Grattarolo p. 107; Rossi p. 206; Gagliardi Cenom. p. 119 = Sambuca Cenom. p. 119; Maffei Verona ill. inscr. n. 33; Gnocchi ms. p. 261; Brognoli misc.; Ioli cat. mus. Brix. f. 29.

13 VOBERNAI Capr. praeter necessitatem. — 13. 14 IN · QVO · EST · CORPVS · ATINI · CONDITVM Felic. et inde Maffei, IN · QVO · ATINI · CORPVS · CONDITVR · EXANIMS Alciatus ex em.

4906 Boarni ad aquam sanctam FERR. (PAR.); ad portam maximam ecclesiae parochialis GNOCCHI. Iam Brixiae in museo.

M · AEMILI
M · V I A N I
QVI · VIXIT · A
NNOS · XXVIII
M · VII · DIES · X
M · AEMILIVS
VALENTINVS
FILIO · OBSEQVEN
TISSIMO · ET
SIBI

Contuli. Habent Ferrarinus cod. Paris. f. 151, cod. Reg. Brix. n. 96, cod. Verderiano f. 44; Traiectinus n. 156; Mediceus n. 214; Panvinius Ver. p. 233 (inde et ex Verderianis Grut. 666, 3); Arragonensis n. 223 = 318; Manutius Vat. 5237 f. 143; Grattarolo p. 108; Rossi ms. f. 154; Vinaccesi p. 264a (inde Mur. 1127, 2); Gnocchi ms. p. 224 (inde Donat. 355, 1); Ioli cat. mus. f. 79.

M. Aemilius Valentinus redit n. 4518.

4907 Boarni ad minorem portam ecclesiae ARR.; similiter RELIQVI. Inde transtulit Brixiam in monasterium quod fuit S. Pacis Dominicus Vantini ARAGON. Deinde apud Lechium; hodie in museo IOLI.

L · CLODIO
STEATONI · ET
CLOD · SECVNDAE
L · CL · CRESCENS
PARENTIB
ET · LAETIL · SECVNDAE
VXORI · ET

praeter marginem spatium in lapide nullum vacat

Contuli. Habent Arragonensis ms. n. 278; Manutius cod. Vat. 5237 f. 143; Grattarola p. 107; Rossi p. 280 (inde Mur. 1250, 10); Gnocchi ms. p. 223; Brognoli misc.; Labus *Giorn. Arcad.* 1819, 4, 12 p. 266; Ioli cat. mus. f. 28.

4908 Boarni super pulpitum FERRAR. (PARIS.); in sacello corpus Christi VAT. 5235 f. 110 et ROSSIUS; *entro la chiesa parrochiale tra l'altar del Corpus Domini e quello di S. Rocco* GNOCCHI. Dominicus Vantini transtulit Brixiam in monasterium quod fuit S. Pacis BROGNOLI. Ex museo Lechiano venit in publicum. — Materni in pariete ecclesiae S. Andreae FELIC. TRAIECT. MED. ARRAG. (ms.); Calvazesii FERRAR. (REG. VERD.); errore omnes.

C · SPVRI · PRI
MI · MINCI
ET · ECVTRINIAE
PATERNAE
Q · CLOD · FESTIA
NVS · SOCERIS
ET SPVRII PRI
MA PATERNVS
VALENTIO · FRATRES

Contuli. Habent Felicianus B f. 20; Ferrarinus cod. Paris. f. 151, cod. Reg. Brix. n. 86, cod. Verderiano p. 47 (inde Grut. 707, 6); Traiectinus n. 142; Mediceus n. 235; Arragonensis ms. n. 206 = 80, ed. n. 98; Manutius Vat. 5237 f. 143; Grattarolo p. 108; Rossi p. 273; Gnocchi ms. p. 224; Brognoli misc.; Ioli cat. mus. Brix. f. 26.

XLVIII. TRVMPLINI (*Val Trompia*).

Mella fluvius (Catullus 67, 33: *flavus quam molli praecurrit flumine Mella Brixia*, ubi *percurrit flumine mello* libri; Vergil. georg. 4, 278: *curva prope flumina Mellae* cum scholio Philargyri: *Mella amnis in Gallia Cisalpina vicinus Brixiae oritur ex monte Brenno*, et Serviano; *Mella* Ravennas 4, 36) quam vallem facit in summa parte alpestri, eam, hodie dictam *Val Trompia*, testibus cum ipso eo nomine tum titulo n. 4910 olim habuerunt Trumpilini (sic inscriptio tropaeorum, cuius adhuc supersunt litterae hae RVMPILI, v. quae adnotavi ad mon. Ancyr. p. 132; unde apud Plinium 3, 20, 136 emendata est tradita lectio *Trumpilini*) sive Trumplini (sic tituli tres n. 4310. 4313. 4910 librique apud Plinium 3, 20, 134). Gens ea teste Plinio 3, 20, 134 Euganea nominatur inter Alpinas ab Augusto devictas in titulo tropaeorum dedicatorum n. 747/8. Belli iure deinde Trumplini videntur venilsse et incolae et solum eorum (Plinius l. c. 134: *Trumplini venalis cum agris suis populus*), at tamen non interirent, sed subditi Brixianis etiam postea Latini iuris civitatem aliquam efficerent. Nam quae Plinius addit de Latino harum gentium iure earumque ad municipia finitima attributione, ad Trumplinos quoque perveniunt. Deinde extant tituli duo Brixiae, quorum alterum n. 4310 Druso seniori, scilicet ei ipsi qui gentes Alpinas domuit, dedicarunt .... *ni et Trumplini*, alterum n. 4313 Iulius Titi f. *Trumplini et Benacenses*; neque ob aliam causam tituli hi proponi potuerunt Brixiae, quam quod ea harum civitatium caput fuit. Caruisse autem Trumplinos plena civitate praeter nominum formam, quae passim Raetica est, etiam *cohors Trumplinorum* indicat, cui imperante Augusto praefuit Staius quidam *princeps Trumplinorum* (n. 4910). — Praeter civitatis tituli, quos habemus ex vallis eius vicis his Bovegno Insino Gardone Zenano Lumezzane Noboli Sarezzo, etiam pagorum aliquot nomina suppeditant. Scilicet Bovegni prodiit titulus hominis *Voben(ensis)* n. 4910, Zenani alter hominis *Gennanatis* n. 4924, quae nomina apparet esse antiqua ipsorum illorum pagorum; praeterea titulos habemus Bovegno n. 4909 sacrum *genio pagi Livi*, Insino n. 4911 sacrum *genio pop(uli) pagi Iu[li?]*, quae nomina fortasse tum indita sunt, cum Augustus Trumplinis devictis ius Latinum dedit, in honorem eius et uxoris eius. — Tribus in his si qua nominatur, Fabia est Brixianorum (n. 4919. 4920. 4921. 4922. 4923).

4909 Bovegni in turri ecclesiae S. Mariae ARR. et POSTERIORES. Ibi *nel fianco meridionale della stanza del Romito* GNOCCHI. Brixiae quod fuit apud Lechium, nunc est in museo exemplum, aperte falsum est; litterae habet tales A E I.

GENIO
PAGI
LIVI

Habent Arragonensis ms. n. 188 et apud Tottium in add. p. 116 n. 360; Rossi p. 191 (inde Mur. 77, 16); Vinaccesi p. 233 (cf. p. 184); Gnocchi cod. Mant. f. 10, syll. p. 186 qui vidit; Labus mus. Mant. 2, 268, *marmi Bresc.* p. 111 n. 153 (inde Henzen 5112).

3 LIVI antiqui; LIVII exemplum falsum. 'LIVII, *non* LIVI, *come scrive il Rossi*', iam Gnocchius.

4910 Bovegni *nel muro della disciplina* GNOCCHI COMPARONI; *nel muro della casa comunale* IOLI. Deinde Brixiae primum apud Lechium BORGH., iam in museo.

protome muliebris *protome viri barbati* *protome incerta*

STAIO · ESDRAGASS · F · VOBEN
PRINCIPI · TRVMPLINORVM · PRAEF
COHORT · TRVMPLINORVM
SVB · C · VIBIO · PANSA · LEGATO · PRO
PR · VINDOL · IMMVNIS · CAESARIS
ET AMIC... MESSAVA VECI · F · VXOR

Contuli. Habent Gnocchi cod. Mant. f. 9'. 10, syll. p. 262; Comparoni *valli Trompia e Sabbia* (1805) p. 322; Brocchi *miniere di ferro del dipartimento della Mella* vol. 1 (1808) p. 17 ex lapide optime; Borghesi ms.; Ioli cat. f. 26; Mazzoldi *strenna Bresciana per l'a.* 1851 in tabula ad p. 57.

Titulum difficillimum equidem non intellego. C. Vibius Pansa is qui sub Caesare a. u. c. 709 Galliae Cisalpinae praefuit et consul periit a. 712, vix potest is esse de quo hic agitur; nam suo iure provinciam rexit (Cic. ad fam. 15, 17, 3. 19, 2) neque ullo modo legati pro pr. appellatio ei convenit, quae huic C. Vibio Pansae tribui videtur. Nam *legato pro* ... si ad ipsum Staiam trahes, ex Scylla incides in Charybdim neque ullo modo rem expedies. Quare malim referre ad Pansam alium, filium fortasse consulis a. 712, quamquam de eo praeterea non constat; potest is fuisse legatus pro pr. in hisce partibus sicut fuit M. Appuleius teste titulo Tridentino a. 731 (n. 5027). Deinde fortasse legendum [*ite*]*m Vindol(icis)*, ut Staius non solum cohorti Trumplinorum praefuerit, sed etiam numero Vindolicorum. Hoc satis apparet titulum scriptum esse ante quam Raetia in provinciae formam redacta copiae ex his partibus deductae sunt, fortasse etiam ante quam Caesar Augusti nomen suscepit.

4911 Inzini in curte archipresbyteri AVEROLD. (a. 1710) GNOCCHI. Nunc ex dono Maggiorum de Gradella Brixiae in museo.

GEN · POP · PAG · IV|
EENEMER
Q · PVB · ABASCAN|

Contuli. Habent Averoldus, qui vidit a. 1710, in miscell. vol. XVI f. 94 (inde Brognoli in misc.); Gnocchi cod. Mant. f. 9, syll. p. 187; Ioli cat. mus. f. 76; Labus p. 111 n. 152 (inde Henzen 5778).

1 fin. I vel alia littera potest deesse; v. 3 non deest nisi litterae T particula.

4912 Inzini in porticu archipresbyteri muro chori immissa GNOCCHI similiterque IOLI. Nunc Brixiae in museo.

MERCVRIO
STRENVS
ERISIAE · F
V S L M

Contuli. Vinaccesi p. 235 (inde Mur. 48, 2). Gnocchi cod. Mant. f. 9, syll. p. 139 (inde Donat. 28, 10); Brognoli misc.; Ioli cat. mus. f. 75; Mazzoldi *strenna Bresciana per l'a.* 1851 p. 58; Labus p. 60 n. 75.

4913 Inziol post chorum ecclesiae parochialis GNOCCHI. Nunc Brixiae in museo.

MINERVAE
POSTVMIA
PRISCA
V · S · L · M

Contuli. Habent Vinaccesi p. 235 (inde Mur. 53, 1); Gnocchi cod. Mant. f. 9, syll. p. 150 (inde Donat. 30, 2); Brognoli misc.; Ioli cat. mus. f. 76; Mazzoldi *strenna Bresciana per l'a.* 1851 p. 58; Labus p. 35 n. 49.

4914 in media ara, quae integra est. Inzini rep. in aedicula antiquissima ROSSI; in aedibus parochi AVER.; in muro exteriore chori ecclesiae parochialis GNOCCHI. Nunc Brixiae in museo.

4989 Bolognani rep. ad aedem divi Floriani FRANCO. Ante Arcum in via, qua ad Franciscanos itur, 50 pass. ab oppido BARTHOLOM. Lapis pro deperdito habitus, donec a. 1757 denuo in lucem emergeret CRESSERI. *Ora a Riva nel cortile del Conte Leopoldo Dinacta* IOLI (1827). Nunc Tridenti apud Zanellam.

SEXTO · LAELIO
PRIMIGENIO
VI · VIR · AVG
ET LAELIAE
5 RESTITVTAE
LAELIA · PRISCILLA
PARENTIBVS
PIENTISSIMIS

Descripsi. Exhibent Ambros. Franco ms. p. 79 satis bene (inde Roschmann ms. Ripa et Arco n. 10; Cresseri ms. n. 32 per Spergesium; Todeschini p. 106); Mur. 200, 5, cui misit Iac. Tartarottus, male; Bartholomaeus, qui descripsit, apud Roschmannum (ms. Rip. et Arc. n. 9) pessime; Ioli Brixianus, qui vidit 9 Ian. 1827, in collectaneis ms.

4990 Rivae ante portam aediculae S. Cassiani in via quae Tennum sinistra ducit, dextra Arcum ROSCHM. similiterque RELIQUI. Hodie ibidem in curia. — Male Veronae ad S. Cassianum PANVIN.

L · MAG · MGIANO
CL · SEVRRA · MARITO
KARISSIMO · ET · COR·
VAERIO · FIL · PIENTIS
SIMO · ET · MAG · PRISC
NIANO · SOCERO · B · M ·
ET · SIBI · ET · IN · MEMO
RIAM · EOR · ET · SVI · COLL·
N · B · AD · ROSAS · ET · PRO
FVSIONES · Q · A · FAC
HS · N · LX · MIL · DEDIT

Contuli. Habent Panvinius Ver. p. 229 (Grut. 803,8 per Scultetum ex ms. Panvinii; Orelli 4415); Roschmann ms. Rip. n. 3, cui descripserunt Thunius, Bartholomaeus, Sperges, Zambotti (inde pendet Eckhel ms. 5, 27); libellus inscriptus 'Benacus' ed. a. 1756 p. 27 (inde Avolano n. 1068); Avolano a. 1364 qui vidit a. 1791; Gnesotti p. 261 ex schedis Hier. Tartarotti; Marini ms. Vat. 9131 f. 237 ex epistula P. Dominici Bresavola paulo aliter atque edidit Arv. p. 562 datam sibi ab abbate Martini; Cyrus Pollini *viaggio al lago di Garda* (Veronae 1816) p. 9; Zotti *marmorea pagina* p. 6.

L. Mag(io) Magiano Cl(audia) Severa marito karissimo, et Corn(elio) Valerio fil(io) pientissimo, et Mag(io) Prisciniano socero b(ene) m(erentibus) et sibi; et in memoriam eor(um) et sui coll(egio) n(autarum) B(rixianorum) ad rosas et profusiones q(uot) a(nnis) fac(iendas sestertium) n(ummum) LX mil(ia) dedit. Litteras singulares interpretatus est Marinius de nautis Benacensibus; cur Brixianos substituerimus, dictum est supra p. 524.

4991 Ripae in eccl. parochiali pro basi altaris lapis altus cub. 3, latus totidem.

D · M
CLAVDIAE
. . . .
in tergo lapidis inscriptio longior minutis litteris conscripta.

Roschmann praef.

4992 Rivae reperta in ecclesia S. Cassiani hodie diruta, deinde apud Stoffellam, nunc Innsbrucki in museo.

V · F
LVBIAMV·
TRIVMI · EBVSI
FIL · PALARIACVS
[illegible]

Descripsi. Citatur in *achter Jahresbericht des Ferdinandeums* a. 1831 (Innsbruck 1832) p. 18.

Cf. n. 5008 *Cl. Tertius Palariacus.*

4993 sarcophagus. In castro Archi apud Tridentum in principali ecclesia IUCUNDUS. Arci in templo principe in aversa facie arae FRANCO. Nunc pro lacu Vignole prope Arco ZANELLA. — S. l. MALV., inde Romae MUR.

PVBLICIAE PV
D SINNAE M NON M
IVS CORNELIANVS
CONIVGI · CARISSIMAE

Iucundus cod. Ver. f. 196 (inde Donius cod. Barb. 34, 73 p. 113; Malvasia p. 535 ex schedis Vatic.; Mur. 1393, 13 ex Malv.). Franco ms. p. 104 (inde Roschmann ms. Rip. et Arc. n. 7 et male Todeschinius p. 106). Delineatam ab amico dedit Zanella.

Quae in Zanelliana tabula desiderantur, dedi inclinatis. — Vv. non recte div. Iuc. et Franco. — D·M in fine tituli Franco. — 1 PVBLICAE Iuc. — 2 SINNAE Iuc. Franco (SINAE Tod.), /INNAE Zan. — NONVS Iuc. — 3 ///CI/NLIIANV Zan. — 4 ///ONVCH/IN Zan.

4994 Ripae in aed. Grotta MARIANI; *in casa Grotta ora Muzia* ZAMBOTTI; nunc in aedibus Sartoriis CRESS.; *all' osteria del Sole* STOFFELLA. Nunc in curia.

D · M
QVINTIAE
MAXIMAE
SERVILIA · FES
TA · MATRI
PIENTISSIMA

Contuli. Mariani Trento p. 524 memorat. Exhibent Roschmann ms. Rip. n. 2, cui miserant Sperges et Zambotti, corruptam; melius Zambotti apud Marinium cod. Vat. 9131 f. 241; Cresseri ms. n. 36 ex Spergesio sibi quoque visam; Gnesotti p. 29 (cf. p. 260) ex schedis Hier. Tartarotti; Stoffella ms.; Ioli Brixianus in schedis a. 1827; Zotti *marmorea pagina* p. 8.

4995 Ripae in aed. Grotta MARIANI; *in casa Grotta ora Muzia* ZAMBOTTI; nunc in aedibus Sartoriis CRESS. Nunc in curia.

B
D · N · A
VALERIA
QVARTA
V B O R et
HOMVLLA · F

Contuli. Mariani Trento p. 524 memorat. Exhibent Roschmann ms. Rip. n. 1, cui descripserunt Sperges et Zambotti, corruptam; melius Zambotti apud Marinium cod. Vatic. 9131 f. 241; Cresseri ms. n. 37 et a Spergesio et a se descriptam; Gnesotti p. 29 = 261 ex schedis Tartarotti; Stoffella p. 5; Ioli Brixianus in collectaneis ms. a. 1827; Zotti p. 8.

1 fuit BENETAR vel tale quid.

4996 Campi prope Rivam in ecclesia antiqua S. Britii.

. . . .
PONTIONDAC . .
F · CONTVBERN . .
. . . .

Roschmann memorat. in praef. Exhibent Hier. Tartarotti in ms. bibl. Roveret. (inde Gnesotti p. 29 = 262); Cresseri n. 35 ex Spergesio; Zambotti apud Marinium cod. Vat. 9131 f. 240; supplementa Roschmanno adscripta.

Sequor Cresserium. 1 PONTIONIDACC Tartar. Marin. suppl. Roschm., PONTIO...NIDAC Gnes. — 2 E CONIVEERC v. l. apud Gnes.

4997 Rivae in curia.

IDEM
AV · VIVS

Descripsi.

4998 lapis magnus et crassus formae oblongae ex marmore rubro. *Trovata nelle vicinanze di Riva; sotto di essa furono ritrovate tre urne sepolcrali lapidee* POLID. Fuit Rivae in ecclesia S. Cassiani hodie diruta, nunc extat in aedibus rusticis *beneficio Biolchi I* ad S. Iacobum prope Rivam *ai confini dell' Albola di mezzo.*

HIC IN PACE
IAN Q · V · AN
LVI · R · VIII KL ·
IAN IND III P C ·
IOHANNES V C C · 539 Dec. 24.

PoS · SVPER
CABRIOLO

Contuli. Fr. Ant. Polidoro misit marchioni canonico Dionisi ex Torbole 12 Febr. 1791, quae epistula extat inter Mariniana. Ed. Zotti *una marmorea pagina* p. 11.

Hic in pace r(equiescit) Iannarius, q(ui) v(ixit) an(nis) LVI. Reces(sit) VIII k(a)l(endas) Ian(uarias) ind(ictione) III p(ost) c(onsulatum) Iohannes v(iri) c(larissimi) c(on)s(ulis). Pos(itus) super Cabriolo. Vide Rossium inscr. chr. urb. 1, 487 disserentem de titulo eiusdem anni eiusdemque regionis, nempe Comensi, in quo est *sub diae nonas Iunias indictione [se]cunda p. c. Iohannis v. c.*

4999 Drodi quarto ab Arco lapide ad templum SS. Sisinnii Martyrii Alexandri FRANCO. Frustra quaesivit SPERGES.

NONIAE
EVTHYMIAE
VXORI
OPTIMAE
M · NONIVS
SYNTROPHVS
B · M
D · M

Franco ms. p. 82 (inde Roschmann ms. Rip. et Arc. n. 11 et male Todeschini p. 106).

5000 arula rep. Cavedine, nunc Ravine prope Tridentum in suburbano comitis Sizzo.

D S
SATVRNO

Descripsi. Simul reperta dicitur ara Cereri sacra.

5001 *appresso la via ne' boschi di Fabiano di Cavedine scolpita nel Cengio* (id est in rupe) *in un quadro alto circa 2 piedi, fondo mezzo piede, alto mezzo uomo dalla terra* BONELLI. M. P. a Cavedine. *In un masso sporgente dal suolo si vede ab antico scavato una nicchia come per sedervi* [quae vulgo dicitur *la carega* sive *la carega del diavolo* i. e. sedes diaboli], *nella interna parete della quale tre linee di caratteri appariscono* STOFFELLA.

P L I A M N V S ///M
ANDILONIS · F · SIBI · ET P
SIMAE · LIBERIAE · VX

Avolano n. 1471 ex schedula P. Benedicti Bonelli; emendavit de visu Stoffella, qui ed. in libello *il trono del diavolo* (Rovereti 1828. 8. pp. 34).

3 LIBERIAE Stoff. — Bonelli sic legit: IVLIA MAMEA | MATER ALEXANDRI SEVERI | REDVX EX GERMANIA | IN ITALIAM.

5002 reperta Vezzani ad vetustam aediculam S. Valentini in agro, extat Tridenti apud sac. Ioh. Bapt. Zanellam ex dono abbatis Iosephi Stefanelli.

F A T I S M A S
C V L I S · S A C S ·
S T A V M V S · V E
S V M I · B R I T T · F
CORNELIA · S · FIL·
PRISCA
EX VOTO POSVER

Contuli descriptam a Zanella, qui ed. *Annali* 1864, 77.

5003 Vezzani repperit abbas Stefanelli deditque Zanellae.

V P
Q · M E D E
N A S I V S
C · F · SIBI · ET
L V S A M A S
VXORI · ET

Contuli descriptam a Zanella, qui ed. *Annali* 1864, 79. — In fine in ipso lapide adiecit SVIS Zanella.

5004 fragm. Vezzani rep. litteris magnis.

A M

Zanella ms. et *Annali* 1864, 79.

5005 in castro Doblino sub portico ianuae hypocausti, qua per montem Casalem in vallem Indicariam itur; diffractus lapis per bellum a. 1703 a militibus Gallis thesauri absconditi spe, suo situ cum muro deicere frustra conatis; fragmentum abscisum incuria periit SPERGES. Ibidem adhuc.

F A T I S · F A T A b u s
D A V I N V S · M · N O n i
ARRI · MVCIANI · C · n
A C T O S · P R A E D I O R V m
T V B L I N A T · T E G V S I V M
A · SOLO · INPENDIO · SVO · FE
CIT · ET · IN · TVTELA · EIVS
HS · N · CC · CONLVSTRIO
FVNDI · VETTIANI · DEDIT

cos. a. p. C. 201

Contuli mea causa Kiepert. Hier. Tartarotti apud Mur. 89, 3 et *mem. di Rov.* p. 52 (misit Pantaleo Borzi Tridentinus); Roschmann ms. (Indicar. 6), cui misit Sperges; Cresseri ms. n. 22 accurate; Giovanelli *Beitr. für Tirol* 4, 113 et apud Labusiam *mon. ant. scop. in Brescia* p. 67 et *marmi Bresc.* p. 101 n. 141 (inde Orelli 1773); Zanella ms. qui vidit.

1 fin. FAT... Labus Zan. — 2 M·NC Kiep. Cress., MNC Tart., MVC Roschm., M·N Labus, M Giov. Zan. — 3 om. Mur. — extr. CO Cress., C Tart. (mem.) Giov. Zan., om. Lab. Zan. De Muciano vide p. 339. — 4 PRAEDIOR... Giov., PRAEDIORVM Tart. — 5 TVBLINAT Mur., TVBLINATES Giov. — 'Tegurium *e* tigurium, *da non confondersi con* tugurium, *vien da* tego *e denota un tempietto sostenuto da quattro colonne, aperto per ogni lato. Papa Simmaco, dice Anastasio bibliotecario,* fecit tigurium ex argento purissimo in confessione (*Bianchini I p. 68; Vignoli* lib. pontif. in Symmacho § VI). *Cf. ibidem in Honorio:* tegurium aereum deauratum, *e nella vita di Aldrico vescovo Cenomano abbiamo ch'egli* fecit tegurium quod et ciborium vocatur super altare (n. 17)' Labus. — 8 CONLVSTRION.. Giov. solus. Sacrum ita dedicari videtur, ut quotannis ad id lustrentur praedia Tublinatia, adiecta praeterea ea condicione, ut simul lustretur fundus Vettianus. Ceterum ut Tublinatia praedia adhuc nomen servant, ita fundi Vettiani fortasse non male revocaverunt ad pagum Vezzano. — 9 FVND Roschm.

5006 Lomasi in muro coemeterii ad ecclesiam parochialem.

I O V I
L · C V L L O N I V S
L · F I L · F A B · P S I M V S
DEC · ALAS · T · CANAFATIVM
DEC · BRIXIAE · NOMINE · SVO · ET · FILI
OSVM · PRIMI · ET · PATERNI · T · F · I
L · EBVSIVS · CAPITO · FAC · CVR

Iac. Tartarotti ad Gagliardum a. 1735 apud Sambucam (Cenom. p. 394; idem exemplum ms. repperi Brixiae inter Brognoliana); Iac. et Hier. Tartarotti apud Mur. ms. XVIII, 224 et ep. 1 Iun. 1734 et ed. 1035, 2; Roschmann ms. Indicar. n. 3, cui descripsit Sperges, item *Mem. del Valvas.* 1757, 2, 85; Cresserius ms. n. 45 ex Spergesio, citans Sambucam et Tomasoli hist Trident. ms.; cod. Vindob. n. 10214 n. XXV eodemque exemplo Donat. 6, 7 (misit Ios. Hippolytus a Pergino) = 334, 3 (misit Bened. Bonelli Tridentinus); Avolano n. 521 plane ut Mur.; Gnesotti p. 256 qui contulit a. 1785; Labus *marmi Bresc.* p. 76 n. 111. Praeterea descripta extat cum sequentibus duabus Lomacensibus in historia quadam Tridentina anonymi auctoris (fortasse Tomasolii a Cresserio allegata), quam servat bibliotheca publica Tridentina, scripta c. a. 1700 vel postea; at exemplum id quod vidi titulos habet tam corruptos, ut spreverim. Quattuor exempla videntur ex lapide excepta esse, Tartarottianum, Spergesianum a Cresserio accuratius repraesentatum quam a Roschmanno, qui contaminavit cum Tartarottiano, Donatianum codicisque Vindobonensis, denique Gnesottianum, quamquam hoc non tam ex lapide exceptum est quam Tartarottianum ad archetypum exactum.

1. 2. 3. 6. 7 in fine fractos facit Roschmannus. — 1 IC/I Vindob., I·I... '*il rimanente col fregio o cornice della parte superiore della lapide è stato scalpellato via a memoria de' viventi innanzi che ivi arrivasse una sagra visita*' Gnesotti, I...... vel I.... Donat.; IOVI antiquiores, quod retinui, quamquam magis puto fuisse in lapide I · O · M. — 2 CVLLONIVS Donat. Vindob. Gnes., CALLONIVS reliqui. — 3 L·FIL Cress. solus, LEI·F reliqui. — 4 DEC Roschm., DEC Gnes., /EC Vind. Donat. — CAFANATIVM Tart. uterque. — 5 FILII Avol. — 6 PASTENI err. typ. Gnes. — T·F·I Donat. Vind. Gnes., T · FE Cress., F · I reliqui.

5007 Lomasi in muro sacelli octogoni antiquissimi SPERGES. *Nell' oratorio appresso alla chiesa parrochiale* GNESOTTI.

SILVANo · AVG
L · SEPTIMIVS
L · FIL · FAB · MA
CRINVS · EQVO
PVBL · PRAEF · IVR · D
Q · Q · BRIX · EX · VOTO

Iac. Tartarotti a. 1735 misit Gagliardo (Sambuca Cenomani p. 394; idem exemplum ms. repperi Brixiae inter Brognoliana); Iac. et Hier. Tartarotti apud Mur. ms. XVIII, 224 et ep. 1 Iun. 1734 et ed. 69, 6. 1035, 3; Roschmann ms. Iudicar. 2 a Spergesio, citans praeterea hist. Tridentinam ms. (vide ad n. 5006); Cresseri ms. n. 43 item ex Spergesio; Avolano n. 523; cod. bibl. Vindob. n. 10214 n. XXV; Gnesotti p. 285 qui vidit a. 1785; Labus *marmi Bresc.* p. 12 n. 12.

1 SILVANVS Avol. Vind. et ex Tartarottianis exemplis unum (ep. ad Mur.), SILVAN Gnes. — 3 F Tartar. (ms. Mur. XVIII). — 5 PVBL Roschm. Avol. Vind. Tart. (ep. ad Mur. et Mur. 69), PVB reliqui. — PRAEI Tartar. (ep. ad Mur.) Avol., PRAE/ Tart. (ms. Mur. XVIII) Vind. — 6 om. Tart. (ms. Mur. XVIII). — Q Q Roschm. Mur. 69, O Q Tart. (ep. ad Mur.) Cress. Avol., OO Gnes. Vindob., EQ Iac. Tartarotti Mur. 1035.

5008 Lomasi *nella parete esteriore dell' Oratorio presso la parrochiale* GNESOTTI.

CL · TERTIVS
PALASIACVS
T · CORNELIVS
TERTIVS · TRICA
LIANVS · CVR
POPVLI · P · P
reSTITVERVnt

Maffei M. V. 380, 5 a Frisinghellio; Roschmann ms. Iudicar. n. 1 ex Spergesio; Cresseri ms. n. 44 ex eodem ('vitiat Tomazolus'; vide ad n. 5006); Avolano n. 522 = 1087; eodem exemplo ni fallor omnes. Donat. 264, 7 (ex Bonellio) = 264, 6 (e schedis Fr. Ioseph. Hippolyti a Pergino). Cod. Vindob. n. 10214 n. XXV. Cum lapide contulit a. 1785 Gnesotti p. 254.

Vv. male divisit Vindob. — 1 TESTIS 'sic' Gnes. — 4 TEVTIVS Vind. — TRIGA Donat. utroque loco. — 6 P .... (pro P·P) Maff. Donat. 264, 7; ex P · P coniectura ARIX fecit Roschm. — 7 sic Vind., ... STITVERVnt Gnes., ... STITVESVN ... Donat. 264, 6, reSTITVERVNT Roschm. Cress., RESTITVERVNT Maff. Donat. 264, 7, INSTITVERVNT Avol.

5009 Pojae prope Lomas in eccl. S. Georgii sub vase aquae sacrae.

FORTVNAE
REDVCI
L · VALERIVS
IVSTVS
EX · VOTO

Tartarotti ms. bibl. Roveret.; Maffei M. V. 380, 3 (inde Donat. 45, 10) a Frisinghellio; Roschmann ms. Iudicar. n. 4, cui misit Zambotti; Zambotti apud Marinium cod. Vat. 9131 f. 241; Avolano n. 524, qui dicit lectam a. 1761; Gnesotti p. 253 qui contulit a. 1785; I. A. Maffei *val di Non* p. 5; Comparoni *valli Trompia e Sabbia* (1805) p. 331; Giovanelli *sopra una iscr. Trentina* p. 14; Cenedella *nuova analisi chimica dell' acqua termale di Comano* (Veronae 1847) p. 14; Labus *marmi Bresc.* p. 102 n. 145.

1 ORIVNE Tart. Avol.

5010 in castro Stenico vallis Iudicariae *a mano sinistra sopra la scala aderente alla cappella di S. Martino* ANON. APUD ROSCHM.

M · VLPIV
BELLICVS
VET · LEG
XXX · V · V · SIBI
ET · SVIS

Mariani Trento 1673 p. 610 (corrigitur in margine exempli bibl. publ. Tridentinae); Roschmann Veldid. p. 58 et ms. Iudicar. 5 ab Spergesio Zambottio aliis; schedae Eckhelianae 5, 30; Zambotti archipresbyter Rivensis misit secretario Fenici 7 Apr. 1755 (inde Marini cod. Vat. 9131 f. 241) similiterque Hier. Tartarotti in schedis Roveretanis; Cresseri ms. n. 40 citans Tartarottii epistulam secundam p. 27, errore opinor; Hippolytus ms.; Donatus 305, 3 ex ms. Fr. Ioseph. Hippolyti a Pergino; Cenedella *nuova analisi* (v. n. 5009) p. 14 qui vidit.

1 servavit Roschm. solus. — 2 VLPIV Roschm. ms. et Hippol. ms., VLPI Roschm. ed., VLPIVS reliqui. — Interpolatam exhibent Marianus sic: MARCVS VLPIVS BELLICVS VETERIS LEGIONIS LVII (rel. om.), Zambotti apud Marinium sic: MARCVS VVLPIVS DVX PRIMAE LEGIONIS (rel. om.), sched. Eckhel. sic: M · VLPIVS · BELLICVS · VET · LEG · XXX · VI · P · VI · F · V · P · SIBI · ET · SVIS · L · D · D · D; ubi *sextum pia, sextum fidelis* petita sunt ex nummis Gallieni (Eckhel d. n. 7, 403).

LI. COL. TRIDENTVM (*Trento*). *Tribu Papiria.*

Ex Tirolensi provincia, cuius de titulis in universum hoc loco agere constitutum est, saec. XV non innotuerunt nisi quinque epigrammata; scilicet in syllogis suis posuerunt auctores huius aetatis FELICIANUS (cod. Marc. f. 132, cod. Ver. f. 48) et FERRARINUS Tridentina n. 5036 uterque, n. 5024 ille solus, n. 5028. 5038 solus hic, denique IUCUNDUS Arcense unum (n. 4993).

Deinde saeculo XVI, quo vel maxime hae litterae floruerunt, Tridenti, per quam urbem tum solebant iter facere ex Germania in Italiam, quae prostabant epigrammata alia ab antiquissimo inde tempore parietibus ecclesiae S. Apollinaris extra urbem inserta, alia collecta in suburbano docti episcopi Christophori Madruzzi (1539—1578) certatim descripserunt viri docti et Itali et Germani. Unde leguntur Tridentina epigrammata apud MARINUM SANUTUM (cod. bibl. publ. Veron. f. 77) et AUG. TYFERNUM (de quo diximus vol. 3 p. 478) singula (n. 5036); apud NICOLAUM PACEDIANUM, qui iter fecit paulo post a. 1510, in recordationibus (ms. bibl. Ambros. A 105 inf.) septem, quorum quinque (n. 5024. 5028. 5030. 5036. 5043) suo loco ponuntur libro secundo, duo alia (n. 5027. 5038) ablegata sunt Veronam Mantuamve; apud APIANUM (1534) quattuor (n. 5028. 5030. 5036. 5045); apud MARIANGELUM ACCURSIUM (cod. Ambros. D. 420) unum (n. 5038); apud ANTONIUM AUGUSTINUM (cod. Matrit. bibl. nat. Q. 87) quinque (n. 5024. 5032. 5033. 5036. 5041); in itinerario, quod servavit MANUTIUS (cod. Vat. 5237), duo (n. 5024. 5038); inter PANVINIANA quinque partim in libris editis partim in codd. Vat. 6035. 6036 (n. 5028. 5030. 5032. 5036. 5041); pleraque vero (scilicet decem n. 5024. 5028. 5030. 5031. 5032. 5033. 5036. 5038. 5041. 5043) in itinerario Romano anni 1560 IO. BAPT. FICLERI, cuius commentarii exemplum autographum bibliothecae Monacensis (Lat. 716 f. 91) praestat duobus aliis Monac. Bav. 372 f. 111—148 et Monac. Germ. 1308 f. 383—427. Neque ex his auctoribus alius ab alio videtur pendere merenturque diligentiae laudem fere omnes, praesertim Ficlerus. — Reliquam autem Tirolensem provinciam eo tempore nemo curavit, nisi quod Romenensis titulus n. 5068 missus est Bernardo Clesio, Rivensis n. 4990 insinuavit se inter Panvinii Veronenses. Exeunte demum saeculo c. a. 1597 Arcenses titulos collegit AMBROSIUS FRANCO in Arcensis comitatus descriptione aucta ab Ioh. Dominico filio eius, quam vidi ms. in bibl. publ. Tridentina n. 28; de auctore conferendi sunt Iac. Tartarotti (v. l.) et Dom. Franc. Todeschino *saggio della bibl. Tirolese, scanzia prima* (Venet. 1777. 8), ubi a Franco relatae inscriptiones editae sunt incuriose p. 105. 106. — Eodem saeculo ex partibus Tirolis Germanicis titulos collegit is de quo vol. 3 p. 705 disputavimus Iohannes AVENTINUS († 1534), a quo habemus titulos Sterzingensem n. 5084, ad flavium Eisack repertos n. 5079—5082, columnam miliariam (praeter Mittenwaldensem vol. 3 n. 5979) infra edendam Sabonensem Maximiani vel potius Maxentii. Praeter Aventinianos autem hac aetate in his partibus lapides non habemus descriptos, nisi quod TYFERNUS exhibet titulum Sterzingensem (n. 5084), HUMMELBURG Brigantinum (vol. 3 n. 5768), MANUTIUS (l. c.) at CODEX GUIMERA Valentinus columnam miliariam Luegensem (vol. 3 n. 5985); denique columnas duas Veldidenenses vol. 3 n. 5981. 5983 plures auctores saec. XVI descripserunt tam Itali quam Germani, quos ibi enumeravimus. LAZIO in Tirolensibus non praesto fuerunt nisi tituli editi; ipse unum tantum addidit (vol. 3 n. 240*) a se confictum.

Post hanc saec. XVI industriam decimo septimo primaque parte decimi octavi desidia secuta est. Nominandi sunt, quamquam parum profuerunt omnes, Warmund YGL in Wolderturn (Tirolis comitatus nova tabula. Pragae 1605); Matth. BURGKLEHNER (*der Tirolische Adler* voll. 10. fol. scr. a. 1619 sq., cuius exemplum autographum servat tabularium publicum Vindobonense, apographum bene factum Ferdinandei Innspruckensis ego adhibui); Mich. Ang. MARIANI (*Trento con il sacro concilio et altri notabili*. Trento 1673. 4. pp. 619); LACHEMAJR comm. ms. a. 1696 de titulo n. 5090, ut mittam qui Maulsiensem titulum (n. 5083) descripserunt. Ygl et Burgklehner quaedam attulerunt de titulis Tirolis septentrionalis, maxime de cippis miliariis; Marianus praeter Tridentinos iam antea notos quosdam edidit vallium vicinarum pessime corruptos.

Post longum intervallum extiterunt fratres TARTAROTTII Iacobus († a. 1737) et Hieronymus, quorum ille scripsit eodem quo mortuus est anno commentarium *le piu antiche iscrizione di Rovereto e della valle Lagarina* editum in fratris *memorie istoriche di Rovereto* (Venet. 1754. 4. pp. 202), item Tirolis Italice loquentis titulos complures misit tam Muratorio quam Gagliardio (a quo eos accepit Sambuca *mem. de' Cenomani.* Brixiae 1750), ille et fratris morte praerepti lucubrationes edidit et Muratorio quaedam cum aliunde accepta tum missa sibi a Pantaleone Borzi Tridentino subministravit et alia in schedis posuit, quibus usus est Gnesottius. Schedas eas hodie collocatas in bibliotheca publica Roveretana ego quoque examinavi et inde enotavi potiora. Tartarottii fratres praeter Tridentinas primi vallium Tirolis Italicae inscriptiones diligenter investigaverunt exemplaque sumpserunt emendata et proba. — POCOCKIUS Anglus quae ex his partibus protulit (1752), exiguam utilitatem habent. — Plenam Tirolensium inscriptionum syllogen primus elaboravit Antonius ROSCHMANNUS bibliothecarius academiae Innspruckensis (1694—1760), cuius habemus editos libros duos de Veldidena (1744) et de vita S. Valentini (1746), item quae Maffeio subministravit in Mus. Ver. (1749) p. 453, 6—8. 454, 1—6, denique commentariolum de inscriptione n. 5039 ephemeridibus Venetis *memorie del Valvasense* a. 1757 insertum. Manu scriptam autem syllogen reliquit sic inscriptam: *Inscriptiones et alia diversi generis Romana per omnem Tirolim monumenta maximam partem adhuc extantia ac potissimum inedita collegit et illustravit Antonius Roschmannus. 1756*, cuius syllogae codices vidi tres: bibliothecae Dipaulianae (sive musei Ferdinandei Innsbruckensis) n. 459 [nunc 938] autographum (*'monumenta Romana per Tirolim cum commentariis et notis'*), quae prima auctoris elucubratio servavit quaedam postea reiecta; bibliothecae universitatis Innsbruckensis n. 848 item autographum; bibliothecae Dipaulianae n. 199 [nunc 1333], scriptum moderante auctore et ab eo emendatum, quem Vindobonam missum ut ibi typis mandaretur exhibuit mihi Iaegerus, descripsit specimina adiecto Arneth *Wiener Sitz.-Ber.* vol. 40 p. 315. Ex his libris adhibui primum et tertium, maxime hunc, quem sub solo auctoris nomine citavi. Supplementi loco est commentarius eiusdem ms. bibliothecae Dipaulianae n. 449 [nunc 929] *par vine pari lapidum miliariorum Romanorum, qui nuper reperti lectissimam bibliothecam Wilthinensem nunc exornant* scriptus a. 1758 (vide vol. 3 ad n. 5980. 5989). Praeterea vidi in bibliotheca publica Tridentina (ms. n. 209) eiusdem Roschmanni orationem recitatam Oeniponti 31 Ian. 1755 *de cursu publico Romanorum eiusque monumentis per universam Tyrolim adhuc hodie extantibus* mihi inutilem; item in bibliotheca Turicensi epistulas olim excussi Roschmanni ad Hagenbuchium. Roschmannus indefessae industriae vir, sed parum doctus neque in lapidibus legendis artave critica adhibenda satis exercitatus rei epigraphicae minus profuit quam expectes. Nam cum lapides ipse describebat annis praesertim 1723. 1733. 1734. 1743, diligentia quidem nequaquam ei defuit, sed nimia industria et nescio qua arrogantia ubi in locos difficiles incideret, non tam erravit, quam turpissimas interpolationes procudit, cuius rei illustre exemplum praebet cippus viae Claudiae Maretschianus; quem praeterea cum suo loco demonstrabimus non protulisse descriptum ut ait ex lapide, sed ex schedis antiquis memoria earum suppressa. Vide praeterea n. 5082, quam primum edidit a. 1746 ut descripsit, deinde syllogae inseruit omissis iis quae non intellegeret, item n. 4986. 4994. 4995 a Roschmanno aperte contra exempla interpolatas. Denique auctores adhibuit tam varios et multiplices, ut exempla propter id ipsum simplicitate careant; scilicet non raro complura videtur contaminasse neque a tacitis coniecturis abstinuisse. Usus autem est praeter libros editos et scriptos antiquos, ut Ambrosii Franci et Burgklehneri, maxime schedis aequalium. Eius generis auctores nominat Stephanum GHIRAM parochum Vervodiensem in Vervodiensibus n. 5051—5056. 5059. 5060. 5063. 5070. 5072, THUNIUM, qui memoratur in titulis agri Arcensis n. 4981. 4982. 4990, ZAMBOTTIUM archipresbyterum Rivensem laudatum in Rivensibus n. 4990. 4994. 4995 (cuius epistulae scriptae a. 1755 exemplum repperi ego inter Mariniana cod. Vat. 9131 f. 240. 241), Simonem Petrum BARTHOLOMAEI Perginensem

(cuius praeterea adhibui commentarium 'de Tridentinarum Veronensium Meranensiumque monetarum speciebus et valore' Tridenti 1749. 4. pp. 60) a Roschmanno memoratum in titulis Arcensis agri et vallis Suganae n. 4982. 4989. 4990. 5039. 5048. 5049. Sed longe eminet super hos Iosephus a SPERGES (1727—1791), qui universam provinciam diligentissime peragrarit et undecumque titulos collegerit necesse est. Quam ob rem aegre fero schedas eius frustra me indagasse; nam quae vidi collectanea eius 'notabilia urbium aliorumque locorum Tirolensium, praesertim epitaphia aliaeque inscriptiones' (ms. bibl. Dipaulian. n. 354) non exhibent nisi inscriptiones recentes, neque eiusdem 'excerpta ex variis auctoribus' (ms. bibl. eiusdem n. 409) profuerunt nisi in solo titulo n. 5049. Standum igitur fuit iis quae ex Spergesianis excerpserunt et Roschmannus supra citatus et Ioh. Iac. CRESSERI liber baro et patricius Tridentinus, cuius 'inscriptiones Romanae in agro Tridentino eiusque vicinia repertae' (ms. autogr. est Innsbrucki in bibl. Dipauliana n 842 [nunc 688], exemplum a me adhibitum Tridenti in bibl. publ. n. 210; editionem nuper factam propter nuptias Imani-Cresseri non vidi) plerumque pendent ex collectaneis Spergesianis, quamquam Cresserius et alias subinde schedas citat et quaedam ipse descripsit. Ex iisdem schedis a Spergesio d. 3. Mart. 1762 Vindobona ad Cresserium missis, sibi vero exhibitis a. 1791 a comite Barbacovio, excerpta posuit in sylloge sua Avolanus n. 1386—1407, quae praetermisi. Accedit eiusdem Cresseri '*ragionamento intorno ad una iscrizione Trentina d' Augusto*' (Tridenti 1760. 8. pp. 100.) et '*lettera intorno ad una iscrizione dedicata Herculi Saxano*' lecta in academia Tridentina 7 Febr. 1762 (ms. bibl. Dipaulianae n. 998). — Roschmanni schedas compilarunt HORMAYR (*Tiroler Almanach für 1805* Vindob. 12. pp. 232), quem narrant habuisse ea quae de inscriptionibus protulit a Rogerio Schanzhofero (v. *Wiener Sitz.-Ber.* vol. 7 p. 838), item Benedictus GIOVANELLIUS maxime in iis quae a. 1807 Marinio missa hodie extant in bibliotheca Vaticana; sed etiam in libris quos postea edidit multa sine auctore prolata veniunt ex Roschmannianis. Denique in voluminis inscriptionum ECKHELIANI, quod servat nummophylacium publicum Vindobonense (v. vol. 3 p. 480), fasciculo quinto, olim Froelichii nec tamen Froelichii manu scripto, repperi syllogen inscriptionum Tirolensium, cuius auctor pendet aperte ex Roschmanno (v. n. 4990. 5010), sed et titulos genuinos stultis iisque nummariis fraudibus interpolavit (n. 5010. 5036) et complures adiecit omnino falsos (n. 585*—589*). — Ex aequalibus Roschmanni nominandi sunt Scipio MAFFEIUS, qui ex pago Arco unum (n. 4981), ex pago Verrò quattuor lapides (n. 5059. 5060. 5063. 5064) avexit Veronam, praeterea Tridentinos vicinarumque vallium aliquot titulos descriptos habuit ab abbate Frisinghellio dedita opera eo profecto (v. mus. Ver. p. 91. 379. 380) eosque edidit una cum Roschmannianis iis de quibus supra dixi in museo Veronensi (1749); Iosephus RESCHIUS qui tam in editis annalibus ecclesiae Sabionensis nunc Brixinensis (Aug. Vind. 1755—1765. 3 voll. fol.) quam in ineditis fastis Tirolensibus (ms. bibl. Dipaulianae n. 241. 242) quaedam epigrammata posuit a se descripta; auctor libelli typis impressi in foro prolati kal. Mai. 1756 inscripti 'Benacus' (pp. 60. fol.; bibl. publ. Trident. n. 8968); frater Iosephus HIPPOLYTI'S Perginensis Franciscanus reformatorum provinciae S. Vigilii Tridenti alumnus, Benedictus BONELLI (cuius item inspecti sunt libri editi *vindiciae Romani martyrologii* Veronae 1751. 4. et *notizia intorno Adelpreto* a. 1761), Iohannes STRANGIUS Britannus, a quibus tribus viris Sebastianus Donatus (1765. 1775) Tridentina et agri Tridentini epigrammata accepit descripta; Balthasar eques DE HYPPOLYTIS Iosephi supra dicti frater qui collegit a. 1765 'inscriptiones lapidarias ad historiam Tridentinam et Tyrolensem spectantes' (ms. autogr. Innsbrucki bibl. Dipaul. n. 971; adhibui exemplum bibl. publ. Tridentinae).

Saec. XVIII exeunte et hoc nostro incipiente secuti sunt Ioh. PRIMISSER (*Raritätencabinet zu Ambras* Innsbruck 1777. 8. pp. 212); Dominicus SARSAVOLA Aviensis (cuius extat epistula inter Mariniana cod. Vat. 9131 f. 236—239); Anonymus cod. bibl. Vindob. 10214 n. XXV, ubi leguntur inscriptiones tres Lomasenses; frater Iohannes Chrysostomus TOVAZZI DE AVOLANO sive *da Volano*, qui 'varias inscriptiones Tridentinas aliasque veteres ac recentes' colligere coepit Tridenti a. 1780 (autographum extat Tridenti in bibliotheca Franciscanorum ms. n. 41. 42, quo adhibito sprevi apographa ms. bibl. publ. Tridentin. n. 158, item n. 161 neque emendata neque plena). His accedunt qui de vallium Tirolis meridionalis aliqua disseruerunt *Cyprianus* GNESOTTI (*memorie per servire alle storie delle Giudicarie con una breve appendice delle iscrizioni.* 1786. 4. pp. 263 sine nomine auctoris); Adamus CHIUSOLE (*notizie antiche e moderne della valle Lagarina.* Veronae 1787. 8. pp. 259); CRISTOFORETTI (*memorie antiche e moderne del Vicariato di Arco* 1788. 4. pp. 40, quem librum inchoatum neque absolutum vidi in bibl. publ. Tridentina); Iosephus Andreas MONTEBELLO (*notizie storiche topografiche e religiose della Valsugana e di Primiero.* Rovereti 1793. 8. pp. 470 et 114); HUBER (*das alte Agunt in Noricum und Innichen in Tirol.* Innsbrucki 1796. 8. pp. 346); Iacobus Antonius MAFFEI (*periodi istorici e topografia delle valli di Non e Sole nel Tirolo meridionale.* Rovereti 1805. 4. pp. 144). Accedunt abbas Arcensis *Franciscus* MICHELOTTI (*esposizione di alcune iscrizioni Romane dell' Archese,* ms. bibl. Dipaulianae n. 980) et Anonymus qui supplementa adiecit codici Roschmanniano bibl. Dipaul. 199 similia Gnesottianis et Michelottianis.

Nostra denique aetate praeter alios, quos data opera recensere non attinet, peculiarem lapidibus tam colligendis quam describendis operam navarunt tres viri, duo mortui Benedictus GIOVANELLI (1785—1845) comes Tridentinus, cuius libellos editos inter a. 1810 et 1826 enumeravi in auctorum elencho, et Barth. Ios. STOFFELLA (1799—1833) della Croce Roveretanus, cuius perlustravi cum libellos editos inter a. 1819 et 1828 recensitos ibidem tum syllogen inscriptionum patriarum scr. a. 1824 missam mihi ab eo qui hodie eam possidet Fortunatus Zeni Roveretanus, sed inutilem fere utpote petitam paene totam ex editis; vivus adhuc Ioh. Bapt. ZANELLA Tridentinus; inter quos propter exemplorum simplicitatem et praestantiam praecipuam laudem merentur Stoffella et Zanella. Inscriptiones extantes Rivae nuper edidit Raphael ZOTTI (*una marmorea pagina di storia patria la loggia del civico palazzo pretorio ed altri monumenti di Riva.* Rovereti 1863. 8.), quas repetiit Kenner *Mitth. der Centralcommision* 17 (1866) p. XXXVI. XXXVII. Idem Zottius in eph. *il Trentino* a. 1868 n. 246. 247. 252. 253. 260. 261 (plura non prodierunt) syllogen inchoavit inscriptionum Romanarum Tridentinarum et agri Tridentini exilem sane et totam fere pendentem ex editis, maxime in titulis agri Tridentini. LABUS quam inchoavit syllogen inscriptionum Tridentinarum (cf. *museo di Mantova* vol. 2 a. 1837 p. 116), ut reliqua similia non absolvit. Ego in itineribus 1862. 1867. 1869 descripsi quae extant Innsbrucki et Tridenti librisque editis ineditisque perscrutandis ibi vacavi; ex vallibus non percurri nisi Anaunensem.

Haec habui quae exponerem de auctoribus provinciae Tirolensis eiqua enarrationi hic locum dare visum est, ubi eius provinciae titulorum pars maior editur. Alia tamen eius provinciae monumenta alibi quaerenda sunt, scilicet vallis Lagarinae inter Veronensia supra n. 4008—4013, vallis Giudicariae inter Brixiana n. 4888. 4889. 4981—5010, vallis Pustertbal in Noricis vol. 3 n. 4721—4723, Brigantienses in Raeticis ib. n. 5768. 5769. Tirolensia qui quaerit, haec omnia Tridentinis bis adiungat necesse est.

Tridentinos Strabo (4, 6, 6 p. 204; cf. *Tridentinae Alpes* Plin. 3, 16, 121; Dio 54, 22; Florus 1, 37 [3, 3]) nominat inter gentes Alpinas habitantes supra Comum olim Italiam infestantes, iam vero aut excisas aut subactas. Tridentum sive Tridente (quam formam praeter Ptolemaeum et Peutingeranam habent etiam tituli urbani duo Henzeni 6863: *C. Valerius Veranus Tridente* et Kellermannianus n. 101a: *L. Valerius Fuscus Tridenti*, cum in his casum sextum requirat analogia) a Gallis conditum esse ut Mediolanum et Comum et reliqua fere Galliae Cisalpinae oppida auctor est Iustinus (20, 5, 8); Raeticum oppidum appellat Plinius (3, 19, 130) significans conditum esse a Raetis, at statim addit Veronam esse Raetorum et Euganeorum, similiterque Strabo (4, 6, 8 p. 206) Raetos ait pertingere ad Comum usque et Veronam. Tam Iustinus autem quam Plinius non obscure Tridentum adnumerant oppidis Italiae; denique Phlego, qui scripsit sub Hadriano, ex tabulis publicis anni p. Chr. 83 quaedam refert de muliere ἀπὸ πόλεως Τριδέντου τῆς Ἰταλίας (fr. 53), et Ptolemaeus 3, 1, 31 id (Τριδέντε) in Italia collocat in Cenomanis. Raetiae autem coloniam memoratam apud Tacitum (Germ. 41) nomine non enuntiato non Tridentum esse, id quod nuper non nemo contendit, sed Augustam Vinde-

licorum alio loco (vol. 3 p. 711) ostendimus. Nominant praeterea Peutingerana (*Tredente*) et intercolos Antoniniana (*Tridento* p. 275. 280. 281) et Ammianus 16, 10, 20 et Cassiodorus var. 5, 9, ubi Tridentinis operi sibi iniuncto civitatis construendae in regione sua propter territorii exiguitatem non sufficientibus possessores Feltrini iubentur partem eius in se suscipere. — In edicto imp. Claudii de civitate Anaunorum aliorumque populorum Tridentinis attributorum anni 46 (n. 5050 v. 28) Tridentum municipium appellatur. Postea coloniam eo deductam esse intellegitur ex titulis n. 5036 scripto non ante Marcum et Venafrano Henzeni n. 6517 (*patroni col. Tri[denti]*) aetatis Severianae, quae deductio quo tempore facta sit, non liquet. In tribu Papiria censos esse Tridentinos ex titulis n. 5034. 5036 colligitur. Magistratus quinam fuerint, ignoramus; nullus enim diserte nominatur nisi *praefectus quinquennalis* n. 5036. Sacerdotes inveniuntur *augur* n. 5036, *flamen Romae et Augusti* n. 5036, *sexviri Augustales* (n. 4439. 5085) et *sexviri* nude (n. 5035). Antequam Raetia provincia facta est, quod evenit a. u. c. 739 Alpinis debellatis, legionem constitisse Tridenti videtur colligi posse ex titulo n. 5025 anni 731 posito Augusti iussu a legato eius homine praetorio. Posteriore tempore etsi legio a Marci inde temporibus in Raetia stativa habens ad Tridentum non pertinuit, tamen ut mittam tribunum legionis eius n. 5032 Tridenti sepultum, quod potest casu accidisse, Tridenti sedem habuit *adlectus annonae legionis III Italicae* (n. 5036), non miles, sed ex primariis civibus Tridentinis equestris dignitatis vir annonam ibi procurans et transvectionem opinor specierum earum, quae ex Italia ad legionem mitterentur (cf. *praefecti legionis III Italicae transvectioni specierum deputatae Foetibus* et *Teriolis* in Raetia notit. dign. occ. p. 102). — Composuimus cum titulis Tridenti repertis qui prodierunt in vicis suburbanis Povo, Pantè, Sprè, Oltre Castello, Villa Montagna, Cadine, Rovere della Luna. Praeterea quatenus territorium Tridentinum pervenerit etsi incertum est, non late id patuisse praeter Cassiodorum etiam tituli ostendunt. Vallem Athesis superiorem cum valle Anauna ad fines usque Raetiae Tridentinis attributam fuisse edictum modo citatum Claudii iam extra dubium posuit. In valle Athesis inferiore ubi confinia fuerint agri Tridentini et Veronensis, ignoramus (cf. supra n. 4008—4013), nec magis constat de termino inter Tridentinos et Feltrinos in valle Ausugana. Castella denique supra Benacum in valle Iudicaria comprehensa fuisse in pertica Brixianorum tituli (n. 4981—5020) docuerunt

5011 basis quadrata, rep. in monte *Dosso di Trento* a. 1868 BASSETTI. Extat Tridenti in bibliotheca publica.

DIANAE
S A N C T A E
SACRVM
LOGETI · MAXIMVS
ET · PROBVS
V·S·L·L·M

Descripsi. Misit Titus de' Bassetti a. 1868. Ed. Zotti in eph. *il Trentino* 1868 n. 247.

5012 Tridenti.

FAN .....S
V .... VS
ET .... S
M ....MA
CI VI
V .... M

Giovanelli *iscr. Trentina* p. 94.

5013 Tridenti in ecclesiae S. Apollinaris pariete meridionali reperta a. 1762 et ita collocata ut legi posset cura CRESSERI. In vinea Giovanelli ad S. Bernardum GIOV. STOFF. Nunc apud Zanellam.

HERCVLI · SAXAN
LVBIAMVS · ENDRVB
QVINTALLI
V · S · L · M

Contuli. Exhibent Cresseri ms. n. 8 et in epistula lecta in Academia Tridentina 7. Febr. 1762 (ms. bibl. Dipaul. n. 998) collato eiusdem commentario *iscr. d'Aug.* p. 62; Donatus 38, 2 ex ms. Fr. Iosephi Hippolyti a Pergino; Giovanelli *iscr. Trentina* p. 99 et *Beiträge für Tirol* 4, 38; Zotti in eph. *il Trentino* 1868 n. 247.

2 sic in lapide; male ENDRVB Cress. Stoff.

5014 litteris bonis. Cadine in pariete eccl. curatae occidentem versus olim. Nunc Tridenti apud Zanellam.

MERCVRIO
SACRVM
FVRII
CLAVDIANVS
ET · SEVERVS
V·S·L·L·M

Contuli. Habent Avolano ms. n. 156 qui vidit; Giovanelli *Trento città de' Rezj* p. 35 et *Beitr. für Tirol* 4, 39.

5015 Tridenti rep. a. 1810 ad Verucam in fundamentis, ut ferunt, aedis antiquae. Nunc in curia.

MERCVRIO
Q · IVLIVS · S
AFRICANVS
V · S · L · M ·

Contuli. Giovanelli *iscr. Trentina* p. 99 et *Beitr. für Tirol* 4, 38; Stoffella *cento osserv.* p. 57; Zotti in eph. *il Trentino* 1868 n. 247.

De lapide simul reperto, in quo Giovanelli (*Beitr. für Tirol* 4, 38; *dei Rezj* p. 81; cf. *iscr. Trent.* p. 99) deprehendere sibi visus est MRCR Etruscis litteris, hodie item servato in curia, ubi vidi, recte indicavit qui aere expressit Stoffella (*cento oss.* p. 57): '*non è che un ammasso di strane graffiature*'.

5016 Povo (a Tridento orientem versus) rep. in fundo Larcher. Extat Tridenti apud Zanellam.

in latere dextro:		*in latere sinistro:*
	L · CALVENTIVS	
urceus,	FIRMVS	*securicula, patella,*
limus,	MINERVAE	*simpulum, lancea*
patella	V·S·L·M	*cum scuto*

Descripsi. Ed. Zanella *Annali* 1864, 80; Zotti *il Trentino* 1868 n. 247.

5017 fragmentum epistylii litteris magnis, Povi repertum et servatum cum praecedente.

IVS·C·F
M' · PAVIMENTVM
V · FECIT

Descripsi. Ed. Zanella *Annali* 1864, 80; Zotti *il Trentino* 1868 n. 247.

5018 Povi rep. et servata cum praecedente.

S · C · F · CREP
S · L · M

Descripsi. Ed. Zanella *annali* 1864, 80; Zotti *il Trentino* 1868 n. 247.

5019 basis quadrata litteris bonis. Rep. ad Tridentum 1868 *sotto la cascata di Sardagna a S. Niccolò prossimo alla antica strada Romana frammezzo ad un terreno pieno di rottami, di ossa e di sostanze carbonizzate, che accennano ad una necropoli* BASSETTI. *Si trovò fra i sassi rotolati dalla cateratta di Sardagna nella sottoposta campagna, nella proprietà degli Catturani a S. Niccolò* ZOTTI. Extat Tridenti in bibliotheca publica.

D · I · M · L·
CLAVDVS
IVSTIO CVM
FILIS · IVSTO
ET · IVSTINO
D · D

Descripsi. Misit Titus de' Bassetti a. 1868. Ed. Zotti in eph. *il Trentino* 1868 n. 253.

D(eo) i(nvicto) M(ithrae) L. Claudius Iustio cum filis Iusto et Iustino d(onum) d(at).

5020 basis quadrata. Rep. ad Tridentum 1868 cum praecedente BASSETTI. Extat Tridenti in bibliotheca publica.

GEN
PRO GE
DEI
Q · MVE · IVS
TVS CVM · S

Descripsi. Misit Titus de' Bassetti a. 1868. Ed. Zotti in eph. *il Trentino* 1868 n. 253.

Gen(io) pro ge(nitura) dei Q. Muel(ius) Iustus cum s(uis). V. 2 fin. littera nulla deest. — 4 de contignatione litterarum quattuor VIEL ne dubita. *M. Mutellius* nominatur n. 4987.

5021 basis quadrata, quae signum sustinuit, rep. in monte *Dosso di Trento* 1868 BASSETTI. Extat Tridenti in bibliotheca publica.

D · S
SATVRNO
EX · VO · T
CL · VIC · TORNVS
SIO · CVM BASE
PRO SAL · SVA
S OMN · L · L · M

Descripsi. Misit Titus de' Bassetti a. 1868. Ed. Zotti in eph. *il Trentino* 1868 n. 247 et ego in Hermae vol. 4 p. 102.

D(eo) s(ancto) Saturno ex vot(o) Cl(audius) Victorinus sig(num) cum base pro sal(ute) sua s(uorumque) omn(ium) l(aetus) l(ibens) m(erito).

5022 olim Villae Montanae prope Tridentum Valsuganam versus; nunc Tridenti apud Zanellam.

SATVRNO
IVL
IVSTINIANVS
VEAI

Descripsi.

5023 ara rep. Rovere della Luna ad Athesim dimidia hora a Tridento Botzen versus, nunc Tridenti apud Zanellam.

D · SATVR
NO
L · LAVISNO *sic*
PATERNVS
V · S · L · L · M

Descripsi.

5024 Tridenti apud abbatiam extra moenia FELIC. Apud plateam in pariete muri MANUT. In foro AUG. Prope ecclesiam cath. extra angiportum ubi itur ad girgillum ubi seta concinnatur in marmore laevigato FICKLER. In muro aedium Travajon sub portica exteriore prope ecclesiam S. Vigilii CRESS. easdemque aedes indicant MARIAN. ROSCHM. Ibidem extat hodieque.

SATVRNO
AVG
SACRVM
L · NONIVS
SABINVS
V · S · L · M

Contuli. Felicianus Trid. 2; Pacedianus rec. l. II; Manutius cod. Vat. 5237 f. 453 (inde Don. 1, 79, ex hoc Mur. 57, 1); Ant. Augustinus cod. Matr. f. 62; Fickler itin. Rom. 1560 f. 91; Marianus Trento p. 40. 195; Roschmann ms. Trid. n. 2; Felix Perger misit Lamio (epp. vol. 49) Bruneggo m. Febr. 1754; Cresseri ms. n. 20; Donat. 33, 2 ex ms. fr. Ioseph. Hippolyti a Pergino; Avolano n. 1258; Giovanelli *Beitr. für Tirol* 4, 32; Arneth *Wiener Sitz.-Ber.* 40, 314; Zotti in eph. *il Trentino* 1868 n. 247.

D · M · SATVRNO · AVGVS · SANCTISSIMO · L · SABINVS · V · P · S · L · M Felic.

5025 arula litteris rudibus. Tridenti rep. in hortis Mazzani, qui dedit Cresserio CRESS. In aed. Consolati GIOV. In aedibus olim Cresseri, nunc Pedrotti MART. Nunc apud Zanellam.

VICT · AVG
CVLTOR
POS

Contuli. Cresseri ms. n. 13; Giovanelli misit Marinio a. 1807 ediditque perperam *iscr. Trentina* p. 23, *Beitr. für Tirol* 4, 38; Stoffella *cento osserv.* p. 10; Martini *scritti* p. 369. 391; Zotti in eph. *il Trentino* 1868 n. 247.

2 CVHOR lapis exhibet.

5026 Tridenti ex muro parvae turris, quae est apud monasterium ad S. Trinitatem, extracta et inlata in domum Cresseriam SPERGES. In aedibus Cresseriis CRESS. In iisdem, tum Pedrottii, se quoque vidisse testatur MARTINI *scritti* p. 390. Frustra quaesivit iam GIOVANELLI iscr. Trent. p. 98.

MAG
CASSIA · MARCELLA
IVENTIA · MAXSVMA
FIRMIDIA · MODESTA
NVMONIA · SECVNDA
MIN
IVENTIA · SECVNDA
MANNEIA · PVPA
LOREIA · PRIMA
VETTIA · SECVNDA

Tartarotti ms. bibl. Roveret. et Mur. 174, 2 ab Iacobo Tartarotto; Roschmann ms. Trid. n. 3, qui et descripsit a. 1734 et descriptam habuit ab amico; Cresseri ms. n. 12; Donat. 83, 2 ex ms. Fr. Ioseph. Hippolyti a Pergino.

1 MA... Donatus solus, MAI Tart. ms., MAG reliqui. — 3 IVVENTIA Mur. — 7 IVVENTIA Mur. — 8 MANEIA · PVPPA Roschm. — 9 NOREIA Tart. ms. — 10 ETTIA Mur.

5027 Tridenti in ecclesia S. Apollinaris et fuit semper et est hodie. Pars posterior versuum diu latuit sub muro; totum titulum retectum esse a. demum 1760 auctor est Cresserius (*lett. int. Ercole Sarano*). — Male Mantuae PACED.; cf. Labus *museo di Mantova* 2, 115 *sq.*

IMP · CAESAR · DIVI · F
AVGVSTVS · COS · XI · TRIB a. u. c. 731
POTESTATE · DEDIT
M · APPVLEIVS · SEX · F · LEG
IVSSV · EIVS · FAC · CVRAVIT

Contuli. Exhibent quinque versuum partes priores Pacedianus l. II (inde Mur. 220, 5) et Pocockius p. 105, 2; integram Roschmann ms. Trid. n. 8, qui vidit a. 1734 detegendamque curavit (cf. Veldid. p. 161), accepit praeterea a Spergesio et aliis; Maffei M. V. 379, 8 a Frisinghellio; Resch ann. eccl. Sabion. II (1759) p. 577 n. 71; Cresseri ms. n. 7 et *ragionamento intorno ad una iscr. Trentina d' Augusto* (Tridenti 1760), ubi datur lapide expressa; Donat. 209, 6 ex ms. Iosephi Hippolyti a Pergino; Avolano n. 1062 qui vidit; Borghesi ms. ex Marinii itinerario ms. qui vidit; Giovanelli *iscr. Trentina* p. 75 et *Trento città de' Rezi* p. 69 et *Beiträge für Tirol* 4, 34; Essenwein *Mitth. der Centralcomm. für Baudenkmale* 4 (1859) p. 17; Arneth *Wiener Sitz.-Ber.* 40, 317 ad exemplum Roschmanni; Zotti *il Trentino* 1868 n. 246.

M. Appuleius consul fuit a. 734; posuit igitur hunc titulum legatus praetorius, fortasse legionis. Nam Raetia provincia et instituta est a. demum 739 et fuit sub procuratoribus; Pannonia autem, quam fortasse huc traxeris collato loco Dionis 54, 20, legatum habuit consularem. Denique ante bellum Raeticum Drusi legionem stetisse Tridenti etsi aliunde probari non potest, tamen probabile est propter statum harum regionum eo tempore parum pacatum.

5028 Tridenti in hortulo S. Apollinaris FERR. in pariete templi S. Apollinaris PACED. trans Athesim FICKLER. Ibidem in ecclesiae pariete exteriore adhuc. — Feltriae PANV.

FAVSTINAE
AVG
D D

Contuli praeter v. 3, qui latet in terra. Ferrarinus Trid. n. 3; Pacedianus record. l. II; Apian. 347, 3 (inde Smet. 154, 15; Grut. 257, 7); Panvinius cod. Vat. 6035 f. 20'; Fickler itin. 1560 f. 91 in additamentis; Mariani Trento (1673) p. 40; Roschmann ms. Trid. n. 9, cui misit Sperges; Cresseri *iscr. Trentina d'Aug.* p. 54, ms. n. 10; Donat. 141, 4; Avolano n. 1063 qui vidit; Giovanelli *iscr. Trent.* p. 92 et *Beitr. für Tirol* 4, 37; Essenwein *Mitth. der Centralcomm.* 4 p. 17; Arneth *Wiener Sitz.-Ber.* 40, 314; Zotti in eph. *il Trentino* 1868 n. 247.

5029 Tridenti in eccl. cath. '*an einer Saul nägst an dem Grufft- Kästl lingger Hand zu St. Maxentio hinab*'.

imp. caes.
diVI MArci antonini pii germanici sarmatici
FIL · DIVI *commodi frat. divi antonini pii n. divi hadriani pron*
DIV · TRAIANI *abn. divi nervae adn. l. septimio severo*

Roschmann ms. bibl. Dipaul. n. 459; in sylloge deest, citatur tamen Veldid. p. 161.

5030 Tridenti in ecclesia S. Apollinaris. — Feltriae PANV.

MAGNO · ET
INVICTO
IMP CAES
p. licinio gallieno?

Contuli. Exhibent Pacedianus record. l. II; Apian. 347, 2 confusam cum n. 5036; Fickler itin. Rom. ms. 1560 f. 91 in add.; Panvinius cod. Vat. 6036 f. 46; Maffei M. V. 380, 1 a Frisinghellio; Roschmann ms. (Trid. n. 10) 'reperit Sperges'; Cresseri *iscr. Trentina d' Aug.* (1760) p. 54, ms. n. 9; Bonelli (1761) Adelpreto 2 p. XLVIII; Giovanelli *Beitr. für Tirol* 4, 34; Essenwein *Mitth. der Centralcomm.* 4 (1859) p. 17; Arneth *Wiener Sitz.-Ber.* 40, 314; Zotti in eph. *il Trentino* 1868 n. 247.

Cf. Orelli 1005.

5031 Tridenti in ecclesia S. Apollinaris.

ET · AVG
MAX
COS
ordo tridentinor. TINOR

Fickler itin. Rom. ms. 1560 f. 91.

5032 Tridenti PANV. In hortis Christophori Madrusii extra moenia in ripa Athesis in muro ad orientem FICKLER similiterque AVG. In fossa episcopii ROSCHM. *Nel castello del buon consiglio* CRESS. DONAT. Hodie in curia.

C · IVLIO
INGENVO
C · F
TRIB · LEG · III ITAL
TIB · CL · VICTOR · V · S
INFANTI · BENIG
PLVRA · DE SE
MERENTI

Contuli. Ant. Augustinus ms. Matr. f. 62; Panvinius Vat. 6035 f. 71 (inde Don. 6, 58; ex hoc Mur. 821, 3); Fickler itin. 1560 f. 91; Roschmann Trid. n. 6 et vidit et habuit descriptam ab amico; Cresseri *iscr. Trent. d' Aug.* p. 65, ms. n. 15; Donat. 289, 4 ex ms. fr. Iosephi Hippolyti a Pergino; Avolano n. 1067; Stoffella *sepolcri* (1826) p. 33; Labus *intorno l'antico marmo di C. Giulio Ingenuo*, Mediolani 1827. 8 (inde Orelli 4911) et in syll. inscr. Brix. p. 56; Giovanelli *iscr. Trentina* p. 41 et *Beiträge für Tirol* 4, 35 et *cons. sul saggio dello Stoffella* p. 34; Arneth *Wiener Sitz.-Ber.* 40, 314; Zotti in eph. *il Trentino* 1868 n. 247.

3 C · L Panv., C · F Don. — 5 TRIB · COH · VICTOR (om. V · S) Panv. — 8 MERENTI antiqui praeter Cress.

5033 Tridenti in hortis Madrusii episcopi in muro versus meridiem FICKLER similiterque AUG. In palatio principis episcopi MUR. POC. Ex palatio Madrutiano translata in castrum boni consilii Firmianum AVOLIO DONAT. Nunc in curia. Infra adiectum est: NON IVVAT EX PILLA | TM ABS TE ZELE LEVARI | QVATV CHRISTOPHORI | TEMPORE MADRVTII.

V F
SASSIVS · REMI
F · LVBIAE · ESDR
AE · VXSORI · TVRI
BARBARVTAE · F ·
PLADIAE · SASSI · CVRINI F
ET · VERECVNDAE · FVN
DANIAE · VXSORI ·
M · CVRISIO · SABINO
MILES · LEG · XXI *sic*
RAP · ET · SVIS

Contuli. Ant. Augustinus ms. Matr. f. 62; Fickler itin. Rom. 1560 f. 91; Mur. 850, 1 ab Iac. Tartarotto; Pococke p. 127; Roschmann *mem. del Valcasense* 1757, 2 p. 86 et ms. Trid. n. 5 ad exemplum Spergesii; Donat. 300, 6 ex ms. fr. Iosephi Hippolyti a Pergino; Avolano n. 1064; Giovanelli *iscr. Trent.* p. 83 et *Trento città dei Rezj* p. 35 et *Beitr. für Tirol* 4, 36; Stoffella *cento ess.* p. 47; Orelli 3378; Zotti in eph. *il Trentino* 1868 n. 252.

V(ivus) f(ecit) Sassius Remi f(ilius) Lubiae Esdrae uxsori; Turi Barbarutae f(iliae?); Pladiae Sassi Curini f(ilio?) et Verecundae Fundaniae uxsori; M. Curisio Sabino miles [immo militi] *leg. XXI rap(acis) et suis.*

5034 Tridenti in ecclesia quae fuit Dominicanorum extra portam S. Laurentii.

PLEBS · ET · CON
MAGVRIO
PAP · IVC

Contuli. Ed. Giovanelli *iscr. Trent.* p. 19 melius quam Stoffella *cento oss.* p. 9; Zotti in eph. *il Trentino* 1868 n. 252.

1 fin. fortasse accipiendum de collegiis vel collegio aliquo.

5035 Tridenti rep. a. 1861 prope portam Aquilae, in via q. d. S. Mariae Magdalenae iuxta domum Wolkenstein, extat in curia.

V · F
L · OCTAVIVS · L · L
TROPHIMVS · VI VIR
SIBI · ET
SECVNDAE · VXORI
OPTIMAE ET

fascia infra ornamentum quater ligatum — *fascia similis*

lapide integro spatium vacuum

Descripsi. Ed. Ios. Georg. Salzer *Mitth. der Centralcomm.* 9 (1864) p. LXXVII et apud Kennerum *Archiv öst. Geschichtsquellen* 38 (1867), 104; Zotti in eph. *il Trentino* 1868 n. 247.

5036 litteris evidentibus et certis quamquam aetatis non bonae. Tridenti in ecclesia abbatiae extra moenia in fundamentis versum castrum montis FELIC. In abbatia S. Apollinaris FERR. In muro S. Apollinaris ad calcem castri Tridenti ab extra, quod castrum extat extra urbem Tridentinam prope flumen Athesim SAN. ibidemque vidit PACED. In agro Tridentino versus Bulsanum post ecclesiam quandam in pariete TYFERNUS (inde 'iuxta Poczen versus Tridentum' LAZ.). Cardinalis Christophori Madruzzi († a. 1578) iussu lapidem extractum ex ecclesia S. Apollinaris collocatum esse in suburbano eius *delle albere* ex eius aetatis scriptore Innocentio da Prato refert CRESSERIUS. In hortis Madrucii AUG. In hortis episcopi Chr. Madrucii extra moenia in ripa Athesis rubeo marmore in muro versus occidentem FICKLER 1560. *Nelle fosse del palazzo già Madruzzi* MARIANI 1673. *Al palazzo degli alberi* ROSCHMANN 1724. Nunc in curia.

C · VALERIO · C · F · PAP
MARIANO
HONORES · OMNES
ADEPTO · TRIDENT
FLAMINI · ROM · ET · AVG
PRAEF · QVINQ · AVGVR
ADLECTO · ANNON · LEG · III
ITALIC · SODALI · SACROR
TVSCVLANOR · IVDICI
SELECTO · DECVR · TRIB
DECVRIONI · BRIXIAE
CVRATORI · REI · P · MANT
EQVO · PVBL · PRAEF · FABR
PATRONO · COLON
PVBLICE

Contuli. Habent Felicianus Trid. 1; Ferrarinus Trid. 1; Sanutus f. 77; Augustinus Tyfernus (cod. Vind. 3540 f. 15; cod. Vind. 3528 f. 66=74; inde Peutinger cod. 527 f. 85'); Nic. Pacedianus record. l. II; Apianus 347, 2 qui confudit cum n. 5030; Antonius Augustinus ms. Matr. f. 62; Panvinius Rom. p. 356, Ver. p. 59 (ex his Manutius orth. 764, 2; Ligorius ms. Taur. 8. 17. 26; Fabricius antiq. p. 65; Lazius r. r. p. 270. 358. 388. 413. 639. 1241; Smetius 164, 9 ex Panvinio; Grut. 479, 1 ex Panvinio et schedis Ant. Augustini); Fickler itin. Rom. 1561 f. 91; Mariani Trento p. 41; Roschmann Veldid. p. 122 cf. 57 et ms. Trid. n. 4, qui vidit a. 1734; Resch ann. eccl. Sabion. II (1759) p. 577 n. 71; Cresseri *iscr. d'Aug.* p. 55, ms. n. 1; Bonelli vindiciae Romani martyrologii (Veronae 1751. 4.) p. 67 et *not. int. Adelpreto* 2 (1761) p. XLIX ex lapide; Eckhel ms. 5, 28; Donat. 264 (266), 2 ex schedis Petri Gnocchi; Labus *sulle tribù e sui decur.* (1813) p. 19; Hormayr *Archiv* 1815 p. 424; Tartarotti et Stoffella *ill. del monumento eretto dalla città di Trento a C. Valerio Mariano* (Rovereti 1824); Giovanelli *sopra una iscr. Trent.* p. 4 et *Beitr. für Tirol* 4, 35; Stoffella *cento osservazioni* (Veronae 1827) p. III; Orelli 2183. 3905; Martini *scritti di storia e d' archeol.* p. 297 sq.; Telani *sul monumento di Mariano* (Bassano 1855); Zotti in eph. *il Trentino* 1868 n. 247.

Principium sic immutatum legitur apud Eckhelium: *dis inf. hic iacet M.' Accoleius M.' f. Pap. Lariscol. honores* cet.; reliqua eadem quae supra, sed ad primum fere casum redacta; in fine sic est: *coloniae d. d. s. e. h. m. f. c. e. t. t. l.* — 10 TRIB cum luculenter in lapide legatur neque ex veris auctoribus ullus aliter scripserit, TRIO posuit Panvinius retinueruntque Manutius Ligorius Smetius Gruterus Donatus.

C. Valerio C. f. Pap. Mariano honores omnes adepto Trident(i), flamini Rom(ae) et Aug(usti), praef(ecto) quinq(uennali), augur(i), adlecto annon(ae) leg(ionis) III Italic(ae) (cf. praefationem p. 531), *sodali sacror(um) Tusculanor(um), iudici selecto decur(iis) trib(us), decurioni Brixiae, curatori rei p(ublicae) Mant(uanorum), equo publ(ico), praef(ecto) fabr(um), patrono colon(iae) publice.*

5037 Tridenti in ecclesia S. Apollinaris nuper rep. CRESS. Extat adhuc ibidem.

V F
CASSIDIA ·
LONG ·
SIBI ·
S _Q · MAN

Contuli. Cresseri *iscr. d'Aug.* p. 57 et ms. n. 11; Essenwein *Mitth. der Centralcomm.* 4 (1859) p. 17; Arneth *Wiener Sitz.-Ber.* 40, 314.

5038 Tridenti apud S. Vigilium FERR. Ante eccl. cath. iuxta campum quem Italicum vocant in eo angiportu, ubi itur ad girgillam quo seta concinnatur artificiose, in antiquo fragmento parieti inserto FICKLER similiterque ACC. In pariete aedium Bonnascuti prope eccl. cath. MARIANI. In aed. Ciurletti prope eccl. cath. ROSCHM. A. 1781 in aed. Ciurlettae apud plateam praetoriam, a. 1788 translata in atrium domus Ciurlettae contiguum AVOL. In aedibus Garzetti in foro ante eccl. cath. GIOV. Hodie apud Zanellam. — Male Veronae PACED.

M · CORNELIO · M · F · C
PATRI
M · CORNELIO · M · F · FAVG
FRATRI
Q · CORNELIO · CONSTANTI · FILIO
PASTOR SVIS

Contuli. Ferrarinus Trid. n. 2 (inde per schedas Capponias Mur. 694, 6); Rayner cod. Marucell. A LXXVIII, 2 f. 25; Pacedianus l. III inter Veronenses (inde Mur. 1253, 2); Accursius cod. Ambr. D 420; Manutius Vat. 5237 f. 453; Fickler itin. Rom. 1560 f. 91; Mariani Trento (1673) p. 40; Pococke p. 105, 1; Roschmann ms. Trid. n. 1, qui et descripsit ipse a. 1734 et habuit a Spergesio; Avolano n. 1061 = 1285 qui vidit a. 1782; Giovanelli *iscr. Trent.* p. 95 et *cons. sul saggio dello Stoffella* p. 68; Stoffella *cento osserv.* p. 53; cf. Martini *scritti* p. 371. 388; Arneth *Wiener Sitz.-Ber.* 40, 313 ad exemplum pessimum Tinkhauseri; Zotti in eph. *il Trentino* 1868 n. 252.

1 M · CORNELIO · IIII · VIRO FERR., M · CORNELIO · IIVIR · Cat. Giov. *iscr. Tr.*

5039 rep. a. 1756 m. Aprili in agro Tridentino prope vicum Oltracastello supra Povo hora fere a Tridento distantem HIPPOL. Una reperti sunt cultri duo et lucernae duae NOV. FIOR. Postea in arce, nunc in curia.

V · P
LEVSPLAD
IAE GALER
I · SIBI ET AM
BIAE SAVBIA
E PLADIAE · F
VXSORI

Contuli. I. B. Chiaramonti misit Lamio (epp. vol. 21) Brixia 15 Iul. 1756 (inde *Nov. Fior.* 1756 p. 537 cf. p. 662); Roschmann *memorie del Valvasense* 1757, 2, 82 ad tria exempla Todeschii et Bartholomaei et Spergesii; Cresseri ms. n. 18; de Hippolytis (1765) ms. p. 7 ex Spergesii schedis; Giovanelli *iscr. Trent.* p. 84 et *Trento città de' Rezj* p. 35; Stoffella *confini* p. 79; Martini *scritti* p. 405, qui habuit de hoc titulo commentarios duos ms. alterum Simonis Petri Bartholomaei Perginensis, alterum anonymi, fortasse Roschmanni; Zotti in eph. *il Trentino* 1868 n. 252.

5040 cippus integer litteris rudibus; Tridenti rep. c. a. 1840 prope aedem cath., extat in curia.

P TALA|
SI

Descripsi. Ed. Zotti in eph. *il Trentino* 1868 n. 253.

5041 Tridenti in hortis Christophori Madrucii versus septentrionem FICKLER similiterque AUG. In fossa palatii episcopalis extra urbem BOSCHM. In villa principis vulgo *all' Albere* MAFF. Nunc in curia. — Male Veronae ad S. Mariam de perdono PANV.

V P
PRISCVS BILO
NIS · CARCI
SIBI · E VLPIAE
VLPI · GAETVL'CI
FIL · SECVNDAE
VXORI CARISSIM
E · VLPIAE PRISCAE
FIL · PIISSIMAE
E · M · VIBVLEIO PRIMO
GENERO OPTIMO

IN · AGR · P · XI S
IN · P · P · XI S

Contuli. Ant. Augustinus ms. Matr. f. 62; Panvinius Ver. p. 232 (ex ms. Panvinii per Scultetum Grut. 819, 8); Fickler itin. Rom. 1560 f. 91; Maffei M. V. 380, 2 a Frisinghellio; Roschmann ms. Trid. n. 7, qui vidit a. 1734 habuitque ab Spergesio aliisque; Avolano n. 1090; Stoffella *confini* p. 79; Arneth *Wiener Sitz.-Ber.* 40, 313 ad exemplum Tinkhauseri male; Zotti in eph. *il Trentino* 1868 n. 252.

5042 rep. in vico Man prope Tridentum, deinde Tridenti apud Giovanellum. Hodie apud Zanellam.

TITIA · C · F
BVCVLI · SITA

Contuli. Ed. Giovanelli *Trento città de' Rezj* p. 35; Zotti in eph. *il Trentino* 1868 n. 252.

5043 Tridenti PAC. in domo militum ordinis Teutonici FICKLER. Hodie desideratur.

TVLLIAI METELL F
TERTIAI
C CASSIVS OPTAT
MATRI
VIXIT ANNOS C
ET TV

Pacedianus rec. l. II (inde male Mur. 1282, 4, ex Mur. scriptores Tirolenses); Fickler itin. Rom. 1560 f. 91.

In vv. divisione duo exempla conveniunt, litteras eminentes habet Pacediani. — 1 METELL F Pac., METELLAI Fickler. — 3 in. C om. Fickler. — 6 om. Pac.

5044 Tridenti rep. in aedibus Ant. Zatrini *nel borgo nuovo* sub terra pedes tredecim CRESS. In aedibus Cresseri AVOL. MART. Nunc apud Zanellam.

TVLLIAE
VICTORINAE
L · S · HERMES
VXORI
CARISSIMAE

Contuli. Cresseri *iscr. d'Aug.* p. 61 et ms. n. 14; Avolano n. 1066; Martini *scritti* p. 391; Zotti in eph. *il Trentino* 1868 n. 252.

5045 fragmenta tria litteris magnis Tridenti in ecclesia S. Apollinaris.

NO| |VN| |P|

Contuli fragmenta duo primum et secundum; eadem proponunt Apianus 347, 4 (inde Grut. 929, 6) et Cresseri *iscr. d'Aug.* p. 54 incisa. Addit tertium Giovanelli *Beiträge für Tirol* 4, 32, referens ea ad Plancum.

5046 in anaglypho parvo cretaceo Tridenti in bibliotheca.

uxoris et viri protomae
GERMA

Descripsi.

5047 Mattarelli.

V F
LEIVS

Zotti in eph. *il Trentino* 1868 n. 253 ex schedia Fortunati Zeni.

LII. AVSVGVM *(Borgo di Val Sugan).*

M. P. XXIIII a Tridento, XXX vero a Feltria itinerarium Antonini p. 280 collocat Ausugum, a quo appellatam esse patet vallem Sugan quam nunc dicunt, inciduntque mensurae fere in cognomine oppidum eius vallis hodie caput. Titulos ex ea valle habemus duos, non ea oppido illo, sed ex vicis Calceranica et Masi sitis inter Ausugum et Tridentum.

5048 Calceranicae (Valsugan) in templo S. Hermetis in muro exteriore meridiem versus ROSCHM

traditur fere:	*fuit fere:*
D I A N A E	D I A N A E
A N T H I O	A N T H V S
C H I S N O	. . . . .
C O S V R I	COS · V · C vel C · V · SER
A C T O P	A C T O R
S V F	SX · V · P

Mariani Trento (1673) p. 534; Hier. Tartarotti apud Mur. 36, 1; Roschmann ms. post Tridentinas, cui descripserunt Bartholomaei et Sperges; Cresseri ms. a Spergesio; Sperges ipse ms. bibl. Dipaul. 409 p. 4; Pezzo *nov. ill. mon. dei Cimbri* (Veronae 1785) 2, 85; Montebello Valsug. (1793) p. 128; Giovanelli misit Marinio a. 1807.

'Loci curatus inscriptionem scalpro capiens restaurare deturpavit foedissime' Cresseri, idemque testantur Pezzo et Montebello, hic addens: '*si vede però abbastanza anche vestigio delle antiche lettere per non metterle in dubbio*'. — 2 ANTIO Cress., ANTINO Pezzo. — 3 CHIENO Tart. Barth., GHIEHO Pezzo, CHAENO Sperges (Roschmanni), CHENO Cress., CHIAS Mont. — 4 COSVRI reliqui, COSVBI Pezzo, COS·TI Mont. — 5 ACTOP Sperg. (Roschm.) Pezzo, ACTOD Tart. Mont., ACTOO Barth., ACTO Cress. — 6 sic Tart., P V P Sperg. (Roschm.), V F Pezzo, F V F Mont., R V P Barth., om. Cress. — Interpolata sunt exempla Mariani (DIANAE ANTIOCHENAE DICATVM), Spergesii bibl. Dipaul. (DIANAE | ANTIOCHENAE | SACRVM), Giovanelli (DIANAE EPHESIAE SACRVM). — Quae temptavi ita accipe, ut quid esse potuerit in lapide demonstrent, non quid ibi fuerit declarent.

5049 Litterae bonae sunt neque abhorrent a saeculo primo. — 'Lapis partim corrosis litteris, partim trunco in lapide deficientibus' SPERGES. — 'Clusa, quae Xichi Castri novi et Caldonatii saeculo XIV dynastae vocabatur, sita est penes viam militarem intra lacum dictum *dei Masi* in capite loci dicti *il Marter*, ubi olim fortasse urbs Ausugi militaris statio exstiterat, de qua Antonini itinerarium loquitur. Ut autem hoc certius cognoscerem, hexapeda ad antiquam Romanorum mensuram constructa dimensus sum iter ab hoc loco Tridentum usque, procedendo per antiquam viam militarem, nempe Tridento Perginam, inde per oras lacus S. Christophori sive Caldonatiensis Caldonatium, Caldonatio Levicum usque ad finem et eandem quasi dimensionem inveni, quam Antonini itinerarium ponit. In dicto Marter a. 1745 dum runcaretur, repertum est sequens monumentum, quod a docto viro Francisco Bruni burgi Ausugi presbytero amico meo asservabatur. Praeterea et tegulae iuxta Vitruvianam mensuram repertae fuere et numismata Romana plurima' BARTHOLOMAEI. 'Est locus duabus horis ab Ausugio seu Borgo distans (Marter vocant), quem magni nominis urbem olim fuisse perhibent; certe duae turres semirutae adhuc ibi extant ac nuper admodum inventus est lapis aliquis diffractus et vitiatus cum sequente inscriptione. Notabile autem est, quod occasione dicti lapidis e terra effossi detecta sunt aedificii cuiusdam vestigia, nempe podium ex caemento tres passus latum, pilaster aliquis ex laterculis quadries maioribus quam hi nostri sunt et fune quodam colligatis et sustentatis in formam tegularum, quibus tecta conseruntur. Item murus subterraneus per totum agrum se extendens cum multis [centum fere *Nocher*] nummis, quorum duos imp. Constantini et imp. Claudii habet Franciscus Brunus presbyter' SPERGES (ms.). Postea lapidem ablatum esse a C. F. Giovanellio in villam Noventanam [quae est in pago Noventae X mil. pass. distante a Patavio, hodie gentis Marinae] scribit SPERGES (ms. et apud Roschm.). '*La lapida da prima fu depositata nel castel Telvana, donde fu ricopiata; nell' abbandonamento poi del detto castello il pezzo più piccolo fu perduto e il grande conservasi nella biblioteca Nocher*' MONTEBELLO 1793, errore opinor; certe Romanus Nocher, qui in comm. ms. de Venetia et Histria (ms. bibl. Trident. n. 311) lapidem refert, sumpsit ex Bartholomaeo neque addit lapidem servari apud se. Ipsa bibliotheca dispersa est gente Nocheria extincta. Meo iussu lapis quaesitus est Noventae neque inventus, nec mirum; nam in ipso oppido *Borgo Valsugana* frustum eius Ferdinandus Dordo demum a. 1848 repperit in pariete in opera positum, unde extractum iussu ipsius hodie prostat ibi apud heredes eius.

/DIDERAM *MVNVS M*///*ENSE IOV*////
/NNONAQ. *MEOSV*////*ATATERAN*//
SOLLICITI INSONTE/ *PROPONI MAGNA PVT*///
SPERANTESQ · MIHI SE *MVNERA FERRE FERE*///
FVNERA SET SANCTVS DEVS *HIC FELICIVS* ///
TRANSTVLIT IN MELIVS SIC DE*NIQVE FATA TVLER*/
//RATAM FACIVNT GENERATIS V*NDIQVE SVMMI*/
/NVIDIA CREVIT DE NOMINE MAGN*A PATRONVI*
//C TAMQVAM DOMINI CIVES *EXPELLERE TEMP*
////. PRAECISVS PVDOR E/T VT *FORTE LVCVS* ///
///AP//ES TIMIDAE NEQVE'NT *DEFENDERE SES*/
///NIBVS IVNCTI//VAE PABVLA SAEP*E SECAT*/
///VIDAE CAMPIS HOMINVM PECV*DVMQVE*
///VLVS FVERAT CONSTANS DISIVNC*TVI*
/// QVISQVE SIBI TIMIDVS VT PRO*PIN*
I I CLAVDIA S
C I PIA CASTA F
S OS PROBA V
S A

Sim. Petr. Bartholomaei de Trident. mon. speciebus (1749) p. 13, ad exemplum ut apparet Francisci Bruni presbyteri. Sperges (ms. bibl. Dipaul. tom. 409 p. 4) duo exempla dat Bruni eiusdem et Francisci Antonii Nocheri, quem ait lapidem lustrasse. Roschmann ms. (Valsugan) habuit et a Fr. A. Nochero et a Spergesio, praeterea citat librum editum Bartholomaei. Montebello Valsugan (1793) p. 328 (inde Hormayr *Tiroler Almanach* 1805 p. 138) dat adiecta interpretatione absurda. Mihi eius frusti, quod extat, ectypum ab amico quodam non satis bene factum misit Fr. Ambrosi bibliothecarius Tridentinus.

Bartholomaeus (quem fere in deperditis repraesentavi), Brunus apud Spergesium, Roschmannus ita consentiunt, ut ex eodem exemplo pendere videantur; paullum differunt Nocherus apud Spergesium et Montebellus. — Supra videtur esse spatium vacuum. — 1 /DIDERAM MVNVS M] ///DERAM M//S//ME// Noch. — /OV] NOV Noch. Mont. — 2 ANNONAQVE Noch. — Q pro QVE semper Brun. Spergesii solus recte, QVE reliqui. — MEO SV//// AT ATERAN//] MEO/SVA//V//S//AT// Noch., MEOS SVB/ SAT/ATERAN/ Mont. Pro MEO in lapide magis esse videtur MED quadratarii errore. — 3 INSONTES Noch. Mont., nec spatium admittit nisi litteram angustam, ut est S. — 4 MINI SE] Noch. Mont., MIHI S/ reliqui — extr. FERE Mont. — 5 MVNERA Brun. Spergesii, Mont. — SET] sic ectypum, SED auctores. — 6 TVLERV/ Noch., TVLE/ Brun. Spergesii. — 7 IRATAM Noch. Mont., /RATAM reliqui. — /ENERATIS Noch. — 8 INVIDIA Noch. Mont. — PATRON/ Noch. — 9 AC Noch. Mont. — TAMQVAM] Mont. solus recte, TANQVAM reliqui. — 10 ////, PRAECISVS ego, PRAECISVS Mont., /AECISVS Noch., /ECISVS reliqui. — PVDORE/ VT Mont., PVDOR EST VT Noch. /VDORE////VT reliqui. — 11 ///AF//ES TIMIDAE ego, /A/ES TIM//AC priores. — NEQVE//T Roschm., NEQVEANT Mont., NEQV//T reliqui. — SESE Brun. Spergesii. — 12 /IBVS Mont., ///IFVS Barth. Noch., om. Brun. Spergesii et Roschm. — IVNCTIS Noch. Mont. — /VAE PABVLA ego, QVAE ABVIA Noch., QVA//VIA reliqui. — SAE// ego, SAEPE Brun. Roschm. Mont., CAPERE Barth. Noch. — 14 VLVS] Noch. et ego, VIVS reliqui. — 15 PROTINVS Mont. — 16 prima littera aut I est aut E, non L nec magis T. — fin. S· Brun. Spergesii et Roschm. — 18 SOS] SOSPES Mont. — 19 hodie superest A praecedente spatio vacuo; SA priores. — Carmen distichis scriptum fuisse, quorum nunc non supersint nisi hexametri, suspicatur Sperges.

Ita fere legi posse existimo, adiutus in hoc carmine restituendo ab amicis Hauptio et Bormanno.

[E]dideram munus m[irandum m]ense [N]ov[embri]
[a]nnonaq(ue) meo su[mpta est lax]ata [p]er an[num.]
sollíciti insonte[s] proponi magna put[antes]
sperantesq(ue) mihi se munera ferre, fere[bant]
funera. sed sanctus deus hic felicius i[llud]
transtulit in melius . sic denique fata tuler[unt.]
[a]uratam faciunt generatis undique nummi[s.]
[i]nvidia crevit de nomine magna: patron[am]
[si]c tamquam domini cives expellere temp[tant.]
[exin] praecisus pudor e[s]t. ut forte locus[tae]
[pal]a[nt]es timidae neque[a]nt defendere ses[e],
[agmi]nibus iuncti[s q]uae pabula saepe secat[a]
[mox a]vidae campis hominum pecudumque [devorant]:
[sic pop]ulus fuerat constans, disiunctus [eorum]
[exin] quisque sibi timidus, ut protin[us esset]
(alter ordo versuum iuxta positus periit).
H(erculi) i(nvicto) Claudia S[uccessa Ti. Iuli Classi-]
ci pia casta f[idelis . . . .
in]sos proba v[ovit . . . .
v(otum)] s(olvit) a(nimo) [l(ibens) m]erito).]

Inter multa, quae dubia esse video, ea selegi, quae magis ad lectionem pertineant quam ad restitutionem. — 5 *deus hic* mihi est deus is, in cuius templo donarium id, cui haec subscripta fuerant, olim expositum fuit. — 7. 8. Intellege Claudiam ob munificentiam patronam appellatam esse ab ordine eique ut ipsius statua aurata fieret, pecuniam collatam esse. PATRONV/, quod plerique dederunt, cum subscriptione conciliari nequit; quapropter secutus sum lectionem Nocheri PATRON/. — 11 *palantes*, quod suggessit Bormannus, non plane satisfacit; nam quae post A sequitur littera, videtur esse F vel E. — 14 in. supplementum spatium una littera excedit. — 16 in. supplevi ad vestigia; HERCVLI vel DITI vel APOLLINI, quod mallem, lapis non recipit.

LIII. ANAVNI *(Val di Non)*.

Vallis, quae nunc est Non, nomen antiquum videbatur memorari apud Ptolemaeum 3, 1, 32, quamquam obscurus est qui ibi nominatur populus Bechunensium (Βεχουνῶν) oppida habens quattuor Vannium Carracam Bretenam Ananiam; item apud scriptores ecclesiasticos tractantes de obitu Alexandri Sisinnii Martyrii clericorum Anaunensium, inter quos est Augustinus epist. 139, 2, ubi tamen libri scripti dicuntur habere *Anaunenses* et *Anabnenses*. Nuper autem edictum Claudii n. 5050 repertum in ipsius vallis Ananae loco primario cum enumeret tres populos municipio Tridentino attributos *Anaunos Tulliasses Sindunos*, nomen antea dubium confirmavit, cum de duobus aliis populis alibi non memoratis adhuc non constet. Praeterea titulus n. 5059 docuit vici hodie dicti Vervò incolas Romana aetate appellatos esse *castellanos Vervasses*. Quae castellanorum appellatio satis ostendit ipsos Vervasses rem publicam non habuisse, idque confirmat ceterarum inde prolatarum inscriptionum numero non ita paucarum de re municipali silentium. Itaque diversum fuerit necesse est Berua oppidum memoratum apud Plinium 3, 19, 130 (*Fertini et Tridentini et Beruenses Raetica oppida*) et in titulis urbano (Henzen 6791: *C. Antonius C. f. Antullus Beruae*) et Feltrino (n. 2071: *patrono collegiorum fabr. cent. dendr. . . . . Beruens.*), fortasse etiam in Aquileiensi (n. 947: *Q. Vettidius Q. f. Cla. Beria*); Beruenses enim rem publicam habuisse apparet. — Anaunos eiusdemque condicionis populos alios ad a. usque 46 Latini iuris magis fuisse quam cives Romanos, eo autem anno civitatem iis confirmatam esse ab imp. Claudio edictum modo citatum patefecit.

5050 tabula ahenea integra, ut infra spatium vacet, et margine circumquaque conclusa, quattuor singula in singulis angulis habens foramina, alta centim. 50, larga centim. 38, crassa 5 millim., optime scripta. Reperta est d. 29 Apr. 1869 prope Cles in valle Anauna 65 centim. sub terra *presso i casaggiati che nomansi ai Campi neri. Presso alla piastra si rinvennero due punte irruggenite di giavellotto, un coltro da sacrifici, ed altri piccoli oggetti d'argento.* Repertam esse in ruinis aedis Saturni et ad eius parietem olim adfixam fuisse probabile est propter titulos n. 5068a. 5069 ibidem effossos. Iam extat Tridenti in curia.

M IVNIO · SĪLANO · Q · SVLPICIO · CAMERINO COS a. 46 Mart. 15
ĪDIBVS · MARTĪS · BA S · IN · PRAETORIO EDICTVM
TI · CLAVDI · CAESARIS · AVGVSTI · GERMANICI · PROPOSITVM · FVIT · ID
QVOD INFRA · SCRIPTVM · EST
TI · CLAVDIVS · CAESAR · AVGVSTVS · GERMANICVS · PONT
MAXIM · TRIB POTEST · VI · IMP · XI · P · P · COS · DESIGNATVS IIII · DĪCIT
CVM · EX · VETERIBVS · CONTROVERSĪS · PETENTIBVS · ALIQVAMDIV ETIAM
TEMPORIBVS · TI · CAESARIS · PATRVI · MEĪ · AD QVAS · ORDINANDAS
PĪNARIVM · APOLLINAREM · MĪSERAT · QVAE · TANTVM · MODO
INTER COMENSES · ESSENT · QVANTVM · MEMORIA REFERO · ET
BERGALEOS · ISQVE PRĪMVM APSENTIA · PERTINACI · PATRVĪ · MEĪ
DEINDE · ETIAM · GAĪ · PRINCIPATV · QVOD · AB · EO · NON EXIGEBATVR
REFERRE · NON · STVLTE · QVIDEM · NEGLEXSERIT · ET · POSTEAC
DETVLERIT · CAMVRIVS · STATVTVS · AD ME · AGROS · PLEROSQVE
ET · SALTVS · MEĪ · IVRIS · ESSE · IN · REM · PRAESENTEM · MĪSI
PLANTAM · IVLIVM · AMĪCVM · ET · COMITEM · MEVM QVĪ
CVM · ADHIBITĪS · PROC·RATORIBVS · MEĪS · QVISQVE · IN ALIA
REGIONE · QVĪQVE · IN · VĪCINIA · ERANT · SVM · MA · CVRA INQVI
SIERIT · ET · COGNOVERIT · CETERA QVIDEM · VT · MIHI · DEMONS
TRATA · COMMENTARIO · FACTO · AB IPSO · SVNT · STATVAT · PRONVN
TIETQVE · IPSI · PERMITTO·
QVOD · AD CONDICIONEM · ANAVNORVM · ET · TVLLIASSIVM · ET · SINDVNO
RVM · PERTINET · QVORVM · PARTEM · DELATOR · ADTRIBVTAM · TRIDEN
TINĪS · PARTEM · NE ADTRIBVTAM · QVIDEM · ARGVISSE · DĪCITVR
TAM ET · EI ANIMADVERTO · NON · NIMIVM FIRMAM · ID GENVS · HOMI
NVM · HABERE · CIVITATIS · ROMANAE · ORĪGINEM · TAMEN · CVM · LONGA
VSVRPATIONE · IN · POSSESSIONEM · EIVS · FVISSE · DĪCATVR · ET · ITA · PERMIX
TVM CVM · TRIDENTĪNIS · VT · DĪDVCI · AB · ĪS · SINE · GRAVI · SPLENDI · MVNICIPĪ
INIVRIÁ NON POSSIT · PATIOR · EOS · IN EO · IVRE · IN · QVÓ · ESSE · SE · EXĪSTIMA
VERVNT PERMANERE · BENIFICIO · MEO · EO · QVIDEM · LIBENTIVS · QVOD
PLERĪSQVE · EX · EO GENERE · HOMINVM · ETIAM · MILITARE · IN · PRAETORIO
MEÓ · DĪCVNTVR · QVĪDAM · VERO · ORDINES · QVOQVE · DVXISSE
NON · NVLLĪ · COLLECTĪ · IN · DECVRIAS · ROMAE · RES · IVDICARE
QVOD · BENIFICIVM · ĪS · ITA · TRIBVO · VT QVAECVMQVE · TANQVAM
CĪVES · ROMANI · GESSERVNT EGÉRVNTQVE · AVT · INTER SE · AVT · CVM
TRIDENTĪNIS · ALĪSVE · RATAM · ESSE · IVBEAT · NOMINAQVE EA
QVAE HABVERVNT ANTEA TANQVAM CIVES ROMANI ITA HABĒRE·ĪS PERMITTM

M. Iunio Silano Q. Sulpicio Camerino cos. | idibus Martis Bais in praetorio edictum | Ti. Claudi Caesaris Augusti Germanici propositum fuit id | quod infra scriptum est. |

Ti. Claudius Caesar Augustus Germanicus pont. | maxim. trib. potest. VI imp. XI p. p. cos. designatus IIII dicit:

Cum ex veteribus controversis pe[nd]entibus aliquamdiu etiam | temporibus Ti. Caesaris patrui mei, ad quas ordinandas | Pinarium Apollinarem miserat, quae tantum modo | inter Comenses essent (quantum memoria refero) et | Bergaleos, isque primum apsentia pertinac[i] patrui mei, | deinde etiam Gai principatu quod ab eo non exigebatur | referre (non stulte quidem) neglexserit, et posteac | detulerit Camurius Statutus ad me agros plerosque | et saltus mei iuris esse: in rem praesentem misi | Plantam Iulium amicum et comitem meum, qui | cum, adhibitis procuratoribus meis qu[i]que in alia | regione quique in vicinia erant, summa cura inqui|sierit et cognoverit, cetera quidem, ut mihi demons|trata commentario facto ab ipso sunt, statuat pronun|tietque ipsi permitto.

Quod ad condicionem Anaunorum et Tulliassium et Sinduno|rum pertinet, quorum partem delator adtributam Triden|tinis, partem ne adtributam quidem arguisse dicitur, | tam et si animadverto non nimium firmam id genus hominum habere civitatis Romanae originem: tamen, cum longa | usurpatione in possessionem eius fuisse dicatur et ita permix|tum cum Tridentinis, ut diduci ab is sine gravi splendi[di] municipi | iniuriá non possit, patior eos in eo iure, in quó esse se existima|verunt, permanere beneficio meo, eo quidem libentius, quod | pler[i]que ex eo genere hominum etiam militare in praetorio | meó dicuntur, quidam vero ordines quoque duxisse, | non nulli [a]llecti in decurias Romae res iudicare.

Quod beneficium is ita tribuo, ut quaecumque tanquam | cives Romani gesserunt egéruntque aut inter se aut cum | Tridentinis alisve, rat[a] esse iubea[m], nominaque ea, | quae habuerunt antea tanquam cives Romani, ita habere is permittam.

Descripsi ad ectypum. Prodiit primum in eph. Tridentinis *la Voce cattolica* d. 1 Mai. 1869 et *il Trentino* d. 5 Mai. 1869, deinde in Hermae vol. 4 p. 99 seq. cum commentario meo, quem hoc loco repetere nolui.

13 *posteac* redit in inscriptione parietaria Pompeiana vol. IV n. 1837. — 32 apex qui cernitur supra O'RDINES litterae R magis superpositus quam litterae O mihi casu videtur incisus esse.

5051—5056 Vervò sex titulos 'solos' (quod videtur significare sola numinis nomine inscriptos) hos

5051 LVNAE

5052 MARTI

5053 MERCVR

5054 I O V I

5055 VENERI

5056 SATVRNO

erui vidit Ghina apud Roschmannum (Nonsberg n. 3), quorum quinque reliquos ait non comparere, inscriptum Marti anno praecedente a praesule Gurcensium illatum esse in castrum Braghier. Reliqui auctores inde non habent nisi Donat. 26, 2 titulum Martis mihi quoque visum in eo castello; solus Cresseri ad n. 23 ex anonymo Vervensi titulum addit Mercurii.

MERCVR Cress., MERCVRIO Ghina. — Apertum est bases has olim planetarum simulacra sustinuisse, deesse septimam dedicatam Soli; ea quae superest satis magna est et habet partem inferiorem non scriptam.

5057 Romeno (val di Non) fuit pro vasculo aquae sacrae in ecclesia, nunc est in coemeterio ROSCHM. In muro ecclesiae parochialis GIOV. Ibidem adhuc in ecclesia intus.

D · DVCAVAV
IO C · C · S · EX
VO · F · L · L · M

Contuli. Habent Roschmann ms. Nonsberg n. 4 (unde pendent Roschmann fil. *Gesch. von Tirol* 1, 78 qui non citat nisi v. 1; Hormayr *Tiroler Almanach* 1805 p. 135; Giovanelli ep. ad Marinium 26 Sept. 1807; Arneth *Wiener Sitz.-Ber.* 40, 321). Cresseri ms. n. 29 a Spergesio. Giovanelli *zecca Trentina* (1812) p. 149 et *Beitr. für Tirol* 4, 58. Stoffella in app. ad eph. Roveretanam *Messaggiere Tirolese* 5 Sept. 1828 ligno expressit.

1 sic scriptum est, ut pars rotunda litterae D et prima linea litterae N eodem ductu repraesententur. D·D potest solvi *Dis Deabus*; sed ita quae sequuntur non expedio. Magis crediderim subesse numinis cuiusdam topici nomen D(*eo*) DVCAVAVIO, cum praesertim punctum post D prius certum sit nec postea hoc versu aliud reperiatur, sequente nomine dedicantis litteris tribus singularibus indicato. De *deo domino Cauto Augusto* cogitavit Arneth perperam. — Altero titulo eidem lapidi inscripto, quem Raeto-Etruscis litteris conceptum esse opinabatur Giovanellius, non contineri nisi formulam Christianam *ave Maria gracia | plena dom tecum* intellexerunt Stoffella in commentariolo supra citato et F. Keller (v. comm. meum *die nordetrusk. Alphabete* p. 214).

5058 basis corona ornata. Olim in vico Banco prope Cles vallis Ananiae CRESS. Olim Vervò BONELLI. In vico Lomaso vallis Indicariae MAFF. errore. Postea in castello Braghier, ubi adhuc extat.

C O N C O R D Æ
AVG · SACR
RASDONII VIC
TORINVS TERTIVS
ET INGENVVS
FRATRES ARAM
CVM SIGNO · EX
VOTO POSVERVNT
L L M

Contuli. Habent Maffei M. V. 380, 6 a Frisinghellio (inde Orelli 1813); Roschmann ms. Nonsberg n. 8, cui descripsit Sperges; Cresseri ms. n. 27 a Spergesio; Donat. 62, 3 a Bonellio; Giovanelli *Beitr. für Tirol* 4, 56 a prioribus.

5059 litteris non bonis. Universa haec marmora (n. 5051—5056. 5059. 5060. 5063. 5072) et alia, quae corrupta legi non poterant, prope aedem S. Martini ad radices collis, in quo fuit castellum Vervassium, suspicione latentis thesauri e terra erui vidit GHINA. In villa Vervò vallis Non TARTAROTTI. Postea in museo Veronensi n. 155.

DIS · DEARVSQ
OMNIBVS · PRO
SALVTE · CASTEL
LANORVM · VER
VAS · SI · VM · C · V · Q
VADRATVS · L · L · P · D

Contuli. Exhibent Hier. Tartarotti apud Mur. 105, 8 (inde Orelli 2124) et *mem. di Rovereto* p. 51, cui descripsit Pantaleo Borzi Tridentinus; Roschmann ms. Nonsberg n. 5 ex schedis, quas Stephanus Ghina beneficiatus Vervodii misit ad Tridentinum episcopum Io. Bapt. Gentilottum; Maffei M. V. 91, 3 (inde I. A. Maffei *valle di Non* p. 4 et Giovanelli *Beitr. für Tirol* 4, 57).

5060 *'era in Vervò con sei altre comprate dal Marchese Maffei e condotte in Verona per fiorini 40 sborsate per tutte sette consegnategli in Vervò'* ANON. APUD CRESSERIUM. Rep. Vervo, nunc Veronae in museo n. 537 MAFF. GHINA. — *Era nelle Giudicarie* GNESOTTI errore.

DIS · DEABVS
QVS · OMNIB
VS · SACRVM
L · C · QVARTVS
V · S · L · L · B · MER *sic*

Contuli. Exhibent Maffei M. V. 91, 2 (inde Roschmann ms. Nonsberg 1, qui usus est etiam schedis Ghinae; Donat. 58, 12; I. A. Maffei *valle di Non* p. 4; Giovanelli *Beitr. für Tirol* 4, 57); Cresseri ms. n. 23 ex sylloge quadam ms. recentiorum potissimum inscriptionum; Gnesotti p. 260 ex schedis Hier. Tartarotti.

5 LIB · MER priores errore.

5061 Vervò in foro in aedibus Nicoletti.

DIS · DEA
R V S Q V E

Cresseri ms. n. 23 ex Anonymo Vervensi. Fortasse non est nisi principium alterius utrius duorum praecedentium titulorum.

1 DVS traditur.

5062 antea in vico Taj (Val di Non) MAFF. CRESS. Antea in Vervò BONELLI. Postea in castello Braghier. Frustra quaesivi a. 1867.

Maffei:	*Roschmann:*	*Donatus:*
. . . .	I O V I	I . O . . . V . . . . .
S T D I S C O N S S R	ST · DIS · CONSER	E T · D I S · C O N S E R
V A T O R I R V S · P R O	VATORIBVS · PRO	V A T O R I B V S · P R
SALVTE	SALVTE IVL *eDVRi*	S A L V T · L V E I S I · VI
L · VE	*Ni* VEt *leg. anni pan*	
NON . . . . PER	NON *cORPoRIS* PERI	. . . VC . NTSC . FIERISPE
. . . . . L I B E R A T V S	CVLO L I B E R A T V S	C . VESC . L I B E R A T V S
I V P L	IVLII EDVRINI F P	IVLII FI . V . N . . . F . P . . .
. ' VSTINVS	I V S T I N V S *PoT*	IVSTINVS . . . . BT – I . .
DICAVIT	DICAVIT	DICAVIT

1 I · O · M, 6 MVE . . . ,
8 IVLI Sperges Cresserii.

Maffei M. V. 380, 4. cui misit abbas Frisinghellius (inde I. A. Maffei *val di Non* p. 5); Roschmann ms. Nonsberg n. 6, cui descripsit Sperges (inde male Giovanelli *Beitr. für Tirol* 4, 57); Cresseri ms. n. 28 ab eodem Spergesio; Donat. 53, 4 a Bonellio.

Supplementa Roschmanni quamquam male facta consulto retinui. 5 saltem scribendum fuit VET · COH · I · PANNON.

5063 in valle Non TART. Vervò, postea in museo Veronensi GHINA. Veronae in museo n. 154 MAFF.

IOVI · VI
C T O R I
L · VISAR
VS · CER
IO · V · S · L
M

Contuli. Exhibent Iac. Tartarotti apud Mur. in ep. scr. 15 Ian. 1737 et in ed. 11, 1; Maffei M. V. 79, 3; Roschmann ms. Nonsberg n. 2 a prioribus, usus schedis Ghinae; Giovanelli *Beitr. für Tirol* 4, 57.

5064 Veronae in museo n. 546. Origo cum incomperta sit, rettuli inter Vervodienses propter gentem, quae redit n. 5063. Cf. praescriptionem n. 5060.

M A R T I
L · VISEVS CRESCE*s*

Contuli. Maffei M. V. 81, 6 (inde Donat. 24, 11).

5065 olim Tavonii (val di Non) ROSCHM. Olim Vervò BONELLI. Olim Lomasi (vel Giudicaria) MAFF., quod improbat DONAT. 'Visitur in vico Manco (?) vallis Vipitenae in muro aedium ubi vectigal solvitur' CRESS. errore. Postea in castello Braghier (val di Non), ubi frustra quaesivi a. 1867.

M I N E R V*ae*
AVG · L · NEM
LA · IVSTIN*us*
CVM · SVIS
V · S · L · *l*

Maffei M. V. 380, 7 (inde Donat. 29, 10) a Frisinghellio; Roschmann ms. Nonsberg n. 7 a Spergesio; Cresseri ms. post n. 45 ab eodem ut videtur Spergesio; Donat. 29, 9 a Bonellio. A prioribus Giovanelli *Beitr. für Tirol* 4, 58.

Dedi ex Roschmanno, quocum fere convenit Cresserio et Bonellio, nisi quod hic v. 5 VS · LL . . . . Contra Maffei sic: MINERVAE · AVG · L · NEMA | LA · IVSTINVS | CVM · SVIS | V · S · L · L · M

5066 Tuenni (val di Non) rep. in rudoribus arcis; hodie ex dono Ioelis Simeonis Tridenti apud Zanellam.

anaglypha Mithriaca
d · *i* · M

Contuli descriptam a Zanella, qui ed. in annal. inst. arch. 1864, 81.

5067 Cles (val di Non) in vetere muro eccl. paroch. rep. Deinde ex dono Torresanii Clesensis Tridenti primum apud Giovanellium, nunc apud Zanellam.

imp. ne R V A
t r a i a N O
c a e s a R E
a u g. g E R M
d a c. u IW · L A
b e r i o · · II · C O S *p. C. 103*
Q · P · F ·
*cu*ATORES · SATVR
*i*NFRA · SCRIPTI
CINVS · L · AE
O B I C C I N O
V S · R I S I M E
A I S T V S · F A B D I
S · M O N I A N V S
I I V S · C · MARIV *sic*
MVS · PROBVS · C · AV
ATINO · DEDASIVS

Contuli; quae latent hodie v. 13 sq. litteras, exhibui inclinatas. Exhibent Michelotti ms. (bibl. Dipaul. cod. 980); Giovanelli *Beitr. für Tirol* 4, 6 et *cons. sul saggio dello Stoffella* p. 112; Zotti in eph. *il Trentino* 1868 n. 252. Tractavit Labus *Gual Ing.* p. 42 (inde Orelli 4915).

7 Qui Frumi Fuerunt proponit Labus. — 8 sic ego ut priores; ne cogita de cultoribus Saturni. — 16 |VS hodie cernitur.

5068 litteris optimis. Romeni in ara ecclesiae parochialis MAFF. GIOV. Ibidem adhuc in ecclesia intus. — Locum non adnotat COD. AMBROS., sed subscriptum est epigramma hoc: *Saturno vallis, quae fertur Anania falso, indice longaevo marmore sacra fuit.*

D · SATVRNO · AVG
L V M E N N O N E S · A V I T V S ·
M A X I M V S · R V F V S ·
Q V A D R A T I N V S · F I R M I N V S ·
C L E M E S · I V S T V S ·
IVSTINVS · ASPRO · GLABSTVS
QVINTVS · RIS · RVFINVS ·
LAD · OPTATVS · QVARTVS ·
LVCIVS · SEVERVS · MAXIMINVS
sic AVP · BIRMINVS · PATERNVS
· IVSTINIANVS · S · P · L · L · M

Contuli. Habent cod. Ambros. C. 61 inf. f. 119 (inde, non ex Mariangeli Accursii schedis, ut ait, Mur. 56, 6 male) in folio olim separato cum subscriptione hac: *Ad Rever. D. d. Bernardum Clesium* († 1539) *S. S. R. R. CT. T. S. Stephani Car. f. Io. Franc. de Beatis hexastichon aethimologicum* (carmen ipsum deest). Demo ex lapide I. A. Maffei *valle di Non* p. 7 (inde Orelli 481) et ad ectypon gypseum Giovanelli *Beitr. für Tirol* 4, 25.

6 in f. *s* non cernitur; habet ex anterioribus solus Maff. — 9 in f. videtur deesse *s*, sed in re praesenti quaerens non repperi. — 11 in. *s* Ambros., ut vidi ego, om. Maff. Giov. — Copula *et* litteris contignatis scripta ubi in versu medio legitur, puncta ei sic in ipso lapide cernuntur non adscripta, sed subscripta.

5068a Cles rep. una cum n. 5050.

SATVRNO SAC*r*
L · PAPIRIVS · L
l. aguti O P V S
u. s. l. m

Ephemeris Tridentina q. d. *la Voce cattolica* d. 1 Mai 1869, unde repetivi in Hermae vol. 4 p. 100.

5069 Cles (val di Non) *scoperta li 20 Sett. 1804 scavando nei campi neri situati sopra le case di piazza a sera del borgo* MAFF. Frustra quaesivi.

M · PROPE
RTIVS · TERTI
E·M·P·Q·F·SAT
DON · P · V · S

I. A. Maffei *val di Non* (1805) p. 140, a quo pendent Stoffella *confini* p. 77 et Giovanelli *Beitr. für Tirol* 4, 61 et *consid. sul saggio dello Stoffella* p. 40 et Orelli 482 cum adn. Henzeni.

M. Propertius Terti(us) et M. P(ropertius) Q(uartus?) f(ilius) Sat(urno) don(um) p(osuerunt) v(otum) s(olverunt). Notas explicuit Henzenus.

5070 Vervò *nell' orto della Casa Beneficiata in un muro secco in fondo alla scala* ANONYMUS CRESSERII. Periisse scribit GHINA.

VIC · AVG
P · TVLA · MX
P · TVLA · QVIN
P · TVLA · TER
P · TVLA VEM

Iac. Tartarotti ms. bibl. Roveret. et apud Mur. in ep. 15 Ian. 1737 et in ed. 1096, 6; Roschmann ms. Nonsberg 3 ex schedis Stephani Ghinae ad Gentillotium aliisque Spergesianis (ex Roschmanno pendent Eckhel ms. 5, 29 et Giovanelli *Beitr. für Tirol* 4, 56); Cresseri ad n. 23 ex anonymo Vervensi.

2 MAXI Tart. Mur. Eckhel. — 3 QVINT Eckhel. — 4 TERT Tart. Mur. — 5 VEM Roschm. cum suis, QVIN Tart. (QVINT Mur. ed.) — v. 6 EX VO P P add. schedae Eckhel. ex interpolatione. — Anonymi Vervensis exemplum hoc est: I·G·A·V·C· | TVIA·MAX P·T·VIA·QVIN·P·SRV·AT·ET D·T·V... VIA.

5071 Revò rep. hoc a. 1789 in eccl. paroch. S. Stephani, dum capellis geminis locus aptaretur AVOL. A. 1789 dum eccl. paroch. S. Stephani restauratur rep. in sacello B. M. V. a. 1620 erecto et illatus in viridarium Iac. Ant. de Maffeis CRESS. Ibidem, scilicet in virdiario inferiore, adhuc extat.

L · SCANTIVS
PAP · CRESCENS
VETERANVS · SPE
CVLATOR · PRAET
7 · IVSTI · SIBI · ET
PONTIAE · CVSEDAE
VXSORI

Contuli. Habent Avolano n. 1284 = 1803, cui descripsit P. Cyrillus de Revodio; Cresseri in schedula ms. bibl. Dipaul. vol. 37 (inde Hormayr *Archiv* 1815 p. 425); I. A. Maffei *valle di Non* p. 4; Giovanelli *iscr. Trent.* p. 19.

6 CVSEDAE potius quam GVSEDAE.

5072 Vervò MAFF. Inde venit in castrum Braghier GHINA ROSCHM. CRESS. BEL. et est ibi adhuc.

C · V · QVINTI
NVS FILIVS C · V ·
FIRMI · VETERA
NI · CHORTIS · IIII
PRA/ANINIA
QVARTI · FILIA
TEDA · MATRE · VI *sic*
VVS · FECIT · SIBI

Contuli. Habent Maffei M. V. p. 91, cui descripsit Ioseph. Frisinghellius Roberetanus (inde Donat. 299, 1, cui misit praeterea Bonellius); Roschmann ms. Nonsberg n. 9, cui descripsit Sperges quique praeterea usus est schedis Ghinae (inde non recte Roschmann Veldid. p. 58, Giovanelli *iscr. Trent.* p. 84); Cresseri ms. n. 25 et Stoffella *confini* p. 76, item ex Spergesio uterque; Hippolytus ms. ut ipse excepit a. 1765.

5 fuit fortasse PRAEKANINIA.

C. V(alerius) Quintinus, filius C. V(aleri) Firmi veterani chortis IIII pra(etoriae), [K]aninia Quarti filia Teda matre, vivus fecit sibi.

5073 arcae pars, Romeni ad ecclesiam S. Bartholomaei.

..S NONIAS
CONIVGI CA
ET SVIS VI
FE C
ascia B

Descripsi.

5074 Romeni ad ecclesiam S. Bartholomaei.

L . OC
T I V S

Descripsi.

5075 sub Revò in ecclesia campestri S. Blasii ad rivum Novellam in mensa altaris.

P · R · SEVER ·
SERANIAE
PROCELLAE *sic*
CONIVGI
KARISSIMAE
D · M

Contuli. Ed. Iohannes Manincor *mem. stor. sopra la valle di Non (programma dell I. R. scuola reale Elisabettana di Rovereto* a. 1856. Trento 1856. 8.) p. 29.

V. 1 sic interpolavit Manincor: PVBLIVS · SERANIVS | P(raefectus) R(erum) A(nauniae), reliqua corrupit.

5076 prope Romenum in vetusta aedicula S. Bartholomaei.

I N S . . .
E A . . . .
M . . . . .
C O M . . .
. . . .

Cresseri ms. n. 30 auctore non laudato inter Spergesianas.

5077 in eadem ecclesia alia fragmenta.

S V
C I
C

T R I P

Vidi.

5078 arcae pars antica scripta litteris bonis. Flavon (Val di Non) in pariete ecclesiae intus.

infra coronam:
B O N M S
M O R I B E T
genius alatus coronam tenens PERPETVS SECV *genius alatus coronam tenens*
RITATI BENE QIE
SCANT RELIQIAS *sic*
MAXIMINI

Contuli. Habent Avolano ms. n. 1302; Giovanelli *consid. sul saggio dello Stoffella* p. 113. Marini ms. citat Bonellium rer. eccl. Trid. tom. 4 p. 13.

LIV. *Vallis Eisack fl.* SVBLAVIO *(Seben).* VIPITENVM *(Sterzing).*

Viae Verona Augustam in miliariis enarrandae stationes duae Sublavio et Vipitenum cum incidant in Seben monasterium prope Klausen et ad oppidum Sterzing, tituli Sebenenses docuerunt ibi a publicanis vectigalia mercium Illyricarum exacta esse. Dixi de his Italiae et Raetiae confiniis vol. III p. 707 in praefatione Raeticarum.

5079 *da sulla facciata di una piccola base* TART. Ad Sabonam *am Konterweg* AVENT. A. 1570 dominus Ioh. Iac. Roemer transtulit in castellum Maretsch prope Botzen TART. ROSCHM. secutus uterque inscriptionem a Roemero lapidi adscriptam; addit Tartarottius locum, unde eam transtulerit, a Roemero eatenus tantum indicari, quod habuerit ex muro antiquo una cum duobus idolis.

ISIDI · AVG
FESTINVS
T · IVLI · SATVR
NINI · C · P · P · SER
ARK · EX · VOTO

Descripserunt Aventinus (Apian. 443, 6, inde Grut. 83, 7; Aventin. ed. 1554 p. 117, cod. 1560 f. 161*b*) et a. 1734 Roschmannus (ms. Botzen 1, ex quo pendet Hormayr *Tiroler Almanach* 1805 p. 135) et Tartarottius in schedis bibl. Roveretanae et Reschius (ann. eccl. Sabionensis 1 a. 1755 p. 536 n. 124).

In vv. div. conveniunt Avent. Lat. et Roschm. et Tart. — 1 AVG 'sic' Tart. — 3 IVLI] IVL · P Resch. — 4 G · P · P Av. — 5 ARK Tart., ARI Roschm., ARI-L Hormayr, ARI Ap., RARI Av., AR/ Resch.

Festini in duobus titulis his n. 5079. 5080 nominati dominus *T. Iulius Saturninus conduct. Illyr. am. I'l* redit in tabella Dacica vol. III p. 958 et in titulo reperto ad Loncium Norici vol. III n. 4720 et in altero Mehadiensi anni p. C. 157 vol. III n. 1568, item in tertio huius voluminis n. 1864.

5080 ad Sabonam *am Konterweg.*

ISIDI
MYRIONYMAS
SACRVM
FESTINVS · T · IVLI
SATVRNINI · c · P · P
SER · ARK · POSVIT
FORTVNATVS
EIVSDEM · SER · ?S
FACIVNDVM
CVRAVIT

Servavit Aventinus (Apian. 443, 3, inde Grut. 83, 11 et Orell. 1876; Aventinus ed. 1554 p. 117, cod. 1560 f. 160*b*).

In vv. div. secutus sum Aventinum Lat. — 2 MYRIONIMAS Av. Germ. — 5. 6 CPPSERARI traditur; em. Hagenbuch apud Orell. — 8 SER?S Av. Lat., SERVVS Av. Germ. Ap.

Isidi myrionymo sacrum Festinus T. Iuli Saturnini c(onductoris) p(ublicorum) p...... ser(vus) ark(arius) posuit; Fortunatus eiusdem ser(vus contra)s(criptor) faciundum curavit.

5081 ad Sabonam *am Konterweg.*

MARTI · AVG
CONSERVATORI
CORPORIS · SVI
MERCVRIALIS · AVG
N · VII · EX · IVSSV · NVMI
NIS · IPSIVS · SIGILLVM
MARMOREVM · POSVIT

Servavit Aventinus. Legitur apud Apian. 443, 5 (inde Lazius p. 807; Grut. 57, 4; Orelli 1344); Aventinum ed. 1554 p. 117, cod. 1560 f. 161*b*; Hormayrium *Tiroler Almanach* 1805 p. 144.

In vv. div. sequor Aventinum Lat. — 1 MARTI Av. Lat. (cod.) et Germ., MATRI Av. Lat. (ed.) et Ap. — 5 N·VII Avent. Lat., N · V · Av. Germ. et Ap.; lege *Aug(usti) n(ostri) vil(icus).*

5082 ad Sabonam *am Konterweg* AVENT. In arce Trostburg ad fl. Eisack in castri penetralibus supra scalam ROSCHM. et RELIQUI.

D·I·M
T · SOL SOC
O · SAC · VA N
TINVS · SS
CVNDIONIS
OR · MEMOR
PATRIS · SVI
ER · COLLEG
V S · L · M

Descripserunt Aventinus (Apian. 443, 4, inde Grut. 22, 12 et Orelli 1913; Aventin. ed. 1554 p. 117, cod. 1560 f. 161a); Roschmannus (*Leben Valentini* 1746 p. 6 plenius quam ms. sub Eisack; ex ms. Roschmanni male Hormayr *Tiroler Almanach* 1805 p. 136 et Giovanelli, qui misit Marinio 26 Sept. 1807 et commentarium de hoc titulo edidit in *Sammler für Gesch. u. Stat. von Tirol.* vol. II Innsbruck 1807 p. 281); Resch (fasti Tirol. ms.), qui vidit 14 Sept. 1751; Sperges (inde Cresseri ms. n. 51).

1 D·ISM Resch. — 5 CVNDONS Av. Roschm. (Val.) Cress., CVNDIONS Resch, CVNBONS Roschm. (ms.). CVNDANVS Ap. — 6. 7. 8. om. in lac. Roschm. (ms.). — 6 OR MEMO Ap., ·DBI_MEMOR Roschm. (Val.), ·DBNEMOR Resch. — 8 COHEG Aventini cod. Stuttg. et Resch, CO..EG Roschm. (Val.). — 9 VISLM Ap.

5083 Mauls iuxta telonium.

D · M
AVRELIAE
RVFINAE
MATRI
AELIVS
QVARTI
NVS

Price ms. a. 1637 (cod. Berol. Spanhemii 43 f. 89); Holstenio a. 1656 missa est ex Brixinone affabre delineata (inde in schedis Barb. et Marin.); Breval (1726) 1, 93; Duellius exc. 1733 p. 20; Mur. 1243, 10 ex schedis suis nescio quibus; Pococke p. 78; Roschmann qui vidit a. 1733 ms. in Vipiten.; Cresseri ms. n. 26 ex Spergesio; Donat. 378, 12 ex ms. fr. Ioseph. Hippolyti a Pergino; Osann p. 566; Zoller *Gesch. von Innsbruck* 1, 7.

1 om. Price Zoller. — 3 RVFFINAE Holst. Mur. Cress. Osann, PVFINAE Poc. — 4 om. Breval. — 7 in lacuna om. Zoller. — Ex altera parte lapidis cerni sacrificium Mithriacum scribunt Breval et Duellius, male; anaglyphum Mithriacum repertum Maulsii, hodie extans Vindobonae in antiquario, in lapide est huic nostro olim proximo, sed diverso.

5084 rep. a. 1492 sicut testatur subscriptio in ipso lapide adiecta: *Der ober stain ist funden worden an dem End zu unterist im Grund, als der ist gegraben an unser Frawen zu Liechtmess Abend anno domini MCCCCLXXXXII Jahr* ROSCHM. Sterzingen AVENT. Sterzingen ad templum parochiale ROSCHM. similiterque RELIQUI. — Non longe a Schwatz AUG.

V F
POSTVMIA
VICTORINA
SIBI · E T
TI CLAVDIO RAS
TICIANO GENE
RO · PISSIMO

Augustinus Tyfernus cod. 3528 f. 63'; Aventinus ed. 1554 p. 122, diverse cod. 1560 f. 150*b*; Peutinger cod. 527 f. 55 (bis diverse) - 85'; Choler f. 135' = 144; Apianus 453, 2 (inde Laz. r. r. p. 1241, ex hoc Grut. 886, 2); Burgklehner in parte tertia sect. 3 c. 21; Roschmann ms. sub Vipiteno; Maffei M. V. 454, 5 a Roschmanno.

In vv. div. conveniunt Avent. Lat. Choler f. 135, Peut. f. 55 II et fere Apianus — 1 om. Avent. Lat. Choler 135. — 2 POSTHVMIA Avent. Lat. ed. (contra cod.). Choler 135. 144, Burgklehner Roschm. Maff.; POSTVMIA Peut. f. 55 II; om. Avent. Germ. — 3 VICTORIA Avent. Lat. ed. (contra cod.). — 5 TITO Avent. Germ., TI· Peut. f. 55 II, Choler 135. — 7 PIISSI Avent. Germ.

LV. *Vallis Athesis supra Tridentum.*

Tituli prodierunt ex his locis perpauci ad Nals Partschins Mals, quorum locorum nomina antiqua ignorantur. Statio publicanorum inter Italiam et Illyricum videtur fuisse prope Partschins. Sevir Augustalis tituli Nalsensis n. 5085 videtur honore eo usus esse Tridenti.

5085 in arce Schwanburg comitum de Trapp pagi Nals septimo a Bolsano lapide ROSCHM.

T·F·I
M·RETVLIVS
M·LIB
FIRMINVS
5 VI·VIR·AVG

Roschmann vidit a. 1734. Inde ipse posuit in ms. Botzen n. 4 et dedit Maffeio M. V. 454, 4 (inde Donat. 247, 8); citat Veld. p. 124.

Supra fractam dedi ex coni. — 2 RETVTIVS Maff., ex emendatione opinor.

5086 in arce Schwanburg pagi Nals in impluvio prope scalas.

	Roschmann itin.:	*Roschmann syll.:*	*Sperges:*
	L·T·SI . . . . IIINVS	L S T / N V S	L T S / / N V S
	RIII . . . . OR	S N X	SIRI ET SOR
	NI . . . . . XO	. . .	NI . . . .
5	. . . .	. . . .	. . . . .
	. . . .	. . . .	. . . .
	. . . .	. . .	IR . . . .
	T·F·I	T F I	T·F·I

3 I, 7 T·F·T Sperges Roschmanni.

Roschmann vidit 13 Oct. 1734 posuitque et in itinerario (bibl. Dipaul. cod. 177 nunc 1167) et in sylloge (bibl. Dipaul. cod. 459); Sperges apud Roschmannum in syll. mai. (Botzen n. 5) et apud Crosserium ms.

5087 in arce Schwanburg prope Nals in turri.

I . . . .
INON . . . . .
MIN . . . . . .
. . ON . . . .
. . OVI . . . .
5 . . . . C . . .
. . . .
. . . . O

Roschmann in itinerario ms. (cod. bibl. Dipaul. n. 177).

5088 columnae parvae pars, rep. Nals.

V I C
· I

Flavianus Orgler in progr. gymn. Botzensis a. 1870/1 p. 22.

5089 Stein prope Partschins ANN. Partschins *im Hochhuebenhof* GIOV. In pagi Tirol ecclesia parochiali JAEGER.

D M
Q · CARCILI
EVTROPI
M · VLPIVS PRI
5 MIGENIVS
FILIO
V·A·XXI·M·XI·

P. A. F. (ms. bibl. Dipaul. tom. 980) delineavit; *Intelligenzblatt der Annalen der Litteratur und Kunst in den Oesterr. Staaten* a. 1804 m. Mart. p. 74; Giovanelli ara Dianae p. 157; Jaeger dedit descriptam ab Iosepho Ladurner.

2 CARCIII Jaeger. — 4. 5 TRIMICENIVS Ann. — 6 JOJO Ann. — 7 XX pro XXI Jaeger.

5090 basis cui statua imposita fuit. — Ara erecta in valle Cyll, nunc autem in castrum Knillenberg translata ibidemque reerecta LACHEMAJR 1698. *In dem Cillthal ober Partschins* ROSCHMANN cod. 459. Intellegitur vallis ad rivum *Ziel* qui prope Partschins influit in Athesim. Temere Roschmannus in editione pro '*in dem Cillthal*' substituit '*auf der Tell bei Moys und Meran*', de telonio cogitans: '*ich habe nahmhaffte Briefschaften von etlichen saeculis gesehen, dass der Enden die vornehmste Zoll-Statt gewesen, wie sie es noch ist, und die Lage sammt den Nahmens-Ueberbleibseln gibt es, dass es auch schon bey denen Römern also hätte sein können*'. Item Giovanellius: '*ein Cyll*, inquit, *ist weit und breit nicht zu finden an das Zillerthal kann man seiner grossen Entfernung wegen nicht denken*' substituitque adeo *Töll* pro *Cyll* coniectura. Knillenberg '*Freih. Flugisches Schloss*' curtis est eius nominis in vico Ober-Mais prope Meran. Eius dominus aram dedit Roechmanno, unde venit Innspruckum in bibliothecam publicam. Inde nuper transiit in Ferdinandeum.

IN · H · D · D ·
SANCT · DIA·
NAE · ARAM ·
aroma CVM · SIGNo · A *patera*
5 TETVS · AVGG
NN · LIB · PP · STAT · M
IENS · XXXX · GALL · D
DIC·ID·AVG·PRAESENT·COS *aut 217 aut 246*

Contuli. Primus de hoc titulo disseruit Franc. Lachemajr in commentario scripto a. 1696 (ms. bibl. Dipaulianae tom. 424). Ex eo commentario quamquam ait se pluries lapidem vidisse, tamen pendet tacito nomine auctoris Roschmannus, qui habet in ms. cod. Dipaul. 459 ediditque *Leben Valentini* (1746) p. 82. 64 (inde Maffei M. V. 454, 6; Orelli 3343). Postea demum descripsit ipse misitque delineatam Hagenbuchio a. 1757 (epp. Hagenbuch. bibl. Turic. ms. a. 94). Exceperunt item ex lapide Ioh. Strangius (inde Donat. 65, 1); Siauve, qui vidit a. 1809, optime (*lettera sopra l'iscr. del console Muciano* Veronae 1811 p. 6 cf. p. 58; de antiquis Norici viis 1812 p. IV; *Mitth. der hist. Ges. für Krain* 1848 p. 90); Giovanelli (a. 1807 misit Marinio; *über die in der k. k. Bibliothek zu Innsbruck befindliche ara Dianae*. Botzen 1824. 8.).

Lectio certa est, nisi quod 6 extr. linea transversa quae A litteram indicat non satis apparet. — 8 PRAESENTE·I·COS Lachemajr et Roschm. ed. male. — Lego: '*In h(onorem) d(omus) d(ivinae) sanct(issimae) Dianae aram cum signo Aetetus Aug(ustorum) n(ostrorum) lib(ertus) p(rae)p(ositus) stat(ionis) Maiens(is quadragesimae) Gall(iarum) dedic(avit) id. Aug. Praesent(e) cos.* — Maiensis statio nullo modo potest fuisse ad Mais prope Meranum, medio aevo *castrum Maiense*, nam statio vectigalis Galliarum quomodo collocari potuit prope Meranum? Immo docui vol. III p. 707 significari stationem Maiae inter Curiam et Brigantiam et sic titulum accipiendum esse Aetetum vovisse aram, cum praeesset stationi publici Illyrici vallis Athesinae, dedicasse inde abeuntem destinatum regendae stationi publici Galliarum Maiensi. — Consules ordinarios Praesentes habemus quinque a. 139. 153. 180. 217. 246, ex quibus cum de tribus primis cogitari non possit (nam a. 139. 153 nulli fuerunt duo Augusti nec magis id. Aug. a. 180), restant consules Praesens cum Extricato II a. 217, cum regnabat Macrinus cum filio Caesare (ad quem annum revocavit titulum Marinius Arv. p. 660 n. 22) et Praesens cum Albino a. 246, cum regnabant Philippi pater Augustus, Caesar filius.

5091 fragmenta complura Mals prope ecclesiam parochialem.

D
RVFIN
CONIVG
CHRVSSON
...MVCIAN
ET · RVFINVs et
CHRYSIS · Mari
tori · B S I Mar

Partem superiorem dat Roschmannus ms. (Meran; cf. Veldid. p. 161), utramque Giovanelli *ara Dian.* p. 156 auctorem laudans Ioh. Greil.
3 CONIVGI Roschm.